


R. 3185

# I E S A I A E P R O P H E T A E

vetus & noua ex Hebraico uersio,  
~~C de la Libraeria d'Exmo del Pra da~~  
Cum commentario, in quo utriusque ratio redditur,  
uulgatus interpres à plurimorum columnis vindicatur; & loci  
omnes, quibus sana doctrina aduersus hæreticos, atque  
Iudæos confirmari potest, summo studio,  
ac diligentia explicantur;

F. FRANCISCO FORERIO VLYSSIPONENSI  
S. Theologiae professore Dominicano, & Concio-  
natore Regio AVCTORE.



Vij Corfj. est libris  
performati pion dello  
segunel expungar  
637  
D. Miguel de  
Roxas

C V M P R I V I L E G I I S.

Venetius, ex Officina Jordani Zileti, 1563.

HENRICO INFANTI  
PORTUGALLIAE  
S.R.E Reuerendissimo Cardinali,  
Archiepiscopo Eburensi, &c.  
F. FRANCISCVS FORERIVS S. D.



Ot sunt, serenissime , atque optime princeps , tibi  
à Deo Opt. Max. dona impertita , ut omnes , qui  
pietatem colunt , te diligent , atque admirantur .  
sed in regnis Portugalliae nullus est , qui mentis , ac  
iudicij compos sit , quin tibi pñne uni acceptum re  
ferat , quòd tutus uiuat in patria , otio fruatur , ius  
suum obtineat , ac denique domi , militiæq; bene  
rem gerat . quæ uero à te ineatur ratio in rebus tanta prudentia ad  
ministrandis , nec est huius mei instituti nunc explicare , nec si esset ,  
tu pro tua singulari modestia facile ferres . sed unum tantùm uolo  
omnibus comptum esse , atque testatum , alias quidem Lusitanorum  
nominis , tibi multa , ac magna , me uero omnia minima , uel maxima  
debere . simulac enim ex Gallia redij , quòd me cum æqualibus meis  
quamplurimis Rex ille animi planè regij , frater tuus IOANNES  
III , studiorum caufsa miserat , cuius memoria cum maximo deside  
rio in animis omnium bonorum semper inhæredit , statim me in fidem  
tuam recepisti , tantoq; studio prosecutus es , quod ad hanc usque diem  
semper apparuit illustrius , ut ueteribus beneficiis noua continenter ad  
dendo , mei uehementer ornandi te nec animus , nec ratio unquam defe  
cerit . Cùm igitur tuus ego sim totus , nihilq; habeam boni , quod tibi  
iure optimo non adscribatur , ad te etiam Iesaias meus deferatur ne  
cessere est , nam etsi scio te nullum non tempus habere nimis occupa  
tum , propter rerum molem , quibus præs , & curas , quæ te maxime  
distrahunt ; dum regina , quæ sanctitate , ac prudentia omnium fidem  
superat , ad maximas omnes res gerendas tuo consilio utitur ; neque  
posse de tuis occupationibus tantum temporis detrahere , quod satis

fit ad hunc librum perlegendum : tamen cum sacrarum litterarum studio , nihil tibi sit antiquius , in quibus maximos fecisti progressus , si quid inciderit in lectione Iesaiæ , ut usu solet accidere , ( in re præser- tim tantis tenebris circumfusa ) in quo haeresas , ac nostram sententiam requiras ; dare poteris aliquot operas subcisiuas huic nostro eommen- tario . deinde cum eius partem , quam uoles , attigeris ; si tibi uidebi- tur , trades iuuenibus illis , qui sunt in academia sacrarum litterarum : quam tu , cum summa tua laude , atque impensa incredibili , in tua ciui- tate Eburenſi instituisti . cui etſi uiros præfeceris , ut par erat , doctrina & sanctitate excellentes : ( qui uelim pro sua singulari probitate , ac maxima benevolentia , qua eorum societatem propter religionem , & uitæ rationem semper habui coniunctissimam , ut si qua fuerint obtre- &atorum calumniæ , me ab omnibus uindicent ) tamen studiosis illis iuuenibus industriam nostram , atque operam , non inutilem , aut pa- rum iucundam spero fore . Habes princeps optime , ac religionis an- tistes , assertor , & uindex uoluntatem meam : tu pro tua singulari hu- manitate , ac studio , quo me semper es prosecutus , eo animo hac , me ꝑ ipsum accipies , quo à me tibi traduntur . quod te fakturum omnino , cum cupio , tum etiam confido . Vale . Tridenti Kal . Martij .

the first time, I have been able to get a good view of the interior of the house. The house is built of wood, with a tiled roof, and has several rooms. The interior is very simple, with a few pieces of furniture, including a bed, a chair, and a table. There is also a fireplace in one of the rooms. The house appears to be quite old, and there are some signs of wear and tear. The exterior of the house is made of wood, and it has a rustic appearance. The house is situated in a rural area, surrounded by trees and fields. The sky is clear and blue, and the sun is shining brightly. The overall atmosphere is peaceful and quiet.

*F. FRANCISCVS FORERIVS*  
AD SANCTISS. PATRES  
in concilio Tridentino  
congregatos.



**V**m superioribus annis, patres amplissimi, in regnis Portugalliae à principibus nostris, qui semper summa prudentia circumspiciunt, ne qua prava doctrina in ammos suorum irrepatur, libris querendis, atque examinandis p̄fectus essent, qui ab exteris gentibus ad nos aferuntur; omniaq̄ scriptorum genera perlegerem; plerasque huius etatis viros bonos, ac doctos animaduerterit, id genus scribendi sequi, quod nostrorum patrum memoria fuerat usurpatum, nimirum subortas hæreses impugnare, hæreticorum hominum errores euertere, ac penitus tollere, pro ecclesia Christi propugnare, ut ueritatem Christianæ doctrinæ, uelut à maioribus acceperunt, sartam teclam conseruant, aduersariorum scripta impugnando; & collatis signis cominus cum hostibus manus conserendo. dolent enim nimis, atque acerbissime ferunt, uiri Christiana pietate præstantes, fratum suorum calamitatem: & quamvis eos uideant à uera catholicæ ecclesiæ sententia abstractos, ad hostes totius humani generis defecisse; non possunt de illorum interitu solliciti, non nisi summo conatu, ut è diaboli laqueis exemptos, ad sanam, castamq̄ doctrinam perducant. Hoc scribendi genus tam diligenter, tam doctè, tam copiosè, atque enucleatè superioribus temporibus non nulli persecuti sunt; ut in hac parte, nihil iam catholicæ uiri desiderare, neque ullam excusationem miserij illi, & plane perditu suorum errorum afferre posint: in quibus obstinaz̄ tissimi persistunt, non tam quod se recte sentire intelligant, quam ut opinorū nem retineant, quam sine ulla ratione tueri coepерunt. nec desistent, quoad impenitæ plebeculae probarint, se esse uerborum Dei ueros interpretes, ac sacro sanctæ scripturæ sensum tenere, sibiq̄ diuinus omnia transfundi spernant enim illi diabolica superbia obcæcati, quandiu nobis occident, & priorem suam interpretationem apud indecos inculcent, nihil de sua existimatione des-

tractum iri, cuius rei cùm ego eorum scripta uoluendo, certissima uidetur argumenta; non poteram facile pati, præsertim sentiens diuinis oraculis, ac sanctissimis scriptis tantam iniuriam fieri, quæ Deus Opt. Max. pro summo beneficio, tanquam lignum uitæ aduersus mortem, tanquam ad afferrandam lucem aduersus tenebras, tanquam fontem aquæ tugis in solitudine, ac singulare perfugum in maximis angustiis reliquit, ab hominibus ad suam, et ceterorum pestem, atque æternos cruciatus animorum transferri. Quæ res, sanctissimi patres effecit, ut me operæ pretium facturum existimarem; si omnes libros prophetarum, ac Job, Davidis, et Salomonis explicarem, ac germanam, catholicamq; sententiam summa diligentia, ac studio, singulis distinctionibus examinatis, dicendiq; formulis Hebraeorum obseruat, elicere, ac promulgarem, opus sanè spissum est, atque operosum: quod etiam haud scio, an unquam unus homo præstare posse. tamen cùm ecclesie Christianæ caritas me impulerit, ac desiderium maximum, quo teneor, ut fratres in deo ius errantes, et ad interitum festinantes, ad rectam viam, et salutis certissimum portum reueniant; non arbitror mihi temeritatis notam inurendingam à pīs utris, ac uestri similibus, præsertim cùm uiderint me operam non omnino lūsse: nam in singulis libris locos complures obscurissimos ita illustrari, ut nemo amplius hærere posse. sunt alij pāne innumerabiles, quibus Iudei, atque hæretici huius temporis utebantur ad doctrinam Christianam labefactandam: nosq; ueram uerborum significationem interpretantes, aduersariis arma nec opinantibus, abstulimus. Hanc belli gerendi rationem non parum commodam puto: qua aditus, atque exitus hostibus præcluduntur, commensus intercipiuntur, yaque deriuuntur, et sine sanguine illorum uires penitus exhauiuntur, hoc ipsum facere mihi uidentur, qui e scriptis litteris ueram, germandamq; sententiam elicientes, locos omnes, quibus impiorum perfidia conuinci posse, qui in prauum sensum omnia detorquent, illustrant; atque ita interpretando esse, ex similius collatione confirmant. ex quo, aut quantum uis refragantes, ueritatem fateri compellimus, aut eō detrudimus, ut cùm omnium hominum tanti sceleris detestatione dicant, à spiritu sancto, pugnantia afferri, quam rationem eō libentius amplectior, quod non solum præsentes, ac superiorum temporum hæreses tollit, sed etiam ceteras omnes, quæ in posterum ab inferis possint emergere. nihil enim diabolica fraus specie religiosis animis sceleratorum, uel imperitorum affixit, aut affiget, quod non aliquo modo, locis quibusdam diuinorum oraculorum, aut decurtatis, aut peruersè interpretatis tinctum sit, eorumq; auctoritate confirmari uideatur, quod uerissimum esse testatur uel hæresis ea, quæ super exorta

est, ex quasi abortis Lutheri, quæ spiritui obsequendum esse iubet, ac scripta diuina omnia habet nauci, et ab ipsa scriptura robur petit. si quis igitur difficultioribus omnibus locis, maximeq; obscuris lucem attulerit, ac singulare sensum, et litteralem, ut uocant, promulgarit; quem Deus, quasi intra uicera uerborum inclusus; quo uno aduersus hæreticos pugnamus; non parum adiumenti Christi ecclesiae attulisse uidebitur. præterea apud neminem uestrum controuersum esse, sed apud omnes, ut pios decet, certum, atque concessum puto, eam operam non esse parum laudandam, quæ summo studio suscepta est, ad pristinam auctoritatem ueteris, docti, ac sanctissimi interpretis confirmandam: quam hoc tempore impiorum iniquitas labefacere conata est, præsertim cùm superioribus annis hoc idem sanctissimum concilium, ut par erat, nulla ex parte diminutam esse uoluerit. quæ ego certè si non perfeci, saltem uolui: ob eam enim caussam rursum Hebreæ in Latinum sermonem conuerti, ut uerbum pro uerbo redens, quoad eius fieri potuit, ostenderem in commentario sententiam, quam uulgatus interpres reddidit, ab Hebraicis uerbis non abhorre. nontamen eo inficias esse aliquot locos, qui ab eo fortasse magis commode conuerti potuerint: sed iidem ipsi, qui in eum illudunt, et tragœdias maximas excitant, mea sententia, sape ita uerterunt, ut foedius uerti uix possint. ob eamq; rem nihil est cauſæ, cur eorum nomine de eius auctoritate uel minimum quidem deribatur. quod ut quasi legentibus ob oculos ponere, interdum in examinandis dictionibus fuit longior, in primis præsertim capitibus: facillimum enim esse aiunt, uerbis tenus ueteris interpretis auctoritatem tueri; sed si scripta scriptis conferantur, id fieri posse nullo pacto contendunt. in primis igitur nos capitibus accuratus uerba contulimus, ut in reliquis et apud Iesitam, et apud ceteros prophetas, licet locos tantum difficiles explicemus, tamen eandem industria posuisse, omnes existimet: neque uerbum quidem esse omissum, cuius significationem, atque usum non perpendemus. Haec uero à nobis nemo eo animo dicta esse existimet, quo uel tantulum de ceterorum industria detrahatur, aut gloriolam ullam manem, et quasi nebulas, ad solis calorem breui euanescentem, aucepemur. tantum enim abest, ut huiusmodi uariantibus trahar, ut quam miserrimos eos omnes iudicem, qui harum rerum studio tenentur, et fructum alium laborum suorum exspectant, quam cum, qui omnibus apud dominum IESVM est repositus, idemq; singulis profectis est redditurus. quem, ueluti spero, et eiusdem pietate fretus expedito, reddat et mihi, et ceteris omnibus, qui ipsum, ut par est, pie, et

caste coluerint; atque omnia sua studia, ad laudandam tanti nominis materiam conuerterint. quamobrem si nostram operam, uobis, sanctissimi patres, probari intellexero, reliquos libros, quos habeo iam absolutos, prospiciem foras dabo: sin minus uestro iudicio admomitus recundam; mibi⁹ satis erit, meum studium erga Christi ecclesiam, atque hoc sanctissimum concilium semel esse testatum. Valete. Dat. Tridenti Kalen. Martij.

E I V S D E M A D A M I C O S  
IN COMMENTARIUM IESAIÆ.

Præfatio.



Ntè quām ad institutum meum uenio, uobis, fratres, atque amici, qui me aliquod opus vigilarum mearum edere compulisti, reddenda est ratio meæ uoluntatis, atque propositi: certi enim, qui me non norunt, ex ea intelligent, quid à me in hoc commentario sit exspectandum: ac si forte institutum meum probauerint, ad reliqua legenda aggredi poterunt; sin minus, operam suam alio transferent, ut uobiscum loquar confidentius: non enim mihi ullo pacto persuaderi potest, quin huiusmodi labores nostri uobis pergrati futuri sint, præsertim cum ob eam potissimum causam suscepisti fuerint, ut qui non dum certam rationem studiorum tenent, hanc sequi possint, ex qua plurimum mihi felicitatis (quod Deo semper acceptum feram) prouenisse nunc quam diffitebor. Sed scio ex uobis esse non nullos, qui à me multo maiora exspectant. nam, ut non ex animo meo nunc loquar, sed ex uelstris verbis, ut sepe in sermonibus mihi dixistis, quidam magnam de me opinionem conceperunt ex concionibus, quas per uiginti annos in aula regia, & apud ciues meos Vlyssiponenses aut præsentes audiere, aut absentes fortasse, ut sepe fit, ab iis, qui adfuerant, uehementer laudari intellexerunt. videbar enim (absit arrogantia verbis, & omnia diuinæ bonitati adscribantur) iuxta Pauli doctrinam rectè tractare verbum ueritatis, ac locos ex scripturis citatos, commode interpretari, atque ad Christianorum, & fratribus dilectionem satis aptè accommodare. Studium, ingenium meum, ac dexteritatem quandam uehementer laudando, me persæpe rogasti, ut ad communem recip. Christianæ utilitatem, tandem efficerem, ut aliiquid opus extaret laborum meorum. mihi uero difficillimum uidebatur negare iis, quos unicè diligenter, quibusq; me carissimum esse sentire, præsertim adeo iusta potentibus, ac præclara cupientibus, ut sine maxima omnium iniuria diutius deberi non possent. sed cum multum cogitassem, quid primum edendum esset; conscientia me admonuit, ut ab iis scriptis initium facerem, quibus ratio studiorum meorum patéret, per quam quantum ipsi putatis, ego proficerim. quæ eti⁹ intelligebam, non ab omnibus excipienda fore illo applausu, quem eorum exspectatio, ac de me prius concepta opinio promittere uidebatur: tamen malu in periculo uerari mea existimationis minuende, quām conscientia non planè satisfacere, neque debet alicui uestrum mirum uideri, cur ita loquar: nam longo usū doctus, id ferè euenire intelligo: noui libros, qui probari soleant: noui studiorum genera, hominum mores. scriebant: etiam, si lucubrationes meas ederem in euangelia, quæ per totum anni curriculum leguntur, uelut à me pro suggestu in concionibus ad populum exposita sunt, aut eas, quas reliquos prophetas habeo, in quibus tantummodo loci difficiles explicantur, multo plures fore, qui eos libros legerent, meoq; nomini melius consultum iri. verum cum mea meaq; domino IESU dediderim, à quo omnia accepi, eiusq; gloria mihi nihil sit antiquius; id ipsum nomen statui, quantum sui munieris largitas mihi permitteret, ilustrare, propagare, atque in omnium animis insigere, & eorum præsentim, qui non

credunt ; itaq; non parum utilitatis afferre , qui in studiū sacrarum litterarum incunbunt , ac spiritus Dei uerba in aures hominū transmitunt : quibus prodest cūm uehementer studearem , pro iis munierib; , qua; mihi largita est domini nostri summa benignitas , ad dclctā mea , qua; sunt innumerabilia conuentis ; opera p̄tētū faturus mihi videbar , si scripto aliquo testarer , iis prcipue , qui mihi plus æquo tribuant , qua studiorum ratione peruererim ad earum rerum noticiān ; quam illi , ut aiunt , admirantur . Coram Christo loquor , à quo eadem accepi , mē , quidquid est , quod uel ipsi laudant , uel laudari intellexerunt , quidquid in meis concionibus populū tenet , atq; afficit , quidquid est eloquentia , suauitatis , grauitatis , omnemq; facultatem , quam mihi in dicendo tribuant , hac ratione esse aſſectū , quam in interpretando Iefaiā ſequor . cūm enim cognouissem magnam partem difficultatis in uerbis confiſſere ; donec Hebraicē nesciebam , ad aliorum conuersiones , annotationes , ac ſcholia me conſerbam : ubi uero Hebræa ego ipſe conſulere potui , & cum Latinis conſerbe , adhibitis omnibus , quorum copiam mihi habere licuit , lexicis , atq; examinatis locis , quos citant , ad uerborum significaciones comprobandas , maximis uigilis lexicum mihi ipſi conſecit : quod incredibile diſtu est , quam ueritatem negotii mihi facerent : nūc autem prateritos labores continentis utilitate compensat : eo enim instructus , ad lectio[n]em prophetarum accedo ; diſtiones certo iudicio pondero ; obſeruo diſcendi formulas , traſlationum uolum , ac cetera , qua; à me in commen-tario notantur : vulgatam etiam interpretationem , quam iure ſemper feci plurimi , cum Hebræis uerbis conſero ; deinde ſentim , diuina prius ope implorata ; conor elicere : quoad ea , qua; uehementer ſtudeo , non aſſequor , inſuauis nimis ſunt labores mei ; animus quodam modo languer , neque ad diuinum amorem impellitur ; mihiq; interſentes uerſati uideor : sed ubi quod uōlebam , obtinui , quis dicat , quam ſtavas fructus percipiam ? iam ſpinæ illæ rosas & colore , & odore maximè delectantes felicissime protulisse mihi uidentur : hac dulcedine perfuſus , iterum inter ſpinas conīci peruelim . Huiusmodi ſunt meæ curæ , fratres ; huiusmodi uigilie ; hæc ratio ſtudiorum meorum . hinc illa emanarunt , qua; , d' uos dicitis , admiramini : qua; uel ſi uera eſſet , & maiora etiam , qua; prædicatis , non tanti unquam facerem , ut iis bonis conſerberu ; qua; ex hac ratione mihi prouternerunt haſtenus ; & in dies , ſi Deus iuuariat , magis magisq; prouenient : qua; ſi plane poſſem , non tamē explicare ; timendum enim eſſet , ne idem mihi eueneret , quod regi Ezeziel ; , cum ad ſe legati Babyloniū uenerunt . Hæc à me non eo dicuntur , ut alium fuctum faciam . uolo enim etiam , atque etiam eſſe testatum , me optimè noſte , ſi quid eſt in me boni , nihil eſſe cauſa , ut gloriari poſſim : totum enim ab eo accepi , qui etiam ſubito poſte auferre loquor perinde atque simplicitas Christiana poſtulat , ac ſpiritus ſuadet : dici enim non poſteſt , quonopere cupiant , ut omnes ad hauriendas aquas ſalutares mecum concurrant . Nunc ueriffime huiusmodi ſtudiis uideor mihi id conſecutus , quod in lib . Sap. promittitur , cum ait ; Qui elucidant me , uitam aternam habebunt : nam etiam hic uita aterna eſt , ut cognoscant dōminum Deum , & quem ille misit : I E S U M C H R I S T V M . quin & illud , quod in euangelio legitur ; mihi accidisse poſſat affirmare . Inuenio theſauro in agro , me omnia uendidisse , ut mihi agrum illum comparaſſe : hunc ergo agrum maxima cum hilatitate colo : nec ab opere , quod inficiū , dēſiſtam , niſi cum ex hac uita migraro . Hoius culura argumentum , ac rationem , fratres cariſimi , apud Iefaiam habetis . Si oratio mea parum ſuavis uidebitur , condonandum eſt homini inter uerpes ambulanti ; ſi inelegans , quiſ à rufico elegantia ſtudiu ; , atque ornamenta desideret : præterea non eſt , cui mihi uitio uerat aliquis , quod dum propheta uerba pondero ; interdum ſim longior : cūm enim ſtare feret ab antiquo interprete , ac pro eodem pugnare decreuerim , res pluribus exponere necesse habui , & ea refellere , qua; illi obiciunt , qui eius auctoritatē tentare conantur . ſapere etiam

dum leges commentarii transgredi uereor , grammatici , historici , philoſophi , astrologi , ac geographi personam ſustineo : interdum etiam ingenio meo induſti , ut qualis eſſet ſtudiorum meorum ratio , legentibus aperirem . Sed ut ad id redeam , quod paulo antē dicebam , in hoc commentario neque uerborum delectum habere conſtitui , neque ornamenta ulla querere , ut legentes uoluptate perfundant . qui hæc in ſacrarum litterarum commentariis deſiderant , non dum ſatiſ habent cognitionem , quanta in uerborum quaſi rudetis , ac ruficitate quodam modo quæſita , ſpiritus domini iucunditates incluerit . Diſcretionibus , ut lectors permoueam , non utor , niſi rarenter , & uerecundè : id enim munus meum hoc tempore uix unquam patitur , ut fiat : egoq; meis partibus cumulae arbitror me ſatisfecisse , ſi ita ſententiam prophetæ expoſuero , ut clare pateat . qui uero inflammati maximè cupiunt , cūm uerborum ſenſum ex commentario intellexerint , ad lectionem prophetæ eo relatio ſe conuertant : à quo tantus ignis paulatim excitabitur , ut ſibi intra uifera ardore uideantur .

Sunt etiam quædam alia lectoribus ſignificanda , & illud in primis , me non aliam ob cauſam rurſus Hebræa uertiffe , quām ut ueteris interpretis au托oritatem confirmarem : ille enim feret , ut docti homines facere ſolent , non tam uerba , quām ſenſum exprefſit , & eo nomine à nimiū curioſis , ac parum doctis , mentisq; fortalè non bona ſepiſſime male ſolet audire : qui ſatiſ probabili existimant , qua; dicunt , cūm Iudeos teſtes adhībent , qui affirmant uerba Hebræa in ueteri noſtra interpretatione ſapere expreſſa non eſſe . ob id non inutile iudicau , ſi uerbum pro uerbo reddens , quoad licuit , oſtenderem vulgatum interpretem in locis innumerabilibus ſententias doctiſſime , atq; optimè expreſſiſſe ; & eos , qui ipſum accuſant , in illis eisdē locis longiſſime à ueritate diſcedere . Addixi ſemper me uerbis ipſis Hebræis , niſi cūm tam inſolens erat oratio , ut nullo paſto à Latinis in telligi poſſet ; hebraiſmos retinui ; ordinem uerborum uix unquam mutau ; diſtiones non addidi , niſi aliquot in locis ſubſtantiu; uerbum , ut appellant , ac relatiuum : qua; Hebræi frequenter omittente ſolent . quod ob eam rem feci libertutis , ut oſtenderem , quātam libertatem reliqui interpretes ſibi uendicarint , uel , ut uerius loquar , temeritatem . nam ſi quis in quoquis orationis membro diſtione aliquam addat , is omnino ſcripturam fideliter haud quaquam interpretabili , ſed peruerter . Habes Christiane lector ſententiam meam : in interpretatione mea nihil aliud uelim , ſpectes , niſi religionem , ac fidem .

In nominibus propriis feret à vulgato interprete non reſeſi , quod uſu iam recepta ſint ; neque video ullam utilitatem ex huiusmodi nouatione prouenire : quædam tamen mutau ; , quod ea potius librariorum negligentia mendose legi existimare , quām interpretem ita ſcripta reliquife : ſed neque hac in re nimis diligens eſſe uolui . pauca , uim litteræ & ſecutus , per t , ac e ſcripsi : tum quia preceptor meus Angelus Caninius Anglariensis , qui ad linguis docendas natuſ eſſe uidebatur , atque Hispali mortuus eſt , ita pronuntianda cenebat ; tum etiam , ut lector , ſi uellet originem nominum inuestigare , intelligeret , quibus litteris in Hebræo ſcriberentur .

In nominibus Dei hoc obſeruaui , ut nomen illud quattuor litterarum , quod Iudei inſandum uolunt eſſe , nempe τον , ubique inueniret immutatum , retinui . nam cūm nomen id tantum nulli creato conuenire poſſit , non parui momenti rem eſſe iudicau , ſi lector intelligeret , ubi id nomen eſſet , ubi non eſſet , præſertim cūm in oratione ſapienti ſi aliud pro illo poſas , uix intelligere poſſit illus , quid ſibi uelit prophetæ . Ut unum tantum ē multis afferam , quis aliud intelliget , cūm ita dicit , Ego Dominus , hoc eſt nomen meum , quām Domini nomen ? & tamen de alio nomine fit ſermo , ſcilet τον , quod quidem idem ſignificare , quod nomen Dominus , nemo unquam dixit , ſed eum , qui eſt . Hic dicet aliquis : cur ergo antiquus interpretes , cuius

Iudicium tanti est apud te, id nomen nunquam retinuit, sed semper nomine Domini commutauit? huic ita respondendum uideretur; ipsum hac in re septuaginta interpretes sequi uoluisse, qui tantæ erant auctoritatis, ut si quis eiusmodi nomen aliter enuntiaset, quæm illi tradidissent, nefas uideretur: qui tamen non aliam ob rem ab eius nominis enuntiatione abstinerunt, quæm propter Hebraeorum superstitionem, quos tamen sancti Dei adeo laborabant, ut ad uiam ueritatis reducerent, ut uel ipsi Apostoli in citanis locis scripture, & hoc ipso nomine, cauerint, ne Iudaos offenderent: qui si nomen, quod pñne post hominum memoriam infandum esse acceperant, à Christiano proferri uidissent, per religionis contemptum id fieri existimassent: eaqꝫ una res perfidere poterat, ut illi à fide abhorrent. nostris uero temporibus cum passim sanctissimum id nomen late manauerit, promulgatumqꝫ sit, iure optimo, ubi ubi inueniatur, pronuntiadum uideretur, ne temere scriptum fuisse iudicari possit. Adonai herum significat, siue eum, qui familiam nutrit, ac tuerit: pro eo, dominum reddidi.

Sadai, conseruauit; quia eius nominis interpretatio in dubium revocatur. vide Iesaiæ 13. Iah etiam retinui, quod à Iehoua differre non potem. El, & Elohim, quæ à fortitudine dicuntur, nomine Dei reddidi. Quantum uero momenti aferat in interpretatione scire, quod nomen sit expressum, ex nō o commentario lectores intelligent.

Versus pñne ubique cum Hebreis distin. in aliquot tamen locis ostendi, diuisiones, seu interpunctiones male à Massoritis, aut quicunque illi tandem fuerint, adhibitas fuisse. dictiones, quasi aliis motionibus vocalibus scriptæ essent, quæm nunc leguntur in bibliis, sepe interpretatus sum. nam is, qui puncta adhibuit, ac diuisiones, interpretis officio functus est: quare ut interdum decipi potuit; sic apud me, & plerisque viros doctos, non maiorem uim obtinent, quæm Rabinorum interpretationes, præfertim cum videam apud illos ipsos Rabinos hac in re uehementer uariari; ac non eodem modo omnes, quemadmodum neque antiqui interpretes, & paraphrastes Chaldaeus, eandem uocem protulerunt. ita fit, ut liberior sit interpretatio: ex quo plurimum boni interdum oritur, ut uidere licet in nostro commentario, singulis ferè capitibus.

Quædam non eodem modo in omnibus locis conuerti, quod non erat opus. non nulla aliter uertisseri, nisi commentarium edidisset: ob eamqꝫ rem obscuritatem non euitavi, modo Hebreæ exprimerem.

In declarandis uocum significationibus, quandocunqꝫ licuit, sacrarum litterarum testimonio usus sum: ubi id defuit, cognatas dictiones, orationis filum, atque antiquos interpretes in consilium adhibui. ex quo s̄p̄ius colligebam à Rabinorum, & eorum, qui lexica hântenus condidere, sententia plerunque discedere, non modo non temerarium esse, sed etiam valde Christianum. Hæc erant, quæ lectores præmonitos esse uolebam, ut si quid minus usitatum in interpretatione nostra legissent, scirent me non temere, & sine ulla ratione id posuisse, quare ad prophetam explicandum aggrediamur.

# F· FRANCISCI FORERII

## V L Y S S I P O N E S I S

### Commentarius in Iesaiam prophetam,

CVM NOVA EX HEBRAICO VERSIONE,

E O D E M A V C T O R E.

### Caput primum.

Noua.



ISI O Iesaiæ filij Amos, quam uudit super Iehuda, & Ierusalem, in diebus Ozia, Ioathan, Ahaz, & Eze kiæ regum Iehuda.

Audite cali, & aures præbe terra: quoniam locutus est Iehoua; Filios magnos feci, & euexi; & ipsi transgressi sunt in me.

Cognovit taurus emptorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel non cognovit, populus meus non intellexit.

Heu gentem aberrantem, populum grauatum iniquitate, semen malignorum, filios perditos. deseruerunt Iehoua, execrati sunt sanctum Israe lis, separati sunt retrorsum.

Quorsum percutimini? adhuc additis auerionem. omne caput [est] agritudo ni: & onne cor languidum [est].

A planta pedis, & usque ad caput non est in eo integritas. uulnus, & liuor, & plaga putrida non sunt compressa, neque superal ligata, neque mollificata oleo.

Terra uestra uaftitas [est], ciuitates ue stra exustæ [sunt] igne, tellurem uestram coram uobis alieni absunt: & uaftitas, sicut subuersio alienorum.

Et residua manet filia Tzion, uelut tugu rium in uinea; sicut pernoctatorium in cu cumerario; sicut ciuitas, a qua cauetur.

Nisi Iehoua tcebaoth reliquisset nobis reliquias, propemodum nullas, sicut Sodoma fuissemus, & Gomorrhæ similes fuisse mus.

Audite uerbum Iehoua duces Sodomæ: auribus percipite institutionem Dei nostri, popule Gomorrhæ.

Vetus.



ISI O Isaiæ filij Amos, quam uudit super Iudam, & Ierusalem, in diebus Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechie regum Iuda.

Audite cali, & auribus percipe terra: quia dominus locutus est; Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

Cognovit bos posseforem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & Israel non intellexit.

Væ genti peccatrici, populo graui ini quitate, semini nequam, filiis scleratis. dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

Super quo percutiam, uos ultrâ addentes prævaricationem? omne caput languidum, & omne cor mærens.

A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. uulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo.

Terra uestra deserta: ciuitates uestræ succensæ igni: regionem uestram coram uobis alieni deuorant: & desolabitur, sicut in uaftitate hostili.

Et relinquet filia Sion, ut umbraculum in uinea; & sicut tugurium in cucumericario; & sicut ciuitas, qua uaftatur.

Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes fuissemus.

Audite uerbum domini principes Sodoma: percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ.

A

Noua.

Vetus.

Ad quid mihi multitudine uictimarum ue  
strarum? dicit Iehoua: satiatus sum: ho  
locausta arietum, & adipem altillum, &  
sanguinem iuencorum, & agnorum, &  
hircorum non accipio.

Quando ueniris ad uidendam faciem  
meam, quis requisiuit hoc de manu uestra,  
quatere atria mea?

Ne addatis affere oblationem temerita  
tis: suffitus abominatio ipsa mihi: nouilu  
nium, & sabbatum, quādō convocatur con  
cio, non fero: uiolentia, & tyrannis [funt.]

Encēnia uestra, & statas ferias uestras  
udit anima mea: factæ sunt super me in gra  
uamen: defatigatus factus sum, ferendo.

Quando expanditis manus uestras, ab  
scodo oculos meos a uobis: quando etiam  
multiplicatis orationem, nihil ego audio.  
manus uestra sanguinibus plena sunt.

Lauamini: mundi efficiamini: auferete  
malum cogitationū uestrarum a conspectū  
oculorum meorum: definite male agere.

Discite benefacere: quārite iudicium:  
iuuate malis confectum: ius dicte pupilo  
lo: agite causam uideam.

Ite iam, & iudicio contendamus, dicit  
Iehoua: si fuerint errata uestra, ueluti bis  
tincta, quasi nix dealbabuntur: si rubue  
rint, sicut uermiculus, ueluti lana erunt.

Si uolueritis, & audieritis, bonum ter  
ra comedetis.

Et si renueritis, & rebelles fueritis, sic  
citate absuememini: quia os Iehoua locu  
tum est.

Quomodo facta est in cauponam ciu  
itas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in  
ea, nunc autem homicida.

Argentum tuum factum est in scoriam:  
& potus tuus perfusus est aqua.

Principes tui contumaces sunt, & soci  
furum, quisque eorum amat munus, seca  
tur retributions: pupillum non iudicant:  
& causa uidea non ingreditur ad eos.

Icciro (fidelis sermo Iehoua tcebaoth  
potentissimi Israelis) Ah consolationem  
capiam de hostibus meis, & uindicabor de  
inimicis meis.

Et reducam manum meam super te: &  
uram, sicut expurgatorium, scorias tuas:  
& auferam omnia Itanna tua.

Et reducam iudices tuos, quales in prin  
cipio; & consiliarios tuos, quales initio.  
sic demum vocaberis ciuitas iustitiae, urbs  
fidelis.

Quādō mihi multitudinem uictimarum  
uestrarum, dicit dominus? plenus sum.  
holocausta arietum, & adipem pinguium,  
& sanguinem uitulorum, & agnorum, &  
hircorum nolu.

Cūm ueniretis ante conspectum me  
um, quis quaesuit hæc de manibus uestris,  
ut ambularetis in atris meis?

Ne offeratis ultrā sacrificium frustra:  
incensum abominatio est mihi: neome  
niā, & sabbatum, & festiuitates alias  
non feram: iniqui sunt cœtus uestrī.

Kalendas uestras, & sollemnitates ue  
stras odiuit anima mea: facta sunt mihi  
molesta: laborai sustinens.

Et cūm extenderitis manus uestras,  
auertam oculos meos a uobis: & cūm mul  
tiplicaueritis orationem, non exaudiam.  
manus enim uestra sanguine plena sunt.

Lauamini: mundi efficiamini: auferete  
malum cogitationū uestrarum ab oculis meis:  
quiescite agere peruersē.

Discite benefacere: quārite iudicium:  
subuenite oppreso: iudicate pupillo: defen  
dite uideam.

Et uenite, & arguite me, dicit dominus.  
si fuerint peccata uestra, ut coccinum,  
quasi nix dealbabuntur: & si rubue  
rint, sicut uermiculus, ueluti lana, alba erunt.

Si uolueritis, & audieritis me, bona ter  
ra comedetis.

Quod si nolueritis, & me ad iracun  
diā prouocaueritis, gladius deuorabit  
uos: quia dominus locutus est.

Quomodo facta est meretrice ciuitas fi  
delis, plena iudicij? iustitia habitauit in  
ea, nunc autem homicida.

Argentum tuum uersum est in scoriam:  
nini tuum mistum est aqua.

Principes tui infideles, socij furum: om  
nes diligunt munera, sequuntur retributio  
nes, pupillo non iudicant: & causa uidea  
non ingreditur ad eos.

Propter hoc ait dominus Deus exerci  
tuum fortis Israel; Heu consolabor super  
hostibus meis, & uindicabor de inimicis  
meis.

Et conuertam manum meam ad te: &  
excoquam ad purum scoriam tuam: & au  
feram omne stannum tuum.

Et restituam iudices tuos, ut fuerint  
prius; & consiliarios tuos, sicut antiqui  
tus. post haec uocaberis ciuitas iustitiae, urbs  
fidelis.

Tcion

Noua.

Vetus.

Tcion in iudicio redimetur, & captiu  
tas eius in iustitia.

Et franget transgressores, & errantes  
pariter, & desertores Iehoua consumentur.

Pudefietis enim a diis, quos concipiui  
tis. præ pudore abscondemini ob hortos,  
quos elegistis.

Quia eritis, uelut ilex marcidum ha  
bens folium, & sicut hortus, cui aquæ non  
sunt.

Et erit præsidium in stupam, & fabrica  
tor eius in crumpentem hammam; & ar  
debut ambo ipsi simul: & non erit, qui  
extinguat.

**I**SIO Iesaiæ &c. Iesaiam dixi, sicut Ieremiam, quid id petere uidebatur ipsa  
analogia & orthographia nominis: cum tamen in nominibus proprijs uulgatum inter  
pretem sequi maluerim, quam inuocandis nominibus sacris aures Christianorum offen  
dere. prophetiam suam, uisionem uocauit: quia & prophetæ uidentes dicebantur, non  
solum quid ea uiderent, que alijs essent occulta; uerum etiam quia erant, ueluti aliorum  
oculi, quorum munus erat, que præuiderant, prædicere alijs, ut timerent & cauerent ab imminentे gladio.  
filii Amos. Sollemne est prophetis, patrum suorum nomina apponere; quibusdam autem & pa  
triā, quod non seruarunt scriptores euangelici; forte, quia non tantam carnis & sanguinis ratio  
nem habebant. Est autem manifestum hunc, ueluti titulum totius voluminis, præfixum esse. con  
tinet enim liber uisiones, seu uisa plurimarum rerum, quas Iesaias, spiritu domini reuelante, præuidit,  
multò antè quam essent. neque obstat temporis uenturi distantia, quod minus uisionem uocaret. nam  
ille, cui adiun ea, quia non dum sunt, sicut ea, que sunt, oculos quoq; quibus ea uiderentur aperte,  
sicut ea, que manibus tenemus, dare potuit. Super Iudam. huius nominis rationem scriptura  
declarat Genes. 29. nimur a confessione, laude, seu celebratione. Pro hoc, inquit, celebrabo Ie  
houa: ab hoc deinde tota tribus, & sors eius nomen sortita sunt. Porro tribus Iehuda 2. Sam. 1. do  
mus Iehuda dicitur, super quam initio Dauid inauitoratus est. reliqua autem populi pars, & undecim  
tribus, quae cesserunt Isboseth filio Saulis, dictæ sunt Israel, sicut aperte dicitur 2. Sam. 2. & 3. &  
19. & 1. Regum. 11. Sed postea sub Roboam accepit ad regnum Iehuda, etiam tribus Beniamin, &  
reliqua decem nomen Israelis retinueri 1. Reg. 12. Ierusalem dicebatur, que pro  
phanis auctoribus Solyma urbs, cuius rex, & sacerdos fuit Melchisedech, qui Abram benedixit.  
porro cum duplex esset Salem, altera in campestrī sita, altera autem in montibus, omnium oculis ex  
posita, dicta est hac composito nomine Ierusalaim, quasi dicat, duarum Salaim illa, que conspicua est;  
illa uero simpliciter Salem, que erat in Samaria: que etiam Sichem dicta fuit, Genes. 33. At quia  
Salem Hebreos pacem sonat, & non est uidere, placis uisionem interpretaberis, seu usum pacem.  
Vbi tamen in ps. 76. legis, factus est in pace locus eius, ego mallem dicere, fuit in Salem habitacu  
lum eius &c. Erat autem in confinibus Iehuda, & Beniamin: que due tribus regnum Iehuda confi  
tuebant: cuius metropolis Ierusalem erat. atque ob hanc causam cum Iehudam nominasset, Ierusal  
am quoque meminit: quia que ad regnum pertinet, ad urbem regiam peculiariter quadam ratione magis  
uidentur pertinere. In diebus Ozia &c. Opus est optimè historias horum quartuor regum tenere,  
ut que in hoc volumine continentur, posset lector intelligere. quod si uiso illa, quia infra cap. 6. descri  
bitur, quam habuit propheta anno, quo mortuus est Ozias, post eius obitum fuit, ut sancti patres an  
notarunt, licet ex ueris propheta id non usque adeo sit manifestum; certè qua procedunt cap. 2. 3. 4.  
& 5. sub Ozia propheta fuerunt revelata. De his autem, qua continentur hoc primo capite, quid  
mibi uideatur, iam subiungam.

2. Audite cœli &c. Sunt, qui prophetiam, que hoc capite continetur, non primam omnium fuis  
se, neque sub Ozia coniugisse putent propter ea, que sequuntur de regionis uastatione: que certè sub  
Ozia non conigerat, sed non uideo, quantum momenti habeat hæc ratio. nam qua postea uentura

2 3

erant, quid obest, quò minus multò antea, ut iam transacta, à prophetis commemoretur? An quæ posterius acciderunt, prius reuelata esse non potuerunt? nibilominus, ut semel mentem meam apeream, ego hoc primum caput esse, ueluti argumentum totius libri existimo, quod tamen in modum cuiusdam egrégia concionis à propheta proponitur, quam post uniuersas reuelationes edidit, qua quidem concione nihil est apud illos ullius lingue doctos, sive poetas, sive rhetores eruditus, nihil grauius, nihil elegantius. non enim hic figuræ, non dictionis coloribus discriminatas sententias, non appositiissimas comparationes ac similitudines, non denique alia omnia, que in orationibus laudari solent, desiderare quis quantumvis harum rerum studiosus lector poterit, non solum hoc capite, sed etiam in plerisque sequentibus, que tam ego sciem prudensq; alijs consideranda relinquunt, qui mihi elucidandorum obscurorum locorum huius prophetæ tantummodo prouinciam defunxerim. Nomen ergo cœli, & terræ non hic puto prophetam, nisi uniuersum orbem intellexisse, uel uniuersos orbis incolas, sicut cùm dicitur; Audite cœli, que loquor: audiat terra uerba oris mei &c. quod nihil aliud est, quam quod alibi dicitur; Auditæ hac omnes gentes: auribus percipite, qui habitatis orbem &c. quibus attentionem capiant prophetæ, quando de rebus magnis loqui incipiunt. Et uerba hec ad omnia, quæ in uolumine continentur, exilio pertinere: quorum summam iam hoc primo capite proponerebat, quasi dicat, omnia attentissime consideranda. nam uniuersa, que dicturus erat, domino dictante, exceperat. Cùm igitur, ait, Filios entriui &c. perinde est, ac si dicat, uidebitis in hoc uolumine, quam ingratuerint Iudei, & Ierosolymitani erga dominum, qui eos magnis beneficijs affecerat. Entriui. Verbum propriè magnos facere notat, ut Iosie 4. magnificat Ichoua, ut celebre fieret nomen eius: hoc tamen uerbo Hebrai etiam educationem, seu nutrificationem significant. nam pueri dum nutriuntur, augmentum capiunt, ut 2. Reg. 10. דָבָר id est, educantes. quare hoc loco retroque modo uertere poteris, uel cum uulgato, uel utrumque uerbum ad dignitatem referendo, & populi illius amplitudinem, ad quam eucexit dominus Israelem: de qua uidere poteris, Deut. 4. & Ezech. 7. ubi etiam ingratitudinem populi suis coloribus depingit propheta. Recole hoc loco, quam ignobile uulgas in Aegypto fuerit, quamque delicate eos entriuerit dominus, seu magnos fecerit, & in amplissimam rem pub. exexerit, in gentem sanctam, genus electum, regnum sacerdotale, domini peculium, & multa huismodi, que commemorare longum est: qua tamen parua sunt, si cum eis, que populus Christianus accepit, conferantur, uero multo grauior sit nostra, quam illorum ingratitudo. Q uamuis uero super Iudam, & Ierusalem reuelationes sibi factas dixisset, omnium tamen gentium attentionem exegit, quod ad nos quoque hac omnia, & quacunque per prophetas dicta sunt, fertinerent, licet alijs, atque alijs rationibus, iuxta illud 1. Pet. 1. Reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum: de qua salute exquiruerint, & scrutati sint prophetæ, qui de uentura in nos gratia uaticinati sunt, scrutantes, ad quem, aut cuiusmodi temporis articulum significaret, qui in illis erat spiritus Christi, qui, prius quam acciderent, testabatur uenuras in Christum afflictiones, & qua has secuturæ essent gloriae: quibus & illud reuelatum est, quod haud sibi ipsis, immo nobis ministrarent hæc &c. Spreuerunt. γενος est transgreedi. similis confructio cum beth aduersatio habetur hepe: sed eius significatio apparet 2. Reg. 1. Transgressus est Moab contra Israel. & 1. Reg. 12. Transgressus est Israel contra domum David. est itaque uerbum seditionis, & rebellium.

3. Cognovit bos &c. quasi dicat, uidebis in hoc uolumine, quod amentiores brutis ipsis sint Iudei, nam bos, &c. seu taurus γενος enim non quemcumq; bouem, sed cum, qui armenta preit, uelut dux, & generat, habet ipsam feritatem, & Chaldeis γενος, unde Gracis, & Latinis, taurus. Facit ergo magis ad indignitatem rei: tribuit quoque hic tauris, & asinis uerbum γενος id est, cognovit. nam & inanimatis etiam tribuitur, sed metaphorice, ut soli, pl. 104. quod ita ad occatum tendat recta, ac si agnosceret, & bene affectus esset &c. nam hoc uerbum in oratione affirmativa ultra cognitionem notat effectum, aut curam: in negativa autem neglectum, seu contemptum, ut de filiis Heli 1. Samu. 2. & Genes. 4. de Chain: & hoc loco utriusque exemplum habes. Possessorem. Verbum γενος propriè est acquirere, comparare, uel industria, uel pretio: hinc pro posidere, seu in potestate habere accipitur: hinc participium, quod nice nominis quoque solet accipi, id est, possessor, seu emptor. Et si hoc loco emporem uelis dicere, magis auger rei indignitatem, quod cum cognoscat tauris, qui ipsum paullò ante emerit, & sibi pretio acquiescerit, aut comparauerit, Israel tamen &c. Et afinus. In tauri ferocia, in asino stoliditas non auferunt cognitionem sive sensum dominorum: plus ergo, quam tauri, sunt intradictabiles Iudei; & magis, quam asini, stolidi: qui non cognoverunt Deum: qui fecit, redemit, aliuit, pauit, protexit, & eucxit. Praepe. γενος locus est, in quo, & iuxta quem calcant, & aluntur animalia: & ex hoc nomine credo deriuari participium, seu participiale nomen γενος id est, altus, faginatus, seu pinguefactus. Pro. 15. & 1. Reg. 4. Non intellexit. Non cognovit Deum, neque intellexit, quoniam in loco alimenta accipere deberet à domino, uera sci-  
lacet,

licet, doctrine; sed & Deum, & templum, Dei; ueri cultum abiecit, quasi aliunde sibi uichian melius, aut facilius quereret: quales erant illi, qui dicebant, quod ex eo tempore, quo omisissent cultum solis &c. malè haberent. Est autem hic uerbum, quod, præter cognitionem, notat conatum, seu diligentiam, uel diligenter obseruationem, ut Iob 37. sta. & obserua mirabilia Dei: & 1. Reg. 2. Obseruauit iudendo &c. Et ecce erat mortuus. Q uod uero uerbo cognoscendi, sive obseruandi, absolu-  
tè utitur propheta, id est, nullo addito casu, puto emphaticum esse, neque non parum ad amplificandam  
rei indignitatem facere. omitto, quod insinuare tacitè uideatur; quidquid scirent, quidquid obserua-  
rent, quanquam Deum ignorabant, & eius nulla ratione tangebantur, quod omnino nihil scire, ni-  
hil intelligere, dicendi essent: & eos bruis amentiores, & omni sensu carentes, reputare deberemus.  
Si enim, ut Augustinus loquitur, omnis copia, qua Deus mens non est, egestas mibi est: omnis  
quaque scientia, omnisq; cognitio, qua sine Dei cognitione est, ignorantia misteri nobis existima-  
ri debet.

4. Væ genti peccatri &c. γενος Hebreis interdum est condolentis, interdum dolentis, interdum tantum exclamantis, & uocantis, infra uer. 24. insultantis, interdum uero ex dolore abominantis, non sine animi indignatione, ob rei indignitatem, sicut heu Latinis, & ò; Heu gentem aberrantem &c. Intelligimus ergo ex hoc loco, quod in hoc uolumine Isaiæ tractabuntur orationes inuestigia in Iudeos, ob innumeram corum sceleram, que hoc loco 4. titulus summatione exponit: aberrabant à recto; sed quia id quoque leuite fieri poterat, grauatos iniquitate dicit, quod alia aliqua grauiora sceleram admisissent. Verum quia interdum, qui sic sceleribus deprimitur, onus abierit cupiunt, semem malignorum eos uocat, quasi in naturam abierit prauitas, ut qui genus à pessimis patribus traherent, illosq; libenter imitarentur: denique ut ad cumulum malorum eos peruenisse significaret, ita ut uix illa esset spes recuperande salutis, filios perditos. γενος enim in biphil, etiam neutraliter accipitur: nam funditus per-  
dere, seu etiam perditum esse notat, & excusum, ut cùm arbor radicibus exciditur, ut rursum pullulare nequeat. Est itaque in uerbis istis haud inuenienda gradatio. Dereliquerunt dominum &c. De nomine γενος, quod legendum, & preferendum duco, ubi in Bibliis reperiatur, dixi in prefatione. cùm ergo notet eum, qui est, & à quo cetera omnia habent id, quod sunt, aptissim ad indignitatem addidit hoc nomen uerbo develinendi, seu defendendi; ut si riuiulus fontem deserueret, quasi à se, uel aliunde aquas haberet: eodem etiam consilio, uerbo blasphemandi, seu execrandi, & conuicijs impetrandi, apposuit nomen sancti. Quid enim sanctum, nisi reverentiam, cultum, religionem, obsequium, ipsa etiam infligente natura, mentibus quantumvis barbaris notat, atque requirit? quid ergo indi-  
gnus, quam quem sancte colere debuissent (erat enim sanctus Israels, id est, quem Israhel sanctissimi co-  
luerat, & posteris colendum reliquerat, à quo esset, quidquid sanctum dici posset) execrari & conuicijs lacessere? Abalienati sunt. γενος hoc loco, quasi esset à uerbo γενος accepit uulgatus, &  
plures alijs: potest tamen esse (si puncta mutas, quod sive facere necesse est, ut in prefatione admonui)  
à uerbo γενος, quod in kal. non nisi in uoce passiva reperitur. Significat autem religione, sanctimoniam,  
aut singulari uoto, uel reverentia, aut etiam dignitate separari ab alijs: à quo nomen Nazarenorum.  
neque male conuenit. Nam cum dixisset sanctum Israels, non iam, ut sanctum, sed ut pollutum, con-  
uicijs ab eis lacebitum, sicut, cum dicebat, melius se habuisse, quando astra colebant, & deos sequi-  
se malle, qui dabant uinum, triticum &c. aut, quod non esset aqua via domini, & multa huismodi,  
subdidit: Separati sunt retrorsum, quasi separarent se à Dœo, ueluti ab immundis, & faciem uerte-  
rent ad Idola: quod ihs Isaias sub fine prophetæ obicit, & multis alijs locis. Tiskq; apud Ezech. cap.  
14. locus, qui hunc illustrat; Q uicunque separatus fuerit post me, & reduxerit abominationes suas  
(id est Idola) in cor suum &c. ubi bis ponitur hoc uerbum.

5. Super quo percutiam &c. sensum reddidit paullulum obstruē τόπον γενος ad quid, id est,  
quorsum percutienni? uox γενος (si distinctiones Rabbinorum non curremus) antecedentibus, uel confe-  
quentibus ameti potest. Q uorsum ulterius percutienni? uel, quorsum percutienni? adhuc additis  
præuaricationem? & hunc posteriorum sensum in uerfone secutus sum. nam futura pro presentibus  
paucim accipi uideas. Quid opus est, inquit, castigationibus, & flagellis? perdetur oleum, & ope-  
ra: in dies peiores efficiuntur. Ex quo percipimus, caussam reddi in hoc uolumine, ob quam percutiū sint  
à Deo Iudei, uidelicet, ipsorum sceleram, ut caussam agnoscentes sua afflictionis à peccando desisterent:  
illi uero castigationibus peiores efficerentur: neque ad percutiennem se redirent, ut suis locis indicabi-  
mus. Vbi interim uides, in quem usum immutat sua flagella Deus, uide cap. 26. Prauarica-  
tionem. id est auersio, omnia quoque hoc nomine significantur, que qui sequitur, à Deo auer-  
titur: lege initium capit. 13. Deuteron. & huius uocis uim ex parte intelliges; ubi dicitur, non au-  
diendos prophetas, uel diuinos, qui auersiōnem contra Deum prædicant: cui opponitur, Deum  
sequimus, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite uocem eius: ipsi seruaretis, & ipsi

adherbitis : & iubet interfici , qui auersionem locuti sunt contra Iehoua . ad quem locum reficiens Ieremias 28 . preedit huiusmodi prophetae mendacis mortem , quod contra Iehoua auersionem locutus fuisset . Significat ergo peruersum dogma , & ipsa scelerata , in qua à Deo auersi ruimus : uel qua per sequentes à Deo auertimur , ut infra 31 . hic in genero libet accipere . Orine caput languidum . Hebrei dicunt languori est , seu aggritudini , id est omne caput occupat aggritudo , id est , nemo est , cui caput non doleat . eis hæc referri possunt ad primum illud membrum , Quare percutiuntur , quasi explicare uelit propheta hanc uulgari ter illorum casos esse : ego tamen libentius ad posterius refero . Ad hanc prævaricationem , quasi explicit propheta morbos spiritales , quibus laborabant omnes , propter quos temporaliter affligebantur , ut uer. 7 . continetur . Est autem ἡμέρα aggritudo , qua cum dolore , & cruciatu est ex uiolatione , infra 53 . Expertus aggritudinem , de Christo domino dicitur . Et omne cor mærens . Seu languidum , uel in abstracto languiditas , ut psal. 41 . id est , nemo est , cuius cor non langueat . ἡμέρα dicitur de languiditate illa , quam parintur mulieres tempore menstrui ; aut quando corpus , aut membrum viribus desituitur ; cordi etiam tribuitur . Iere. 8 . & Thre. 1 . Mennit porro capitum , & cordis præcipuarum corporis humani partium , ut in toto regno nihil sanum esse intelligetur : quod mox exponens , ait .

6 Non est in eo sanitas . וְאֵתֶן integritas : estque quantitatis , psal. 38 . Tuto autem , quod ad Mosis uerba Denter. 28 . hoc loco reficiat propheta ; Percuties te dominus uulcre pessimo , à planta pedis usque ad uerticem &c . Si hæc , & quæ sequuntur de afflictionibus , quas tam in corpore , quam etiam in bonis fortune passi sunt Iudei , intelligenda existimes , sunt ueluti ratio , & expatio eius , quod dixerat ; Quorū percūtimū , cūm iam adeo sitis casi , & percussi , ut nulla in toto corpore sit integritas : oportebat autem in tam percuſſo , & caso corpore , mentem sanam esse . Sed cūm iam corporis viribus omnino sitis destituti , & omnibus bonis externis sitis expoliati , ad peccandum tamen , & male agendum integrē estis . & hoc quoque ad argumentum libri pertinet . nam in eo non uno loco flagella Dei in regnum illud immis̄a legimus , regnumq; adeò deuastatum , ut nihil in eo sanum appareat . Vulnus , & liuor &c . Liuor Hebreis רַוָּה dicitur à coniunctione , scilicet , anguis . manet autem ex percussionibus ; à quibus interdum uulnera quoque fūnt ; quibus nisi medicina adhibeatur , in putridam plagam abeunt . Et hic tria commemorantur , quæ omnia indigent superalligamentis , fomentis , & medicaminibus : & quidem olei fomentum liuori , superalligatio seu compresio uulnri summopere est necessaria , medicamina vero plagis putridis ; immo omnia hæc singulis necessaria sunt , quæ si defint , atum est de percuſſo . adeo ergo percussos notat , ut non haberent , qui remedium afferret . Tumens . וְאֵתֶן putrida , saniosa : banc ipsam dictiōnem vulgatus . Iud. 15 . distam de mandibula sic uertit , quæ iacebat , hic tumentem dixit : sed utroque loco putridam seu fætidam dicere posis .

7 Deserta . וְאֵתֶן frequenter occurrit vox hæc , & propriè flatum , seu afflatum , ac deinde rem ipsam significat ; super quam flatum horrentes , seu abominantes emittimus , iuxta sui uerbi וְאֵתֶן significacionem . quamobrem uarie reddi solet , desolatio , uastatio , deserta . est enim uel substantiuum , uel adiectiuum nomen , Exo. 23 . Non expellam eum à facie tua anno uno , ne fiat terra ipsa afflato . Iosue 8 . Posuit eam in aceruum seculi , afflandam usque in diem hanc &c . Et hæc est significatio affiniū nominum : quæ multa sunt ab eadem radice , & cognatis eius , & mox . Et desolabitur . וְאֵתֶן uerbaliter accipitur : potest & nominaliter accipi , & afflatio , quasi subuersio alienorum , & כִּי (ut interdum solet) non tam est similitudinis , quam affirmantis , id est , qualem ab alienis expectare meritum quis posset . alienis enim vox וְאֵתֶן notat : qui sanguine , seu religione , seu societate politica alieni sunt . sensum expressit vulgatus . Hac itaque una uoce extremam subuersiōnem regni Iudea notat . Scimus enim , quid barbari hostes in nostris regionibus faciant , quando eas uictores penetrant . Est ergo pars argumenti huius libri Iudei desolatio : quam non uno loco , neque paucis uerbis apud prophetam hunc descriptam uidere licet .

8 Et derclinquetur &c . Id est , in hoc quoque volumine inuenies , quod Ierusalem funditus sit euertenda . neque enim eorum expoſitio placet , qui volunt hec ad ea tempora referre , quando Ierusalem sola manſit , neque capta fuit ab Assyrīis . expende uerba singula , & meam (ni fallor) Jentianam comprobabis . cumq; hæc uerba ad argumentum putem pertinere , ut dixi ; perinde mibi est , siue in praesenti , siue in futuro uertas : licet enim quodvis , neque repugnat hebraismus propter coniunctionem in וְאֵתֶן , posthabita punctatione Rabinorum . Certè praesens superioribus concuerit , & residua manet , sicut umbraculum in uinea , uel sicut manere solet umbraculum , seu tugurium , quod uivarum tempore custos sibi erigit , ut in eo pernoctet & speculetur ; post undem uero deseretur , & per se ipsum labitur . Idem de pernoctatori in cucumerario . Ciuitas , quæ uafatur . וְאֵתֶן est participium significationis passiuæ , à uerbo , quod seruare , seu obseruare significat , quasi dicas ,

dicas , ciuitas obseruata seu potius obseruanda : nam in malum hoc loco accipitur , id est , à qua timent homines , quam seu à qua cauent , sicut infra 65 . dicitur de locis abominandis , & tetricis : à quibus cauere oportebat , & præseruare se , ne contaminarentur : uel à quibus solent cauere homines , propter metum , qui obſcura , opaca , & solitaria loca pertransientes solet innadere . neque hec acceptio videatur latuisse Kim : quamus in assignanda propria uerbi significatione minus bene sentiat . quod quia non animaduertierunt non nulli interpres , in bonam partem accipientes uocem , qua parum conveinat , hic adscriptare . Nota cucumeriarum Hebreis à perplexitate nomen habere , seu crispitudine ; ipsum vero tugurium à pernoctando : quare pernoctatorium dixi . Ciuitas autem וְאֵתֶן ab excitando dicitur . nam Hebreis personam , animal , adiunctionem , & alia multa excitari dicuntur .

9 Nisi dominus &c . De nomine וְאֵתֶן id est , exercitus , infra non nulla dicentur . Dicitur autem Iehoua tecbaoth , quod uel in exercitiis angelorum , uel in corporibus celestibus , uel in ministerio templi , uel etiam in prelijs potentia ipsius maximè appareat . Semen . Vulgatus de sensu sollicitus semen posuit , pro וְאֵתֶן id est , residuum . nam וְאֵתֶן est residuum manere , uel sibi relinqnere semen : ego Hebrei , ut cuique exprefsi . nam in וְאֵתֶן non tam nota est similitudinis , quam affirmantis , ut si p. 7 . Perinde est ergo , ac si dicas , residuum proponendum nullum , uel residuum profectū modicum . Similes suissemus . Sensum non melius potuit Vulgatus reddere . nam uerbum וְאֵתֶן silere , ac proinde quiescere notat ; si uero conſtrutur cum dativo , est alteri rei acquiescere , non dissentire : quod latini ita efferre solent ; Hæc res similis est illi , uel secus . Quid quia non nulli interpres non animaduertierunt , illud pf . Te decet hymnus Deus , male redditum putant , & redundant ; Tibi filer laus , aut quid simile : cum uerbum iuxta constructionem hanc nihil aliud notet , quam Deo conuenire , & optimè aptari laudem &c . Notum autem est in subuersione Sodome , & Gomorrha neminem ex habitatoribus terra superstitem reliquum . Quid si dominus ex Iudeis non reservasset reliquias quadam , in ceteris nihil minor uastatio esset Ierosolymitana , quam illarum cimitatum . quod certè de eversione ultima intelligendum est : quam praedita Iesaias . estis non minor pars materia huīus uoluminis . Perinde est ergo , ac si diceret Iesaias ; multa canam de euerſione Ierosolymæ , que hoc tantum inferior futura est subuersione Sodome , quod in hac reliquia , id est pauci , non nulli homines ab illo incendio eripientur : in quos non graſabilitur impietas , seu infidelitas . quare neque cum ciuitate interbunt , qui ueluti semen pietatis futuri sunt in toto orbe . Suis itaque locis de his reliquiis nos quoque plura dicemus . nam , ut infra cap. 8 . uidebimus , hic est ferè totius prophetia Iesaiæ scopus . alia tamen interim canet : quorum capita iam à prophetā proponuntur .

10 Audite uerbum &c . quasi dicat in hoc quoque volumine exhortationes pleraque sunt ad principes , & magistratus , & sacerdotes populi Iudaici , ut ab iniuitate desistant : neque se satisfecisse letidiū , & Deo putent , si sacrificia offerant , sabbata , & alias festiuitates celebrant : interim autem animo impij & irreligiosi sint . huiusmodi enim culius Deo est abominationi , quod si ueluti agere penitentiam , possent adhuc institutum consequi , & frui bonis à Deo datis : aliqui omnes peribunt . Verbum . וְאֵתֶן Hebreis non unam , seu simplicem aliquam uocem , aut dictiōnem , sed integrā sententiā , seu narrationem rei cum omnibus suis partibus , & circumstantiis significat . Principes . נְגָדָל Hebreis propriè sunt duces , seu (ut populariter loquar) capitanei , sic dicti , quod in extremitatibus sint ; ut dirigant , & in ordinem uel res , uel personas redigant . magistratus hic , & primarios pontifices puto significare . Legem . וְאֵתֶן non legem tantum , sed in genere constitutionem , institutionē , seu doctrinam notat ; qua docemur de uoluntate Dei erga nos , & quo pacto formare mores nostros debeamus : est autem à uerbo וְאֵתֶן , iicit , seu iaculatus est , id est , lapidem , nel sagittas , nel uerba , nel rem aliam , habet autem uerborum iaculatio similitudinem cum iaculatione guttarum pluvia , quibus homines aliquoquin ignari imbuuntur , ac fecundantur . sed cum sermo Latinus non patiatur , ut hoc uerbis iaciendi , seu iaculandi exprimamus , uerbo docendi , seu instituendi reddere necesse est . Sodoma &c . Ne mireris (inquit ) Ierusalem imminicre tibi uastationem similem Sodome : nam principes tui principibus , & populū tuū populo illarum ciuitatum moribus similes sunt . Inuit ergo , quod non solum prædicturus sit Ierosolymorum ruinam , sed & causas tanto uastationis descripturus . His interim considera , Christiane lector , quanta libertate prædictus sit , qui uisu & spiritu Dei plenus loquitur . Quid durius in magistratus , & pontifices dici potuit ?

11 Quid mihi &c . Hac est concio , quam uult eos attentissime audire , quod non suscipiat Deus sacrificia absque misericordia , iustitia &c . de qua re infra latius nobis dicendum erit . neque hic nisi rerum capita cum propheta attingimus . adeo autem inuaderat impietas in populo illo , ut sacrificiorum , & oblationum ratio non solum ob lucrum , quod ex ipsis auctiabantur , uerū etiam propter sanctitudinis nomen , quod propter Dei cultum sibi comparauerant , fusō nihilominus ad omne genuiū uiriorum antīmo , inter Dei præcepta non insūm locum tenere uideretur : neque cuius alii Dei præcepto dignitate cede-

re. unde ortam illam questionem, qua tentare uolebat quidam in lege peritus Christum dominum, existimo, quodnam esset maximum mandatum in lege? nam, cùm caritatis praeceptum primas habere dominus dixisset, ille, comprobata domini sententia, dixit, quòd diligere, præstaret omnibus sacrificijs, & holocaustis. Ob quod iam prophetarum tempestate huic morbo adhiberi medicamenta necesse fuit. Plenus sum, uel satur sum. Ita cum vulgo malui distinguere, ut quæ sequuntur, à uerbo יְהוָה non accepi, id est, nolui, regantur, quam cum Rabinus; quorum distinctiones sensum interdum magis interturbant, quam elucidant. Holocausta. Hebraicū singulare est, sed collectiū caput; & nomen quidem Hebreis רַבִּי ab ascendendo dicitur, quòd supra altare eleuaretur, in altumq; odor cum fumo ascenderet. Graci & ab ipsis Latini, parum immutata uoce Hebreis, holocaustū dicunt, alia tamen etymologia, scilicet, quòd totum cremaretur. Pinguium. פֶּרֶג significat pecus ex saginatione pinguefactum: & forte est à uerbo פֶּרֶג, quòd tunc sit dignum, in quod oculos coniungamus. Arietum. nomen Hebreis est à fortitudine, iuuencorum, à fructificatione; γάλα enim propriè est, cùm desit esse uitulus, & fructificare incipit, agnorum uero, à subiectione, at hircorum ab incubendo, imminendo &c.

12 Cùm ueniretis. futurum est Hebreis, & pro presenti libet accipere, & consuetudinem notat, quando uenitis, seu uenire soletis. Ante confectum. Ego hebraismum retinui, ad uidendum faciem meam. qui ad templum ueniebant, dicebantur uidere Dei faciem: quia ea uidebant, in quibus Deus adesse conseruerat, & unde responſa dabat. itaque cultus, & sacra res, altaria, sacrificia, ministri domini, laudum diuinarum decantatio, & similia, qua oculis cernimus, & auribus percipimus, facies domini dicuntur, ut quanta animi reverentia ad hoc accedere debeamus, uel ex hac loquendi conuentu perspiciamus. Quæ in ecclesia Christi è rationabilior est, quòd uerius dicimur uidere Dei faciem. adeſt enim secundum substantiam sub uisibilibus illis speciebus, seu formis in eucharistia. Hæc de manibus &c. heb. hanc. Sed manifestum est feminino pro neutrō uti Hebreos, & potest ad sequentia referri hoc modo; quis queſuit hoc, nempe quatere atria mea: nihil enim aliud facitis. uel cum vulgo; quis propter hoc à uobis exigit, ut quateretis atria mea? quasi dicat non propter oblationes, & sacrificia præceptum fuisse in lege, ut apparen̄te ante dominum &c. Nulla enim necessitate, aut cupiditate barum rerum tangitur; quinimum iccirco ipsa sacrificia, & oblationes præcepit dominus, ut ueniretis ante ipsum: uenientes autem tales uos exhiberetis, quales ex ipsa lege nostris optere ante ipsum apparere, sanctos, scilicet, quia ipse sanctus sit, & ab omni iniuitate alienos, ut uer. 16. dicitur. et hoc interpretatio augusta est, & simmo interprete digna; ac si dictum esset, quis quando uobis præcepit quateret atria mea, uel ut ambularetis in atris meis, hac queſuit de manibus uestris? ad hoc respexit? an hoc tendebat præceptio? &c. Possumus & sic accipere; quis queſuit de manibus uestris hoc, id est hoc? quæ dixi? Quæſuit quidem hæc dominus & præcepit, sed à talibus manibus, quales nos geritus, nunquam dominum uelle accipere oblationes legisti. ab ijs, qui innocentes habent manus & cor mundum, accepturum se munera dominus pollicebatur & credebat; non autem à uobis, qui manus profligis impuras habetis, id est, uarijs sacrilegis & sanguine proximorum contaminatas, sicut statim explicabit. Illud uero, quod sequitur, & absolute, & per extenuationem dictum accipi potest; Quatere atria mea. hic enim uis est infinitiorum in omnibus ferè linguis, quasi dicas; putatis ne quidquam aliud à uobis agi? an uero existimandum est cultum esse Deo dignum & gratum, si nihil aliud agas, quam calcibus terere, aut quateret atria mea? itaque tantudem uos facere existimetis. nam quid de sacrificijs uestris sentiam, iam accipite.

13 Ne offeratis ultra &c. Hebraismum doct̄ reddidit uulg. ego retinui, quòd planus esset, ne addatis afferre. uerum nomen minchah olim dicebatur de donarijs, & muneribus, tam que hominibus, ut Gen. 32. & 43; quamqua Deo offerebantur, ut Gen. 4. de oblationibus Kain & Abel; at in lege non nisi de oblationibus dicitur, que ex farre fiebant, quarum quinque species Leuit. 2. numerantur, & cap. 7. habetur, quibus illa cesserint: & bac ratione differt hoc à Chorban, quod de sacrificijs pecorum, etiam in lege dicebatur, Leuit. 1. est autem à uerbo מְנֻחָה, quod sensim, & cum pompa afferre significat: & iccirco nomine oblationis reddere soleo. Frustra. nomen est, quod temeritatem, seu præcipitatem notat נְשָׁמָה. estq; in nominibus ipsis quedam pugnantia haud innuenda: nam mincha, in sui ratione indicabat pompa, moram, & circumspectionem; at illi נְשָׁמָה, id est, temerè illam afferbant, non quòd præcipitatem, gressuum damnet hoc loco, sed potius animorum. Quid enim magis temerarium, quam Deum, qui spiritus est, placare uelle externis muneribus, animis in impietate perseuerantibus? uideant Christiani, ne ipsorum interdum munera, & oblationes à temeritate professa esse uideantur: ac proinde munera temeritatis ure reſeq; dicantur. Est autem huius nominis radix uerbum נְשָׁמָה, id est, repente seu præcipitanter ingratis. uulg. adverbialiter accipit, quòd nomina uerbis iuncta soleant Hebreis sepe adverbia fieri, ut Exo. 20. Non eleues nomen Iehova temerè, id est,

id est, ne efferas temerè, seu præcipitanter. tanquam nomen autem Prou. 30. temeritatem, & uerba mendaci remoue procul a me, & eo. præceps est salus hominis &c. Incensum. תְּהִימָה suffitus, seu thymiana, & quidem de suffitu prædixerat Moës, quòd Leuitæ furentem dominum suffitu placarent. Deut. 33. hic autem uides, quòd si ipsi sint peccatores, suffitus sit ipsa abominatione coram Deo, ea maximè ratione, qua à peccatoribus offertur. Neomeniam, & sabbatum &c. Quid sibi uelit uulg. manifestum est, neque hebreæ uoces repugnant. nam uocare concionem (sicuti est in hebreo) pro alijs festiuitatibus accipere, non nimis durum est. uerum aliter quoque accipi poterunt: & si quidem ultima duo nomina נְשָׁמָה in accusativo accipias, sensus erit, Kalendas, & sabbatis, quibus uocare soletis concionem, & ecclesiastim congregare, neque ferre uis, & tyranidem. Squidem inibitant ad munera, & quemadmodum de filiis Heli dicitur, uim inferebant offerentibus, & tyranidem exercabant, quòd si in nominandi casu accipientur, sic uertes, nouilium, & sabbatum, quando conuocatur concio, non fero. uis, & tyramis sunt, ut hec sit ratio, quare nequeat illa ferre. que enim in laudem Dei cedere decebat, illi sua tyramidi, & cuiusdam defervere uolebant. De nomine נְשָׁמָה quod uariè admodum reddunt interpres, non semel nobis inferius dicendum erit, est autem à uerbo נְשָׁמָה quod uoce, & significatione conuenit cum Latino, aueo. quare concupiscentiam noxiā uidetur significare, & plerunque in malum accipitur; sed sapissimè pro uiribus ipsis, sine quibus debilis admodum est concupiscentia, accipitur, ac tandem pro uir ipsa, & violentia, quæ plerumq; ex illa concupiscentia ortur, ut latius in sequentibus ostendemus. hic enim cum propheta tantum capita dicendorum attingimus, Nomen נְשָׁמָה uero est propriè coartatio; quare pro ipsa congregatione, in qua est mutua coartatio, accipitur, ut 2. Reg. 10. & pro ipso cœtu, ut accipit uulg. sicut Ieol. 2. Vocate cœtu. uide infra cap. 53. ubi uulg. habet de angustia, & iudicio sublatuſ est &c. Non feram. נְשָׁמָה id est, potuit: aliquando idem Hebreis est, quòd sellinere, audere, sicut Graci ταλπία Osee. 8. Quousque non poterunt Innocentiam. & ps. 101. Hunc non sustinebo, non feram &c.

14 Kalendas. Idem nomen est Hebreis, quod uers. superiori uulg. dicit neomenias. est autem Graci neomenia, Latinus nouilium, id est, primus dies luna, ac proinde mensis, quem antiqui dixerunt Kalendas, sumi turq; Hebreis pro ipso festo, quod primis diebus mensis celebrabatur; & eodem nomine festum ipsum, & primum diem mensis, ipsuſq; mensē appellant nempe וְנִירָה quod à nouando dicitur. nam & uulg Luna noua dicitur, quæ singulis mensibus innovetur. ego tamen hoc loco accipio pro festis innovationis seu dedicationis, quòd festum Encœnia Evangelista dicitur. puto enim maxime celebrarem fratre diem illum, quo Salomon templum dedicauit domino: quod septem annis absoluīt, & celeberrimè dedicauit. u. de lib. regum. Sollemnitates uestræ, nomen וְנִירָה de quaue re certa, attestata, ac definita dicitur, de tempore, festis, congregatione, & conuentu, de castris &c. in plurali quoque pro statis temporibus & pro festiuitatibus paſtim accipiuntur, ut i. par. 2. 3. & Lenu. 2. 3. Vides Deo nostro illas, quæ à iuſis sunt, esse gratissima; eademq; si ab iniuicis sunt, esse moleſtissima? quodq; non solū nostra, sed sua quoque nostri ratione metiatur. si enim pīc uiuamus, nos, nostraq; omnia libenter sustinet, & amantisimè curat: sin impie, nos nostraq; omnia odio habet, fastidit, neque ferre potest, immo neque sua ipsius, cultus laudes & cetera id genus: ibi uero sunt peccatorum nostrorum fructus.

15 Et cùm extenderitis manus &c. futurum rursus pro presenti, cùm expanditis manus &c. Erat autem gestus, & habitus hic omnibus supplicibus & Deum orantibus communis, maximè uero Iudeas, ut cùm orarent, manus ad calum expandarent, nimurū à patribus edotti, & illi fortè a Deo, aut sanctis angelis id acciperunt, ut Moses Exo. 17. David frequentissimè, adeo, ut tota diu diceret extollere se manus &c. Salomon in dedicatione templi utraq; etiam genu in terra defixo, &c. Verbum est וְנִירָה unde dictos uolum Pharisæos, uel quod legem exponerent, uel potius quod eorum uita omnium oculis esset conspicua, ut qui laudes appeterent hominum, & nihil non facerent, ut uideantur ab hominibus &c. Sed quantum de nominis etymologia diversi sentiunt, hoc pro comperto babo (tese etiam Rab. Salomon, & alijs) quod Pharisæi in locum Nazariorum successerunt; & hoc quidem apud priſcos Hebreos ualde iustitum erat, eo quid separati essent à reliquo populo, & domino ritu quadam soleani conferenti: nomen autem Pharisæorum neotericum erat, & Syriacum: addiderunt tamen Pharisæi multa, quæ Nazaræ ignorabant. Auertam oculos meos, uel abscondam, operiam oculos, ne manus extensionem uideam, orationes quoq; non audiam, pro preſentibus, abscondo, non audio. Nota: Christiane lector, uirum pium de profundo maris, et uentre belluæ exauditum, impios uero in templo manus expandentes, & preces fundentes non exaudiſi. Sanguine plena &c. plena dixit, ut multitidinem homicidiorum, & iniuriarum notaret, impudentiam quoque exaggerat, quod illas manus ad Deum expandent, quas fratrum sanguine contaminassent. Si de terra clamabat sanguis Abelis aduersus Cain, quomodo contaminata manus sanguine misericordiam, & non potius vindictam impetrarent? Quid si sit hoc loco allusio ad ritum illum initiandi sacerdotes, quorum manus partibus sacrificia-

- rum implebantur &c. Exo. 18. & 29. quasi uiderentur esse potius ministri, et sacerdotes illius, qui bā  
mida fuit ab initio: eos enim talis initiatu deceret, non ministros Dei. uide infra cap. 13. uer. 3. :  
16. Lauamini. וְאַתֶּם ablutionem notat, quæ cum abstensione fit, & neutraliter interdum accipitur, quæ  
re rellē per paſtūm uertitur. hoc est aliud caput argumenti, in quo non parum laborat propheta,  
scilicet exhortationes ad penitentiam, cuius est præterita delicta auferre, conscientiam emundare, ſu-  
dia commutare, ceſſare denique a malo, & bonum operari: quale est querere iudicium, id est, recte,  
& iuxta diuinās leges, ius dicere; ne scilicet pauper propria cauſa cadat, tantum eo quod  
pauper sit. uide additur  
17. Subuenite oppreso. ſenſum reddidit uulg. non male, uerbum וְאַתֶּם propriè eſt, recte pede incedere,  
quod nos felicem eſſe dicimus, & actiū ſumptum, de homine eſt dicitis, uel factis facere, ut bene habeat.  
participium uero וְאַתֶּם infectum, ſeu uitiatum notat, et ſi de pane dicitur, eſt panis fermentatus, et acidus,  
de homine, & uelut in uero 63. hic uero translate de hominibus misericordiis, uarijsq; iniurijs affectis, uel potius  
afflictis, & malis undiq; confectis, dictum putari potest. Tantum abefit nos uolo ab iniurijs inferendis, ut  
per nos bene habere debeat, calunias, & infamia labo aſperſus. Potest quoque ſum pro eo, cuius  
cor eſt perturbatum, & ueluti tintillum, & exacerbatum, ſicut ps. 73. Verbum in bipal, infectum eſt  
cor meum. i. perturbatum: et ita uerbum וְאַתֶּם accipere poteris, de consolatione, quæ uerbis fit. Iudi-  
cate pupillo ſeu pupillum. uerbum indicandi Hebreis nunc in bonum, nunc malum accipitur, inter-  
dum etiam indifferenter pro ius dicere. hic in bonum accipio pro iuſtificare. nam & iudicium aliquando  
pro damnatione, & aliquando pro iuſtitia accipitur: ut iudica me Deus, iudica cauſam &c. Ita etiam  
quod ſequitur uerbum בְּנֵי eſt litigare, & cum accusatio in bonum, & in malum capitur, ut recte  
uulg. dixerit defendere uiduum.  
18. Et uenite & arguite me. heb. כֹּה נָא ite nunc, uel ambulate queſo. & ut periti inter Hebreos  
ſenſint, ſunt quoddam uerba Hebreis, quæ in imperatiuis uſurpanſur pro particulis indeclinabilibus, ut  
uide, reuertere, uenite &c. eſtq; adhortanti, quæ dicat, eia iam iudicio contendamus, agite iam. quo  
loquendi modo nibil aliud ſignificare uoluſſe exiſtimo, quām ſtati, ubi illa preſtarent, qui ſuprā di-  
xerat, abſq; ulla mora poſſe illos ſecum contendere, ſicut qui non peccauſſent, q. d. & ſi uerba ſceleris  
a uerbi ſacrificiis, precibus, uobijs, metiſijs abborreſſe faciant, adhuc tamen penitentia locus eſt, qua  
ſi lauabimini, mutatis in melius uerbi ſtudijs, ut pro iniurijs in proximos, omnia caritatis officia exerce-  
at, ſancti reputabimini, ueluti qui nunquam peccatis ſe contaminarunt. Contendere itaque cum  
Deo ſigurare, & hyperbolice pro omnimoda puritate, & ſanctitate accipio. nam cū in ſcripturis di-  
catur ſanctissimos coram Deo immundos reputari, & neminem eſſe, qui ſi eius peccata diligenter obſer-  
uantur, Dei iudicium poſſet uifimere, &c. nullā loquendi figura ad eo magnificè potuit penitentia uir-  
tus commendari, quām ſi diceret, adeo sancti eritis, ut poſſitis cum Deo iudicio contendere. non po-  
tent in iudicium adducere errata, quæ penitentia deleta ſunt; & hinc eſſe germanum ſenſum, ſimilitudines  
niujs, & lana, quæ ſequuntur, confirmant. adde, quod, ut aliorum interpretationes hoc loco conſent, multa uerba ſupplenda ſunt, ut apud ipſos uide poteris, quod violenta expofitionis indicio maniſto  
mibi eſſe conſuetum. Arguite me. וְאַתֶּם in uoce paſtū eſt, coram diſceptare, uel in iudicio, uel  
extra. Si fuerint peccata &c. ecce, quid dixerit, diſceptare cum Deo, eſſe nempe album, ut  
lanam, ſeu niuem, etiam ſi innumerā, & grauiſſima peccataſſe. Vt coccinum. eſt יְנִין uer-  
miculi quædam ſpecies, qui ex grano cuiuſdam fruticis figura lentis, aut pī ſaſcitur, ideoq; Grecis  
ſimiliter, & Latinis coccus, lana autem, & uelut eo colore tincta coccinum dicitur; uulg. ſcar-  
lata; forte à uoce Greco σάρκα, quæ uermiculum ſonat. Pausanias fruticem naſci in Thocensi te-  
ſtatur, naſcitur & in Narbonensi Gallia, & in Lufitania prope oppidum Setubal, ex cuius grani uer-  
miculi oriuntur. In ſcripturis aliquando conſtruitur cum nomine יְנִין, & ſignificat coccinum bis tim-  
ulum, uel ſecondo tintillum, ut Exo. 25. & Ny. 4. &c. aliquando etiam per ſe ponitur, ut hoc lo-  
co. יְנִין autem eſt à uerbo יְנִין, id eſt, iteraut, & in plurali pro ipſis pannis uermiculatis ac-  
cipitur, ut prouerb. 31. et hic, ni fallor. Quæ autem bis tingebantur, erant colore aliquanto ſub  
nigro, neq; ita lucido, ut qui ſemel, fortassis huic potius coloris, quām alterius meminit, quod ſit ma-  
xime conſpicuſ & diuturnus. deinde & propter peccata, quæ nomine ſanguinum ſignificauerat.  
19. Si uolueritis &c. eſt ueluti conclusio ſuperioris exhortationis, quæ dicit, ſumma eorum, que  
dixi, hac eſt, ſi uolueritis &c. וְאַתֶּם eſt propenſo eſſe animo in rem, uel perſonam: וְאַתֶּם  
uerbo, id eſt, audiuſt, absolute poſtum, interdum eſt obedientia; conſtructa autem duo uerba hoc mo-  
do, ut hic uides, Hebreis perinde ſonant, ut nobis uerbum cum adulterio, ſi uolueritis, & audieritis,  
id eſt, ſi uolendo, uel, ſi ex animo obedieritis, uel ſi uolueritis audire, auſcultare, obedire &c. præ-  
cipua bona terra comedetis, & quidquid ſuper terram boni nomine dignum fuerit, in uetros uifus cedet:  
bis opponit ſequenti uerbi proteruum, & inobedientiam. Similiter enim duo illa uerba  
וְאַתֶּם

- conſtrui debent, ut ſuperiora ſi renuendo mutabiles fueritis, id eſt, inobedientes &c.  
nam proprieſ mutationem in pieſu notat, & aliquando eſt neutrū, aliquando alliuſum. Thren.  
1. Mutando mutabilis eſt, id eſt, rebellans rebellauit: & psal. 5. inſtrā cap. 3. actiū accipitur, ubi  
uidetis, quæ ratione hoc uerbum pro irritare accepert interpretes. Hic habes fructum obedientia, ſi  
ſimil & inobedientia. obedientia eſt frui bonis, nam in letitia comedes panem tuum, ſi Deo placue-  
rint opera tua; inobedientia uero gladio, ſeu ſiccitatē abuſi. nam גְּרָב ſiccitatē notat; deinde  
& pro gladio accipitur, quo ſanguis funditur, & corpora exſiccantur. ſingula autem ſingulis oppo-  
nuntur. bonum, & ſiccitas, abuſi, ſeu deuorari. et eſt alluſio ad uerba  
Mofis Deut. 28. additū, Q[uod] uia domini locutum eſt, innuens iam dudum ita à domino constitutum  
fuſſe, neque inſtrigi poſſe hanc ſententiam, penes quam uitam ſtam inſtituere oportet. Ecce in  
manu tua eſt bonum, & malum, uita, & mors: ad utrum uolueris, extende manu tuam. Dicant  
hæretici, qui libertatem arbitrij tollunt, quid hac ſibi uelint uerba? diſpaream, ſi impostura notam  
effugere poſſet propheta, ſi hæc diceret homini libertate carenti. ſed eorum temeritas ab alijs iam fa-  
tis repreſſa eſt.  
20. Quomodo. iam aliud caput ſue prophetie præcipuum trahere incipit propheta, nempe de ſpiri-  
tali redēptione Ieruſalem. hoc autem caput ſub ſe non nulla continent. primum eſt, ſcelera habitato-  
rum illius terrena Ierofolymā, perinde eſt ergo, ac ſi prophet a diceret; Dicturus quoque ſum de re-  
dēptione Ierofolymorum, ſeu reparatione ſpiritali; fed prius ciuitatis illius terrena ſcelera comme-  
morabo: non poſsum enim non admirari, quo pacto factum ſit, ut ciuitas illa adeò corrupta moribus  
fuerit &c.  
21. Meretrix. cū nomen יְנִין ſit à uerbo, quod Latinis eſt mero, ſeu mereor; nunc de mere-  
trice, nunc de lotrice, nunc de caupona dicitur Hebreis: immo eodem nomine collectiū omnia edulio-  
rum genera, que in caupona uenduntur, Iocl. 4. ſignificantur. ratio autem quare ciuitas illa à pro-  
phetis meretris iure appellari poſſet, manifesta eſt. at, ſi cauponam hic uertas, optimè conuincire ui-  
debitur ſequentibus, ſine muliere, ſine de taberna ipsa intelligas; quæciuitatem deditam impoſtu-  
ris, & dolis, quibus caupones abundare ſolent, ſignificare uelut propheta. exciperet etiam homici-  
das, & ſicarios, quod genus hominum ad caupones quoque ſolet diuertere. Admiratur autem, quia  
ſuiftet. Ciuitas fideliſ, plena iudicij, id eſt, equitatis. uerisimile nanque eſt, quod in ea ciui-  
tate, in qua erat Dei cultus, & ſacra ſcriptura intelligentia, fuerint aliquando iudices incorrupti, ſan-  
cti pontifices, & ingens ſanctorum hominum turba. Scio quidem iam Dauidis tempore (cū psal. 5. 4.  
Dauid edidit) ſimiles mores huic ciuitati tribui, qui hic adſcribuntur: ſed puto propheti illuc Chriſti ve-  
pora deſcribi: ſufficietq; nobis debet Iefaiſe teſtimoniū, quod ſilicet olim ſuiftet ciuitas illa ſidei, &  
ſanctitatis totius domiciliū: cū non repugnat, quod Dauid ſingulis diebus morti adiudicaret improbos,  
ut diſperderet de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Et hoc eſt iuſtitiam habitare in ea, non  
quod nulli ibi fuerint inuiſli, ſed quod unicuique ſuum daretur, & improbi penas ſui ſceleriſ quo-  
que darent. uel quod in ea, qui iuſtitiam quereret, inueniret; & ad illam conſugiebat iuſtitia, ut ad  
domiciliū ſuum, ut ex uerbo appetat. Habitauit: Hebrei pernoſtavit, ſeu pernoſtabat, id eſt,  
in te habuit domiciliū, & quæ ab iniurijs ſe protegebat. Et nunc homicidæ: ſumma enim  
iniuſtitia eſt homicidium: uerum pro iuſtis magistris erant improbi, & iniquiſimi homines, etiam  
ſi non nulli priuatim ſancte foris uiueret, uerè dicere poſuit eſſe homicidiarum domiciliū, ad quod  
ſicarij conſugibant, ut merito diceretur ſpelunca latronum. uide Iofephum. Hebraiſnum, Facta eſt  
in cauponam, recte molliuit uulgatus Facta eſt meretrix, ſic: uers. ſequenti. Fuit in ſcoriam &c.  
22. Argentum tuum &c. ſolent caupones falſo nomiſmate hoſpites decipere, & potum aqua diluere,  
& pro meraco uirum non parum dilutum uendere, omnia deniq; corrumpere, & quæliui turpiter ſeruare.  
puto eſſe expofitionem uerbi ſuperioris, quod ſilicet ſaſta fuerit caupona: nam de habitatione homi-  
cidarum ſequenti uerbi ſeruare. Ceterū quid per argenti, & uini depravationem intelligat, faci-  
le eſt diuinare, proferimt cū eloqua Dei argennum ſepties purgatum appellentur in ſcripturis; & in  
euangelio dominus dicat Tharisæoſ corrupiſſe legem Dei, & peruersis interpretationibus deprauſe,  
adeo ut uulg. imponerent, & ſuas ſiſtiones pro Dei uerbo inculcarebant. ob quod etiam eorum doctrinam  
fermentum, in quo uis inefſi maſſam corrumpendi, uocat. ſcribarum ergo dogmata erant ſcorias,  
qua adulterabatur argentum uerbi Dei. neque mirum, ſi ad hunc Iefaiſe locum reſixerit Paulus,  
quando falſos Apoſtolos dicit adulterare uerbum Dei: per participantem nanque ἀπόστολος, non ſolum  
cum Hieronymo intellegentes, ſed etiam cum uulgato, & Ambroſio adulterantes, ſeu corrumpen-  
tes: id enim per cauponantes intelligere poſſumus. ſiquidem ueteres quidquid eſſet dolo, uel fraude uer-  
bi ſecondo appellabant: quin etiam Ennius uetus poeta, ut eſt apud Ciceronem, cauponantes  
bellum uocat eos, qui contra rationem & disciplinam militarem bellum gerunt. unde apud Aechy-

Ium cauponie artes, prouerbiali forma, eò quid illud hominū genus, (ut quod questu omnia metiat) ad fraudes, & dolos promptum sit. idem de corruptione unius sentiendum est: uerba enim Dei incorrupta, & pro dignitate tractata uim habent admirabilem, & sanctam ebrietatem inducent, à sensu inferiorum abstrahentia: at corrupta, & diluta languent, & auditores languere faciunt. unde Paulus in episcopo requirit, ut posit exhortari alios in doctrina fana mīnēvēlē, & contradicentes arguere. Sunt dñm quidam, inquit, &c. docentes que non oportet turpis lucri causa &c. quamobrem argue eos acriter, ut vīcēwār in fide, non attendentes Iudaicis fabulis &c. Tit. 1. uide etiā 1. Tim. 6. Adeo, quid quacunque externa habebant Israelita, argentum, ac unum recte dici poterant: quia magnifica, speciosa, splendida & ambitiosa erant, ut genus ducere ex partibus, habere diuinās promissio-nes, federa, ritus, lex, sacramenta, &c. omnia tamen hac corrupta, & adulterata per impios fuerunt. nam generis splendor tactantia, & superbie deferviebat; promissiones, tanquam de rebus temporibus factas, interpretabantur; federa securitatis in malis dabant patrocinium; legem denique, & ritus omnes traditionibus superflios confurabant, id quod manifestum est in euangelij. & scripturis apostolicis. Scoriām. à retrocedendo dicitur Hebreis scoria, argentum à desiderando. dixi autem potum pro uno: nam כְּדָבָר potus est, nel uini, nel sicerā à uero, quod portando absūtum nōtāt. Vides, quo pāctō hac uerbo illi, quod praecepsit מִזְבֵּחַ, id est, in deterius mutari, conuenient; ut dignum, & iustissimum fuerit eos gladio, seu fame interisse? Iustitia in homicidia, argentum in scoriām, uinum in aquam; omnia demq; mutationem in deterius perpeſia sunt. Quid, quoſo, similes ui-citūdines in ecclēſia non admītūrunt, & defleat? nam si res digna luctu est, (ut est apud Iapientem) cum iustiſus ad improbitatem deflebit, quid de regni, atque magnis prouinciis sentiendum?

23 Principes infideles: exponit, quod dixerat, urbē esse homicidārum domiciliū. est autē uenusta paronomasia in nominib; in Hebreo, saraic, forērim principes tui immorigeri, contumaces, qui nulla disciplina regi uolunt, sed pro libidine cuncta agunt. Hoc uitium &c. uocat Paulus ad Eph. & Col. 3. & in eos irām Dei descendere affirmat. quo loco alludere uidetur ad legē Deut. 22. in qua iubetur, ut filius contumax lapidibus obruiatur, ut auferatur malū de Israele. Quid si magistratus ipsi, quoruſ erat contumaces filios morti adjudicare, contumaces fuissent? quis in eos animaduerteret? certe experirentur irām Dei, quo uenit in filios &c. non solū autem hac contumacia respectu legis Dei in magistratibus intelligenda est, uerū etiam propter admonitiones prophetarum, & ministrorum domini, quibus reges debent obtemperare. quod quia Saul non fecit, abiectus est. quo fit, ut ex spiritu Dei nequaque proficiunt morem illum existimē, qui in plerisque principibus Christianis bodie perseverat, quo parum episcopis deferunt, & coram se genua flectere eos sinunt. Profetā cū dominus prouidisset, ut Ioseph princeps pro Mōse in populo Dei, cum coram Eleazarō staret iūſis, & ut ad uerbum eius egredereetur, tam ipse quām uīnērū Israēl. Socij furum: si eos non dannant, qui fures sunt, & aliena diripiunt; si uiuere patiuntur, cūm officium eos pleſtere iubeat; non ne meritō ſocij, & federati furum dici debent? perseverare uidetur in similitudine cauponie, qui conſentunt furtis, & partem ex illis accipiunt. Similes sunt magistratus, qui muneribus, aut maximis pre-mijs ab aliquibus donati non modō pupillos, ac uiduo non tuentur, defenduntque; uerū etiam eos fraudant, atque in federatorum furtis, maximisque sceleribus conuenti. Vide Christiane lector, quid hoc coniungat propheta, ut cognata uitia, ueluti cauſam, & effectus. Appertunt munera, & dona; non uidicant pupillum &c. retributions uero uocat hebraismus uel dona simpliciter, nam retribuere interdum est donare: sed plerunque uiciuitudinem indicat, quare qua donantur magistratibus, hoc nomine uocantur: quia ut illi munera capiunt, ita quoq; dant impunitatem criminum, & impios pro muneri-bus iustificant, id est, absolvunt; & ne cauſa cadant, omnem lapidem mouent.

24 Propter hoc &c. propter magistratum, & sacerdotum peccata, à quibus uniuersa mala in populum emanarant, necesse fuit emundari Ierusalem. quare occisi sunt in exsilium miseri impīi, noua Ierusalem adūcata est, & floruit ecclēſia. que hic noster propheta à fine 45. capituli usque in finem prosequitur, hoc ipso ordine; licet sapientia idem per transitum in pluribus locis insinuarit. cūm uero hoc sit ex principiis capitibus prophetis huius, affuerationem insolitam, & Dei nominib; prae-pūe signatam p̄mitit. Ait dominus. Hebreæ uox וְאֵל (quod lubet Rabini dicant.) esse particiale nomen non dubito, & idem ualere, quod sermo certus, & indubitatus, quodq; Paulus dicit, Fidelis sermo: tantumq; in scripturis Deo, & à Deo inspiratis hominibus tribuitur. quare illud psal. 36. Dicit iniustus &c. sic uertendum putarem. Sermo certus de transgressione improbi in corde meo: non est timor Dei coram oculis eius &c. id est, hoc certò apud me statuo de transgressionibus, uel circa transgressiones improborum, nempe quid non sit timor Dei &c. Est autē Hebreis huius uocis usus, qualis est Paulo, illius, Fidelis sermo: interdum enim precedit ea, que affirmat, ut 1. Tim. 3. & secundo secunda, & 1. Tim. 1. ubi uim uocis pluribus explicavit: interdum uero subsequitur, ut

Tit. 3.

Tit. 3. uerbum autem וְאֵל, id est, certò affirmauit, tantum reperitur Ierem. 13. & licet hanc uocem ut uerbum accipere possumus, ubique tamen ut nomen uerti; & cū uenit in medio orationis, quasi parenthēsi includenda uidetur. hic quoque & ut nomen, & ut uerbum capi potest; propterea certò affirmauit &c. uel propterea sermo certus domini Iehoua &c. Supp. hic est. Dominus: in Hebreis sunt duo nomina Dei, Adonai, Iehoua, de quib; in prefatione. Fortis. וְאֵל dicitur de Deo, de Angelis, de hominib; de tauris &c. significatque potentem, robustum, ualidum &c. & quando de Deo dicitur, ſepe conſtruitur cum nominibus Israel, aut Iacob, quasi dicat, quid in Israe-le appareat quām sit ualidus, & potens; cuius uires, & potentiam expertus fit Iacob, & eius hostes. Heu est particula, quam ſupra unigatus dicit &c.: neque est dolentis hoc loco, ſed potius iuſtantis, ut ab, ſive aha, uide ſuprā uer. 4. & uerba, que ſequuntur, ſic accipiendo interiectionem ostendunt. hostes & inimicos uocat, & ex uindicta conſolationem accepturum ſe eſe affirmat. id quod Ezech. 5. uer. 13. explicatur; Completo ſuorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolationem accipiam: & ſciant, quia ego dominus locutus sum. & in Deut. Sicut antē latetis est dominus ſuper uos bene uobis faciens, uosque multiplicans; ſic letabitur diſpergēns uos, atque ſubuertens, ut auferamini &c. hostes autem ſuos uocat eos, qui fratres ledebant, quos di-zerat homicidas, crudeles, auaros, qui munera accipiebant, & impios ministros, quia omnia corrumpabant &c.

25 Conuertam manum meam ad te, uel reducam ſuper te: est hebraismus, quem nos Lusitanī ſatis bene exprimimus, cūm dicimus, alteram manum huic rei admouebo, ſignificantes iam nos in ea re aliquantulum elaboraſſe, etiam aliiquid effeſſe, ſed non dum abſoluſſe, ac perfeſſe id, quod uolumus, & perficere anteā cogitaueramus. Quemadmodum etiam Latinē dicimus aliiquid refrican-dum, ſeu repurgandum, quod non ſit ex omni parte purgatum, & ſummam adhuc manum paſcat, atque defideret; ſic etiam ſimilitudine ſumpta ab aurificis, uel etiam à fullonib; qui ſordes à ueſtibus etiam, atque etiam refricando abſtergunt, in punitionib; loquimur, admouebo illi alteram manum, ſignificantes nos aliiquid prius laboris, & ſtudij inuimpſiſe, ut quempiam ad ſanam mentem re-duceremus, non dum tamen id conſecutus, uelle rurſi rem tentare. quare hoc loco, ut ego quidem ſen-tio, multo aliud ſignificari puto; quām non nulli ſentiant, nempe quid exilio Babylonico, & exuſionē illa ciuitatis, & templi, quaſi prima manu, non ſatis expurgata fuerit Ierofolyma, neque ſufficerit extenſio illa ad reuocandam fideli puritatē, religionis, iuſtitiae, atque doctrine. itaque ait, ſe iterum manum applicaturum ad ſcorias exurendas, & quidquid ſtanni argento immiſſum fuifet. Exponit ergo quod dixerat de uindicta ſumenda, quid de illis tantum intelligat, qui ex Israeſitis degenerarant, pietatemque, & fidem abiecerant, de homicidiis, anariis, adulteris, & ceteris, quos Paulus dicit ad re-gnum Dei non pertinere: non autem, quid populum ſuum ſit repulſurus; immo hoc beneficium praefili-ſurus Ierofolyma, ut eam expurgeat, & omnibus ſordibus abſtergat. excidium itaque Ierofolyma anum per Romanos (quod praeceperat aliud ſpiritale, huius argumentum, initium, & cauſa, quando ſcili-ct omnia deuauerauit inſidelitas expulſo Christo, & fide) ſuit opus illius supremi aurificis, & con-flatoris ad exurendas ſcorias, & excutiendas paleas, & permundandam aream ſuam. perierunt ergo, & abſumpti ſunt hostes eius, & reuixit pietas, & fides &c. uox mox dicitur. Intellige hoc loco Christiane lector, quid interdum uafationes, & captiuitates, immo & hiereſum inundatio, que fe-re totam terram occupat, ſint ueluti diuinitus miſericordie conflagrations in uindictam hostium Dei, & abſumentas ſcorias, & ut fides electorum probata inueniat. ſunt itaque flagella, & quaſi initium damnationis impiorum: ſi autem mentem Dei attendes, ſunt beneficia in pios. Finge argentiū, cui ad-miſſum est ſtannum, ſenſum habere, & mentem, non ne pro beneficio duceret conſlati, & exuri? do-leret quidem ſtannum, & gemeret, quia aliiquid contra voluntatem eius fieret, & ei uis inferretur: gauderet uero argentiū, quid ab iuſuria uindicatur, & expurgatur. hac profetā cogitatione in tanta reip. Christiana conflagratione animus meus paulisper excitatur, atque recreatur. idem quoque cogita in ſingulis eleſtis Deum facere, dum afflictionibus rubiginem exurit, id quod optabat David, cūm ait; Proba me Deus, & tenta me, ure renes meos, & cor meum &c. reuocaturque animus ad amoris puri-tatem, & fidei: ſedet enim dominus conſlaps, & emundans argentiū, & purgat ministros ſuos, & urit eos, quaſi aurum, & argentiū, ut offerre poſſint ſacrificia in iuſtitia. Felices, qui ſic uiruntur, ne in aeternū uirantur; & igne afflictionis uiruntur, ut ſauenter igne amoris exardeciant. Quid ſtarer ad uindendum hunc conſlatorem? optantis enim puto eſe ſimilia uerba apud Malachiam.

26 Et reſtituam iudices &c. ecce quorū purgat, & exurit dominus. Vide autem, quid eodem uerbo, quo uisu fuerat, quando ſuperiori uerbi de afflictione inferenda uerba fecerat, hic quoque uti-tur, illuc uero conuertendi, hic reſtituendi reddidit uulgatus: ego utrobique uerbo reducendi reddidi וְאֵל, quaſi dicat, ad hoc reduxi manum meam ſuper te, ut reſtricerem etiam ad te bona, que ami-

seres. quorum summam hac una promissione comprehendisse iudicatur, de restituendis iudicibus, & magistratibus, presentum si ablato sunt scoria, & stanna: si enim pura sit religio, purus cultus, pura & sana doctrina, magistratus quoque, & consiliarij iustitiam colant, remp. felicem dicere meritò poteris. Sed quid est, quales initio, quales in principio, id est, olim antiquitus putarem, quod Mojen, Iosue, Samuelem, & similes intelligat. nam illi propriè διδούσι dicebantur, felicis que habuit resp. illa sub iudicibus, quām sub regibus, præterquam sub Danid, & initio regni Salomonis. Ex libro autem Samuelis habemus magis gratam fuisse Deo formam illam recip. qui in que postea sub regibus subiecta est. dispergit enim domino uerbum illud; Da nobis regem &c. illos itaque uocabat antiquitas indices, qui non habebant ius regium, ut pro iure regio possent tributa exigere, aliorum familitium accersere, bona & possessiones exactione grauare, militem publicis impensis conducere, & similia, que illi possunt, penes quos est totius recip. autoritas. erant tunc, ueluti libertatis assertores, & iudices, ut quando populus premebatur ab hostibus, dominus uirum aliquem excitabat, qui rursus populum liberaret, & in priuatum libertatem afferret. addo, quid istorum potestas successione, sicut postea regum, non derivabatur in posteros, sed, ut Deo placebat ita iam ex ista, mox ex alia tribu, & familia eligebat iudicem. Proinde cum populus regem à Samuele postularet, neque uellet amplius habere iudices: respondit dominus; Non te abiicerunt, sed me, ne regnē super eos: insinuans, quod tempore iudicium ipse pro suo arbitrio regnasset, non ut solent reges huins seculi, qui factū & ambitione, quasi domini, sibi subditos moderantur, qui equis, curribus, familiorum, seruorumq; copia, & apparatu militari sua regna, & suos limites propagant, & tueruntur; sed ipse populum regeret per iudices diuino spiritu afflatos, qui in domo paterna commorantes, nullas arcas, aut ciuitates, aut regias extrubabant, neque fortuna splendorē & inanem gloriam nimis concupiscabant. unde Abimelechum, qui, ut rerum summa potiretur, militem conducebat, & uia dignitatem retinere cogitabat, regioque dominatu studebat clarescere, ac contra morem, & exemplum aliorum iudicium regia quadam magnificentia utebatur, regem Iud. 9. scriptura appellat. Iesus Gedeon, qui dicenti sibi populo, ut esset dominus ipsorum, & filius ipsius post eum, respondit; Non ego dominabor in uos, neque filius meus; sed dominabitur in nos dominus Deus uester. merito itaque non uim, id est, principes, non dominos dicit, se restitutur dominus, sed iudices, ac consiliarios, qui remp. pacatus, & humanius administrarent. Cūm igitur hoc in Christo impleta sint, (non enim satis hoc temporibus post reditum è Babylone conueniunt, nam licet ex parte uerum sit, quod tunc habuerit Ierusalem iudices, sicut à principio: non tamen ciuitas tunc dici potuit iustitia, & fidelis &c.) supereft, ut qui Christi ecclesiæ presunt, non se ut reges gerant, sed ut dominus in euangelio prescribit, cūm ait; Reges gentium dominantur eorum &c. uos autem non sic. quare qui hoc auierunt à Christo, non dominati, sunt in clero, sed forma fuerunt gregis, ut est apud Apostolum: hoc tamen non impedit, quod minus, secularis potestas ecclesiæ quoq; ministerio concredi posit: uerum de ecclesia ministris mibi, & prophetæ est sermo, quā ecclesiæ presunt, & uices Christi gerunt. De abusibus quoque, qui consequenti tempore inundarunt, quibus hac gloria obnubilata est, non est huius loci sermonem insituere. Certe hoc uerisimum est, multò sanctiores, & iustiores habuisse nouam Ierusalem iudices, quam qui Israëlitico populo prefuerunt. non enim puto illos cum Apostolis conferendos, neque cum pluribus apostolicis uiris, qui primicias spiritus accepérunt; & in quos Deus dinitas bonitatis sue dicitur effusisse, horum profecto tempore uocari poterat. Ciuitas iustitia, urbs fidelis: sed & in finem usque seculi iustitia habitabil in ea, & fides non deficit. nam qui fidem amittunt, ad eam non pertinent: iniusti uero in ea tolerantur, & ut respiciant, fons uenient: quod si non faciant, tandem ab ea expellentur. Vides, quod cūm de redemptione Ierusalem sit sermo, nihil hic de diuitiis, nihil de armorum strepitu dicatur? Quis dubitet existimasse prophetam fidem, atque iustitiam ecclesiæ ad felicitatem, atque securitatem sufficere? sed de his latius in postremus huius prophetæ capitulo. Nota quod nomen consiliū ηγόν, & consiliariorū διηγέρει a uerbo διηγέρει, quod sternere propriè significat, quod consilium sit, ueluti stratum, super quo actiones nostræ consistunt: uel potius, quia quod ex consultatione, & deliberatione faciendum statuitur, sit ueluti fundamentum actionum; & ita nos aliquando uerbo fundandi barbarè uimur, quando in consultationibus sententiam nostram uolentes proferre, dicimus, fundor in hoc, id est, hac est basis, hoc fundamentum, hac sententia mea, quam operi quasi subterrēndam & instar fundamenti iaciendam statuo &c. ut uel ex hac etymologia, quanti consilia, & consultationes facere debeamus, intelligi uoluerit aucto lingua sancta. Quid enim magnum absque fundamento diu posit confistere? Vide quoque, quod ad felicitatem reip. non satis putauit spiritus sanctus dictum, si iudices respiuerent integri, & incorrupti, nisi quoque consiliarios restituendos diceret: nam malis consultoribus uix quidquam boni precipi à magistratibus, & principibus; & si præcipiatur, uix executioni mandari posset; adeo ut quidam olim sapienter dixisse credatur, quod mallet iniquum regem optimis consultantibus

fultoribus reip. præesse, quām iustum, & sapientem inquis consiliarij consipitum. Initium Hebrais dicitur נָתָן תְּהִלָּה, id est, prophaniari, quod incepio rei sit quasi eius prophaniatio, seu incisio. notus quoque est Hebraismus חֲדֹרְנוּ, id est, statim, ubi hec gesta sunt, aut erunt. nequaquam enim absque incorruptis magistratibus, & consiliarijs poterit unquam dici quaevis ciuitas, ciuitas iustitia, aut fidelis: ea enim est humana fragilitas, ut uix nisi ab altero in officio contineantur. illi uero, qui alios in officio cōtinere debent, non nisi à Deo dari possunt. quare iratus Deus istos negat, ut uidabis cap. 3.

27 Tcion in iudicio &c. hoc intelligitur, uel quid dominus pretium persolucit pro ea, neque sibi quidquam remitti uoluerit ex debito. pretium autem fuit sanguis ipsius, cui non potest comparari aurum, & argenteum. multò enim acceptior fuit in oculis domini Christi obedientia, quām ingratia, & iniuria omnium simul hominum inobedientia. adeo q; iusta fuit, hec compensatio, ut si aliquis, uerbi gratia, ijs, qui per fidem uiuam Christo adhaeserint, peccata imputare uellet, eosq; damnare, quibus Dei filii iustitiam suam importierint, iustitiam, & iniuriam in se committi, meruīt Christus do minus proclamare posset. uel in iudicio, & iustitiam est, optimè causâ circumstantijs, Tcionem absoluere, & à captiuitate eripere. Quid si iudicium, & iustitiam pro Dei beatitate, ut sāpe alijs accipiamus? quid rursus, si iudicium, & iustitiam pro sanctificatione ipsi Tcio ni collata capiamus? certè nihil ab Hebraeorum phrasij & locutione alienum dixerimus; ut scilicet intelligamus, quod non sit hec redemptio qualis fuit, ant ex Aegypto, aut ex Babylone, sed nihil aliud sit Tcionem redimi, quām Tcionem iustificari, collata ei ex Dei misericordia iustitia, que electi Dei intus in sibi liberati à seruitute peccati, ut iustificati gratia ipsius heredes simus iuxta spem, quā nobis quoque dedit, uita eterna in Christo Iesu domino nostro. porrò illud membrum, reducent eam in iustitia, uarie reddi potest. nam si בְּנֵי fit plurale participij בְּנֵי in forma affixi, quā vocant, & attīne accipiatur, id est, reducentes eā, uertemus cum uulgato, reducent eam in iustitia, ꝑ si ut neutrum accipiatur, ut accipiunt ferè omnes Rabini, erit dicēdum, reverentes eius, id est, qui ad eam redeunt, redibunt in iustitia, seu redimentum in iustitia. ꝑ si neglecti punctilatione Rabinorum בְּנֵי esse nomen singulare dixerimus a uerbo בְּנֵי, id est, in captiuitate abduxit, cūm affixo feminino בְּנָה ut Deut. 21. uer. 13. afferet uestimentum captiuitatis sermo, planus erit sensus. captiuitas eius in iustitia redimetur. & hunc sensum magis probo; sicut etiā in fr̄ cap. 59. ubi ferè eadē uerba reperies. quā uestionem eo libentius amplector, quod redeuntes transgressionis, seu peccati, iuxta Hebraorum loquendi confuetudinem, potius illi sint, qui ad transgressionem redeunt, quām qui à transgressione, seu iniuite conuertuntur. Adeo, quod expressus locus est, quo Iudeorum redemptionem à peccatis futuram fore testatur, quam Iudei negant tantum optantes, & portestate Romanorum eripi. Adeo, quod etiam dicitur בְּנֵי forma feminæ, id est, captiuitas, ut uertere positis, & captiuitas in iustitia scilicet redimetur. Redimetur. מְלֵא, cuius hic paſſum legitur, est liberari ex periculo, angustia, seu captiuitate, aptissimeq; dicitur de redēptione per Christum. nā pericula & scandala, ubi similia ijs, que in regione peccati paſſim sunt obvia? pericula inferni hęc sunt, & porta mortis; minimo enim interstitio à morte perpetua illi diuiduntur, qui in peccatis degunt. quid de angustiis referam? sunt uerè do lores mortis, & ueluti funes quidam, qui mentes, sensusq; constringunt, & quasi captiuos abducunt nos in legem peccati. quod quidem dolenter conqueritur Paulus in epist. ad Rom. cap. 7. neq; id latet eos, qui aliquem sensum peccati aut gustum Dei habent. qua enim latitudine animi illi contingere poterit, qui Deum sibi iratum agnoscit? addo, quod mala conscientia semper est pauida. his malis tandem accedit tyrannis imp̄issimorum, & crudelium dominorum, à quibus non nisi per filium liberari poteramus. tunc autem uerè liberi sumus, ut ipse apud Ioannem affirmat, si ab eodem fuerimus liberati. Eramus itaq; serui peccati, at per Christum uerè liberati à peccato, serui autem facti Deo, habemus fructum, sanctificationem, finem uero uitam eternam. Summa igitur latititia est nobis percipienda, gracieq; perpetuo agenda, iuxta illud psal. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Sed quorummam est hoc canticum? quis has laudes domino decantabit? dicant, inquit, qui redempti sunt à domino &c. Vbi certè non nullas liberationes numerat ex errore suis, ex maris periculis, ex captiuitate &c. que si conferantur cum ea libertate, que nobis per Dei filium contigit in iudicio, & iustitia, pueriles uidebuntur. Ignorant itaque miseri Iudei maiestatem redemptoris sibi promisi, quia latet eos, quia usque sit peccati captiuitas, quia usque ad hoc tempus detinuntur.

28 Et conteret &c. etiam si prius iam extirpandos improbos dixisset, rursus tamen ad idem reddit, ne putarent Iudei, adueniente Meſia suo, omnia sibi tutæ fore. hoc enim sepissime prophetæ soli reperere, ne unquam sibi impunitatem promitterent. immo uero cūm redemptio esset in iustitia, manifestum esse null, quod quicunque iustitiam, qua per Christum est, non amplectentur, inten-

turi essent. Ex quibus alteram intelligentiam superioris uersus à superioribus elicere possumus, scilicet, quod Tzion redimeretur in iudicio, & iustitia, id est, ut nihil in ea liberatione contra ius factum uiderit posset. 31. Inclus enim est Deus, & iustitiam in ipsa misericordia nunquam defecit: neque ei unquam placere poterit impietas, aut iniurias; ne putent impie, qd quia liberabitur Tzion, & Ierusalem, ipsi impunè uiuent, & rerum domini futuri sint Iudei, quoquo pacto tandem uiuant. alienum hoc prorsus est à Dei iustitia, cui odio est impius, & impietas eius. redimet itaque Ierusalem, sed summo cum iudicio, quod mox explicat, id est, ut conterantur omnes peccatores, & scelerati, pū uero, seu qui abiecta impietate Christo domino adhaerere uelint, libertate fruantur: ceteri uero deiciant à terra, ita ut non sint, id est, funditus omnino delectantur: ergo iuxta hanc expositionem, quo sequuntur usque ad finem capitis, sunt expositio eius, quod dixerat, Tzion in iudicio redimetur, & captiuitas eius in iustitia. sed uerba huic uersus non nulla indigent animaduersione. Et conteret. uocem  
**כָּרְבָּר** si tollas puncta, ut sepe necesse est, & ut uerbum accipitur, optimè uertit uulg. Conteret, frangere enim, seu contere significat; ut nomen autem, est fractura, seu contritus. dicit ergo, simul cum redēptione Tziona, & captiuorum eius, erit contritus transgressorum, & errantium; & qui deseruerunt Iehoua, deficient, & de medio tollentur. inclusum enim est, ut quies detur seruis domini, & tyrranide oppressis: simul etiam & ijs, qui eis affligunt, (ut inquit Paulus) iuxta ipsorum merita rependatur. simul uero sunt & piorum redemptio, & improborum damnatio, ut isti magis torqueantur, illi autem iucundior sit redēptio, quod in tanta rerum perturbatione securi, ac leti permaneant. hoc illud est, quod arescentibus hominibus p̄ timore, &c. dominus uibet, ut sui caput subleuant, quod in ianuam sit corum redēptio. Peccatorum. possumus quoque uocem  
**דְּנֵת** pro erratis accipere, & peccatis; ut sit sensus; Erit, inquit, contritus transgressorum, & erratorum simul, id est, conteret transgressores, & errata simul, ut mox de idolis dicit. Quoniam autem & **שֶׁבַר** si cum simistro puncto scribatur, quasi contraria significatione nota, infraclit oculis, & animo intueri (unde & pro expectare accipitur ab interpretibus) potest hic subesse sensus, neque contemnendus; & intuitus transgressorum, seu spes, & fiducia transgressorum, simul cum ipsis suis erratis, uel cum ipsis simul errantibus ipsi denique Iehoua desertores deficient, cessabant, & absumentur. sic **שֶׁבַר** accipitur ps. 119. & psal. 146. ut uideas, quantum inuenit ex fontibus ipsis huius sacrorum bibliorum intelligentiam. Quād uero ijs, quo sequuntur, hic sensus conueniat, facile lector animaduertet.

29. Confundentur. cūm se nihil auxiliū consecutos uiderint ab ijs, in quos, ut in Dcūm, oculos concierant; uel cūm eorum delubra conflagrare simul cum arboribus, quas ordine conservabant, ut inter illas se oblectarent in honore deorum suorum, non poterunt non pudore suffundi. Quid uibus sacrificauerunt. uulg. uerbi significationem non reddidit, sed sensum tantum. quid enim est deos appetere, concupiscere, seu adamare, nisi illi immolare? nam **וְתִהְיָ** proprius est, appetere, expetere, concupiscere scilicet ea, qua hominibus iucunda, grata, uoluptaria, utilia, pretiosa sunt. quare semper hoc uerbum emphaticum est. Erubescetis. Hebreis **וְתִהְיָ** significat fodere, seu infodere; bim interdum explorare, & oculis, ac animo in rem intendere significat, qd hoc sit quedam foſſo, & rei penetratio. Exod. 1. Hinc etiam pro pudeſteri, uel quia qui pudeſtunt, abdere se uelint; uel quia est quedam animorum exploratio. sic Iob. 6. & psal. 34. & 40. &c. ecce quoniam pacto defecit spes illorum, de qua uersu superiore. Hortus. Heb. dicitur **תְּאַמְּרָה** à uerbo **תִּהְיָ** quasi circumnumeritus septo: hoc enim differt ab agro, seu prato, quod circumseptus est.

30. Cūm fueritis. **כִּי** potest esse temporis, potest quoque esse rationalis particula. Quercus. **תְּרֵשֶׁת** speciem esse querens, ferè omnes consentiunt. ego congruente uoce illicem esse credo. Etymologia quoque fauit. uerbum enim **תְּרֵשֶׁת** adiurare significat addita imprecatione mali. illicem autem diris imprecationibus devotam antiquis, ne cederetur, nemo est qui neficiat. Gentiles etiam huiusmodi arbores, & silvas sacras, & incedias dixerat, vel sic dicitur ab expansione, & praeminentia ramorum. Foliis. **תְּרֵשֶׁת** uero folium dicitur, & supremum in ramis arborum excrementum à uerbo, quod ascendere significat. Defluentibus. uerbum **לֹכֶד** humore naturali destitutum esse, emarcescere, seu elangescere significat proprius, sensum expressit uulg. certè iste similitudines statum illius reip. satis exprimit, cuius aspectus fuit horridus, à qua recebit omnis decor, atque ornatus: quemadmodum ab illis recedat, illosq; deferat, insolum est; de quibus uer. 28. dixerat, quod defecruissent Iehoua. In quo statu, qui fieri posset, ut non puderet aliorum deorum cultores, qui ignem in lucis, & arboribus, qua in ipsorum honorem fuerant plantatae, non extinxissent? ac multò minus ipsos cultores suos non seruassent? hi sunt, in quibus habuimus fiduciam, surgant, & opitulentur nobis. &c. Hac omnia in amatores mundi, qui idola colunt, & brachio carnis innituntur, satis aptè conueniant: quorum finis interitus, ut ultimo uersu concludit Iesaias.

31. Fortitudo. Heb. **וְתִהְיָ** illud prōsidium notat, in quo fiducia collocatur; & pro umbra uidetur accipi Amos. 2. Ego deleui Amorrheum à facie ipsorum, cuius altitudo erat, quasi cedrorum, & proteccio, seu umbra, sicut queruum: & dicitur à uerbo **וְתִהְיָ**, quod recondere significat. Et rārum uerbum est Hebreis; tantum enim semel legitur in uoce paſſ. infra 23. at Chal. frequentius est. hoc autem nomine hic vocat Idola. quem enim Deum credimus, eudem protectionem nostram reputamus. Stupa Hebreis dicitur **וְתִהְיָ** à uerbo, quod excusum esse significat, quod ē lino excutiat. nomen geminatum à uerbo **וְתִהְיָ**, quod prorumpere ad uolandum, seu euolare significat. notat ergo eruptionem ignis, uel flammæ &c. Hinc uides peccatores esse fibinetipis, & operibus manum suarum conflagrationis, atque perditionis auctores; ob quod in scripturis seminaratores dicuntur malorum, quodque labores, & afflictiones metent. ipsi sunt flamma, & incendiarij, & aduersus semetipos flammis excitant temporales, & eternas; quas nemo possit extingue. Ecce quod uersu 28. dixerat, nēmē fiduciam impiorum simul cum ipsis interitiram esse. O infelices, qui dum dulcedine ac blanditijs uoluptatum illeſti, bona huīs uite iucunda ac uoluptaria, seu utilia nimis magno studio querunt, ut uer. 29. dixit, nihil aliud, quam sibi, & suis incendium preparant: de testor igitur deo, atque hortos, qui sunt ignis fomenta, aut in quos ignis suā uim potest exercere. Hac itaque est prophetae totius materies, hoc argumentum. nulla enim in toto hoc uolumine aliqua insig- nis est prophetia, cuius in hac prima concione caput non attigerit, adeo ut ultimum uerbum huīs ea- pitis cum ultimi libri verbis aperte conueniant; Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nulla autem hic in argumēto mentio fit uastationum aiorum regnorū, quæ in sequentib⁹ commi- morantur, quod tantum in exempla ea adscripterit propheta.

## Caput secundum.

Noua.

**V**ERBVM, quod uidit Iesaias, fi-

lius Amoz, super Iehudam, & Ieru-

salem, ut etiam auctor evaginat.

Et erit in postremitate dierum firmum.

erit mons domus Iehoua in capite montium, & eleuabitur p̄ collibus: & confluunt ad eum omnes gentes.

Et ibunt populi multi, & dicent; Agi- te, ascendamus in montem Iehoua, ad domum Dei Iacob; & instituti nos deuīs suis, et ambulabimus in semitis eius: quia de Tzion egredietur doctrina, & uerbum Iehoua de Ierusalem.

Et iudicabit inter gentes, & correccio- nem adhibebit: populis multis; & contundent gladios suos in uomeris, & lanceas suas in falces, non leuabit gens in gen- tem gladium, & non discent ultra bellum.

Domus Iacob adēste, & incedamus in lu- ce Iehoua.

Quia dimisiſti populum tuum, domum Iacob: quia repleti sunt plus, quam oriens, obseruatoris [sunt] ut Philistim, & pueris alienis adhaerunt.

Et repleta est terra eius argento, & au- ro; neq; est finis theſaurorū eius: & repleta est terra eius equis, neque est numerus

**V**ERBVM, quod uidit Iesaias, fi- lius Amoz super Iudam, & Ierusa- lem.

Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus in uertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes.

Et ibunt populi multi, & dicent; Veni- te ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob; & docebit nos pias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Tzion egreditur doctrina, & uerbum domini de Ierusalem.

Et iudicabit inter gentes, & arguer populos multos; & conflabunt gladios suos in uo- meres, & lanceas suas in falces, non le- uabit gens contra gentem gladii, neque exercebunt ultra ad p̄clium.

Domus Iacob uenire ambulemus in lu- mine domini.

Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt plus, quam oriens, obseruatoris [sunt] ut Philistim, & pueris alienis adhaerunt.

Et repleta est terra eius argento, & au- ro; & non est finis theſaurorū eius: & repleta est terra eius equis, neque est numerus

Noua.

quadrigarum eius.

Et repleta est terra eius idolis: operi ma- 8  
num suarum, supplices prosternuntur,  
qua fecerunt digitis suis.

Et prostratur homo, & humiliatur uir. 9  
ne ergo des ueniam illis.

Ingredere in petram, & abscondere in 10  
pulvere, à facie paucis Iehoua, & deco-  
re celitutinis eius.

Elatio oculorum hominis humiliata 11  
est, & curuata est sublimitas uirorum: &  
exaltatus est Iehoua solus ipse die illo.

Quia dies Iehoua tcebaoth contra 12  
omnem superbū, & elatum: & contra  
omnem eleuatum, & humiliatum.

Et contra omnes cedros Libani elatas, 13  
& eleuatas, & contra omnes querces Ba-  
san.

Et contra omnes montes elatos, & con- 14  
tra omnes colles eleuatos.

Et contra omnem turrim excelsam, & 15  
contra omnem murum munitum.

Et contra omnes naues Tharsis, & con- 16  
tra omnia toremata desiderii.

Et incuruabitur elatio hominum, & hu- 17  
miliabitur sublimitas uirorum: & exalta-  
bitur Iehoua solus ipse die illo.

Et idola in uniuersum immutabuntur. 18

Et ingredientur cauernas petrarum, & 19  
hiatus terræ à facie paucis Iehoua, & de-  
core magnificentia eius, cùm surrexerit ip-  
se ad opprimendam terram.

In die illo abiicit homo idola argenti  
sui, & idola auri sui; quæ quisq; fecerat  
sibi, ut supplicaret talpis, & uespertilio-  
nibus.

Vt ingrediatur foramina petrarum, & 21  
prominentias rupium, à facie paucis Ie-  
houa, & decor magnificenter eius, cum sur-  
rexerit ad opprimendam terram.

Cessate uobis ab illo homine, in cuius 22  
naribus halitus [est]. quoniam excelsus  
reputandus est,

Vetus.

biles quadrigæ eius.

Et repleta est terra eius idolis: opus ma- 8  
num uarum adorauerunt, quod fecerunt  
digitis eorum.

Et incuruauit se homo, & humiliatus  
est uir. ne ergo dimittas eis.

Ingredere in petram, & abscondere in 10  
fossa humo, à facie timoris domini, & à  
gloria maiestatis eius.

Oculi sublimes hominis humiliati sunt,  
& incuruabitur altitudo uirorum: exalta-  
bitur autem dominus solus in die illa.

Quia dies domini exercituū super om-  
nem superbū, & excelsū, & super om-  
nem arroganter, & humiliabatur.

Et super omnes cedros Libani sublimes,  
& erectos, & super omnes querces Ba-  
san.

Et super omnes montes excelsos, & su-  
per omnes colles eleuatos.

Et super omnem turrim excelsam, &  
super omnem murum munitum.

Et super omnes naues Tharsis, & super  
omne, quod uisu pulchrum est.

Et incuruabitur sublimitas hominum,  
& humiliabitur altitudo uirorum: & ele-  
uabitur dominus solus in die illa.

Et idola penitus conterentur.

Et introibunt in speluncas petrarum,  
& in uoragine terræ, à facie formidinis  
domini, & à gloria maiestatis eius, cùm sur-  
rexerit percutere terram.

In die illa proiciet homo idola argenti  
sui, & simulacra auri sui; quæ fecerat  
sibi, ut adoraret talpas, & uespertilio-  
nibus.

Et ingrediatur scissuras petrarum, & in  
cauernas faxorum, à facie formidinis do-  
mini, & à gloria maiestatis eius, cùm sur-  
rexerit percutere.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiri-  
tus in naribus eius est: quia excelsus repu-  
tatus est ipse.

**H**ANC puto esse primam omnium iustionem, seu prophetiam, qua dūrat usque ad 6. cap. Et merito primum locum obtinere. est enim de Christo domino omnium prophetarum fine, & de religionis, quam ipse instituit, & ecclesia ipsius dignitate, de uastatione Israëlis ob ingentia eorum cri-  
mina, & de sanctis reliquijs, quæ saluatoris sunt, ut reperirent totum orbem fidei, ac cognitione ueritatis. Preparatus, in Heb, bis ponitur uerbum substantiuum, sicut ego in uersione exp̄si. Sed prius sic accipi potest; uerbum, quod uidit Iesaias &c. & erit, uel potius est, quasi dicat, hoc est uerbum, quod uidit Iesaias &c. nempe quid in nouissimis diebus preparatus, seu firmus erit mons &c. possimus etiam participum נֶגֶד post habita distinctione Rabinorum, cum preceden-  
tibus coniungere; uerbum, quod uidit Ies. &c. & erit in postremis temporibus firmum, seu ra-  
tum,

tum, id est, eius firmitudo, atque certitudo postremis temporibus comprobabitur, quasi dicat, non breui, neque diebus nostris adimplebitur. quare uertere poteris, & erit in nouissimum dierum destinatum. Quod autem uerbum hoc in hac significatione dicatur, appetat ex Genet.

41. Decretum est uerbum ab Iehoua, & festinabit Deus facere &c. nulli autem dubium, quin nos simus, in quos fines seculorum deuenenerunt. In uertice montium, nulla erit religio, nullus cultus, quem religio Iehoua dignitate non supereret. Cultus domini, qui in Tcion colitur, perficiet,

ut ceteræ religiones contempte, atque abiectæ sint, ac peruersæ & impie appareant; atque etiam ut nihil sic emineat in toto orbe, ut ecclesia, & domus Dei, erat autem in montibus frequens cultus, & in excelsis libertatis colebant homines deos suos, forte, quod cultus Dei ab mis abfrabat, neque posset dimini uacare, qui terrena non transcendent. O Iudeos &c. si unquam futurum expectent, ut mons ille Tcion ad maiorem altitudinem excrescat. Illud autem non præterendum est, quod cum ecclasiæ Dei excelsiore cunctis montibus dicat, cum de uenientibus ad eum est sermo, uerbo uitetur

7, quod affluentia, & instar fluminis cum celeritate cursum, sine motu spontaneum, ac mi-  
nimè uiolentum notat, cuiusmodi esse solet in rebus natura propensi. uerum cum flumina non in mon-  
tes, sed à montibus impetu fluant, satis, uel hoc uno uerbo, significat nobis spiritus sanctus, & etiam si hominibus iuxta carnis naturam ardua uideatur Christiana perfectio, sicut tamen splendore, ita animos hominum raperet, ut eo impetu ad eam consequendam ambelarent, quo solent flumina in precepis la-  
bi. Et, ut ego quidem sentio, nihil est, quod religionem nostram magis commendet, neq; eius uerita-  
tem sic illustrem reddat, quam quid tamquam eius difficultatem & arduitatem tot milia hominum supe-  
rauerint iam olim, & nunc superare contendunt. Et quidem, si in illa sola effet difficultas ea credendi,  
qua humanum captum ac sensum transcendit; que autem ad rationem uita spectant, illa omnia  
mortalius permetteret, uidelicet que caro, & sanguis appetunt: nihil omnino mirum mibi foret, si in-  
finiti eam amplebentur, aut mons supra montes positus à propheta diceretur. nam semel libertate  
carnis concessa, nihil adeo præter rationem credendum proponeretur hominibus, quod illi ambabus ul-  
nis amplectendum, & totis uiribus, si necesse foret, propugnandum non iudicarent. Equis enim, ob  
secro, absurdiora, & rationi humanae magis difsona credenda hominibus proposuit, quam Mahume-  
tes? at illa omnia, ut diuina oracula, absque ulla habitatione uerissima effe iudicat infinita hominum  
multitudo; & armis atque ui tuctur. quam quo ob causam? certè, quia carni, que uolebat, con-  
cessit; & hanc concessionem à Deo, profectam praedicavit. Hoc ergo pro miraculo dicitur, & admira-  
tione, ac stupore dignissimum est; quod cum Christiana religio mons excelsus appareat, non solum  
dum inuisibilis, & supra humanum captum credenda mysteria hominibus proponit, qui sensu omnia  
dijudicare consueverint; uerum etiam dum austera uita rationem imperat, & contendere per angu-  
stiam portam, ac crucem bumeris per totā uitam ferre suaderet hominibus ex carne prognatis, & in liber-  
tate carnis plures annos ueris: tot tamen uirorum milia, tot feminæ, tot pueri, tot senes, nulla itine-  
ris aperitur, nullius consensus difficultate deterrit, ea animi cōtentione, propensione & impetu mon-  
tem scandere aggrebi sunt, quo à montibus flumina ad ima loca properare, & imas ualles complere con-  
suevere. O montem planum, o uias domini pulchras, o ingum suave, & onus leue.

3 Imperatiuum נְלֵחָה accipiendo puto, ut dixi uer. 18. superioris capitie. utuntur enim bu-  
iñ modi imperatiuum, sicut Greco ἀρχὴ & ἀρχή, ad exhortandum, & excitandum; ut etiam Latini ades  
& adesse. Et decebit seu instituet. potest sic accipi, ut instituat nos &c. quasi hic sit eundem  
principis scopus, & finis, ut erudiantur, atque eruditantur in iis ipsius. ad hoc enim eruditio do-  
minus, ut finis scitatores bonorum operum. Quidam Tcion, puto futurum exhibet in præfens  
conuertendum, si eundem sit sermo &c. siue haec accipientur; ut uerba prophecie, siue ut uerba co-  
rum, qui se se mutuò adhortantur ad constendendum montem, rationem continent, quare eundem sit.  
Nihil mirum, quod ad hunc montem confluent populi. nam non aliunde promanat salutaris doctrina,  
neque uerbum salutis, quam à Tcion. Non iam ad montem Sinai, aut Horeb properandum. littera  
re enim occidit, at spiritus uiuificat, qui datus est in monte Tcion paucis illis Israëlis, ut compleat  
orbem diuino semini. Quidam genitum iustius properare debeant homines, quibus eruditio multa  
est opus, quam ubi intellexerint esse uerbum domini, & institutionem Iehoua? tantum enim illi, quos ip-  
se erudierit, beati esse possunt. ad domum ergo Dei merito confluent. Verum ne carnales Iudei putarent  
de monte illo, & templo illo loqui prophetam, non dixit, quod ibi esset uerbum domini, sed quod inde  
flueret, & egredieretur; ut quisquis uerbum euangelij perceperit, licet sit apud Garamantas, & In-  
dos, is concidisse montem domini iudicandus sit.

4 Iudicabit gentes. Heb. inter gentes iudicabit, id est, ius dicet. Iehoua ipse uerbo suo euangeli-  
co lites dirimet, controuersias componet, ob quas belligerabant inter se se gentes; & quando opus fue-

rit alterutros increpare, ut ad pacem redeant, & amicitiam colant, liberè id per ministros sui uerbi efficiet: non solum enim priuatas personas pacem colere compellec uerbum euangelij, sed etiam magni ponderis controversias, & inueterata quarundam nationum odia debilit. nibil enim mansuetudine barbaras nationes, & humanitatem inducere efferatis gentibus, casque ex feritate ad iustitiam, ex cadibus, & rapinis ad mansuetudinem; atque mutuam amicitiam, traducere unquam potuisse, nisi uerbum, & institutio Iehoua. Notanda ergo hoc loco est uis uerbi, & quod eius primum munus sit caritatem, & pacem animis suadere. ad quod facit, quod sequitur, de contundendis bellicis instrumentis, ut ex eis fiant, qua agricultura, qua pace gaudet, & odit bellum, necessaria sunt, sicut enim apud Virg. Aeneid. 7. de preparatione ad bellum dicitur;

Vomeris huc, & falcis bonos, buc omnis aratri

Cebit amor, recoquunt patrios fornacibus enses.

sic cum pacis studium significaret propheta, dicit, q[uod] gladiis in uomeres, & lanceas in facultas conuerterent, qui Christo domino obsequerentur. his enim tropis, id est, uerborum immutationibus, hoc tam significare uult propheta, quod quantum ex euangelio est, qui praedauerint; & qui euangelio obedierint, pacis erunt cultores, ut qui didicerit citius bona omnia externa, ipsamq[ue] uitam, quam caritatem amittere. Et arguet נָא in tertia, & si interdum de ea cafigatione dicatur, que fit uirga & flagello adhibito; tamen frequentius dicitur de ea, que solis uerbis fit, non etiam uerberibus. est & peculiari acceptio huius uerbi Gen. 24. Hanc correxit seruo tuo Isaac, id est, castigasti, erudiisti tanquam puerum. & mox; Illa sit mulier, quan correxit Iehoua, &c. quam, ut padagogus effinxit, instituit, & informauit. Quam significacionem, seu modum, significandi libenter hic amplector, licet simili non sit constructio. similem autem constructionem butus uerbi cum נְהַבֵּס infra cap. 11. arguet in rebus tertiis, pro opere terra; uel, correctionem adhibebit mansuetis terre, atque sic etiam hic accipi potest; etiamq[ue] non sit eadem constructio, que praedito Genesii loco.

Vomeres. Hebr. אֲתָתִים à uerbo נְהַבֵּס id est, uenit, instrumentum feruum ad proscindendam terram, atque sulcandam, ab eundo, & redeundo dictum. At uox נְגַנְנָה id est, hasta, baſile, est à נְהַבֵּס, quod uerbum est caſtrene, & significat, sensim se collocare & caſtramentari quiescendi gratia residere, & proprie dicitur de exercitu. מְבֹרָה sunt falcule, quales sunt, quibus utuntur in putandis uincis, & arboreis, à נְהַבֵּס uerbo, quod putare rapim, seu incidere significat. נְהַבֵּס in prima est exercendo dicere. Uerbum quoque נְגַנְנָה propri significat, quod nos his duobus uerbi exprimitur, tollere & sublenare. & quod Hebreis est leuare gladium, Latinis est stringere gladium, aliquando est capere; ut cum de ducenda uxore sermo est. in hac significacione hic potest etiam accipi, non capiet enim, ut Latini arma capere dicunt.

Domus Iacob &c. sunt qui has uoces propheta esse dicant; possunt autem esse corum, qui ex gentibus in Christum credidere, qui dolent, quod Iudei nolint communem cum ipsis Deum, & cultum habent, quod q[ui] exciderint, neq[ue] rursus inferi uelint: nequeunt enim sibi persuadere, quod derelicti populo circumcidit, Iehoua, Deus corum, ad incircumcisos transferit. Cunctantes ergo eos, seu portius reuidentes, ex gentibus conuersi, excitant. Domus, seu posteri Iacob adeſte, ac una nobiscum lucem banc, que ſeſe terris diffundit, sequamur. Est lux Iehoua Dei uostri, quem hactenus coluſtis: ambulate, dum lucem habetis, ne uos tenebrae comprehendant. Credite nobiscum in lucem, ut filii lucis simus omnes. Prodiit lux hac in monte uastro Tzion, ex domo Iacob fidus hoc iuxta Balaam prophetarum ortus est. Q[ui] nem dicunt uester Moſes, & prophetæ, inuenimus Mesiām. Est autem נְהַבֵּס uerbum Hebreum Gracis δέκα consentiente uoce, id est, illucſcere.

6 Proiecisti enim populum &c. quasi dicat, nemo miretur, quod gentes, que ignorabant Deum, Iudeos, quibus solis notus erat Deus, ad agnitionem ueri luminis adhortationibus pertrahant, quan do quidem tu Iehoua populum tuum dimisisti. uerbum enim נְהַבֵּס significat rem, aut personam, que aliqua lege nel loco &c. aſtricta erat, liberè dimittere. Et tam in bonum, quam in malum accipitur. Vocat autem scriptura: à domino relinqui; omnimodam misericordiam, cui opponit esse Deum cum quoquā. Ad ſaluationem angeli, dominus tecum, respondit Gideon: Si dominus nobiscum; quare inuenit nos totum istud? & ubi sunt mirabilia &c. Iud. 6. At nunc dimisit nos dominus &c. Q[ui]a repleti &c. caſtas aperit huius derelictionis, & initio collocat, quod pleni effent, & obſeruant aſtra, aut more gentium aues, aut interfina animalium, ut futura conieſtarent. Ferū omnes interpretes hanc plenitudinem referunt ad idolatriam uel magiam &c. quorum interpretationem non danno, sed non video, cur uerbum נְהַבֵּס prefertim absolute possum, ad diuitias, & copiam; atque abundantiam rerum non referatur. Orientales autem diuitiae in prouerbio sunt. ſummum porrō nefas erat, cum bonis temporalibus abundant, ut orientalibus populis non ſolum conferri, sed & preferri possent,

poſſent, impietatem idolatrie, et augiorum cum opulentia coniungerent. nam, quod inferiores artes illas ſeſtentur, ut poſſint quoquonodo uentre implere, & medacijs, ac inanibus promissionibus alios deluendo aliqd in ſuos uſus deriuare, nō adō mirandum forct: at fagmatis, ac dilatatis, & beneficio domini opulentis, id certe turpiſimum. Hunc autē ſenſum, que proximis uerib[us] ſequuntur, conſirmant.

Augures. originem uocis נְגַנְנָה uideo plerosq[ue] ignorare etiam ex Rabiniis; ſcito ergo à nomine נְגַנְנָה, id est, oculus, formari uerbum נְגַנְנָה quāſi dicat, oculauit, id est, oculis obſeruanit, unde particiūm prima נְגַנְנָה primo Sam. 18. id est, oculus obſeruans. In ſecunda autem coniugatione נְגַנְנָה oculis obſeruauit, & intendit ſignificationem, Num. 26. & 2. Regum 21. hinc participiūm נְגַנְנָה, qui obſeruat horas, dies, menses, annos, & tempora negotijs agendis idonea. de quibus Paulus ad Gal. 4. Deut. 18. in sing. plur. autē Deut. 15. & Mach. 7. obſeruatorēs non crunt tibi. ab hac quoq[ue] coningat, manat nomen נְגַנְנָה, quod hic habemus, & in plur. obſeruatorēs dicere poſſimus, de quibus etiam Ier. 27. Et uos ne audiatis obſeruatorēs uellos. Et femininū habet in frā 57. Ex eo autem Deut. loco habet, quād dedit ac deuīnī fuerint illi populi augurijs, & huiusmodi obſeruationib[us]. In his uero, quo ſequuntur, magna est uarietas; at ſenſus mox farabit, ſi ſingularium uocum ſignificationes proprias attenderimus. & quidem nomen נְגַנְנָה natum ſignificare indicant infiniti loci à uerbo נְגַנְנָה, id est, genuit. pueros ergo, uel natos hic dicere poſſimus, ſicut Osée primo, pueros uel natos fornicationem dixit propheta: at נְגַנְנָה Hebreis est idem, quod Latinis notus; & ſicut Latinis diſſerunt notus, & notus; ita Hebr. נְגַנְנָה ab eodem uerbo, quod in prima ſignificat agnoſti, & ſecunda quāſi ſignificatione contraria, occulare, ſeu calare, ne apparet, aut extet &c. Sicut ergo נְגַנְנָה ſignificat notum aliquem, qui ſcilicet est unius, & eiudem feminis, generis, nationis, religionis, eaurdemq[ue] legum; ita è contrario נְגַנְנָה notum, id est, rom, aut perfonam, que non est eiudem feminis &c. ſed illegitima, aliena, extranea, à proprietate, & ueritate, uerbum autem נְגַנְנָה ſatisfacere, ſeu ſufficer ſignificat. Poteſt ergo hic eſſe ſenſus, & in filiis notis ſatisfaciunt, id est, nothos gignunt ſufficienter, id ſatis multos. quāſi notos prophetā modeſtē multitudinem adulterinorum filiorum, immo adulteriorum frequentiam hac periphrasi. Poſſunt & uerba intelligi, q[uod] alienigenas ducent uxores, nā qui ex illis gignebatur, filij ſunt dici poterant. Sed & cum uſitatiſimum ſit in ſcripturis filios dici diſcipulos, neq[ue] enim filii prophetarum erant, niſi diſcipuli prophetarum, quos ipſi in uera ſcripturā intelligēt, & uera, ac germana religione instituerunt; non erit absurdum dicere hīc taxari Iudeos, q[uod] augures, et diuinos alevant, effent; ex eis, qui magia, necromantia, & ceteris damnatis artibus dediti effent insuper & huiusmodi disciplinis ſatis multos diſcipulos instruerent. Q[uod] ſi pro diuſis alienis accipias, ut interdum ſolet uſurpare Hebreis, hoc fortasse notat propheta, quod in genealogijs deorum ſatis inſtructi effent, ſeu ſufficienter inſtituti, & hic ſenſus est planus, & in ſtituto ſatis accommodatus. Si autem נְגַנְנָה accipias, ut nos cum dicimus, mihi ſatisfeci, ſeu complaçeo, & congratulor mihi; nam cognitionem habet cum uerbo נְגַנְנָה, quod plaudent manibus, ſeu complaudent manus ſignificat, licet pleruq[ue] in malum; ita commode reddi poſſet uerbum Hebreum; Et in filiis notis ſiuſ ſpiriſ ſibi acquiescent, ſatisfacunt & placent, ſeu uchementer amant proceſſare, ſeu habere filios adulterinos.

7 Ecce explicat, quod dixerat, impletos eſſe, & opulentiores oriente. Nomen נְגַנְנָה, quod terram in genere ſignificat, eſſe à uerbo נְגַנְנָה, id est, cucurrit, accurrit &c. & notat ſimil inclinationem, promptitudinem, propensionem &c. quod ſit inſima omnium elementorum, ad eamq[ue] tendant, & inclinentur gravia, uel, quod cursus aliorum elementorum ſit circa illam. Aurum autem dicitur נְגַנְנָה à colore filio, ſeu flavo: unde & ad oleum ſignificantur transfertur. Zach. 4. אֲזֶבֶן tap in ipso reconditorio, theca, apotheca, penu, &c. quād de re ipſa reposita dicitur, à uerbo, quod recondere ſignificat, ſeu recludere. Ter equos autem, & currus, ſeu quadrigas omnem bellicum apparatus intellige, & robur exercitus, theſauros prius nominauit, qui ſunt nerui bellī. Hoc ergo uerbuſ ſu ea complexus eſſe, que ad temporalem reip. felicitatem, ac dignitatem faciunt, ut cum ſubinſerret illos cultores eſſe falſorum deorum, indignitatē rei magis amplificaret. nam non nulli populi ab alijs ſubiugati deos uictores colere coacti ſunt, uel ui, uel metu, uel religione duci; cum illos potentiores deos crederent, qui cultoribus suis in bello fauiffent. At Iſraelitas nulla neceſſitas, nulla uis induxit, ut Idole colerent; ſi quidem abundant omni genere bonorum, terra plena erat argento, & auro, exercitum ad propulsandas finitimorum iniurias, aut etiam propagandū imperium, dandasq[ue] alijs leges, ad manum comparare, & in dies multos alere poterant. niboliminiſ

8 Repleta eſſe terra idolis. habet itaq[ue] coniungit illa magnam uim, & repleta eſſe terra &c. ſicut dixerat repletam auro, & argento, equis, & quadrigis, ut quambellē responderint diuino muneri, & Dci ſui beneficium, ſignificare dixit ēt terrā idolis, plenam, quod alia figura Iorem. dixerat, nullam eſſe arborē frondosam, ſub qua meretrix illa non proſternetur. Animis ergo auditorum relin-

quitur, ut hæc duo conseruant, uideantq; quām intolerabilis impietas sit terra diuinis beneficj plenam, pro numeris beneficj, innumerabilibus idolis repleri. Ceterum idolum נָבָל quidam à unitate, alij à stultitia dictum uolunt; mibi uidetur, quod à nomine נָבָל, uel נָבָל prophetæ quadam parano mīfia fecerunt בְּנֵי נָבָל, quid nomine, & similitudine cultus, uel potius superstitionis referat quidem uerum Deum; non tamen sit Deus, sed sit quāsi dicas בְּנֵי נָבָל, non Deus, uenbra Dei, neq; uilam potentiam habeat, seu consolationem, seu opem ferre posst, quāsi dicas inops. Job. 13. me dici idioli uiuersi uos, id est, sine ope. sicut enim, ut Paulus ait, idolum nihil est, ita cultus idioli nihil est. unde & dicitur superstitionis id est, cultus falsi, quemadmodum definiuit nobis Laßantius Firmianus in lib. diu. Inst. Pro simplici uerbo, & irregulari בְּנֵי נָבָל posui nomen & uerbum, ut uim uerbi exprimerem, ut à doctissimo præceptore meo Caninio accepi. uno autem uerbo, supplicandi, dicere possemus; quo uerbo usus est Suetonius in Cesare Augusto. hoc interpres Matthæi uidetur reddisse duabus etiam uocibus cap. 4. si prostratus adoraueris me. & 15. procidens adorabat cum &c.

9 Quando hec duo nomina נָבָל homo, & נָבָל uir coniunguntur, plerunque cuim scinq; con dicionis homines significant, quāsi dicat, plebeius, & nobilis. usitatissima est emphasis prophetis uerborum parcissimus, etiam in communibus, & tritis uocibus, quamvis & nomen נָבָל alioqui suam emphasis habeat, sicut Latinis uir à uirtute. Placet autem eorum sententia, qui hoc nomen à uerbo, seu nomine נָבָל deducunt, id est, existentia, èd quod uir prior sit uirissa, atque atate, auctoritate, dignitate gloria, præstantia, & existimatione non tantum feminino generi, uerum etiam uel in uenibus, uel plebeis hominibus præstat, & anteponitur &c. habet quoque & Adam interdum emphasis. perinde ergo est, ac si dicat, homo, quē Deus ad imaginem suam fecit, ille, qui ceteris animalibus ratione supereminet, qui Deum agnoscit &c. Homo inquam, quem rectum Deus formauit, & eret eos ad sidera tollere uultus iuistit. uiri quoq; qui inter ceteros homines excellunt &c. incurvantur, pro sternuntur, humiliantur, & supplicant illis simulacris, que manibus, & digitis suis formarunt, & effinxerunt. Sed quid ad huicmodi indignitatem propheta? נָבָל אֲשֶׁר נָבָל. non male uulg. coniunctionem & ergo conuertit, ne ergo condones illis. Inter modos enim significandi, quibus abundant uerbum נָבָל, hic frequens est Hebreis; ut idem ualeat, quod tollere Latinis, onus scilicet uel pondus peccati, remittere, condonare &c. ita accipiendo est illud Genes. 4. Non ne si benè egeris, suble uatio? Et ps. 31. Beatus ille, cui leuata est transgressionis, id est, condonata. uel sic, exoneretus trans gressionis &c. Commotus ergo propheta sancto zelo, & unus spiritus cum Deo factus haec addidit; sicut autem extulit indignitatem rei per coniunctiones, que res maximè separatas copulabant; Et repleti sunt argento, & auro, & repleti sunt equis, & quadrigis, & repleti sunt idolis, ita mimesi quādam, & imitatione elegantiissima peccata ipsorum cum indignatione diuina simili coniunctione commette reuolut; dicens; Et incurvatur homo, & humiliatur uir, & non remittes illis. illi beneficia tua impietate compensant; tu impietatem ipsorum seueritate, quod multò equius est.

10 Ingredere in petram & abscondere &c. si peccata non condonentur, in ianuis est ira Dei. loquitur ergo propheta, ac si iam mininere uideret peccatoribus perditionem. Ad hunc locum, & alios similes est allusio in euangelio, cùm dicitur, qui in Iudea sunt, fugiant ad montes, & dicent montibus, Cadite super nos, & collibus operite nos. Pauor enim latebras optare, ac petere facit. Petram autem sape Heb. montes, & rupes vocant à uerbo נָבָל, quod conclusionem, coartationem, constrictionem, seu obsitionem significat. at נָבָל propriè partem illam terræ leuiores significat, quam Latini pulvere dicunt. sed uulg. recte uertit; A facie pauoris domini, id est, à facie domini pauorem incutientis splendore, ac maiestate sua. & hoc respicit euang. quando dicit dominum uenturum cum potestate magna, & maiestate. נָבָל propriè est superbia à uerbo נָבָל, id est, superbiuit, & tam deo, quām de hominibus dicitur.

11 Omnia uerba hec per præteritum reddenda, sed pro futuris, quod prophetis est familiare, accipienda existimo. Ad uerbum sic habet Hebr. oculi elationis hominis, humiliatus est, id est, quisq; homo, qui sublimes habet oculos, humiliatus est. Hæc est nūc hebreismi. sensum exprebit uulg; Oculi sub limes hominis humiliati sunt. nam sicut homo modestus & humilis frequenter oculos demittit: ita contraria inmodestus & superbus frequenter oculos elevante, atque desigere. Considera quām iustus dominus: illi superbia, & fastu turgebant, & efferebantur; uolentes tamen se se curuabant, & humiliabant coram idolis, quād fecerant. porro non bene conuenit superbia humana cum adoratione, & prostratione coram inanibus simulacris. deserante igitur superbiam, obliuiscantur fastus, omnia occupet humilitas, relinquant Deo soli celstudinem; arq; magnificentiam & gloriam; perdurent illi toti in sua humilitate: sublimes oculi hominum humiliabuntur, & elatio uirorum deprimetur, non à reverentia idolorum, sed à pauore illius excelsi, & decori Dei, qui solus habet celstudinem, imperium, & gloriam, qui solus homini metuendus. ipse sit terror uester, ipse sit pauor uester, uerbi habet scriptura,

12 Iam explicat, quare fugiendum sit: adest enim dies Ieboua, uel potius, est enim hic dies ipsi Ieboua, id est, quem ille delegit, ac destinavit aduersus impios. Inter ceteras autem acceptiones nominis διά dies non infrequens est hæc, scilicet pro revelatione rerum, inspectione, & iudicio, ut Pro. 12. Stulti in die cognoscunt ira eius, id est, tempore, quo omnia confusa sunt. sic Paulus 1. Cor. 3. Dies enim declarabit &c. & 4. Ab humano die. & 5. In die domini I E S V. & ad Phil. 2. Super: διά pro contraria accipere possumus, & pro super. Vocem δέντω νόμον accipiendo putau: nam qui ut uerbum accipiunt, [& humiliabitur] preter hoc, quod intemperie penam intelligi uolent, de qua paulò post, non animaduertunt supra uers. 9. dictum fuisse, q; homines, & uiri idolis inanibus prostrarentur, & humiliarentur; cum tamen superbi forent, ut uers. 11. significauit. de hac ergo humiliitate est sermo, diemq; domini imminere dicit contra superbos illos, qui coram idolis humiliis sunt.

13 Nominibus autem, que sequuntur, quorum seruē proverbialis usus est Hebreis, metaphorice fastos, superbos, uiribus suis, ac diuitiis confidentes, mundo, gloria, atq; dignitate spectabiles intelligit: proceræ enim erant cedri Libani, plus quam abies; & querus basan in proverbio erant; que arbores, radices agunt, neq; facilè conualluntur; neq; lignum hoc ita facilè incidenti cedit. montes quoq; ac colles firmitudinem, constantiam, ac superbiam notant. Quid de turribus, muris, ac propugnaculis dicam? his addidit naues Tharsis, qua quoque in proverbio erant, ut apud nos Lusitanos naues Indicæ; quod maiores, & maris tempestatis sufferendis aptiores reliquias essent. deniq; neq; torcumata prætermis, que sunt ingeniosæ facta, que appeti solent ob pulchritudinem. nos Lusitanis curiositates communi uocabulo appellantur. Aduersus ergo nobiles, diuitiae in deliciis uitam ducentes, & bonorum huius uite possessores, ac dominos, diem domini imminere affirmat propheta. isti enim cum Deo bellum gerere uidentur, aut de Deo parum curant. Ceterum quod ad uocum proprietatem attinet, Heb. Cedri. διάρα dicuntur à graciitate, & proceritate. arbitror enim deduci hoc nomen à uerbo נָבָל, id est, attenuauit. Libanus autem à ture sic dictus uidetur, quod Hebreis dicitur בְּנֵי נָבָל.

14 Hebreis mons נָבָל, & dictum credo à festinanta, quasi festinus deorsum feratur, atque etiam flumina, & fontes deorsum præcipitet: habetq; cognitionem cum uerbo נָבָל. Hæc ideo dixi, ut uidas elegantem paronomasiam in secundo uersu huins capitii, Erat נָבָל in capite montium, & נָבָל.

15 Turrim. נָבָל à uerbo, quod magnum esse significat, Hebreis est turris, que antiquitus erat instar arcis. Gen. 11. Aedificemus nobis ciuitatem, & turrim &c. Murum autem uocant נָבָל a uerbo נָבָל, quod astuare significat, quod ex cobilibus adficaretur. Quid uerbum בְּנֵי propriè significet, ignorant Rabbi; qui suo more nouam significacionem uerbo tribuant, prout locus illis exigere uidetur. & quidam ex nostris duas significaciones non nihil sibi contrarias assignant, ut pleraque uerba Hebreia habent: at collatis scripture testimoniis tantum dicitur collectione fructuum, & uuarum, & de ciuitatibus, que muris includuntur, ut uia in cophino &c. dicitur etiam Hebreis de ipsius muris, qui ades ciuitatum cingunt, coarctant, & ueluti collectas habent.

16 Vbi gentium sit Tharsis (præter enim Tharsum Cilicia in mari orientali altera ex scripturis necesse ponenda uidetur) infra diffusus disputabimus: satis nunc sit, q; sic dicerventur naues magna, longis nauigationibus aptæ. in proverbio fuisse indicat præter locus ps. In spiritu uehementi contores naues Tharsis. סְנִיא Hebreis est cogitatio à uerbo, quod non est in usu: שְׁנִיא cognitionem tamen habet cum uerbo נָבָל, id est, caluit: hinc nomen plurale tantum, & ingeniosè facta significat, que Graci τριψία vocant. unde etiam מְשֻׁבַּת, quod & cogitationem, & ingeniosum opus significat. Toremata autem desiderij, id est, desiderabilia dixit uulg. omne, quod nūc pulchrum est, paraphrasis sensum explicans. igitur tam aduersus ea, qua natura magna, & pretiosa sunt, quam que arte fabricata erant, id est, aduersus homines istac amantes, & factorem Deum, & omnium bonorum largitorem ignorantes, immo & contentientes, & de ipsiis beneficiis contra-dominum tumentes, imminere diem, & iudicium Ieboua clamat propheta. horum consideratio contemptum mundi posset hominum mentibus inducere, & eos in officio continere, ne cum hoc mundo damnarentur. Ne autem aduersus creaturas, que culpa carent, intelligeres iratum Deum, audi.

17 Et incuruabitur &c. bis, terq; eadem repetit, quod uideat scitam auditorem, & in re tam momenti desidiam, & torporem, & ut nemo sit, qui dubitate audeat de his, que dicuntur. Verbum קָרְבָּן propriè mutationem significat, generaliter uel loci, uel temporis, conditionis, seu qualitatis, sive in bonum, sive in malum. unde ps. 90. Mane tanquam fænum, quod mutabitur, mane florabit, & mutabitur. sic Paulus 1. Cor. 7. dixit præterire habitum huius mundi. uide infra 21. uers. 5. & cap. 24. quod si puncta auferas כָּלִיל, quod alioquin integræ diætæ esse putatur, & totum, seu prorsus significare, poterit esse diætæ composita ex <sup>2</sup> nota similitudinis, & נָבָל nox, id est, sicut nox, quod idola, sicut nox, que immutatur, & in diem transi, immutabuntur. & hic sensus pla-

- nus est, quem eò libentius amplector, quod uideam uix unquam nomen ḥ̄n sic accipi, ut hoc loco interpretes accipiunt. Q uod si illa etymologia placeat, ut δύλιχ sit dictio composita ex δύς nomine diuino, & ḥ̄n, id est, nox, pulcherrima erit allusio, uidelicet, dij noctum, uel tenebrarum instar noctis tenebricosi erunt, ab igne scilicet omnia uastante, uel spacio unius noctis euangelient: uel sic quasi in nocte, id est, in tenebris & squallore iacebunt inglori, & sine cultu, nimurum percutientibus, & in rerum natura minime existentibus. quemadmodum enim ueris Deus dicitur Deus lucis, quippe qui lucem habitat inaccessibilem; ita è contrario idola rectè dicentur dij tenebrarum.
- 18 At ἡγ in secunda euacuare, seu nudare significat. hinc οὐρανος cauerna, spelunca, locus de nudatus, id est, euachatus.
- 19 ḥ̄n autem, ut supra dixi, à quo οὐρανος proprium uim pati, seu profanari significat, ideoque & nomen hiatus, seu apertiones terre notat, quod illis patcent eius uiscera & interiora: & ad huiusmodi spescus tempore belli refugium erat.
- 20 Abiector homo idola argenti sui &c. non amore, inquit, auri, & argenti, non religione temebuntur. metus enim illius iudicii etiam que carissima crunt, faciet negligi, atque contemni. & hic est pretiosissimum rerum exitus. Meminit uero talparum, & ueſpertilionum, quorum animalium imagines ipsi colebant, ut quam similes illis fiant, cultores ostendat: dicebat enim, quod festini aditu ri essent latebras, & cauernas. at quis ignorat animalia illa lucis esse inimica & talpa quidem sub terra latent; ueſpertilioes autem in antris, seu speluncis libenter commorantur. Huc facit quoque etymon nominis talparum, que Hebreis dicuntur nomine geminato (sic enim coniunctum legendum est). ḥ̄n, quod terram magna cura, totis uiribus, & quam citissimè possunt, ut se se oculis hominum subducant, fodere soleant. at nomen ueſpertilionum δέρβη à uerbo ḥ̄v inserta littera ḥ̄, quod obtegi, operiri, seu obrui significat, deducitur, quod in obscuro uolent. ecce similes talpis, & ueſpertilioibus homines factos, deosque ipsoſ peioris condicionia ipſis animalibus, & cultori bus suis, quod ad cauernas, & latebras nequeant configere. Illud autem ḥ̄ uersus sequens,
- 21 Ad ingredendum, significat, quod ne sint impedimenta seſe in antra proripentibus, illa abiectant, sti scilicet expeditius fugiant. Vide, queso, o lector, quo nam pacto ea studia, que inuenientur nobis mala, ac calamitas, illa, inquam, ipsa sint impedimento, ne ab ipſis malis nos expedire possemus. Porrò non raro contingit, ut dum quid facto opus sit, nobiscum penitamus, & intra nosmet ipſos consultamus, relinquere ne ea, an retinere debeamus. (relinquere enim ea non sinit amor, & inuestigata consuetudo; retinere autem metus aduenientis iudicis uerat) ueniat sponsus, et que parata erant, ingrediantur ad nuptias, & claudatur ianua. multò igitur satius fuerit ante quā ueniat dies domini, talpas, & ueſpertilioes nostros abiectere, omniaque opera tenebrarum, cum quibus in lucem prodire ne quaquā audēbimus. Cauernas, ḥ̄yo significat cuiuslibet rei progressionem, protensionem, prominentiam, praeminentiam, excellentiam, excellsum &c. sic intelligitur illud 1. Reg. 28. Quandiu transiuerit inter duas prominentias, id est, inter duo extrema, id est, extremè opposita, si Iehova est Deus, sequimini eum; si Baal, ite post eum. ad quem locum alludens Paulus, & duo extrema exposuit: Ne ducatis iugum cum incredulis: quod enim consortium iustitia cum iniustitia? aut que communio luci cum tenebris? aut que concordia Christo cum Belijah? aut qua pars fidelis cum infidelis? aut quid conuenit templo Dei cum simulacris? ubi singulari consilio, & industria pro Iehova dixit Christum, & pro Baal quadam allusione, Belijah substituit. recte ergo prominentias, seu extremitates rupium dicimus hoc loco, sicut infra 5.7. de hoc nomine etiam infra 27. & 17. cap.
- 22 In hoc ultimo uerbu magna est uarietas: & quidem Iudei satis multis, doctisque uiris ex nostris impoſuerunt hoc loco, ut crederent nihil ad Christum dominum hunc locum pertinere; credamque hic præcipi, ne sibi ab hominibus timerent, cum sint mortales, & spirando, ac respirando uiuant: ob quod nihil eorum, neque odium, neque studium fit faciundum magni: haecq; ad sequentia referunt, quasi dicat, quid si noluerit huic monitioni parere, sed ad Assyrios &c. respexeritis, futurum est, ut auferat dominus à uobis sapientem &c. que mox sequuntur. Haec, & his similia quidam afferunt; sed ualde mirum est, si homines Christiani, ac bonis litteris non mediocriter instructi malint cum perfidis Iudeis iudicari, quam cum ortodoxis Christianis recte sentire, & interpretari. Q uid, queso, præcepte fiducia in hominis auxilium? nihil certe, nisi idola, opulentia, superbiam, talpas deniq; et ueſpertilioes eis obiecit. rufus, quid tot uerba supplerre necesse est, ut sequentibus hic uersus cohæreat? certe huiusmodi bias non sunt, nisi ob detortum sensum, quem nobis infideles obtrudere conantur. At non ne de ecclesia, de religione Christiana, de uocatione gentium, & pertinaci Iudeorum sermonem instituit propheta? quis Jane mentis hoc negabit? non ne cauſas mox aperuit, ob quas Deus dimiserit populum suum? non ne diem domini imminere illis ob illorum scelerum multis, ac magnificis uerbis explicauit? an non ad cauernas, & cacumina montium ob metum illis fugiendum predixit? quid aliud usque ad hunc uersum præcepit?

præcepit? at hoc quis non intelligit, quantum cum ijs, que in euangelij sunt, conueniant? non ne de ridebant dominum Pharisei auari? quid illud est? Q uonodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuidiis queritis? quid rursum illud; Occidamus eum, & nostra erit hereditas? non ne argentea, & aurea idola huc sunt? an non quoque passim superbi, montes, & colles dicuntur? quid mirum igitur, si cum bic dicit diem domini contra montes excelsos, contra querulus &c. instare, de moribus illius gentis interpretetur, qui erant superbi, elati, & inanis glorie cupidi? At quis est, qui ignorat, quod exā de deuotatione illius populi dominus in euangelio loquitur, ut magnitudine periculi ob instans iudicium domini significaret, dixerit; Q ui in Iudea sunt, fugiant ad montes; & qui in agro, ne ingrediantur tolere quidquam &c? An non hoc est abiectere idola argentea, & aurea, ut seſe proripiant in latibula, & cauernas terre? nam quid talpas, & ueſpertilioes nominat, tropus est propheticus, ne sermo omnino esſet perspicuus. obscuritatem enim affectasse spiritum sanctorum in prophetis, ne ipsi quidem aduersari negabunt: intelligebat autem omnia ea, que homines brutis anteriores oblitidignitatis suo maximo cum sibi dedecore colere, & adorare solent. Q uid si qua præcedunt omnia Christo, Christi; temporibus adeo consonant, cur uerbum hunc, in quo aperit prophetæ euangelica causam præcipuum defoliationis illius denuntiat, ad eadem tempora non referemus, præsentim cum neque ipsa uoces, neque earum significatio, & usus repugnat? quid dico, repugnat? immo, qua ipsi afferunt, nulla ratione fulciantur? que autem dicemus, neque ipsi aduersari negare possint? Ac primò quidem uerbum ḥ̄n idem est, quod cessauit, desit, abstinuit, & saepe absolute ponit. interdum autem in regimine, ut hic cum præpositione ḥ̄ a, uel ab, ut 1. Sam. 9. Cesset ab asinibus &c. et Exo. 14. Desistet à nobis, & seruemus Aegypti. & Prou. 2.3. A prudentia tua desiste, & mediante dativo pronominis (ut hoc loco) 2. Par. 35. Abstine tibi à Deo, qui mecum est. in his, & similibus locis uides, quid significet uerbum ḥ̄n. neque adducere poterunt locum aliquem, ubi hoc uerbum absolue poſitum, uel in regimine significet, definite timere. nam in illo loco 1. Sam. 9. De asinibus, perinde ualeat, ac si dicat, cesserit sollicitus esse pro asinibus &c. & ni obstante præcedentia, que iam commemorauit, & hic inciperet diuīſio, fateor posse hunc subſeſſe ſenſum, quāſi dicat, ne uobis complacatius in quibus homine non enim est homo, qui plurimi faciendus fit; neque uos ſatis tuos eſſe putetis, quid beateſt sapientes uiros &c. ecce enim dominus auferet &c. Porrò conſtrūto, quam hoc loco habemus, eadem omnia est cum ea, que est 2. Par. 35. et ubiſcum reperiatur, nihil aliud significat, quād Latinis caueat uobis à, uel timete uobis à. nam rex Aegypti uolens auertere Iostam, ne ſibi obſiſteret aduersus Israelem proſificienti, dicebat, quid inſu Dei iter illud fuſcepſet, proinde caueat ſibi à Deo, qui cum ipſo eſſet, ḥ̄נְאַלְיָהוּ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל, caue (inquit) tibi à Deo, qui mecum eſſet. Q uodq; hic fit ſenſus, conſirmat quod legitur, ne perdat te funditus, tantum igitur ab eſſet, ut hoc loco significet ceſſationem à timore, ut ex p̄r̄aſi ſcriptura oppofitum præcipiat, ſcilicet caueant, aut timeant ſibi ab homine. neq; eſt quisquam, qui uel primoribus labris Hebreæ attigerit, qui hac inſcribitur poſit: ſed neque, quid uox בְּמֹה, cum alijs, atque alijs punctis ſignificatione uariet: bameb enim ualet in quo, uel in eo, ut Gene. 11. et Exod. 22. At בְּמֹה bamah in infinitis locis exceſſum significat, id eſſet, ſacellum ſcilicet exceſſum, ſeu altare ab altitudine, & ſublimitate; eo quid in alium, & plerunque etiam loco alto, & ex celo extructa fuerint; in plurimi autem de alijs rebus exceſſus etiam dicitur: uide lexi. Cum igitur olim biblia abſque puntis fuerint, & alias motiones Chaldeus, alias 70. alias nos in eisdem uocibus multis in locis habeamus (ut in p̄ſatio ne admonui) quis audeat hoc loco uulg. editionem abiectere? quoniam exceſſum, uel exceſſus reputatus eſt ipſe: & ſi exceſſum legas, admonet Iudeos, ne contemnant hominem illum; etiam ſi iuxta formam ſeruilem ſimili hominibus ceteris appareat, ſed religioſe caueant ab ipſo, perinde quāſi à loco ſacrum, cuiusmodi eſt altare, aut templum. nam de templo corporis ſui dixit ipſe Christus in euangelio; Soluit templum hoc &c. deq; eodem dicit Paulus; In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ne ſcilicet cum audeant temerare, uel uim ipſi inferre, immo uenerentur, & adorent iuxta illud Pſal. 2. Adorare filium, ubi uulg. uertit, apprehendere disciplinam. uel (ſi datum pronominis non curemus, ut aliquando necesse eſt, quod tamen hoc loco non probō) cefſent ab illo, id eſſet, illum dimittant liberū, neque illi negotium faceſſant: ſicut cum Iudei dicebant Moſi; Cessa à nobis, uel desiste à nobis, & ſeruemus Aegypti. Nam interpretatio, quam ſuperioribus annis quidam in ſuis scriptis reliquit (quem nominare nolo, quid eum hoc honore indignum putem, eò quid à ſide Christi defectu) nempe caue, id eſſet, caue ſoleſtis ab homine, in cuius naribus eſt ſpiritus, id eſſet, per iram ſomachante, nihil enim cum deleſtū operatur, quanto magis iram Dei declinare deberetis; haec, inquam interpretatione (ſi hoc nomine dicenda eſt) adeo eſt uiolenta, ut nemini uero eruditio ſit probabilis. Q uod ſi quis contendat legendum eſſe bameb, etiam de Christo intelligi non incommodo potest locus in hunc modum; caueat uobis ab homine, uel desiste ab homine, in cuius nare eſt halitus: nam in eo ha-

litu, ac ex eius spiritu astimandus, reputandus, seu magni faciendus est: nam spiritus ille, seu halitus spiritum sanctum designabat: qui testimonium de domino nostro perhibuit, & mundum de peccato ar-  
guit &c. hoc facit, quod insufflante domino accepterunt discipuli spiritum. S. ad remittenda peccata.  
denique, teste Paulo, qui apparuit in carne, iustificatus est in spiritu &c. Q uod si durum cūquam ui-  
deatur, ut pro in quo dicatur in eo; certè hoc nulli perito durum uideri debet, ut non in quo, sed in quan-  
tum, id est, quanti, dicamus, et sit potius admirantis, quam flococentris (sic n. sape accipitur nō  
Hebreum), quasi dicat, caute nobis ab homine, qui, sicut alijs homines, spiritat. sed quanti astimandus est? uel, sed quanti pro nostro iudicio faciendus est? Et si enim mortalis est, mirum quanti illum fa-  
cere deberetis? simul enim Deus est: ille, inquam, Deus, qui auferet ab Ierusalem &c. Pro zelo, o Chri-  
stiane lector, commotus contra incredulos Iudeos, & inuidantes Christianos, qui Christi domini glo-  
riam ob suam officitantiam, & in scripturis euolue ntis, conferendis, atque exponendis negligentiam ob-  
scuran, illa tantum afferentes, atque admirantes, qua: impij, & indecti Rabini probant, hoc loco  
paullò diffusor fui, quam consueverim, nequaquam id alibi facturus, quam ubi gloria Christi domini  
idipsum postulauerit. De noce tamen ηνων aliquid dicendum uidetur. quod nomen à uero ηνων  
id est, anbelauit, anbelitum emisit, deductum uolunt; & qd idem, quod Grecis ηνων, de quo Genes. 2.  
Inspiravit in nares eius halitum uitæ, qd duo coniunctim posita Paul. act. 17. diuisim, & per diuersim  
incundo grecarum uocum cōcentu, elocutus est, ubi inquit: Cum ipse det omnibus ηνων, id est, ni-  
ta, & halitum, neg; re differt à ηνων. potest nibilominus deduci à uero ηνων, id est, afflatu & abo-  
minatione dignum fuit, de quo suprà cap. 1. uer. 7. inde nomen ηνων Ierem. 11. & psal. 69.  
habitatio eorum afflatu. ubi uulg. ex graco deserta, & alijs locis. dicitur autem hoc nomen, tā de ipso  
affatu, quo rem abominationis, quam de ipsa re afflabilis, aut super quam, uel quam ex sufflamus, siue  
exhibilamus per contemptum, uel pra admiratione. abiectis ergo puntilis, hic sensus neque contemnendus  
in his uerbis latet; caute nobis ab homine, in cuius ira est afflatio, id est, defolandi uis: uel, in cu-  
ius najo est afflatio indignationis, scilicet & abominationis (sicut Deut. 29. Fumabit tunc nasus Ieho-  
ua. 18. enī primō nāsum, deinde irām, que in nāso apparet, significat.) nam in ea magnum  
momentum, atque pondus habet ipse affatu, & plurimi faciendus est, neque contemnendus. uel enim  
illi, in quem sufflauerit, uel quem abominationis fuerit. & sic qua sequuntur, optimè conuenient; qui  
enī nūbili fecerunt afflatum eiu, eis euenerunt, qua proximo capite sequuntur. sive uer. 8.

### Caput tertium.

Noua.

**Q**VIA esse dominus Iehoua tecba-  
oth recedere facit ab Ierusalem, &  
à Iuda sustentatorem, & sustentatricem,  
omnem sustentationem panis, & omnem  
sustentationem aquæ.

Heroem, & militem, iudicem, & pro-  
phetam, diuinum, & senem.

Principem quinquagenarium, & suscipi-  
endum facie, & consiliarium, & peritum  
inter fabros, & intelligentem oratoriæ.

Et dedi iuuenes principes eorum, & pue-  
ri dominabuntur in eos.

Et adactus est populus, uir in urum, &  
quisque in familiare suum. iuualecer iu-  
uenis in senem, & uilis in honorabilem.

Quia apprehendet quisque fratre suum  
domesticum patris sui; Vestimentum ha-  
bes,

Vetus.

**E**CC E enim dominator dominus exer-  
citum auferet à Ierusalem, & à Iuda  
ualidum, & fortē, omne robur panis, &  
omne robur aquæ.

Fortem, & uirum bellatorem, iudicem,  
& prophetam, & ariolum, & senem.

Principem super quinquaginta, & hono-  
rabilem uultu, & consiliarium, & sapien-  
tem de architectis, & prudentem eloqui  
mystici.

Et dabo pueros principes eorum, & ef-  
feminati dominabuntur eis.

Et irruet populus, uir ad uirum, &  
unusquisque ad proximum suum. tumul-  
tuabitur puer contra senem, & ignobilis  
contra nobilem.

Apprehendet enim uir fratre suum do-  
mesticum patris sui; Vestimentum tibi est,  
princeps

Noua.

Vetus.

bes, sis dux nobis, labefactatio hæc sub ma-  
nu tua.

Iurabit in illo die dicens; Non sum me-  
dicus, & in domo mea nullus [ est ] panis,  
neq; uestis: ne constituatis me principem  
populi.

Quia corruit Ierusalem, & Iuda ceci-  
dit: quia lingua eorum, & studia eorum  
contra Iehoua ad laedendos oculos clari-  
tatis ipsius.

Apertio uultus eorum respondit con-  
tra eos: & peccatum suum, sicut Sodoma,  
annuntiauerunt, nō absconderunt. uæ ani-  
mæ ipsorum, quia retribuerunt sibi ma-  
lum.

Dicite iusto, quod bonum, quia fructum  
studiorum suorum comedet.

Væ improbo, malum: quia retributio-  
nem manuum suarum faciet sibi.

Popule mi exactores tui pueri, & mulie-  
res dominatæ sunt in illu. popule mi, qui  
te beatum prædicant, seducunt, & uiam  
semitarum tuarum perdunt.

Stat ad litigandum Iehoua, & stat ad iu-  
dicandos populos.

Iehoua in iudicium uenit cum seniori-  
bus populi sui, & principibus eius. & uos  
depasti estis uineam, rapina oppressti  
domibus uestris.

Quid uobis contunditis populum meū,  
& facies oppressorum communictis? certus  
sermo domini Iehoua tecbaorth.

Et dixit Iehoua; Propterea quia elata  
sunt filiae Tzion, & incedebant extenta gut-  
re, & fallaces oculis ambulando, & plau-  
dendo ambulabant, & pedes suos laqueolis  
uinciebant.

Et humiliabit dominus uerticem filiarū  
Tzion, et Iehoua angulum capitis earum  
nudabit.

In die illo auferet dominus ornatum cō-  
pedum, et circulos, & lunulas.

Vasca unguentaria, et catenulas, et tre-  
mulas.

Ornatus, et fimbrias, et tārias, et ca-  
pulas odoris, et inaures.

Anulos, et monilia faciei.

Vestes mutatorias, et pallia, et pepla, et  
acus.

Specula, et sindones, et cidares, et uela  
mina.

Et erit pro odoramentis foetida putre-  
do erit, et pro cinctura scissura, et pro cri-

princeps esto noster, ruina autem hæc sub  
manu tua?

Respondebit in die illa, dicens; Nō sum  
medicus, & in domo mea non est panis, nē  
que uestimentum: nolite constitueret me  
principem populi.

Ruit enim Ierusalem, & Judas conci-  
dit: quia lingua eorum, & adiuuentiones  
eorum contra dominum, ut prouocarent  
oculos maiestatis eius.

Agnitio uultus eorum respondit eis: &  
peccatum suum, quasi Sodoma, prædi-  
cauerunt, nec abscondierunt. uæ animæ co-  
rum, quia redditæ sunt eis mala.

Dicite iusto, quoniam benè, quoniam  
fructum adiuuentionum suarum comedet.

Væ impio, in malum: retributio enim  
manuum eius fieri ei.

Populum meum exactores sui spoliaue-  
runt: & mulieres dominatæ sunt eis. Po-  
pule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te  
decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissi-  
pant.

Stat ad iudicandum dominus, & stat ad  
iudicandos populos.

Dominus ad iudicium ueniet cum seniori-  
bus populi sui, & principibus eius. uos  
enim depasti estis uineam, & rapina paupe-  
ris in domo uestra.

Quare atteritis populum meum, & fa-  
cies pauperum commolitis, dicit dominus  
Deus exercituum.

Et dixit dominus; Pro eo, quod eleua-  
tæ sunt filiae Sion, & incedebant exten-  
to collo, & nutibus oculorum, ibant, &  
plaudebant; & ambulabat, & pedibus suis  
composito gradu incedebant.

Decaluit dominus uerticem filiarum  
Sion, et dominus crinem earum nudabit.

In die illa auferet dominus ornamentum  
calceamentorum, et lunulas, et torques.

Monilia, et armillas, et mitras.

Discriminalia, et periscelides, et mure-  
nulas, et olfactiolas, et inaures.

Anulos, et gemmas in fronte pendentes.

Mutatoria, et palliolas, et linteamina,  
et acus.

Specula, et sindones, et uittas, et theri-  
mina.

Et erit pro suaui odore foetor, et pro zo-  
na funiculus, et pro crispani crine calui-  
ta.

Noua.

Vetus.

spitudine caluitum, et pro strophio cincto  
rium facci, adustio pro formoitate.  
Viri tui gladio cadent, et virtus tua in 25 Pulcherrimi quoque uiri tui gladio ca-  
dcent, et fortes tui in prælio.  
Et dolebunt, et lugebunt portæ eius, et 26 Et mærebunt, atq; lugebunt portæ eius,  
vacua in terra sedebit.

**R**O BVR panis &c. יְהֹוָה in prima tantum legitur in paſſiuā, & significat neutraliter, inniti, incumbere, recumbere, reclinare: in secunda autem tantum hæc duo part. leguntur, alterum masculinum, alterum femininum. quibus simul positis, significat hebraïmus summatim omnis generis fulcimenta, sicut mox enumeratione explicat, sustentaculum, inquiens, panis, & su-  
stentaculum aquæ &c. Et iuxta hanc phrasim etiam illud non uana opinione intelligendum esse duco, Ecl. 2. Feci mihi שָׁרֶם וּתְרוּם cantores, & cantatrices, id est, omnis generis instrumenta musica, & nos per masculinum, & femininum universitatem in illo genere notamus. Sumpta est autē phrasis, quod species omnis animalium maribus, aut feminis continetur. Per panem quoque, & aquam omnia exculenta, & poculenta intellige, quod non raro reperies, ut infra; Panis ei datus est, aqua eius stabiles sunt &c.

**F**ortem. גַּדְעֹן heroem, gigantem, præualidum significat, nempe eum, qui alijs uirtute præstat &c. unde hic pro duce in bello accipio, uirum autem bellum militem uocat: ablato ergo duce, & militi, si ingruat bellum, quid futurum sit, nemo ignorat. Per iudicem, magistratus, per prophetas, eos, per quos Deus suam voluntatem significare consuebat, & in angustiis consolabantur populum, & non nunquam in rebus afflictis & desperatis, quid factō opus esset, ne perirent, predicabant lege Ieremiam, per diuinos autem & senes, eos, qui longa rerum experientia, atq; prudentia, circumstantijs omnibus inter se collati, quando non est propheta, aut princeps, solent alijs consulere, & munū exhortari ad munus suum exequendum tā in pace, quam in bello, tamq; in tranquillis & prosperis, quam aduersis rebus. Est autem נָבָי propheta à uerbo בָּא, id est, uenit: quo nomine dicebatur, qui immediatè adeò excitabatur, ut quod ei diuinitus revelatum esset, alijs uenturum, seu faciendum nuntiaret. magna autem fuit semper prophetarum non modò in ecclesia Dei, uerum etiam apud gentes gloria, & reverentia: quia Deus huicmodi personam subinde nouis signis, & mirabilibus prodigijs clare uolebat, & ornabat, quibus uocatio ipsius, & uerbum confirmaretur. olim dicebatur uidens. vide I. Sam. 9. & I. Par. 29. ponuntur tria nomina quasi synonyma, et Samuel dicitur יְהֹוָה uidens; Nathan נָתָן prophet, & Gad גָּד presidens. deinde abusu prophetæ nomen ad quosvis diuinis voluntatis interpretates accommodatum est, Exo. 7. &c. Populus autem ille prophetis semper abundauit. unde inter signa abiectionis, non insinuum locum habebat prophetarum ablato: iam non est pro phebta, & nos non cognoscet amplius: quod si desint prudentes, ac senes; male in pace, peius in bello habebit repp.

**N**on solum autem auferet principes, & magistratus, sed etiam eum, qui quinquaginta viris preef-  
se posuit (erant nanque ad manum regis multi ex istis quinquagenerijs prefecti, ut tempore Helie) neq;  
id solum, sed quicunque sunt aliqua auctoritate suscipiendi, uel nullu ipso præferunt quidquam au-  
ctoritatis, gratiatis, ac dignitatis, hos etiam remouebit à ciuitate: & ad cumulum miseriae nema-  
erit, qui inter fabros, & artifices artium mechanicarum (qua in rep. non parum necessarie sunt) ex-  
cellat, ut pfectus esse posuit aliquam publico operi confiundo. Ad hac malam, neque erit qui eloquen-  
tia & oratione, id est, facultate dicendi excellat, aut etiam ualeat ad alios perjuadendos: que tamen  
ars summopere semper domi militijs necessaria fuit, neq; enim suum honorem unquam amitter illa,  
qua dicitur flexanima oratio, ut qua sit omnium regina rerum, ut est apud Ciceronem. Q uis, quiso,  
status, que forma foret reip. que omniibus his destitutus esset? sed quando, rogo, hoc completa sunt?  
num in uastatione Babylonica nemo adeò imperitus est, qui id affirmet: certè uelint, nolint iudei hec  
experti sunt, postquam non abstinerunt, neq; cauequant fibi ab homine illo, in cuius naso erat flatus  
&c. ut mox explicabit. Honorabilema uultra. heb. נִשְׂאָלָה, id est, eleuatus facie, notanda  
est phrasis. Hebrei eleuare faciem, si deo dicitur, est benevolentia, & gratia significatio; si au-  
tem de homine, ausus, audacia, impudentia, & præsumptio significatur. leuare autem faciem alterius,  
est suscipere, preferre, anteferre, habere aliquius hominis ratione, respectum, quod uulgus dicitur  
accipere personam, seu acceptio persona: sed potius dicendum suceptio persone, uel ultius, hinc in  
participio

participio eleuatus facie, id est, qui alijs honore, & dignitate præfertur, honorabilis facie, ut dixit uulg. qui etiam ob egregiam quandam uultus dignitatem alijs antefertur iuxta illud; Priami forma dig-  
næ est imperio. Prudentem eloquii mystici oratoria Hebr. וְמִלְחָמָה dicitur à uerbo defensio  
uo וְמִלְחָמָה, quod in prima coniugatione non habet nisi participium וְמִלְחָמָה, id est, qui ex arte  
& conceptis uerbis cauſam agit, ut quod animo conceperat, euincat, & obtineat, ut solent fa-  
cere oratores, incantatores, exorcistæ, & quicunque alijs, qui rem aliquam ex arte exequi, aut persi-  
dere student, ut persuadeant. Hinc nomen ad incantationem, oratoriam orationem &c. de quo  
etiam infra cap. 26. Quos uero gens illa barorum artium peritos, quos magistratus unquam post  
uasilationem illam, quos milites, quos duces, quos prophetas, sapientes, aut consiliarios habuit? que  
queſo gens bonarum artium magis inimica unquam fuit in toto orbe? cum tamen olim sapientiores, di-  
tiores, magis industrij ceteris nationibus fuissent; addo, quod & rei militaris gloria ceteris præsti-  
rint. Sed quid mirum, si cum Deo omnia amiserint?

**P**ueros. Verbum יְהֹוָה propriè excussum est: significat, & in hoc uerbo miserè alucinati sunt  
etiam Rabini, sicut in multis alijs. ab hoc uerbo est nomen יְהֹוָה excussum, quo nomine Hebrei no-  
cant puerum, seu iuuenem eius atatis, qua iam è molliore parentum cura excesit, & quasi à ingo gra-  
ni excussum est, aut proxime excutiendus, quod admodum olim apud Romanos sumpta uirili toga. quare  
ministri hoc nomine appellantur, quod in ea etate ad quotidianas functiones, & ministeria adhiberi so-  
leant. Dicitur autem puer hoc nomine quousque ad eam condicionem perueniat, ut incipiatur esse sui in-  
ris; quanquam per catachreſim interdum etiam largius usurpet, id est, pro iunore, uel rudiore, &  
inieptore. Hoc nomine dicitur David sedecim annos natus, primo Sam. 17. & Absolon 1. Sam. 18.  
&c. Vnde quia græcus interpres uidit hanc esse propriam significationem uerbi pf. 127. uocauit filios  
excusorum, sive excusitionis, uocant enim Hebrei יְהֹוָה dies, seu tempus excusitionis ex curacione  
molliore, nos adolescentiam dicimus. sumpta est autem metaphorā à sagittarijs, cum sagittas emittunt,  
at hoc in loco uidetur accipendum pro sensu pueris. Nomen quoque מִלְחָמָה, quod effeminatos  
uerit uulg. quasi est à uerbo יְהֹוָה, & significatione paſſiuā, neque male. uerum potest quoq; esse  
à nomine יְהֹוָה, id est, puer, & à uerbo יְהֹוָה, id est, illius: & putare meritò possimus  
significare ludrica, seu puerilia. neque est ad etatem referendum, sed ad mores, quasi dicat, qui tan-  
quam pueri neq; iudicio, neque ratione, neque consilij, ac præudentia pollut, sed puerilitate in omni-  
bus negotijs, & rerum administratione agunt. uide infra 66. qualis Paulus aliquando, qui ait 1. Co-  
rin. 13. Cum essem puer, ut puer loquebar, sentiebam, cogitabam; at ubi factus sum uir, abeui  
puerilia, uel autem terra, cuius rex puer est. Eccl. 10. ubi est hac uox יְהֹוָה, cui in uersu sequenti  
oppont רְבָנִים 12, id est, filium candidorum, id est, liberum, ingenium, claro genere natum: hu-  
i simodi enim alibi inducebantur, quod erat ἀλλοι ingeniorum; ac felicem dicit remp. ubi isti regnant.  
uerum qua consecuta fuerint mala, sequens uerius habet. sed prius de uerbo יְהֹוָה aliquid dicen-  
dum uidetur. plerique constiuitur, ut hoc loco cum casu mediante 2 in Gen. 4. Ad uirum trium ac-  
clinationis tua, & ipse habebit potestatem in te. ad quod respiciens Paul. 1. Tim. 2. ait; Mulieri doce-  
re non permitto, neque auctoritatem usurpare in iuños, sed esse in silentio. reddidit ergo uerbo אֲבָרְכָה. Et de peccato; Tu dominaberis in illum, ad quem locum respiciens Paulus ad Rom. 6. reddidit  
uerbo אֲבָרְכָה. Peccatum in uobis non dominabitur, quod Græcis non tantum dominari significat, sed  
etiam ius habere, & auctoritatem. Ex his interprete Paulo intelliges uim uerbi.

**C**orruet. Heb. נִשְׂאָלָה & adactus est. nam uerbum וְמִלְחָמָה sicut cum dextro puncto accedere,  
ita cum sinistro adligere significat, uel ad retribuendum debitum, & ad solutionem oris alieni,  
uel ad aliquid aliud operis faciendum, simul quoq; uim quandam notat, hic autem in uoce paſſiuā. uide  
infra cap. 5. 3. Vir in uiuū, id est, alter aduersus alterum. quod mox repetit, tanquam se ex-  
ponens. Ecce qua geruntur in rep. à qua auferuntur sapientes, & magistratus, & dominantur iuue-  
nes, & insensati: furor, libido dominandi, avaritia, ceteraq; pestes adigunt populum in seipsis: non  
lex, non ratio locum habebit: uis, & iniuria omnia occupabunt: omnia erunt confusione plena: de-  
trudent iuuenes sapientes, & senes, ignobiles aduersus nobiles insurgent, atq; præualebunt, ut appare  
at malum illud, de quo Eccl. 10. Vt serui inequitent, & domini sint in condicionem seruorum redi-  
cti. hæc in Ierosolymitana subuersione completa sunt. In his itaque uerbis felicia illa tempora in  
memoriam reuocat, quibus sub sanctissimis, ac sapientissimis magistratibus in obseruatione diuinæ le-  
gis summo ordine, ac decorè resp. Iudaorum floruerat, quando Deus adeò familiaris ipuis erat, ut et  
ad artes mechanicas spiritum suum daret hominibus (qua nimurum absque spiritu Dei addisci poterant)  
quò peritiores essent. hac inquam reuocat in mentem, ut, qua causa effet tantæ perturbationis, animo  
uoluerent. De uerbo בְּאָבָד, à quo בְּאָבָד, id est, honoratus, quod graueni esse significat, uide  
in initio cap. noni: at הַקְרֵב uilipendus, est à uerbo יְהֹוָה, id est, siccare, quod magnam cognitionem

babet cum ἅρπα, id est, leuem esse, de quo eodem loco.

6 Explicat quanta futura esset tum uirorum, tum aliarum rerum recip, necessiarum inopia, ut scilicet quicunq; pallio amictus inuinciretur, (nam ἡλικία pro summa ueste accipiendo puto, ut Genes. 9.) is aptus imperio iudicandus foret; neq; obcessit inuidia, que inter cognatos uigere solet. nemo enim propheta acceptus est in patria sua, aut cognitione sua. Fratrem, inquit, quemcumque uiderit, non dicit nobilem, non cuius progeniem ignoret, & regio genere natum suspicetur; sed uel fratrem suum, cognatum ex eadem familia, & sanguine ortum, (nam hunc uocat heb. fratrem domus, seu familiæ patris sui) pallio amictum, illum non precibus modò, sed quadam uia ad capeſcendum imperium adiget, atq; compellat. Iam suprà dixi, quid sit ἡρως propriè ſuprà cap. 1. uerf. 10. interpretatus ſum, nemp̄, dux, seu capitaneus; hinc pro principe. Labefactatio hæc. uerbum ἡρως propriè est deij ci, delabi, impingere, illidere, offendere, ut decidas; hinc nomen. ἡρως, offendere, obſaculum, offendiculum, labefactatio, caſus. aiunt ergo, in hac reip. labefactatione, seu offenſione, seu illiſiōne, noſtri curam geras, ſubuenias nobis. Exiſtimo autem propriè ſignificare eam illiſiōnem, seu colliſiōnem in corpore, que medici, seu chirurgi opera indigent. hinc ad reip. eiusmodi labefactationem ſignificandam tranſeritur, que periti duciſ operam defiderat; ut quando ſunt ſeditiones, tumultus in rep. & uis non autem ius regnat, laboraturq; ſumma rerum inopia. Paucifimis itaq; uerbis, & eleganti translatione ſummam reip. miſeriam ſignificant. Q uod autem paucia illa uerba hunc ſenſum habent, ſequens uerſus explicat.

7 Respondebit. oblatum imperium non erit, qui accipiat, quid nemo fit, qui ſibi ſue inopia, & imbecilitas, aut etiam indignitatis non fit conſcius, in tanta rerum perturbatione, & tanta reip. tempeſtate. Inter ceteras acceptiones uerbi ἡρως, de quo iam non ſemel dixi, hac una, neq; infrequens, eft, ut cum propriè tollere, aut eleuare ſignificet, leuare nomē Dei, uel manum, fit iurare: abſolutum autem poſitum, ut hoc loco, & inſra 42. uerf. 2. etiam ſic accipiendo uidetur: uel certè tantum de elevatione uocis accipe, qd alta uoce ut percipiatur, dicit que ſequuntur: neq; male uerbo ſuſcipiendo redederetur, quod quia eft respondere, uulg. ſenſum reddens, repondebit, dixit. Medicus. ψυχὴ uerbum, cuius hoc eft particiūm, propriè ſuperalligare ſignificat, uide ſuprà cap. 1. uerf. 6. ubi dixit uulnera non fuſſe compreſta, neque ſuperalligata, cum de hoc ipſo reip. ſtati ageret, iurat ergo ſe non eſſe chirurgum: nam futurum illud ἡρως ero, ſicut alia, Hebrais frequentiſimè pro praefenti accipitur, ut cum in Exo. dicit dominus, Ero, qui ero, optimè uulg. reddidit, ſum qui ſum. neque unquā uiris doctis hoc fuit dubium. inquit ergo; Non conſueci ſuperalligare, nunquam chirurgus fui. Respondet itaq; eodem tropo, Et quidem nomini labefactatio, respondet nomine chirurgi. illaq; figura ſermonis ait, ſe reparare non poſſe labefactationem illam reip. ac tanto munerī aptum ſe eſſe negat. Q uod uero de pallio dixerant, quod pro argumento abundantia rei familiaris uſupabant, dicit ſe domini non aliam uſem, neque cibos habere. Vt interim uideant, qui alijs praeceſſe ambiant, oportere eos imitari medicos & chirurgos, ut ſciliert morbis, & uulneribus animorum, & reip. mederi ſciant, domique habere non ſibi ſolis neccſaria, ſed quibus alijs in tempore ſubuenire poſſint. à preſidentibus enim, & prelatis, uelut a penitentia, petere debent ſubdiu omnia humana uita ſubſidia, quo in duti, atq; paſti, integrarū ualeutudine domino uiuant. Q uæ autem induenda, & quis ſit cibus, atq; integritas, ſeu ſanitas, pete à Paulo.

8 Q uae ſit illa labefactatio, ſeu offenſio, & alliſio, cui deſit chirurgus, iam manifeſtè aperit Iefaias, eodemque uerbo utitur, cuius nomine uisu fuerat uerf. 6. ψυχὴ, quaſi dicat, quid opus eſt figuris, at que tropia? Ierualem offendit, corruit, ruit alto à culmine. Eft autem uerbum ferè eiusdem ſignificationis: cum ἡρως, quod mox ſequitur. Si cauſam requiris, paucis aperiat, putarunt, quid hominem mortalem alijs ſimilem laederent, neq; ſibi ab eo cauerunt; at in petram longè durissimum offendorunt, ſuperq; eam ceciderunt, & collisi ſunt, ut eſt in euangelio, nempe ipſum Ichoua: cuius ſplendidiſimōs oculos, et omni labe uacuos, quorū aſpetus beatos reddit, illos, inquam, oculos, quibus plāceret ſumma eſt beatitudi, ſermonibus, ſtudijsq; ſuis peſimis laferunt, & iniuria affecerunt. Q uoniam autem leſo oculorum ad iram inflamat, effectum pro cauſa poſuit uulg. interpres, at uerbum מְרַאֵת, uide ſuprà cap. 1. uerf. 20. iam indicauit, propriè in peius commutationem ſignificat, & tam de malo pœna, quam culpa dicitur. nouis eſt etiam hebraismus. oculos gloria, ſeu ſplendoris, id eſt, ſplendidos, glorioſos, appoſitq; epitheton, ut indignitatē exaggeraret: oculi enim ſplendidiſimi domini, indignum eſt, ut à quoquā ſedantur. De uerbo כָּבֹד, a quo כָּבֹד gloria, ſplendor &c. uide ſuprà cap. 9. Porro cum poſſet dicere, filium Dei impie interemerunt etc. tantum dixit, oculos Ieloua laferunt, quaſi ſignificet, quid quoquā modo id feciſſent, ſuſſiceret huiusmodi temeritas ad quoquā pœnas merito luendas. Planus itaque erit ſensus, ſi ſic interpreteris; concidit Ierualem, quia ferme noſes eorum, & ſtudia eorum erga dominum, uel in dominum, [eiusmodiſunt] ut afficiant oculos [plenioris]

doris &c. nam & afficere pro ledere dixit alicubi Cicero.

9 Agnitio heb. ἡρωτη apertio, ſeu denudatio, ſeu manifestatio, id eſt, impudentia. nam quoſ facti pudet, faciem operiunt. at impudentes canes faciem denudatam ostentant, quoſ perfricta fronte dicunt Latini, & frontem perfricare. poſſimus quoque dicere, quid ſicut apud Latinos explicatio frontis, ſeu exporrētio hilaritatem, ſecuritatemq; notat, cuius oppoſitum eſt, obducta frons, ſeu corrugata; ita etiam apud Heb. apertio uultus. nam uerbum prima coniugationis uocis paſtus ſignificat agnoscī; eſtq; eiusdem ſignificationis cum uerbo נִמְרָא, quod appetere, ostendere, exhibere ſe cognoscendum ſignificat, ut lob. 19. Eft ergo apertio uultus ſignum ſecuritatis, hilaritatis, quod in peccatore inſignis impudentia eft. hęc; expositio ſequentiōnē conuenit. Agnitio autem uultus, ſic quoque potest accipi. neque ab hac expoſitione declines, ſed phrasim obſerua, quam video plerosq; pa rum attendiffe. Respondit. פְּנֵי uerbo uariis tribunt acceptioſes Hebrai, quas in Lexi poteris uidere. quanquam ego quidem nescio, an aliquis eorum, quoſ ego uiderim, affecitus fuerit propria uim huī ſuero. ego ſan̄e puto eſſe de numero eorum, quaē contraria habent acceptioſes, nunc m. respondere, nunc non respondere, id eſt, non ſubuenire, deſtituire; ſeu etiā neutraliter deſtitutum eſt, miſerum, inopem, &c. p. 116. credidi, ideo locutus ſum, ego ope deſtitutus fuī ualde. Zach. 10. miſeri effecti ſunt, quia non erat paſtor. inſra Ief. 25. &c. actiū, Rub. 1. & multis alijs locis. hinc nomen de quo inſra num. 14. hic autem uerbo respondendi non male uertitur. Erratum ſuum, ut Sodomita annuntiauerunt. publice efflagitabant illi, ut ſibi tradarentur iuuenes, quos domum Loth ingreſſos uiderent, ut eis abuferentur. Q uid autē ſit agnitio, ſeu manifestatio uultus, respondit eis, explicat. וְאַנְמַא הַיּוֹם &c. non dubium, quin וְאַנְמַא interdum pro ipsa anima, altera ſ. parte hominis, interdum pro tuo compoſito uifurpetur. Ceteras acceptioſes alijs locis reſeruemuſ; utroque autem modo hic ſumi potest, uo ipsiſ, ò miſeris, quid ſibi ipſiſ auctores tot, tantorumq; malorum, ſuerint: neque ab re erit, ſi animarum perditionem deſteat propheta.

10 Dicite iusto &c. Jenſun reddidit uulg. & conciſo illa non minimam emphasiſ habet. cūm ergo de ſubuſtione illius gentis ageret propheta, & illos ſue calamitatis ſibi fuſſe auctores ſignificat, noluit, ut quicquam exiſtimaret illa tantum ad Iudeos pertineret: generale ergo documentum edicit, quod alta mente reponendum eſſe ſua illa breuitate ſignificat, quaſi dicat, dicit, dō mortales, hoc exemplo, atque alieno periculo ſapere: hoc ſentit, hoc predicate, quid juctum eſſe ſit bonum, id eſt, amabile, uolupte, incundum, utile, & gratum. (nam hoc propriè וְאַנְמַא ſignificat.) Q uid enim iucundus, quam frui ſuis laboribus? nam uiri iuſti, ſtudia, atque labores sancti ſunt, & pietate pleni. iuſtus enim ille eſt, qui iuſta iuſtē agit. bonorum autem laborum glorioſus eſt: fructus. Non ne uides gloria eternam, & animorum illam felicem incunditatem hic, ſicut alijs infinitis locis, fructum dici bonorum operum, ac ſtudiorum noſtrorum; qua proficiſtuntur quidem ex nobis, ſed non ita quaſi ex nobis, ſed potius ex Deo ſeu gratia Dei? Q uis autem neget in radice arboris uirtutem eſſe ad producendo fructus? aut ſecundum uirtutem, ita quoque & fructus produci? cum Christus dicat in euangelio Ioan. Omnen palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. & Q uis fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. & Q uis manet in me, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Non ergo audiendi, qui opera noſtra nihil aliud eſſe uolunt, quam ſigna fidei: neque mihi hoc loco conſugiant, ut ſtudia, & manus fidem eſſe dicant, hoc enim diſpere, & ineptire eſt.

11 Væ impio. particula quid hic ex ſuperiori uerſu repetenda eſt ad hunc modum; Væ improbo, quid malum eſt, uidelicet improbum eſſe. opponitur autem וְאַנְמַא, ſicut וְאַנְמַא: eſtq; a uerbo, quod propriè improbè, & ſedicioſe agere contra Deum ſignificat. Vir quidam doctoſ. וְאַנְמַא hic adiectiuſ accipit. וְאַנְמַא autem ſubstantiæ, in hunc modum; Væ improbo malo. ſed aptius mihi uifum eſt, ut hac Superioris uerſu ſuerit uerbiſ ſpondante. uulg. quem ferè omnes ſequuntur, impium, reddere ſoleat: ego ubique improbum, dixi. Q uae autem ſuperiore uerſu ſtudia, בְּנֵי יִהְיָה dixit, hic. בְּנֵי manus. improbi enim manibus ſuis ſibi mortem, & perditionem acquirunt. malu quoque dicere, facit ſibi, redret, quam fieri ipſi, ut hoc ipsum ſignificarem, quid illi Deus fructum dat pro laboribus, at Deus mortem non fecit.

12 Exactores. de uerbo וְאַנְמַא, a quo hoc nomen, uide ſuprà uerf. 5. exactores autem uocat principes, magiſtratus, pontifices, atque doctores, quid non ut legitimi magiſtratus, non ut sancti pontifices, & prophetæ ad ſalutem populi munus ſuum obiabant; ſed ueluti tyrammi, crudelesq; exactores, qui in ſuam utilitatem, & priuata commoda omnia corradunt. hos dicit eſſe וְאַנְמַא: de qua noce non ſibi conſtant interpretes, non Latini modò, uerbum etiam Hebrai. & ſunt qui putant eſſe a uerbo וְאַנְמַא, quod in ſecondā coniugatione ſignificat, iuſtē, ſeu iuſtia agere, deſtrudare, dehone-

- flare, incommodeare &c. Quod autem nos dicimus facere racemationem, id est, collectionem race  
morum, qui à iudicioribus sunt præteriti, id est, ultimos racemos in vinea succidere, id Hebrei  
hoc uerbo secunda coniugationis efferunt, quasi dicat, defraudare cōtra legem à Deo datam pauperes,  
& egenos suo iure priuare. Isli ergo sentunt esse participium ab hoc uerbo, et hunc habere sensum;  
Populi mei exactores sunt racematores, qui scilicet contra ius pauperi sua auferunt, spoliari populum  
usque ad ultimum quadrantem, per fas & nefas populi bona diripiunt, quemadmodum enim paul-  
lò antè non נִנְיָה, sed נַיְנָה dixit propheta; ita etiam hic eodem uerbo translatu[u]m usus est,  
ut uehementer & grauiter impositorum, & avaritiam magistratum sui temporis persingeret, qui  
etiam ultimos racemos pauperibus eriperent. atq; hunc prope sensum vulg. secutus est, possumus quoq;  
dicere esse à uerbo geminante secundam, נִנְיָה esse autem participium secunda coniugationis, quod for-  
ma interdum conuenit cum quiescentibus in media uau, ut à uerbo נִנְיָה benignè agens. Prox.  
14. Et alia huic generis; aut esse nomen participiale, & eiusdem esse significatio cum נִנְיָה,  
de quo suprà uers. 4. Est ergo נִנְיָה puer, uel puerilis, auerq; status illius mis-  
eriarum, q; puerilibus studijs dediti, & ad nullas res serias trahandas apti essent, ac proinde non tam re-  
ctores, & magistratus, sed potius tyranni exactores, populiq; expilatores dici mererentur. quos altero  
mox membro mulieres appellat, ut mores eorum mulieres modestè notaret, atq; offendenter. putoque  
idem hic dici, q; suprà uers. 4. repeti autè, ut in ipsis magistratus iam inuehatur. suprà quidem id non  
ficerat digressus paullum ad populi calamitatem describendam: at nunc ad magistratus reddit, quos  
feminis similiore, quam uiris dicit, nimiumq; quæstui deditos. erant ergo avari, & uoluptuarii, pa-  
runq; humani & misericordes, ut mox ostendit. interim tamen ad populum sermonem conuerit, ne,  
cum tales habeant magistratus, audiant illos, qui uel in gratia principum, uel populi, uel potius quia.  
ad rem suam tantum attenti erant, non cessabant turpis lucri cauſa ipsis laudare, quid effet ille popu-  
lus Dei peculiaris, & quasi primogenitus, quod soli Deum uerè agnoscerent, & colerent, ac proinde  
nihil sibi timendum esse. nec enim posse fieri, ut Deus pro sua infinita iustitia & bonitate unquam abuice-  
ret populum suum dilectum, atque electum ex omnibus, atque fidem &c. Mihi popule huismodi ho-  
mines, quicunque illi sint, & quocunque nomine uel Pharisæorum, uel prophetarum insignes, te, dum  
sic laudent, seducunt; uel potius dum te sic laudabant, seducebant; uiamque, qua eundem tibi erat,  
principitabat, absorbebant, ne apparet semita, auferebant clauem scientie, pro preceptis Dei in-  
gerabant somnia sua ad quæstum composita. Hic locus nos monet, ne populus sibi unquam placeat,  
nec sibi multa & magna de diuina bonitate, que est infinita, pollicetur; etiam si id affirment uiri gra-  
ues, & docti, si principes habeat, quales hic depingit propheta, immo id pro evidenti ir. & Dei signo ha-  
beat: ob peccata enim populi, permituit Deus tales eos habere dominos. Scio quidem non nullos hic  
& cap. 9. non pro laudatoribus, aut beatos predicatoribus, sed pro reprobis, seu dire-  
ctoribus accipere, neque abique ratione. nam uerbum propriè significat recto pede incedere, recta in  
gredi, dirigere gressum; sed interpretatio superior magis placet. de hoc tamen infra cap. 9. non nihil  
dicendum erit. est enim similis huic loco, sed tam in ipsis magistratus inuehitur.
- 13 Stat ad iudicandum &c. Hac subita sermonis cōuersio indignitatem rei ostendit, quasi dicat, hac,  
qua commemooro, nequit fieri, ut ea diutius Deus opt. max. toleret. video illum iam iam accelerare iu-  
dicium &c. quare ut sensus esset planior, ad uerbum dixi, Stat ad litigandum, Venit in iudicium cū  
senioribus &c.
- 14 Cum senibus. נִנְיָה plerunque in scriptura sunt consiliarij in aulis regum, at in ciuitatibus,  
sive regionibus, sive populo ipsi magistratus, qui prudentia, & consilijs resp. gubernant. et in statu  
regimini, & affixorum semper hoc nomen de illis dicitur, qui alias antecedunt dignitate, & sunt in ma-  
gistratu. Cum dixisset dominum populos iudicare uelle, mox ad eos, qui in populo principes sunt, ser-  
monem conuerit, quid ab ipsis pendeat res ferre tota. emphazat habet tam coniunctio, quam prono-  
men, & uos. boccine est, quod à nobis praefari debebat? ut scilicet depascemini vineam? Non ne hoc  
brutorum est? qui plantat vineam, de fructu eius comedat, idem faciat, qui custodit, idem colonus;  
at non ne nobis tradidit Deus vineam custodiendam, fodiendam? quid aliud est principem esse populi,  
aut seniores? hoc profecto est, quod in euangelio dicebant, nostra erit hereditas, nostra in omnes usus,  
ut euellamus, eradicemus, depascemus; & quod libuerit, in ea faciamus. Quid autè sit depasci vineam,  
mox aperit; Rapina oppressi &c. Malum uero cum uulgata dicere depasti es, quam succeditis. nam  
et si נִנְיָה in secunda propriè succendere significat, seu accedere, transfertur tamen etiam ad alia, et  
significat depascere, ut Exo. 22. Emiserit pecus, ut depascat agrum alterius &c. נִנְיָה uero, quod  
uulgatus nunc pauperem, nunc humilem uerit, propriè est oppressus, humiliatus, afflictus. inde di-  
ctus, ut ego quidem sentio, quia nemo ei respondet re ip[s]a & facto, id est, opem non fert, uel non  
subuenit quantumvis clamanti, aut conquerenti, à uerbo נִנְיָה, quod contrarias habere significa-  
tiones

- tiones diximus suprà uers. 9. & infra 25.
- 15 Quare. Hebrewè סְבִיבָה pro סְבִיבָה quid uobis, sicut מִזְמָרָה pro מִזְמָרָה Exo. 4.  
quid est &c. Quid uobis, inquit, est quid contunditis &c. depascis vineam dixi, quia & fructus  
aufertis, & uites arrodis. Vinea populus meus est, pauperum bona in dominibus uestris sunt; ecce  
ablatos fructus, contunditis ipsis, & facies eorum pugnis, & alapis commolitis, seu attenuatis, id  
est, omne genus iniurijs afficitis. An non hoc est vineam brutorum more depascere? quid uobis?  
que est hec inhumanitas? nam rapere bona fuerit avaritia, atque cupiditatis, ad quam natura ipsa  
post lapsum, propensi sumus; at pugnis facies oppresorum, & pauperum contundere, humanitatem  
prosuis excusse est. Quid autem sequitur, certus ferme &c. licet ad precedencia referri possit: ego  
ramen prostatu[m] dicendorum esse existimo, de qua loquendi forma vide suprà cap. 1. uers. 24.
- 16 Filii Sion. non dubito, quin intelligat hic eas feminas, quas paulò antè dominari in populum  
dixerat, principes scilicet & magistratus, more feminarum, delicis deditos. sunt autem hec omnia  
figuratè accipienda, neque opus fuerit singula interpretari; sed omnibus illis nominibus, que ad mun-  
dum mulierem pertinent, effeminatos animos, atque mores designat. Quid si quis dixerit, suprà  
quoque de ipsis feminis debere intelligi, quid autoritatem habuerint in uiro, quasi taxaret, quid uxo-  
rij essent, & ipsis parlarent, dicat hac quoque ad ipsis feminas pertinere. Ceterum, cùm hic sint mul-  
tæ uoces, quarum rarus est in scripturis usus, earum proprias significaciones etymologis indagare uo-  
lui, ne quid studiofo letori deesset, præfitem cum nibil non sit in sacris scripturis magnificandum.  
Collo. heb. guttur dicitur מִזְמָרָה ab attrahendo s. spiritum: nā uerbum. מִזְמָרָה trahere, s. iei attrahere  
significat. uerbum autem קְרֵב, quod hic in infinitivo legitur, neque alibi biblii inuenitur, Chal-  
daeus (ad quem in similibus difficultatibus recurrendum est) sic uerit, cum aplausu suo ambula-  
bant. atq; in hoc conuenit inter interpretes, quid גֶּשֶׁם significet corporis mulierum festiu[m] inceden-  
tium: uideturq; affinitatem habere cum uerbo קְרֵב, quod pulsare, id est, plaudere significat; et uide  
tur sat' commode redditum uerbo plauderi, quod fit pedum, seu, quod magis probo, longioris ne-  
fitus in terram festiu[m], eleganti, & blanda supplosione. uel est sermo de sonitu, quem excitant ue-  
stes pretiosa ex serico. unde nos tapethath, à sono: & congruit uox heb. cum sono tapethoph.
- Composito gradu incedebant. de noce עֲכֹבָה magna est sententiarum varietas, ut solet  
esse de uocibus, que tantum semel, aut raro in scripturis reperiuntur. & mili probabile est, q; uir  
doctus quidam annotatum reliquit: Quid nomen סְבִיבָה compedem, seu uinculum significet, ut Pro-  
uer. 7. manifestum est à uerbo סְבִיבָה (facta litterarum transpositione, que non infrequens est He-  
breis) quod molestiam afferat. & in plurali סְבִיבָה compedes. unde à similitudine, uel ab eo, quod  
animos uidentium irretiebat, id est, ualde alliciebat, ornatus quidam mulierum sic dictus est. erant  
enim illecebre & irritamenta libidinis, unde infra. In die illo auferet dominus ornatum compedum in  
calceamentum scilicet &c. hinc uerbum secunda coniugationis, quo Iesu. hoc loco uitit, quod est ornare  
pedes ciuismodi corrigijs, seu laqueolis. neque Chalda. multum ab hac sententia distat, nec etiam uulg.  
interpretes. Hic quoque notes uelut, quod affixum hoc loco sit masculinum. In pedibus eorum, ut ui-  
deas interpretationem illam esse solidam, qua dicebam hoc ad uiros effeminatos pertinere.
- 17 Decalabit &c. dicere possumus humiliabit, id est, deprimit cum Chaldaeo. ab hoc enim uer-  
bo מִזְמָרָה deducitur nomen Hebrewis frequens מִזְמָרָה, quod ancillam, seu famulam significat,  
& recte opponitur pena culpa. erecta enim cervice, & extento gutture incedebant. תְּרֵזָה, omnes  
uerticem capitis dicunt à uerbo תְּרֵזָה, quod inclinare significat: est autem posterior pars capitis. in-  
terdum tamen pro toto capitul. Crinem, non etiam sibi cōstant interpretari in uoce תְּרֵזָה: est  
autem Chalda. angulus, uel pro corymbis capillorum accipitur, denudandam itaque puto notari eam  
partem capitis, qua in frontem definit. & deinde eos capillos, qui supra frontem sunt, quorum  
magna est cura feminis: estq; summa ignominia ipsis nudari.
- 18 Calceamentorum. uide suprà uersi 16. Hebrewis genus est ornamenti, habens appel-  
lationem à circulatione, uel circumitione: rotulas dicere possumus, seu circulos: uulgatus lumen dixit.  
quoque sunt bulle in modum luna rotunda, que adhibebantur ornatus canessa. & quidem  
Chaldaea luna dicitur à rotunditate, & תְּרֵזָה rotunditas est Hebrewis, Canti. 7. Possumus  
autem hoc nomina in accusativo, aut in genitivo uertere. uulg. torque uerit.
- 19 Monilia. à uerbo מִזְמָרָה, quod propriè est guttanæ, seu stillant, est nomen. מִזְמָרָה, id est,  
gutta scilicet balsami. inde מִזְמָרָה ornamenti, & uascula aurea, quibus continebatur gutta,  
quasi dicat, guttatoria, Stillatoria: legiturq; tantum Iud. 8. & hic. Armillas. שְׂרָב nodus ille est  
concatenatus, qui in medio uentris conspicitur, quem umbilicum dicunt: מִזְמָרָה uero sunt catenula.  
Mitras. נִנְיָה est tremor, ut Zach. 12. pluraliter autem significat ornamentum mulierum à tre-  
more dictum: uulg. mitras dixit.

20. **Discriminalia.** *uulg. nomen Hebraum*, quod ornatum in generè notat<sup>r</sup>, pro peculiari aliquo ornamen<sup>t</sup>to accepit. *quas uero periscelides dixit, Hebrei מְדִינָה appellant à uerbo מַעֲרֵךְ*, quod incede<sup>r</sup>re cum pompa significat; ab eo enim sit nomen מַעֲרֵךְ, quod motum, motionem, agitatem significat; in plurali autem sumitur pro ornamento crurium, seu circumferentia in parte inferiore uestris circa crura: *septuaginta interp. περιπέφηρα*, id est, clauatas uestes ex purpleis fimbriis factas reddiderunt, rectius Hieronymus Graeca etiam uoce περιπέφηρα appellavit. At à uerbo מַעֲרֵךְ est nomen plurale מְדִינָה, id est, tenia strictiores, quibus uirgines se ornant. Domos anima, seu fragrantia uocat hebraismus capsulas suaniter spirantes, in quibus bene spirantia, inclusa erant. Solent autem nobiles, & delicate mulieres inter ornamenta habere quedam minutula uacula aurea, qua secum deferunt, inter ubera pendentia, qua odoriferis rebus implentur. recte uulg. Olfactoriola. Fortè non tam est genus ornamenti, quam quibus inter ornandum se utuntur. Inaures. hoc cap. vers. 3. dixi de singulari huius nominis scilicet וּנְחָן, quod incantationem, seu orationem significa<sup>r</sup>; at hic in plurali aurum ornamenta notat, quo significare uoluerunt orationem ad aures permulcendas accommodata esse; uel quod mulieres illis contra imprecationum, ac incantationum prestita aures prenunierint, deinde etiam ornarint.
21. **Anuli dicuntur heb.** בְּגָוֹת quod in illos immergatur res aliqua. Gemmas in fronte pendentes, nomen נֶצֶן, quod monile interpretamur, puto cum praeceptore meo à נֶצֶן deducimus, facta duarum priorum litterarum transpositione, & addita littera mem: & generaliter significat ornamentum, quod publicè, uel in fronte, uel in naribus, uel in auribus prostitutum causa querendæ sibi bona gratia.
22. **Mutatoria.** à uerbo מְלַמֵּד, quod detrahere, seu extrahere significat, fit nomen מְלַמְּדוֹת id est, uestes extractæ, & pretiose, seu festina, & delecta à communi, & uulgari usu, ut sunt Latinis paludamenta. Zach. 3. Palliola. ab operiendo dicuntur Hebreis, quasi dicat, opercula. Linteamina. nomine מְלַמֵּד, id est, palma, fit uerbum מְלַמֵּד palma planauit, explanauit; dispendit &c. hinc nomen מְלַמֵּד linteamen, seu uelamen, uelum explanatum, & extensum, quo mulieres caput uelant, & ornant: peplum dicunt Latinis. Acus. וּנְחָן stylus est Hebreis, cuius hic plura le, quod quale ornamentum fuerit, ignoramus; forte pro instrumentis illis accipitur, quibus mulieres utuntur ad discriminandos, concindendos, uel etiæ crispandos crines, que calamistris uocant Latinis.
23. **Specula.** heb. מְלַמֵּד à uerbo, quod (ni fallor) apparere, & contraria significacione dispare significat מְלַמֵּד iuxta uariam constructionem: ab utrauis significacione congruit derivatio nominis speculi. nomen autem sindon à uoce Hebreæ peritum apparebat sed in. at Cidaris, seu Tiara plicolum erat rotundum, non acuminatum; quo reges, sacerdotes, & iudices sunt usi, & insigniti in capite. cuiusmodi & muliere interdum utuntur. Virtus dixit uulgatus. Velamina, uel theristra. Hebreis est à uerbo מְלַמֵּד, quod actionem superioris in inferiore rem, aut personam significat. uelamen ergo Hebreis, quo mulieres utebantur in signum, quod subiecte essent uiris; sic dicebatur. unde intelligere poteris, quare Paulus 1. Cor. 11. uelamen ἡστόν appellavit. quam uocem omnes per uelamen reddiderunt; at rationem plurimi ignorant: per antiphrasim ergo signum subiecione potestatem uocabant. Cùm autem, ut dixi, sermo hic sit de uiris effeminatis potius, quam de ipsis feminis, aperte & festinè inter muliebria ornamenta Cidarim, & potestatem in fine nominavit.
24. **Profluui odore,** seu pro odoramentis. וּנְחָן odor pretiosus est Hebreis, Graecis ἀρώμα, Chal. אֲרָמָה; item species odorifera, & pretiosa satione, & cura hominum in hortis crescentes: cuius usus, uel per se simpliciter, uel in cibis conditio, uel medicamentibus gratus, & salutaris est. Fætor. וּנְחָן uerbum, quod tantum in passiu legitur, propriè significat tabescere, seu contabescere, atque per metalepsym fætere, fætidum fieri, quod illa, qua corruptuntur, fiant tandem fætida: hinc nomen וּנְחָן fator, seu putredo fætida. Pro Zona. heb. מְלַמֵּד propriè est balteus uel cingulum, quo donabantur uel qui idonei essent ad bella gerenda; uel praeclaræ in bello geferrant facinora, 2. Sam. 18. ego tamen malum hic actiper simpliciter pro cincture, ut opponitur scissura illi; qua in luctu erat familiaris Iudeis. Pro crispanate crine, uel pro crispidine; seu factura crissicci; paulò superius dixi esse quedam instrumenta stylo similia, quibus in crispidis crinitibus utuntur femina. de hac ergo crispidine facta cura, & diligentia ad uenustatem est sermo: & eam caluitio pensandam dicit. Differat autem מְלַמֵּד caluitum à מְלַמֵּד caluitie, quod hoc de caluitie naturali, uel fortuita dicitur, ut ex morbo &c. at illud de caluitio facto manu uel forcipe &c. quod erat indicium, & signum luctus. Fascia pectorali. uox heb. מְלַמֵּד quid propriè significet, incertum est, neque alibi, quam hoc loco legitur. Kimbi. in libro radicum sentit esse genus uestis, qua uisa sunt matrone supernæ ad decorum: & tamen hoc loco cingulum esse scribit subtile ex serico. aliq. aliud, Hieronymus fasciam pectoralem dicit. ego, si diuinare licet, dicerem ex מְלַמֵּד

esse factum, quod fasciam significat, ex multiplicibus filiis contextam: qua Latinis vocatur latus clavis, ut contrarium sit cincture facci, id est, uili alicui cingulo, seu cinctorio. iactatur n. prouebiali forma cinctorum facci, uel est dictio composita ex nomine prædicto, & ex uerbo duplicato לְמַעַן, quod uoluere significat, quasi circumuoluens fascia, ut optimè redditum sit ab Hieronymo, fascia pectorali, quam Latinis strophium dicunt. hanc enim uirgines non solum ad ubera circumuoluunt, ac circumcingunt, qua est ex delicate materia lino uel serico, opponitur q̄ cilicio. Pulcherrimi uiri duas uoces מְלַמֵּד non uidetur exemplar Hieronymi habuisse, neque distinctiones, quibus nunc in bibliis utimur. nam nomen מְלַמֵּד, qua est ultima uox uersus 2.4. Hieronymus cùm uer. sequenti coniunxit; Pulcherrimi uiri tui &c. eas tanca si legamus, ut omnia exemplaria habent, rectè uertas, usitio pro formositate. nam כִּי potest esse à uerbo מְלַמֵּד, quod aduertere significat.

25. **Viri tui.** sicut Latini à condicione sua homines uocant mortales, ita Hebrei eadem ratione uocant מְלַמֵּדים; nisi quod Hebreis (quantum ex sacro litteris deprehenditur) paulò arctius hoc uocabulo utuntur pro uiris, seu hominibus, seu mortalibus eiusdem familiæ, tribus, iortis, societatis, seu ciuitatis, & reip. Et fortes tui heb. est nomen in abstracto, quod potentiam, seu præpotentiam di cere possimus. sed recte uulg. uerit, id est, qui in te alijs prævalent, seu uiri fortes, & bello, rebusq; alijs gerentis apti. Verbum enim מְלַמֵּד est prævalut, superior fuit &c. Quod si tollas distinctionem, hunc sensum habere possunt hæc uerba; Indumentis facco, & scindetis indumenta nostra pre luctu &c. quia pro uenustate (uel propter uenustatem, cui scilicet tantopere studebatis, ut uiris placceretis, & gratiam eorum accuparemini) ipsi uiri tui cadet gladio, & prevalidi tui in bello. ò Tzion, ita occisis uiris, quid erit ab hoste feminis exspectandum? quis erit ciuitatis status? qua forma? portæ ciuitatis, propugnacula, loca publica, in quibus solebant esse hominum concursus, uidebunt lugere; & ipsa Tzion, totaq; ciuitas, ueluti matrona orbata liberis, marore confecta, humi sedebit. Et quidem si de mulieribus ipsis intelliguntur, que præcesserunt, qua in uiris auctoritatē usurparant &c. ut suprà iam dixi, non erit interpretatio hac contemnda. quod si de uiris (quod magis probo) fiat sermo, illud כִּי non tam rationis, quam continuationis, & quasi expositua particula fuerit, ut solet saepe, in hunc modum; Hæc, qua cōmemorauit aduersus uiros, aduersus nobiles, & magistratus tuos, ò Tzion, luxi, & delicijs deditis sub seminarum nomine, nō aliter accipias, quam quod pro uenustate illa forme, uel propter ipsam formam elegantiam, cui tantopere dediti ac deuiniti sunt, ut similliores sint feminis, quam uiris: propter hoc, inquam, illi ipsi uiri tui gladio cadent. nihil n. magis horrent effeminati animi, quam mortem gladii; & nobiles illi tui principes, ac duces, qui, cùm deberent alios uirtute antecellere, formæ uenustate alistantum præstant, in prælio corrident. in luctu itaque ciuibus uiduata deget. Et hunc sensum lectio uulg. admittit. nam quamvis non sit in solita formatio Hebreis, ut כִּי à מְלַמֵּד derivetur, & aduisionem significet: nullibi tamen in tota scriptura in hac significazione, nisi hoc loco inuenitur. ego certè, si pro aduisione non acciperem, postrem, quam attulì, expositionem, libenter amplecterer.

## Caput quartum.

**H**I S ultimus uerbis tertij capitil connectunt Hebrei primum uersum capitil sequentis, neque incongrueret; significant enim illa uerba maximam uirorum inopiam: sed Hieronymus mysterium subfobfecit. nam si paulò superius dicebant homines cuiusam amictu pallio, ut ipsis imperaret, suspicati nimurum, quod cibos domi haberet &c. Vnde nunc ista feminis panis, & indumentum? aut unde sparent opera, & industria sua posse se sustinere? liceat ergo uiris Christianis non adeo addictis esse Rabinorum traditionibus, & distinctionibus, (quas saepe in odium Christi excogitant) ut non interdum hac in re libertatem amplectantur propter gloriam Christi, præsertim duce tanto uiro, & in Hebreis haud ineruditio. Non tamen hic de uocatione gentium agi existimo, sed (si mysterium latet) de Iudeorum conuersione; qui dum patriam uastatam uiderent, suo iam malo edebili, intellexerunt tum ob incredibilitatem suam, tum etiam quod heredem uinea occidissent, illa se mala perpeccos; illi (inquam) dolentes ob opprobrium, quo se obrutus, gentemq; suam uidebant, quod dominum suum occidissent, ad dominum reueneri, & religionem Christianam amplexari, penitentiamq; agentes, Christiani dici uolunt, ut non de numero decidorum sint, neque eos opprobrium infidelitatis attingat. Non video, cur hac uir Christianus despiciat, præsertim cùm qua sequuntur (nisi infidelitas ipse nota inuri uelis) de illis temporibus intelligenda sint, quibus, Iudea manibus gentium tradita, ecclesia Christi ex reliquiis Iudeorum collecta maximè floruit. sed iam uerba penitentis.

**E**T apprehendent septem mulieres ui-  
rum unum in die illo dicendo; Cibū  
nostrum comedemus, & uestitu nostro in-  
duemur: tantummodo uocetur nomen  
tuum super nos, collige opprobrium no-  
strum.

In die illo erit german Iehoua in iucun-  
ditatem & honore, & fructus terra in ma-  
gnificentiam & ornamentum iis, qui eu-  
ferint Israelitis.

Et erit: reliquus in Tcion & relicitus in  
Ierusalem sanctus dicitur illi, omnis, qui  
scriptus est in uitam in Ierusalem.

Quando abluerit dominus fordes fi-  
liarum Tcion, & sanguinem Ierusalem re-  
pulerit è medio eius spiritu iudicii, & spi-  
ritu accendendi.

Et creabit Iehoā super totam sedem  
montis Tcion, & super omnes conuentus  
ipsius nubem interdiu, & fumum, & splen-  
dorem ignis flammantis per noctem. Quo  
niā super omnem gloriam protec̄tio.

Et tegumentum erit in umbram per diē  
ab æstu, & in protectionem, & in latibu-  
lum ab imbre, & à pluuiā.

**E**T apprehendent septem mulieres ui-  
rum unum in die illa dicentes; Pan-  
nem nostrum comedemus, & uestimentis  
nostris opericū: tantummodo inuocet  
nomen tuum super nos: aufer oppro-  
brium nostrum.

In die illa erit german domini in magni-  
ficentia & gloria, & fructus terra subli-  
mis, & exultatio his, qui saluati fuerint  
de Israel.

Et erit: omnis, qui relicitus fuerit in  
Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus uo-  
cabitur, omnis, qui scriptus est in uita in  
Ierusalem.

Si abluerit dominus fordon filiarum  
Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de  
medio eius in spiritu iudicii, & spiritu ar-  
doris.

Et creabit dominus super omnem lo-  
cum montis Sion, & ubi inuocatus est, nu-  
bem per diem, & fumum & splendorem  
ignis flammantis in nocte. super omnem  
enim gloriam protec̄tio.

Et tabernaculum erit in umbraculum  
diei ab æstu, & in securitatem, & abscon-  
sionem à turbine, & à pluuiā.

**A**PPREHENDENT. apprehendendi uerbum **πιπτεῖν** emphaticum est, & quando acti-  
num est, & casum regit cum **πιπτεῖν** uel absq; eo, propriè significat Hebrais firmiter & forti-  
ter apprehendere cum quadam comprehensione, quemadmodum apprehendere, uel potius retinere fu-  
gientē solemus: quo forte uero usus est Paul: ad Heb. quando dīt: **προστίθεται** dominus semen Abrabah appre-  
hendit. quando uero est absolue possum, est **πιπτεῖν** firmare, ut qui **corpus**, aut **corporis neruos**, &  
**membra constringit**, ac etiam **spiritus retentione confirmat**, ut **firmiter**, & **compatior** esse posse &c.  
Septem. Numerus certus pro incerto, & Hebrais **υγεία** multitudinem, seu copiam designat.  
Vocetur &c. Hebraismus satius notus est, uocari nomen aliquid super aliqua persona, aut re,  
pro sortiri nomen, seu appellationem ab aliquo. Deut. 28. Videbunt, quid nomen Iehoua uocatum est  
super te, quid scilicet populus Iehoua dicaris, & si. Ier. 7. Statis in domo, super quam uocatum est  
nomen meum, id est, qua dicitur domus Dei. Genes. 48. Inuocetur super eos nomen meum, id est, Ma-  
nasse & Ephraim dicantur mei filij &c. uocetur super nos nomen tuum, id est, dicamus de nomine tuo,  
uxores tuae &c. et Christiani à Christo. Aufer. heb. collige. ut Latinis uerbum colligo interdum  
in unum redigere, interdum etiam carptim auferre significat; ita heb. uerbum **πάκινον**: hic autem pro  
auferre, ut non recte hoc loco mihi quidam philosophari uideatur, & metalepsim esse dicat. quia enim in-  
quit, qua aliud se confert, sarcinas colligit, sit ut priore utatur pro posteriore: putatq; in nomine Ioseph  
esse allusionem ad utramq; significationem uerbi; cum tamen hoc nomen à uerbo **πάκινον** deriuetur, id est,  
addidit. dixit enim, mater: Addat mihi dominus adhuc alium. non enim illo uno erat contenta.  
Opprobrium. Hebreæ uox **παρεῖναι** sicut & uerbum **πάκινον** non solum dicitur de probro, seu con-  
uicio, sed etiam de deformatione, seu deforatione, siue de uastatione, & corruptione, que fit uel gladio,  
uel fame, aut alijs calamitatibus, ut Ier. 5. & Ezech. 36. &c. Vide interim quanti faciendum sit  
uocari de nomine domini. qui enim uerè ipsius sunt, omni opprobrio, & feditate carent, nihilque non  
æquo animo ferunt, & omnia detrimento pro lucro ducunt, modò Christum lucrifaciant, illum que-  
runt, illum sequuntur, non propter cibum, qui perit, sed propter eum, qui permanet in uitam eter-  
nam. Tu ergo Christiane, si Iudeum uideris, qui Christo nomen dedicerit, ne eum opprobria dignum  
censeas, quid Indus sit, sed honore dignissimum, quod Christianus. abstulit enim illi Christus, cuius  
nomen

nomen inuocatum est super ipsum opprobrium, quo premebat.

2 In die illa erit germen domini &c. diluit, ni fallor, hoc loco propheta opinionem, quæ ex  
superiori narratione oriri potuisset, cùm inquit; Iudea & Tzion conciderit, & omnia fuisq; de quæ  
ferri uisa fuerint; ingensi illa calamitas, ueluti tempestas, in Iudeos ingruerit, nec opinantes opere  
rit, atq; conculauerit, in illa non modo rerum, sed & hominum penuria, quando iam, non regnum,  
non resp. dici posse, in uastatione, inquam, illa, non corporalitatem, sed & spirituali oppressis Israe-  
litis, & peccato, & peccati pena, nempe post occisum dominum Iesum, nemo credat repulisse domi-  
num populum suum, & actum esse Israëlitis: quin immo tum germinatio, seu crescentia domini suc-  
crescere incipit summa cum iucunditate, & gloria. Memineris, Christiane lector, grani illius euau-  
gelici, quod cadens in terram, si mortuum fuisset, fructum multum erat allaturum. Hec illa ergo ger-  
minatio domini est, qua post mortem, inauditaq; ignominia gloriösè propagata est. quod more suo  
mox alijs uerbis reperit; Fructus terra erit in magnificētā, & ornamenti. Quæ uero esset illa ger-  
minatio, & qui fructus apertius dicit, ijs qui euauerint Israëlitis, quasi dicat, in eos hec dicuntur, illis  
hoc competunt, qui ex Israëlitis euauerint, pauci, inquit, illi Israëlitæ, qui ex incendio illo, magnaq;  
infidelitatis tempestate, qua totam ferè gentem occupauit, euauerint, qui non consenserunt actis im-  
piorum, aut mox resipue. illi sunt satio domini, germinatio, & fructus, quos granum illud produ-  
xit. Quam gloriōsi autē fuerint sancti illi filii, & germen domini, quam digni, ad quos contuendos to-  
tus orbis accurreret, quam omnia terra fastigia transcederint, ut in quorum corde Christus habitabat,  
ex quorum ore loquebatur Christus, quantum hinc etiam gloria accreverit ipsi domino, qui in illis ad-  
mirabilis apparebat, nemo est, qui si acta Apostolorum, & Pauli epistolas legerit, ignoret. ac for-  
tè hac est illa maiestas, & gloria, de qua dominus morti propinquus dicebat sacerdotibus, & Pha-  
risæis, à modo uidelicet filium hominis sedentem à dextris Dei, & uenientem in nubibus celi. In iu-  
cunditatem. 3 De qualibet re dicitur, que eleganter, aptè & appositè constituta est, animosq;  
uidentem & oculos in se convertit; allicit ac rapit in contemplationem & amorem sui, atque etiam  
mirabilis iucunditate & letitia perfundit. unde & Chald. redditit **καὶ οὐτις**. Qui euauerint.  
in heb. est nomen **πνεῦμα**, quasi dicat, euauio à uerbo, quod ex periculo, seu malo saluum euade-  
re significat, & sumitur pro ipsa re, seu persona, qua euauit, sicut captiuus pro captiuis.

3 Verius tertius declarat, in quo consistat illa gloria, illa iucunditas, illa magnificētā, atque or-  
namentum germinis domini, nempe in sanctitate uite. hec enim sola splendorem, gloriam, & ampli-  
tudinem secum afferit; quæ autem illa carent, in gloria sunt, & nullius estimationis. & ponitur nu-  
merus singularis pro plurali, ut sape solet. Quotquot manserint reliquia, inquit, illius sancte ci-  
uitatis, quæ ex illa, quam dixi, calamitate seruata fuerint, sanctæ erunt, illæ scilicet, quæ ad ui-  
tam eternam predestinata sunt, uel quos Deus uinere uoluit. Retinui autem, ut sape facio Hebraï-  
num, præsertim ubi nō est uisitare. potuisse enim sic aperte reddere; Futurum est enim, ut eos qui  
residui fuerint in Tzion, & reliqui fuerint in Ierusalem, sanctos appellant. eos inquam, qui uia re-  
manerint, uel qui ad uitam seruati fuerint. Mos autem est Hebreorum, ut que certò futura sint, ea  
scripta esse dicantur. addo, quid & resipue uidetur propheta ad locum illum Mosis, Exo. 32. Dele  
me de libro tuo. Cui dominus, Qui peccauerit in me, delebo cum de libro meo &c.

4 Si abluerit dominus &c. quamus & affirmantis esse posse, aut etiam optantis, tempo-  
ris tamen esse hoc loco existim, quid tunc gloriōsi erunt illi residui, & sancti meritò dici possent;  
quando dominus fordes absterget, & sanguinem eluiscet &c. Per fordes autem peccata, quibus  
quisq; in corpus suum, & contra semetipsum peccat; per sanguinem, que in proximum intelligo.  
Quomodo autem id factum sit, iam sic accipe. primo capite dixerat dominus, quid purgaturus, &  
quasi consolator excorcurus esset Ierusalem, post quam excorctionem habitura esset indices & magi-  
stratus, quales olim habuerit. possumus ergo hoc sic accipere, ut uastatio illa Ieroſolymitana, que  
per Romanos facta est, fuerit quadam excorctio, in qua scoria, tanquam scoria, abiecta fuerit, & re-  
probigni, & morti traditi iusto Dei iudicio, Zeloq; domini ingenti: manserint autem reliquia quadam  
totius sanctitatis seminarium. Vt de hoc quoque iudicio, & zelo dixerit Ioannes Baptista, quod do-  
minus I E S V S haberet uentilabrum in manu sua ad permundandam aream suam, & triticum qui-  
dem in borrea congregaret, paleas autem combureret igni inextinguibili. & infra non semel, cùm de  
puniendis improbis, & sanctificandis suis loquitur, dicit; Zelus domini exercituum facies istud. &  
si ad hunc modum accipias, illud **πάκινον**, id est, si, ualeat postquam fordes autem, & sanguines sunt  
immundi, & homicide, & spiritus uero iudicij, & accendendi, seu accensionis, id est, qui ignem accen-  
dit, & ardere quidpiam facit, est executio iniustia Dei, qua cum aduentare dicitur uentu ualidissimo,  
ac igni comparatur, quid hec duo separandi, purgandi ac probandi uim habeant. unde dicitur ignis an-  
te ipsum præcedet, & tempestas &c. Quapropter & spiritus iudicij, id est, diuindicationis, & di-  
D

scretionis dicitur & spiritus, qui ignem excitat, quo adurantur scoriae, & paleæ. estq; similitudo, & typus quidam postremi iudicij in huiusmodi castigationibus. sicut enim tunc regnum Christi perfectè uigebit; sic fuit post uastationem Iudeam: & sicut tunc sancti ad beatitudinem profecturi sunt; sic post conflagrationem illam Ierosolymitanam, regno Christi per totum orbem propagato, ad Deum electi, congregati sunt, & multa huiusmodi. Quæ si prudens lector confideret, omnia illa, quæ in euangelio multi existimant, non nisi de fine mundi intelligi posse; manifestè percipiet prius de iudicio illo domini, de quo precedenti capite, & hoc loco propheta loquitur, intelligenda esse, ac deinde tanquam in typo de ultima orbis uastatione, ut etiam in sequentibus ostenderemus. Est & aliud iudicium, quod dominus Iesus exercuit per prædicationem euangelij, de quo ipse dicebat; In iudicium ego ueni in mundum, ut qui non uident, uideant; & qui uident, cœci fiant. de quo & Simeon ille senex, quod positus esset in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & ad reuelandas multorum cordium cogitationes. Cùm enim dominus caput ostendere regnum Meſis, quale esset, max quid quisq; in animo gereret, dum Meſis suum Iudeam omnes iactarent, nihilq; alius se exspectare dicerent, apparece caput, quid item quisque speraret, quæ studia cuique cordi essent &c. Vbi ergo impurissimi illi Tharisa iudicio domini à populo Dei sunt separati, ubi flare caput spiritus ille euangeli, qui separat patrem a filio, & matrem a filia, & ignem in cordibus electorum excitat, ut amare discant celestia, & Deum tantorum bonorum anthonem, & caput adificari Tzion non in sanguinibus, sed lapidibus uiuis, manentibus infidelibus tanquam impuris extra muros nouæ Ierusalem; tunc reliqua illæ sanctæ fuerunt appellatae, ut quæ in sanctitate, & ecclesia Christi primatum habent. Quid si de illis electis sit Iermo, qui prius sordidi, & immundi erant, & in proximos iniuriæ, quos dominus spiritu sancto, & igni baptizauit, ut dicebat Ioannes Baptista? non ne spiritus sanctus, spiritus iudicij, seu iustitia, & sanctificationis est? non ne & ipse inflammat corda in amorem Dei? Quid, quæso, est illud Pauli, ubi sordes sanguines annumerasset, hoc fuisse; sed abluti estis, sed sanctificati estis? &c. non ne sancti isti dicebantur, & erant? Quid si euangelicus hic propheta spiritu praedixit dominum insufflantem in Apostolos, ac dicentes; Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis? an non spiritus iudicij est, qui absoluat, aut detinet peccata? ut spiritum iudicij referamus ad iurisdictionem spiritalem simul, & uirtutem sacramentorum: spiritum autem ardoris, seu accensionis, seu adiunctionis ad spiritum, qui igneis linguis apparuit, ut significaret propheta, sanctitatem Apostolorum, qui erant germen domini, tunc maximè resplenduisse, cum huiusmodi spiritu, & ipsi sanctificati sunt, & alios eiusdem sanctitatis participes faciebant. Quis huiusmodi diuitias sacrarum litterarum non admiretur, & amet? Sordes. נסיך est à uerbo נסיך, id est, exiuit: & hoc nomine uocant Hebrei extremitatem, & pro egestate uomitus accipitur, infra 28. Omnes mensa plena uomitu &c. accipiturq; & pro quacunque forde, ut Propt. 30. & hoc loca. Sanguinem. נסיך est à uerbo נסיך, id est, rubuit, & tam in singulari, quam in plurali pro peccatis in proximum in scriptura accipi solet, ut suprad cap. I. &c. Repulerit hoc uerbum. נסיך, propriè uo impellere, seu repellere significat, neq; legitur in hac forma nisi in tercio, uulg. lauerit dixit, sensum, non significatio nem uerbi exprimens. De medio eius. hebraismus נסיך est frequentissimus, ab intimis ipsius pro ab eo. est enim נסיך, quod intimum, seu propinquissimum est in homine, siue in pecude, ut est cor, & cetera uiscera. deinde etiam dicitur de mente, & cogitationibus, tandem generalissime de intimo cuiuscunquæ rei. exempla sunt pañim obuia. Noti sunt autem hebraismi. spiritus iudicij, id est, dijudicans; & ardoris, id est, adurens, seu incendens.

Et creabit dominus. Possum hoc cum precedenti uersu in hunc modum connecti; Quando dominus Ierusalem ad modum excitoris confluuerit, & eam expurgaverit spiritu iudicij, & adiunctionis: tunc creabit dominus super uniuersam regionem, seu basim montis Tzion nubem &c. id est, tunc immunitas erit mons Tzion, & congregations, seu conuenticula eius, uel ecclesia omnes ex Iudeis collectæ ab omni illa calamitate, & intendio. Admoniti enim fuerunt, ut narrat Eusebius, & impiam ciuitatem deseruerunt, neque eis diuinus fauor unquam defuit; immo ex spiritu Aegypto illos egredientes comitatus est dominus, in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, id est, non minus illorum curam egit, quam olim totius populi Israeliticæ. quinammo sicut olim, cùm per deserto iter facerent, arca cum propitiatorio (que gloria domini dici solet in scripturis) erat ab omnibus cali iniuria protæcta. ita discipuli domini fuerunt protæcti in illa calamitate &c. Possunt quoque cum uers. 2. & 3. coniungi. Erit germinatio domini in honorem &c. qui euaserint, sancti dicentur: & super ipsos, qui sunt mons Tzion, & ecclesiæ ex ipsis congregatas, quæ exceperunt uerbum, quod à monte Tzionis profluxit, expandet dominus protectionem suam, ut non minus habent Deum propitium, quam olim habuerunt ex Aegypto egredientes Israelites: nec minus sint ab omni iniuria liberi, quam arca, & propitiatorium fuerint. Neque dubitandum est, quin in uers. 5. & 6. duplex sit alius.

50. prior est ad columnam ignis, & nubis, posterior ad tegumenta illa uaria, quæ dominus construxit, ut tutum esset ab iniuria aeris sanctorum illud sanctorum. nam quid arca dicatur in scripturis gloriam domini, habes in ps. Ut uiderem uirtutem tuam, & gloriam tuam; & I. Sam. Cum capta fuit arca a Philistæis, translatæ est gloria; & alij locis plurimis. Locus hic ualde declarat curam, quam dominus suorum gerit, ut nibil illis noceat. sunt Dei populus, quos elegit de mundo, quos odit mundus, sicut Aegypti fugientes Israëlitæ, sunt mons Tzion, sunt templum Dei, & sanctum sanctorum, gloria domini eos protegit, liberat, & seruat ex pelago omnium malorum. superbi autem, quia de relinquuntur a Deo, non solùm inducuntur in tentationem, sed etiam omnium sunt iniurij expositi, ut uasa in ignoriam, & contumeliam deputata. Locum. נסיך à uerbo נסיך, quod in uoce paſſua est, confirmari, constitui, decerni, certificari, perfici, &c. hinc nomen ipsum fides certa, & firma, cui opponitur incerta fides & incertis fedibus uagari. ego perinde esse credo, ac si diceret; super totum ipsum montem ab initio eius radicibus usque ad uerticem. Et ubi inuocatus est. sensum redditus uulg. ego conuentus dixi. nam heb. à uerbo נסיך, id est, uocare, dicitur nomen נסיך, id est, conuocatio, synodus, conuentus, & relatiuum est feminini generis, & Tzionem refert. posset & uomen pro uocationibus accipi, ut sit sensus, & super nominationes, uel uocaciones, seu inuocationes ipsius Tzionis, id est, super eos, qui nominant Tzion, seu nomine uocant, uel ex ipsius nomine dicuntur, uel super omnes uocatos ipsius, quos ipsa uocavit, ac inuitauit ad cognitionem ueritatis &c. et hic sensus non mihi distinet. Ignis flammans. Gloriam. uerj. 2. germinationem dicit futuram in gloriam &c. super germinationem ergo gloriam illam, super illos sanctos domini, sicut super gloriam, & arcam erit מִנְחָה, id est, protectoriū, seu protectio.

6. Ponuntur hinc quinque uoces ferè eiusdem significationis. נסיך est abscondere superponendo aliquid; hinc נסיך tegumentum. נסיך obiectus est defensionis causa; hinc נסיך umbra, protec̄tio &c. מִנְחָה latibulum, seu protectionem querere. hinc מִנְחָה latibulum, receptaculum, protectorium. נסיך, quod in paſſ. est in usu, absconditus fuit; inde מִנְחָה absconsio, latibulum &c.

## Caput quintum.

Noua.

Vetus.

C ANTABO, eia, dilecto meo, canticum patrui mei de uinea ipsius; Vinea facta fuit dilecto meo in cornu [ terra ] pinguisimæ.

Et muniuit eam, & lapidauit eam, & plantauit eam furculo: & adificauit turrim in medio eius, insuper & torcular excedit in ea, intentusque fuit, ut proferret uvas, & protulit labruscas.

Nunc ergo habitator Ierusalem, & iudea Iuda uis dicit, quæso, inter me, & inter uineam meam.

Quid ultra faciendū [ erat] uineæ meæ, & non feci ei? cui intentus exspectauit, ut produceret uvas, & produxit labruscas?

Et nunc, age scire uos faciam, quid ego facio uineæ meæ. Aufer spinerum eius, & sit depastio: rumpe maceriam eius, & sit in conculationem.

Et ponam eam vacuam: non putabitur, neque sarculabitur; & ascendent uepres,

C ANTABO dilecto meo canticum patruelis mei uineæ suæ; Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.

Et sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit uineam electam: & adificauit turrim in medio eius, & torcular extrixit in ea; & exspectauit, ut faceret uvas, & fecit labruscas.

Nunc ergo habitatores Ierusalem, & iudea Iuda, iudicante inter me, & inter uineam meam.

Quid est hoc, quod debui ultra facere uineæ meæ, & non feci ei? an quid exspectauit, ut faceret uvas, & fecit labruscas?

Et nunc ostendam uobis, quid ego facio uineæ meæ. Aufer lepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculationem.

Et ponam eam deserta: non putabitur, & non fodietur; & ascendent super eam

Noua.

Vetus.

& spinæ. & contra nubes præceptum ponam, ne pluant super eam pluviam.

Porrò uinea Iehoua tcebaoth domus Israël [ est ] & uiri Iuda plantatio delectatio num eius ; & intentus exspectabat iudicium, & ecce humiliatio ; iustitiam, & ecce clamor.

Vx, qui pertingere faciunt domum ad domum, agrum ad agrum appropinquare faciunt, donec nihil loci, ut habiteris soli uos in medio terræ.

In auribus Iehoua tcebaoth. nisi multæ domus in afflatuni fuerint ; magnæ, & pulchræ, quod non [ sit ] qui inhabitet.

Quia decem iugera uineæ faciunt bathum unum, & semen homer faciet epha.

Vx manicantibus, diluculo temetum sectantur, postea in crepusculo uestertino uinum inflammat eos.

Et est cithara, et nablum, tympanum, et tibia, et uinum, cōiuia eorum : et opera Iehoua non aspiciunt, et facta manuum eius non uident.

Propterea migravit populus meus absq[ue] scientia, et gloria ipsius uiri famis, et turba eius siti aruit.

Propterea dilatauit infernus animam suam, et aperuit os suum absque modo, et descendet splendor eius, et turba eius, et strepitus eius, et exultabit in eo.

Et incuruabitur homo, et humiliabitur uir, et oculi sublimes humiliabuntur.

Et exaltabitur Iehoua tcebaoth in iudicio, et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Et pascentur agni iuxta ordinem suum, et fuscates medullantia runinantia comedent.

Vx, qui trahunt iniqualatem funibus remittatis, et ueluti catena plaustrum, pecatum.

Dicentes festinet, acceleret factū eius, ut uideamus : et appropinet, et ueniat consilium sancti Israelis, et cognoscemus illud.

Vx dicentibus de malo bonum [ est ] et de bono malum, ponentibus obscuritatem in lucem, et lucem in obscuritatem, ponentibus amarum in dulce, et dulce in amarum.

Vx

uepres, & spinæ : & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbre.

Vineæ enim domini exercituum, domus Israel est ; & uiri Iuda, germen eius delectabile : & expestaui, ut faceret iudicium, & ecce iniq[ua]tus ; & iustitiam, & ecce clamor.

Vx, qui cōiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usq[ue] ad terminum loci. nunquid habitabitis uos soli in medio terræ ?

In auribus Iehoua tcebaoth. nisi multæ domus in afflatuni fuerint ; magnæ, & pulchræ, quod non [ sit ] qui inhabitet.

Decem enim iugera uinearum facient lagniculam unam, et triginta modii semenis facient modos tres.

Vx, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad uestram, ut uino aspergetis.

Cithara, et lyra, et tympanum, et tibia, et uinum in conuiciis uestris : et opus domini non respicitis, nec opera manuum eius non consideratis.

Propterea captiuus datus est populus meus : quia non habuit scientiam : et nobis eius interierunt fame, et multitudo eius siti exauit.

Propterea dilatauit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino : et descendunt fortis eius, et populus eius, et sublimes, gloriose eius ad eum.

Et incuruabitur homo, et humiliabitur uir, et oculi sublimes deprimentur.

Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Et pascentur agni iuxta ordinem suum, et deserta in ubertatem uersa aduenæ comedent.

Vx, qui trahit iniqualatem in funiculis uanitatis, et quasi vinculum plaustrum peccatum.

Qui dicitis ; Festinet, et cito ueniat opus eius, ut uideamus : et appropriet, et ueniat consilium sancti Israel, et sciemus illud.

Vx, qui dicitis malum bonum, et bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras ; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.

Noua.

Vetus.

Vx sapientibus in oculis suis, & ante facies suas intelligentibus.

Vx potentibus ad bibendum uinum, & uiris strenuis ad infundendam siceram.

Qui iustificant fontes propter munus, & iustitiam iustorum auferunt ab ipsis.

Propterea sicut absunt quisquilia lingua ignis, & calor flammæ exurit : sic radix eorum, quasi putredo, erit ; & germen eorum, quasi puluis, ascendet . quia reiecerunt institutionem Iehoua tcebaoth, & sermonem sancti Israel blasphemauerunt.

Propter hoc excanduit ira Iehoua in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percutit eum : & commoti sunt montes, & fuit cadaver eorum, sicut purgamentum, in medio platearum. in omnibus his non regressa est ira eius, & adhuc manus eius extenta.

Et eleuabit signum ad gentes è longinquo, & sibilabit ei ab extremitate terræ : & ecce festinante leuis ueniet.

Non [ est ] nullus desatigatus, neque impingens in eo : nullus dormitur, neque dormiet ; neque aperietur cingulum lumborum eius, neque auelletur corrigia calcamentorum eius.

Eius sagitta acuta, & omnes arcus eius extenti, ungulae equorum eius quasi petra reputatae sunt ; & rotæ eius, quasi turbo.

Rugitus ei, ut leonis, & rugiet, ut leonculi ; & fremet, & capiet predam, & euader ; & non erit, qui eripiet.

Et fremet super eum in die illo, quasi fremitus maris : & respiciet in terram, & ecce obscuritas angustia ; & lux obscurata in influentiis suis.

**C**ANTABO. de uerbo **חַד** Hebrai, & quid nostri sentiant, in Lexicis uidere poteris : ego, qui in hac semper fui sententia, ut non nisi unam habere significationem uerba Hebraea existimarem (omitto eas, que contrarias habent) quando omnium hebraicarum uocum uim examinabam ex collatione omnium locorum, in quibus reperiuntur, reperi hoc uerbum generali significatio ne non aliud esse, quam præuire, aut actiū præuenire, uel tanquam iudicator, uel tanquam precentor, uel tanquam spectulator &c. quare nō mirum, si uariè reddere oportet. hic uerbo canendi, apicē redditur. aliarum affectionum exempla in sequentibus occurrent. **חָרֶב** Hebreis cornu est, quo nomine dicuntur etiam, q[uod] cornu similitudinem habent. quidquid oblongum est, & prominet. hic pro angelis. Filio olei. notus Hebrei. filius pinguedinis dicitur, locus pinguis, & uber. ad laterem di cendum esset, in cornu filio pinguedinis : sed cum hebrei. hic non ualde planus esset, sensum reddidi ; in angulo terræ pinguisima. habet enim Palestina, si situm spectes, cornu, seu cupidis similitudinem :

D ij

multò enim longior, quam lata, est. Patruelis &c. quantum ego coniectura augurari possum, habuit Iesaias propheta patrum nobilem, ac notum in populo illo, quo cum propheta familiaritas intercesserat hand vulgari. is disterium hoc sepe in ore babere solebat, ut cum uellet significare quempiam oleum, & operam perdidisse, & male labores suos, & studia collocaisse, diceret; Amicus meus habuit uineam in loco uberi &c. usque expectauit, ut faceret uinas, fecit labruscas. Inquit ergo Iesaias; Volo canere dilectio meo, domino meo, quem diligit anima mea, canticum de uinea ipsius, quod patruus meus solebat canere. Neque hac coniectura considerantibus uoces & constructionem earum in textu Hebraico inanis (ni fallor) iudicabunt a uiris doctis; qui et uulg. interpretē rectius, quam ceteri hebraici reddidisse animaduertent. nam nomen יְהוָה in regime est: extra quod est יְהוָה forma feminina, Exo. 14. & Num. 21. dicendum ergo fuit canticum patrui, uel patruelis mei. Si cui tamen coniectura illa de patru Iesaiæ displiceat, τι pro dilecto accipiat, ut ponatur antecedens pro relatio, sicut nō rād cōsueverunt Hebrei. Cantabo, inquit, dilectio meo canticum ipsius de uinea sua, id est, canticum, quod me Deus iusit canere; uel sic; Cantabo dilectio meo populo Israēlitico canticum Dei mibi dilectissimi, quod iusit me canere de uinea sua, ipso nempe populo. τι enim patruum, & carum significat 1. Sam. 14. Patruus Saulis. Leuit. 25. Amo. 6. &c. Et femininum יְהוָה amitam, sōrem patris Exo. 6. Leuit. 18. Quid uero hæc significant in sequentibus aperiam.

Et sepuit. Verbum πῦρ hoc loco tantum legitur, & habet cognationem cum uerbo πῦν. significat autem munire uel sepe, uel materia. Et lapidauit. Verbum heb. לִפְנֵי dicitur de lapidibus, ut τοῦ de sagittis. est ergo lapides in destinatum locum librando mittere; & in secunda coniugatione cum accusativo nominis, seu pronominis illam significationem, quam dixi, uideatur habere, ut 2. Sam. 16. & lapidanit Davidem. proinde hic lapidare dixi, & more Hebraeo hac duo uerba possunt construi simul sic; muniri, & lapidanit, id est, lapidibus muniri, ut non semper fuisse intelligas, quam facile transcedere quis posset; sed nro eam munierit; uel sepuit, & lapidauit, quasi sepe ex ueribus superponeret macerie ex lapidibus. uide uers. 5. Nec me latet, uerbum hoc quasi contraria significatione elapidare, uel delapidare significare, id est, lapides auferre, sicut accepit uulg. uerum, quia in hac significatione construitur cum casu auferendi mediante prepositione πῦ, ut infrā cap. 62. iccirco aliam acceptiōnem in uerbiō scutus sum. Sorek. pro quo ego uerti surculo. nam congruit uox hoc cum hebreā πῦν, Latinī malleolos dicit: qui (ut inquit Plinius) sunt surculi capitulati terra infixa &c. & Ier. 2. Ego plantavi πῦש semen ueritatis &c. ut non opus sit dicere genus esse uitis laudatissime, ut multi existimarent. Est quidem & nomen proprium uallis in Palestina, ubi Simson adamanuit Dalila, Ind. 16. quam credo sic dictam à uineris, que habuit. Quid autem surculum significat, ostendit locus Gen. 49. & infrā cap. 16. Domini gentium percusserunt surculos eius. ubi uulg. non male reddidit, flagella eius &c. Tocular. Hebreis uas, seu locus est à cauitate appellationem habens, in quo una calcantur, & exprimitur. lacum dixisse, nisi esset uox polysima. Expectauit, uel intentus fu, uel uochementum expectauit. nam uerbum πῦ non satis exprimitur uerbo expectandi, sed neque alio uerbo Latino. et quidem primaria significatione puto esse artis perspectivæ, & linea ducentium, de quo non nihil infrā cap. 27. deinde ad motum seu inclinationem animi, & uoluntatis transfertur; uariatq; modum significandi ex constructione, & poteris nunc transferre uerbo affectandi, nunc apprehendendi, nunc amplectendi, nunc intendendi, neque sanè ablistus Paulus, cūm uitur uoce ἀποκρασίᾳ, qua quidem Gracis proprie significat ueluttementum, sollicitam & anxiam expectationem, que sanè non est sine aliquo gestu capitū, ferè idem significat uerbum ἀνατίνειν, id est, defixis oculis, seu immotis & irreverberatis oculis intueri, & quasi oculis pendere. quo uerbo uisus est Lucas act. 1. Faceret uinas. hebreismus planus est, produceret, uel proferret uinas. Labruscas. Hebr. בְּרַבָּא. quasi dices factidam, id est, odibiles. (בְּרַבָּא enim factor est.) has enim qui gustat, abominatur ut rem factidam. Graci huiusmodi uinas διάφανες appellant. & οὐφανός, succus est acerba uina, non dum maturescens, Diosc. lib. 5. cap. 7. significat ergo fructus insuaues protulisse, & gustui acerbus.

3. Hacenus erat Canticum patrui Iesaiæ, quod cūm in dominum conuenire diceret propheta, inserit iam uers. 3. & nunc, uel potius, nunc ergo habitatores Ierusalem, & uiri Iudei, (est enim numerus singularis pro plur.) ius dicide &c. sub persona ipsius domini. In sequentibus exponit propheta hoc canticum, quod quadam parabola, seu allegoria erat, & rem, Iudeorum uineam domini esse aperit. hanc habuisse dominum in cornu, dicitur uers. 1. tota enim Palestina, & terra illa, ad quam dominus Israelitas adduxit, cornu dici merito potuit. oblonga enim erat, neque in latitudinem admodum extendebatur. uide lib. Ioseph. quam pinguis autem fuerit, narrant historias & sacrae.

& prophana. Quia uero sequuntur, & uers. 2. continentur, per singula exponere nequaquam necessarium fuerit. significant autem omnia, quæ ad prosperitatem, & felicitatem reipub. pertinere possent, à domino in eam collata fuisse. nam & tutos eos ab hostiis reddidit; de novo cūm regnum illud formauerat, ac propagauerat; leges ad conformandos mores optimas condiderat; templo, & cultu Dei ornauerat; regnum sacerdotale, uel regale sacerdotium illud fecerat. erat itaque & hostiis formidini, & inter se pacem colere, & in Deum pijs, atque religiosi esse poterant: denique nihil desiderabatur ad illius reipub. felicitatem. Quomodo autem labruscas pro uita fecerit, postea uidebimus. uersu autem tertio ciues Ierosolymitanos, & ipsos Iudeos iudices esse uili in hac causa. ad quem profectò locum respexit dominus, quando, ubi parabolam de uinea in euangelio proposita, subintulit; Quid nobis uidetur? quid faciet dominus colonis illis? &c.

4. Quid est quod debui &c. Hebreismus; Quid ad faciendum ultrā, & non feci? id est, quid supererat faciendum, quod non fecerim? hæc est domini causa, hæc querimonia. qui autem sic interrogat, certus est, quid nihil ei obiici posbit. homo autem uerè dicere poterit; Quid debui facere domino meo, quod fecerim? quis ego, qualis ego, quid non malo ego? dicebat Augustinus. An quid expsectauit &c. est hic dictio quædam in Hebraeo ψυχή, de qua illis assentior, qui dictionem esse compositam dicunt, ex חַדְרָה & uerbo ψυχή seruitque interrogationibus, que fiunt ad cognoscendam causam aliquius rei, id est, cur, quare. est autem Hebreismus, cur expspectauit, ut faceret uinas, & fecit labruscas, id est, cur fecit labruscas, cūm iustè ego uinas expspectarem? quasi ponatur prius uerbum pro ablative absolute, cur expspectante me, ut &c. fecit labruscas. & ita quidam docti translit. Cūm etiam cur fecerit labruscas, interrogat, scit nihil posse responderi. & quidem annotatione dignum est, quid nullam excusationem obtendere atque afferre posimus, quod minus per omnia Dei expectationi respondeamus, & sat pro ratione nobis esse debet expspectatio domini, non enim est (ut dicebat ille malus seruus) dominus austerus, qui repusat, quod non repulit, auerat, ubi non seminavit.

5. Et nunc, uel nunc ergo. Age. וְאַתָּה adhortantis est. Auferam & diruam dixit uulg. de sensu sollicitus, quasi infiniti essent, quibus pro alijs temporibus utuntur. ego malu in forma imperiaturorum accipere, quid indignationem quandam forma hac loquendi notet, similemque loquendi modum, in sequentibus non semel uidebimus. Sepem eius. à uerbo πῦ, quod ueribus separe significat, est nomen πῦ, quod spinam collectiū significet, ut Michee. 7. & Trou. 15. solent autem super maceriam spinam collocari, ideo spinetum dixerit. Suprà iam dixi de uerbo בְּרַבָּא, quod aduere, deinde & depasti significaret. Maceriam. גַּד: est separe maceria, inde nomen pro ipsa maceria ex lapidibus, quamvis ex alia quoque materia fieret. eadem figura loquitur scriptura Trouer. 24. nam de uinea loquens ait; Spina operuerunt superficiem eius, & sepes lapidum eius diruta est. huius quoque uocis significationem uidetur Paulus expressisse Ephes. 4. Ipse, inquit, est pars nostra, qui fecit ex utriusque unum, & interstitium maceria diruit.

6. Desertam. בְּרַבָּא uacuitas est, est Hebreis, seu concavitas, seu potius effossiones, cuiusmodi sunt, quæ post euulsas arbores, seu plantas manent; att quæ in torrentibus post delapsas aquas apparent. uide infrā cap. 7. congruit autem cum uoce בְּרַבָּא. Non fodietur, uel sarculabitur. nam uerbum בְּרַבָּא Hebreis propriè est cogi, congeri, contrahi, congregari, colligi in unum; unde in uoce paſſiuā est instrumento aliquo terram contrahiri in cumulum, ut sit circa uites, ad quæ terra sarcuolo contrahitur, sicut etiam fit arando. uide infrā cap. 7. possemus ergo reddere non conceruabitur. Verbum בְּרַבָּא, id est, ascendit, Hebreis multis rebus accommodatur; & ut uides hic, è terra nascientibus & alijs sape tribuuntur; ualeatq; quod Latinis crescere, succrescere. Vepres, seu uepicertrum, à uerbo שְׁמַר, quod custodire significat, uenit hoc nomen שְׁמַר nomen collectiū, quod uepiceretum, seu senticetum significat; uel quad aculeis seruit, retinetaque homines, aut pecudes; uel quid sata detineat, ac suffocet; aut sanè quid ab ipsis se custodiatur homo, & sibi caueat. infrā cap. 7. & 18. Et mandabo nubibus. ego hebreismus expressi, contra nubes praeceptum ponam: & planus est sensus: possumus & aliter hanc loquendi formam explicare, cum quodam uiro, ponam in hebreis. inquit enim, quid si post uerbum בְּרַבָּא sequatur dictio priuatinus, eandem uitutem habeat, quam Latinis uerbum ueto, & prohibeo, quasi dicat, nubesque uetabo pluere, ut Gen. 3. Thren. primo &c. Nomen autem בְּרַבָּא propriè densum, seu densitatem designat. at hoc nomine plerunque uocant Hebrei nubem densorem. בְּרַבָּא enim est condensatum esse, Deu. 32. Impinguatus est, saginatus est, condensatus est. illas ergo nubes significat, que densiores, uel graniiores sunt, & in pluias facile resoluuntur. Hæc mala, que hic minatur dominus uers. 5. Psalmista etiam sub nomine uinea iam rempub. Iudeorum expertam suo tempore defecit. Psal. 80. Destruxisti maceriam eius, uidebant eam qui pratergrediuntur uitam, & multa huiusmodi, quod in-

censa igni, & suffossa &c. Qui locus Psalmi admonuit me, ut alium hic sensum subodorarer, uide licet ut illa uerba יְהֹוָה שָׁמָךְ ita reddantur; remoue propagines eius, uel ramos eius, & sit in exustione, nam ab eodem uerbo רִשֵּׁשׁ uenit nomen רִשֵּׁשׁ, quod ramum frondosum significat. Iud. 9. Succiderunt quisque ramum suum. & in forma femin. שָׂכַח ibidem. ex quo suscipi iure & merito possumus propriam significationem uerbi רִשֵּׁשׁ non tam esse sepius, quam condensare, obstruer, & ramis, seu uepribus uiam, aut rem aliquam impedit, ut minitior sit & magis inaccessa. unde & שָׁכַח pali, super quos pelles, & alia ad siccandum extenduntur. quapropter מִשְׁׁוֹרָה uidetur etiam significare, quod nos stacas uocamus: qua sunt, ueluti clavi lingue, quorum uetus est in tentorij, quod uer. 2. vocavit רִשֵּׁשׁ surculum, ipsas denique plantas, & uites.

5. Facile iam fuit intelligere, quando resp. Iudeorum haec perpesta sit, non quod similia ante aduentum domini non experti fuerint, sed uix haec de altera uastatione intelligi possunt, quam de ultima. 6. quapropter & cum de ea propheta precedentibus capitibus locutus fuisset, & de paucis reliquijs Ieruatis, tempesiū iam ei uidebatur in canticu proruīpere, quod rem totam comprehendet, atque explanaret, initia, media, & finem. hic enim mos fuit prophetis, & sacris scriptoribus. uide lib. Iudicum, & Deut. & infra iterum obseruatū uidemus. Atque hanc prophetā promptitudinem & spiritus impetum non nihil significabat adhortantis illa particula ॥. Quando, quo, sic patuit Israel hostium incursionibus, ut ardore tota resp. et conflagrare uisa fuerit? quando sic concidit fortitudo bellica, & contrite sunt uniuersae uires Iudeorum? quando sic ruptus & dirutus fuit murus ciuitatis sanctæ, & templum & totum ipsum regnum, ut omnino spes etiam restitutionis & restauracionis interierit? quando, inquam, nisi post occisionem dominum? in superioribus enim capitibus non eradicabatur penitus uinea; adhuc remanebant uites, & forma reip. aliqua ex parte apparebat; at à mille, & quingentis annis ne speciem quidem reip. habent. olim calamitas, qua accidebat, putatio quadam esse uidebatur, ut uberieo poſteſ fructus ederet: at Titus & post ipsum Hadrianus omnia funditus euerterunt, & infideles sedes illas occupant: in animis uero Iudeorum nihil nisi fraudes regnant, & imposturae, omneq; genus spinarum. quod si hac negauerint, quid dicent, aut respondebunt ad illud de nubibus, quod erudit sati Hieronymus de prophetis, & sacri uerbi interpretibus exponit, quibus nunquam caruere Iudei, nisi in hac ultima captiuitate? Vt nos interrim erudiamur, que sit fors imitatorum Dei, nihil apud ipsos decorum, nihil uiride, bestiarum dentibus, & pedibus expositi semper sunt; senticos, & morosos uideas, sibi, & alijs graues, ac molestos; omnia occupat sterilitas, ut eorum curam dominus abieciſse uideri posſit, adeo ut bonus ille pater celestis, qui pluit super iustos, & iniustos, id est, super utrorumque agros, animos impiorum saepe uerbi sui imbre, & celestibus pluviis defitiat, aut certe adeo steriles esse finat, ac si nunquam super eos nubes pluviam depluerent. De felicitate autem iniutorum quid sentiendum sit, suis quoque locis indicabo.

7. Et uiri. Hebr. וְאֵל, id est, uir: in singulari aliquando collectiu capitur. Germen deletrabile, uel plantatio delectationum. Heb. uerbum duplicatum וְיְהֹוָה secundæ coniugationis, semper in bonam partem accipiuntur, significatq; blandam applicationem ad rem aliquam, ex qua uoluptatem, & oblationem accipimus; & includit gestum applaudentium, & blande se applicantium, de quo infra 11. & 66. hinc nomen plurale tantum וְיְהֹוָה blandi, & amabiles amplexus, & basia uulg. Pro. 8. dixit delicias. sunt autem blandimenta amantium. Intentus expectabat, id est, expellauerat: vide supra uer. 2. Humiliatio. Quid sentiendum sit de uerbo רְבֻעָה, à quo nomen נְבֻעָה; vide supra cap. 3. uer. 17. somnia n. existimo esse, qua hic alij afferunt de plaga, de scabie, de lepra: alij conciliabulum, alij plagam lepra uertunt. ego, quia uerbum deprime, seu humiliare, quemadmodum ancille, & servi humiliantur, significat, humiliationem dixi; neque est quod rectius iudicio opponatur: nihil enim aliud est in rep. iudicium, quam subleuatio quedam miserorum, qui à potentioribus, si abit iudicium, opprimi solent: quod si ipsi iudices sint, qui pauperes opprimant, quid erit nisi pauperum, pupillorum, & uiduarum conculatio? hoc profecto est, quod dicit alius propheta; Iudicium in absinthium conuersum, ut unde solamen pauperes expectant, inde amaritudo dimanet. hoc & sequens membrum explicat, dum pro iustitia clamorem, seu uociferationem reddidisse eos affirmat. est autem וְיְהֹוָה non clamare tantum, sed ex dolore animi aliquid ualde indignum ferentis uociferari. & omnino idem est cum uerbo וְיְהֹוָה. eadem ratione וְיְהֹוָה non simpliciter clamor est, sed querimonia, questus, seu querela cum clamore. Cum autem iustitia sit, tuique suum reddere; ea si abest, omnia sunt euilatu, questu, & gemitu plena. Ecce habes labruscas pro uinis, & quam amari fructus sint palato domini, iniuria, & oppressiones. omphacion profecto propinquant domino, qui pauperes opprimunt, non minus acerbum, quam quod in cruce pendenti unitores, huius

huius uineæ obtulerunt. Veritatem profectò huius prophetæ tunc comprobarunt Iudei nescientes: quid facerent. Elegantem paranomasiam in uerbis hic merito ac iure annotant Rabini. quam qui hebraicæ nesciunt, hic uidere possunt.

uua	iudicium,	bunniatio,
	mifpat.	
labrusca	iustitia,	uociferatio,
	tcadaka.	

In uerbis quoque illis, plantatio blanditiarum eius, ne omittas conferre felicitatem hanc, cum forte illa impiorum, quam hoc capite, superiori uerbu descripta propheta. si hoc non est de celo in terram, immo in Abyssum precipitari, quid aliud sit, ignorat Bernardus. Vt illis, qui tantam ruinam non sentiunt. Blanditas has domini ad Iudeos, praefertim ad regnum Iuda describunt sacre historie. quorum ( teste Paulo Rom. 3. ) erat adoptio, gloria, testamento, legislatio, obsequium, seu cultus, & promissiones; quorum sunt patres, & ex quibus Christus secundum carnem, quæ blandimenta amoris maior ostendere potuisset? quæ oscula, qui amplexus huic, quod ultimo loco dixit, comparari possunt? hunc profectò totum amoris thefaurum longè superat, quod nouissimis diebus non angelos, sed humanum genus, & semen Abrabe apprehendit; et quidem ita apprehendit, & sibi, cum in forma Dei esset, mirabiliter coniunxit, ut neque illud uerbum וְיְהֹוָה, quod ad indicandam eiusmodi artificiam atque suauissimam coniunctionem effictum esse uidetur, explicare pro dignitate sufficiat.

8. Iam particulatum describere incipit acerbitatem fructuum, & à cupiditate incipit, qua omnium malorum radix est. quamus autem aliorum possessiones hic direptas non dicat, neque uirtutis extortas, sed tantum predia prædiis adiuncta, atque adies adibus, quod per commutationem, atque emptionem fieri posse uidetur: nihilominus fieri haud quamquam potest, ut qui eiusmodi studio laborant, non faciant iniuriam, non uim inferant, non metu, & minis ad uendendum cogant, non interdum minoris, quam res fit, emant, & in huiusmodi laqueos non incident, qui fructus Deo, & proximi acerbi nimis sunt. Usque ad terminum loci, uel donec nihil loci, uel non locus scilicet superfit. vox enim וְיְהֹוָה defœtum, cessationem, finem, terminum, ultra quem nihil amplius superest, nota; quanquam commode lingua Latina, nisi particula exclusiva, seu terminativa reddi posse uidetur, infra 41. bis. Nunquid soli uos &c. In Hebreo non est illa nota interrogations, sed cùm interdum omittatur, possumus accipere haec uerba cum uulgato. ad uerbum autem sic habetur, & habitatores constitutim soli uos in medio terra. & quidem si coniunctionem pro particula consecutivis. accipiamus, planus erit sensus. copulatis agrum agro &c. ut soli uos habitetis in medio terra; id est, soli nos optimis quibusq; fruamini, nihilque uobis deſit tanquam rerum domini. sic enim interdum usurpant Hebrei p̄fr̄sim hanc, ut in lib. Reg. In medio populi mei habitat: id est, nullus indigo.

9. In auribus Ichoua. Si haec ea, qua procedunt, referas, sicut uulgatus accepit, apostolus est, seu reticentia indignationis, & minarum plena, quasi dicat, hoc uestrū studium, quo pertingerē facitis domum ad domum, uel potius quo conjugere & continuare studieris plures domos: item illud, quod agrum ad agrum appropinquare, uel potius peruenire facitis, iam appropinquat uel peruenit ad aures domini. clamor oppressorum à uestra cupiditate, auribus Ichoua percipitur: ut in Deut. Vbi oppressiones has numerauit, non ne hac condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? mea ultria &c. possunt tamen ad sequentia referri, in auribus Ichoua, id est, teste, seu audiente Ichoua dico. Nisi domus multæ deferta &c. forma est invantis cum imprecacionibus, que tamen religiosis cauſa non exprimuntur ab Hebreis, nisi raro: Latini dispergam, nisi &c. pro quibus etiam dicere solent, faciat mibi dominus, & haec, addat nisi &c. que tamen non explicant, que sint. Panam autem accommodat culpa. Anhelabatis ad multiitudinem domorum, ut amplias ades, & magnifice constructas haberetis? erunt ergo multæ illæ, & amplæ & artificiosæ ornatae domus in afflatum. de uerbo autem וְיְהֹוָה, à quo נְבֻעָה vide supra cap. 1. uer. 7. non male uulg. per desertum esse solet redere: super enim uasitatem, & inexpectatam subuersiōnem afflare solent homines, quasi indignatio ob culpam, uel admirantes ob panam. Absque habitatore. heb. præ non existente habitatore. nam particula negandi וְיְהֹוָה apud Hebreos uerbum substantiuum in sua significatione includit, & in interdum ualeat præ, seu propter.

10. *Qui agrum agro copulabant, uox autem Hebreæ קָרְבָּא quilibet partem terræ cultam arui, pascuis, pratis, arboribus, herbis, & hortis significat) pñnam accommodat cupiditatem. est autem בְּנֵי nomen mensura liquidorum, habens appellationem à uacuitate, & capacitate, ut pleraque alia, & tantum liquidorum capit, quantum aridorum epha; nempe decimam partem homer. est autem homer, quam corum dicere possumus; continetq; decem ephos. multi putant esse idem, quod יְגִרָּה, nomen heb. יְגִרָּה est coniugium, seu iugum, & unius ad alterum coniugatio, seu copulatio. possumus ergo iugera uertere cum uulg. uel decem paria canistrorum, seu cistarum uinis plena, que mulis, aut alijs iugibus superimponuntur.*

11. *Vix, qui confusgit mane, uel manicabitur uerbum סְכַמְתָּ, quod non est in usu nisi in ter- tia, est mane surgere, quod Gellius manicare dicit: & sicut nos, ita Hebrei aliquando apponunt no- men בְּקָרָב, id est, multo mane, diluculo, prima luce; aliquando non. quomodo alijs hanc orationem reddant, apud ipsos uideas. ego certè & uerba, & phrasim, & sensum simul expresi. Si interpre- tes Hispanæ nossint, intellexissent, quid significaret uox מְאֹרֶה, absolute posita; nos enim ex De, & post, facimus deinceps, id est, deinde, postea, quando non regis casum: ita Hebrei, componentes בְּקָרָב, aduerbiū temporis faciunt; itē forma est regimur; unde non uidetur participium esse, id est, manicantes, uel iungentes, sed pro mane, seu manicationibus accipiendum. nam & in singula- ri sepe subit rationem adhucib; Ier. 5. Velut equi saginati mane fuerunt &c. & in plurali in hac ipfa forma ps. 127. in unum, uel uanæ sunt uobis manicationes, surgendo, deinde sedendo, &c. ubi etiam habes uocem מְאֹרֶה, de qua paullò ante. quare non puto esse participium uerbi se- cundæ coniugationis קָרְבָּה, ut quidam putarunt. inuehitur ergo in manicantes, & ipsas manicationes detestatur, quod non ad orandum, non ad laudandum Deum propter opera ipsius, sed ad ebrietatem, & luxum, quibus gravata corpora non possunt nisi terrena sapere: & has uoluptates acerbas uas- uocat, sicut in euangelio delicias, & diuitias finas dixit dominus. Est autem יְמָן generaliter heb. omnis potus fictius, qui inebriare potest, redditur ferè sicker parum deflexa uoce Hebreæ. inebriatum, uel temetum dicere possumus. Ad Vesperum. Hebreis tempus illud obscurius, uel post uesperum ante noctem, uel post noctem ante diem, quod utrumque Latini crepusculum uocant, di- citur יְמָן à uerbo, quod flare significat, quod eo tempore aura flare soleat. Objicit ergo, quid cum tempus matutinum computacionibus insumpserint, uesperi sic nocte toti uino maderent & inflam- marentur. ebrietatibus enim noctem aptam esse uel Paulus ipse significauit, quando ait; Qui ebrij sunt nocte, ebrij sunt &c.*

12. In 12 autem uersu, q; in eorum coniuiciis omnia sint prophana, nihil sacrum, nulli hymni, nulla di- uinorum memoria beneficiorum, sed omnia musicis instrumentis, & ebriorum uocibus perstrepenter. Coniuicu, inquit, eorum nihil aliud sunt, nihil aliud in eis conficitur, nisi cithara &c. Vox Hebreæ cogruit cum altera צְנָו, id est, canalis, per quem aqua dilabitur: ita & in cithara est aliquid instar canalis, unde chordæ quadammodo defluit, quo sonitus reddunt hinc fortè lacus ille Tyberiadis נַבְּתָה dictus est, quid figuram cithara habetur, postea dictus est syriace. unde tempore Christi genesareth, cuius etymologiam dicebat Caninus ille preceptor meus esse אֲשָׁר, id est, princeps, & אֲזָר, id est, ortus: tota enim illa regio, qua circumiacet lacui, regis ortis confi- ta erat. Nabla. consentit uox cum Hebreæ נְבָלָה. Josephus lib. antiquitatum 7. cap. 12. scri- bit decem habuisse chordas, & plectro percuti solitum, נְבָלָה uero duodecim, & tangi con- suenisse digitis, unde uerisimile est fuisse uas, seu instrumentum nostra cheli, seu testudini non dissimi- le: à uacuitate autem, ut pleraque alia, nomen habet. Tympanum. q; credo, quid à sono nomen habet, sicut & uerbum קָרְבָּה. Tibia. heb. nomen habet à prophanatione קָרְבָּה. Coniuicia. Hebreis nomen habent à potu, à קָרְבָּה dicitur סְתַחְתָּה quasi computatio: sic quoq; pu- tarem Latinum coniuum, quasi combibum dictum, nisi Ciceronis auctoritas obfisteret, qui à con- iuendo dici vult. certè Gracis συνδομή à computando etiam dicitur. Verba autem sectantur, inflamat, est, aspiciunt in heb. sunt in forma futuri, sed sine dubio pro praesentibus ponuntur, & consuetudinem notant. uerbum autem uident, est in forma præteriti, notantq; interdum hæc duo uer- ba וְנִבְטָה & קָרְבָּה non tantum uisionem, aut aspectum, sed etiam pressam considerationem; cu- iusmodi erat illius, qui ubi de operibus domini uerba fecisset, prorupit; Quam magnificata sunt opera tua &c. & meditabar in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum &c. nihilq; dignius ui- deretur, quam ut qui creaturis domini fruuntur, illarum auctorem recognoscant, & pro beneficiis gra- tias referant. uide ps. 28. uers. 5. quoniam non intelligunt ad opera domini, & ad factum manuum eius, eritis eos, & non adicias &c. Certè satius fuisset ante lucem surgere, & mane, & uesperi, & meridie annuntiare laudes domini. Verum, si hoc loco opus domini, & facta domini pro eis, que fa- stigurus esset dominus, sed; facturum comminabatur per prophetas, intelligamus, ut infra uersu 19. fortasse

fortasse nihil alienum à mente prophetæ diceremus.

13. Captiuus ductus est, uel diffaruit. nam uerbum נִבְטָה est de numero corum uerborum, que contrarias habent significationes: appareo & dispareo &c. hinc factum est, ut pro migrare, seu ex- fulare accipiatur. At quod sequitur, uarie ab alijs intelligitur, quæ apud ipsos uidere poteris; mibi simplicissima interpretatio uidetur, ut illud absque scientia idem sit, quod insperato, inopinato, su- bito, cum nihil minus timerent. nam scit quidquam agere absque scientia, est Hebreis interdum ignoranter agere, ut Deut. 19. Q; yi percussit sodalem absq; scientia: ita quidquam pati absq; scien- tia hoc loco accipi potest pro inopinato, seu insperato. cōgruit autem pena culpa: nam totus dies in gau- dio ducebant repellentes à se quidquid merorū afferre posset; ingratis in eos inopinata tempestas, ueluti in nautas ebrrios. Nobiles interierunt fame. heb. gloria eius uiri famis: nomen כְּבָד collectiū pro gloriis accipitur: hos dicit mortuos fame, si uulg. sequareis, uel uiros famis. nam uox alijs, atque alijs punctis & uiros, & mortuos significat, ut immerito hic quidam Hieronymum taxet, quod in punctis deceptus sit, quasi uero tempore Hieronymi punctata fuerint biblia. Vides coniuvantium, & totos dies comedientium, atque bibentium penam? Multitudo, uel turbacius, נִמְמָה à uerbo, quod multiplicari significat, cuiuslibet rei multitudinem, copiam, turbam à tumultu, uel strepitu, quem multitudo facit, notat, immo etiam pro ipso tumultu, seu strepitu usuuenit, ut Gracis ἔχασται & turbam, & tumultum notat; hic pro turba uisum est accipere, ut à nobilibus, diuitibus, & prepotentibus diuiditur. nam populum disparuisse, seu migrasse dixit, deinde nobiles, & ignobiles commemorare uidetur.

14. Infernus. heb. הַנְּשָׁא nemo rectius, quam uulg. uertit: plerunque autem pro statu mortuo- rum accipitur, & sic dicitur, quid grana queaque deorum petant, ac tendant; uel quid satiari non posbit, & semper plura petere uideatur, ut indicat locus ille Pro. 30. Tria sunt, que nunquam sa- turantur: infernus &c. sicut & Lactantius in quodam carmine etymologiam reddidisse uidetur, cum scribit; Infernus insatiabiliter caua guttura pandit, id ipsum Deut. 32. vocat Moses infernum in- fieriorem, & David, quem locum alio nomine Ezzechiel אַרְבָּה terram inferiorem vocat: ad quem locum forte allusit Paulus, cum ait; Dominum descendisse in inferiores partes terra. An- immam. sumitur interdum וְאַתָּה pro affectu, appetitu, desiderio, concupiscentia, quod etiam in- ferno abusivè tribuitur. Modo. hebr. פְּנֵי propriè est prescripta forma, seu norma, statu- tum, constitutum, hinc ad ritus, & ceremonias, cultus &c. uulg. sensum expresit absque illo ter- mino. Fortes eius, & populus eius, uel splendor eius, & turba eius &c. Relatuum hebr. est fem. generis, in his tribus nominibus. Supplendum est ergo antecedens scilicet terra, cuius quasi medullam & meditullum illi soli uolebant possidere. dicit itaque ad infernum defensuros nobiles, & ignobiles, totumque strepitum illum in coniuiciis exultantium. & tripudiatores illic, festiuas iro- nia: & hic sensus simplicissimus est, nisi malis, tripudiare uerbum ad infernum referre; q; in, uel cum splendore, & cum turba illuc descendente tripudiabit. sed prior sensus magis placet. nam uer- bum est masculinum, & nomen inferni femininum. eleganter autem tripudiare ad infernum iubet eos, quorum uita erat coniuicia, ipsa uero coniuicia nihil aliud, quam cithara, tibia &c. Streptus. Hebreæ dictio נִמְמָה propriè ruinam, seu irruptionem, interitum, seu precipitum iuxta significa- tionem uerbi נִמְמָה significat: at per metalepsin est sonitus, frager, tumultus, streptus, fremitus, sonus; qui, ubi profunditas est, ruinam subsequitur. dicit ergo splendorem, & turbam, & streptum eius, id est, cum frager, & streptu suo, illuc descendere: uel streptus hic est, quem exultantes reddunt: nam hac uoce uititur propheta infra 24. cum ait; Ceasauit streptus exultantium.

15. Quam glorioius appearat Deus, ubi damnat impios, & pios conferuat, quod in scripturis est fa- et cere iudicium, & iustitiam, indicat hic uersus & sequentes duo; qui ex parte in precedentibus expo- 16. siti sunt, humiliantur superbi, exaltatur Deus, iustus & sanctus predicatur, qui non reliquerit uirgam improborum super fortem iustorum.

17. In hoc uersu tanta est uarietas, quot sunt interpretes; quorum interpretationes non damno: debui- sent profecto diligenter uerba examinasse, & rerum consecutionem considerasse, & quidem, ut so- lent uiri docti, in locis difficultibus (neque enim abstrahentium est mendacium) primo puncta cogita- tione detrahenda, & quasi abridenda sunt: quod ubi fecerimus, licet significationes uocum latius pateant; id tamen non parum iuuabit ad uerum sensum inuestigandum. Q; uox נִבְטָה gladios & siccitates significet, nemini dubium est: de quo iam supra cap. 1. uers. 20. certum est etiam uo- cem posse esse participium à uerbo נִבְטָה, quod attrahere significat; & cum de animalibus dicitur, ruminare interpretatur Hieronymus: quia qua ruminant animalia cibum in os attrahant. potest quoque esse à uerbo נִבְטָה, & significabit peregrinos, quemadmodum accepit uulg. & alijs. Rur- sus uox כְּבָד potest accipi uel iuxta ordinem, uel iuxta uerbum: nam pro eo, quod scribitur, id

est, Par. 21. ascendit David. Gad. id est, in uerbo, uel iussum Gad, scribitur 2. Sam. 24. בְּנֵי  
iuxta uerbum; ut quasi idem sit, & Ps. 17. ab studiis hominum בְּנֵי in uerbo, uel iuxta uer-  
bum labiorum tuorum ego abstinevi, id est, ut tu diffinieras; iuxta preceptum tuum, & ut tu uerbis  
significaueras. Potest ergo hoc loco esse, quod alibi dicitur uoluntas labiorum, ut sic uertere licet;  
& pascitur agni iuxta uerbum ipsorum, & gladij medullata ruminantia deuorabunt, quasi explicet,  
quo modo dominus exaltabitur, uel sanctificabitur in iudicio, & iustitia. Cum scilicet agni innocen-  
tes, secundum quod optauerint, in pascua uberrimis a domino pascantur (de quibus dominus in euangeli-  
o ingredientur, & egreditur, & pascua inuenient; id est, quoque se uertant) ut non frau-  
dentur a desiderio suo, neque uoluntate labiorum suorum: uentre autem illi pingues, & qui ab alio  
propheta uocantur uacca pingues, homines uino, & crapula dediti, quorum stomachus crudum crudi-  
bat; qui potu, ciboque uentrem distendunt, seque ingurgitant, ut ob nimiam repletionem ad os re-  
deant cibi: isti, inquam, gladio deuorentur, ut idem sit, quod uer. 19. & 20. 1. cap. dixerat ei-  
dem fermè uerbis, si diuina audientes fueritis, bona terra comedetis, si nolueritis &c. gladio abfu-  
mem, uel siccitate. Hic sensus planus est, neque aliqua ex parte violentus. Possumus quoque  
prestitutis accipere, id est, aridis pascuis, & in casu accusandi, quasi dicat, medulla-  
ta ruminantia comedent siccitates, ut opponatur pascua agnorum iuxta illud; Ecce serui mei come-  
dant, & nos esuriemus. Quod si quis totum uersum in bonam partem uelit accipere, poterit in hunc  
modum: pascuntur agni iuxta uerbum ipsorum, & siccitates medullatorum, id est, ingulata medulla-  
ta, uel medullatorum siccata & exanguia cadauera adiuua comedent: ut idem sit, quod in euangelio  
dominus dicit; Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus &c. Quod si  
quis γάρ uerbum ex duplo dixit esse, quod cum regit accusatum, ut Iob 34. (de  
quo infra cap. 24.) est, quasi opposita significatio uerbo γάρ, id est, depascere ad similitudinem pecorum, que agros depascunt, hic erit sensus; depascere agnos iuxta ordinem ipsorum, & sine  
sanguine sica corpora modullatorum ruminantium comedent, id est, uescuntur carnis pinguis,  
& mundis, non iuxta ritus gentium, sed iuxta formam a Deo ipsis prescriptam absque sanguine.  
Quid si de sacrificiis haec intelligenda sint? quod depascere agnos iuxta ritum a Deo prescriptum, &  
gladij occident animalia pinguis, & munda, ut sit similis locus illi Malach. postquam dixit, quod  
dominus excorqueret suis, quasi aurum, & argentum, subiungit; Et erunt domino offerentes sacrificia  
in iustitia, & placebunt domino sacrificia Iuda, & Ierusalem, sicut diebus facili &c. & illud  
Ps. adficiuntur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae; tunc imponet super altare  
truui uitulos, alijs alia afferunt, sed nimis uolenta: ego libenter amplector primam expositionem, ut  
prior pars uerius ad felicitatem piorum, posterior ad paenam improborum referatur. congruit enim  
cum uerbis, que procedunt, quod in iudicio, & iustitia exaltabitur dominus: & diuini epulonum  
illa est satis digna pena. quemadmodum qui in euangelio intinctum digitum in aqua petebat, neque  
obtinebat ad refrigerationem lingua. Et in his omnibus expositionibus οὐτοί sumimus pro me-  
dullatis, quasi sit à uerbo τόνος, cuius non legitur, nisi hoc participium. quod si deducamus a uerbo  
τόνος, id est, absterget, diluit, unde & τόνος instrumentum bellicum, quod aries esse puta-  
tur à uiris doctis, ut infra videbimus cap. 26. arietes sic uocari, dicemus, quod gymania delectant,  
& absunt. neque erit tunc contemnendum uerius illius, qui ita transluit, & solitudines, arietes  
palantes arrocent, quod cum agnis iuxta suum ordinem pascibus conuenit; ut solitudines, non hor-  
rida loca, intelligamus, sed aleundis pecoribus apta. Huiusmodi autem pecorum pastus, argumen-  
tum est quietis, & pacis: sed præter hoc, quod siccitates, uel τόνος in hac acceptione non memori-  
ni legi, τόνος pro arietibus nusquam in scripturis inuenies; licet τόνος in singulari pro in-  
strumento bellico, ut dixi, inueniatur.

18 Qui trahitis. Hebr. τόνος participium sic tanquam nomen usurpatum, plerunque no-  
tat consuetudinem, quasi dicat; V&e, qui solent trahere, ueluti ex officio, iniuriant. Nomen  
τόνος interdum est pena, sicut cum dixit Saul Phytonifile; Vnde Ichoua, si accidet tibi τόνος pro-  
pter rem istam &c. & ni fallor, ita hoc loco accipendum est: eodem modo accipio & nomen  
τόνον, quod erratum propriè dici potest: sensus ergo est; V&e uobis, qui damnationem uestram ad-  
uersum uosmetipos trahitis, & magna uerba nitimini, ut ad nos accedat, ueluti qui plaustrum onussum  
fune trahunt: trahitis autem perditionem uestram finibus temeritatis, id est, uestra temeritate,  
audacia, ac proterua. Que sit autem haec temeritas, sequente uerbu explicat. Nomen τόνος  
singulare est, cuius plurale τόναι legitur Exo. 28. & Osee 11. &c. & à uerbo deducitur, quod  
condensationem, seu complicationem significat, qualis est in frondibus, aut fumibus, & catenis: &  
plerique in regimine accipiunt, quod a me non probatur. nomen enim τόναι, id est, plaustrum, quod  
super rotis uoluatur, à uerbo, quod rotunditatem, et deuolutionem notat, à participio trahentes regitur.

Qui

19. Qui dicitis; Festinet. Que maior temeritas excogitari potest, quam ut dicat peccator, fe-  
stinet dominus ad puniendo nos; exequatur consilium suum, quod tu Iesaias aduersum nos denuntias. iam illud experiri percipimus? in profundum enim malorum uenientes impii minas contemnunt, neque  
minantibus seruis Dei fidem adhibent; & nihil aliud, quam minas esse arbitrantur. hic genius est co-  
rum, qui uitam luxuriosè degant. Solent autem ministri domini, dum admonent malos, sapius incul-  
care, quod nefcient, quid facturus sit dominus, & caueant sibi &c. ideo & ipsi opus domini uocant,  
quidquid illud sit, quod facturus predictur. opus, quod toties dicitis dominū facturum; consilium, quod  
tanta premeditacione indiget, in quo per tot annos dominus deliberare uidetur dignum est, quid  
uidetur, quid agnoscat. Festinet &c. congerminatio uerborum seru idem significantium satis teme-  
ritatem, & irruptionem notat. Et quia prophetas sanctos Israëlis inculcabant, ut ad ueneracionem,  
& reverentiam animos permouerent (ut infra videbimus, ubi ipsi audeant; cessest a nobis san-  
ctus Israëlis) easdem noxes ipsis irridentes repetunt. Possunt & haec accipi de ipsis peccatis, & iniui-  
titibus, quos peccatores non nulli magna animi contentionem per summam temeritatem ad se trahunt;  
neque quieti sunt, donec perpetraverint, qua animo prius conceperunt: nec satis est illis sceleris per-  
petrassis, nisi etiam minas domini contaminant, credentes se impuniti semper uicturos.

V&e, qui dicitis malum bonum &c. Hebraismos ego retinui, quod triti, & faciles essent. om-  
nibus hoc uitium est filii huini facili, ut iuxta leges, & decretia mundi, de rebus indicent. eos igitur  
intelligo de malo dicere, quod bonum sit, & contra, qui patientiam, & humilitatem, ut res uiles dam-  
nant; uindictam uero, ac fastum hominem decere dicunt, idem de paupertate, modestia, reliquaq;  
sanctorum uiuenda ratione sentientes. Ceterum lucem in tenebras, & contraria ponunt, qui legem domi-  
ni, que lux est, superstitionibus, aut non sana doctrina obscurant, aut corrumpt, ueluti qui con-  
tra præceptum de honore parentum docebant filios in ararium mittere, quod parentum uite necessaria-  
rium erat. idem in præcepto de dilectione, de non iurando, de non mechando &c. statuerant. Quas  
tenebras dominus apud Matth. discutit, & ueram lucem terris rursus restituit. dulce autem in amar-  
rum conuertunt, qui iudicium in absinthium commutabant: de quo supra uer. 7.

20. V&e, qui sapientes esitis. Haec est mens, & sensus mundi, quod si peruersis bissec moribus acce-  
dat etiam scientia, mirum que monstra inde oriuntur. isti inflati omnia peruerunt, & nimia auto-  
ritate iuxta carnis sapientiam immutant leges, atque iura; & quod ipsis sapit, id sapientiam esse defi-  
niunt. Et quia plerunque à sic inflatis opinione scientia mentibus, peruerfa illa iudicis aut oriuntur,  
aut uim habent, atque stabiluntur; iccirco propheta uer. 21. in eos, qui sibi ipsi sapientes uidentur,  
inuenitur. Quod si, ut oportet, ad tempora Christi haec referas, omnia plana erunt. in euangelio  
enim horum omnium interpretationes leges, Christo firmante auferre eos clavis scientie, ut qui essent &c  
& duces cœcorum &c. Malum. γάρ uerbum significat malum, durum, asperum, aduersum,  
triste esse. estq; interdum culpa, interdum pœna, sic & nomen. Tenebras. de uerbo, quod ob-  
scuratum esse significat, infra cap. 13. non nihil dicetur: hoc autem loco quadammodo allusio esse uide-  
tur ad locum illum Gen. ubi dicitur distinxisse Deum lucem à tenebris, quasi isti uoluerint opus Dei innu-  
tere, qua quidem nulla potest esse maior peruersitas. que enim conuentio luci ad tenebras? ut inquit  
Paulus 2. Cor. 11. Verum quia uinea domini has labruscas attulit tempore Christi, hec paulo se-  
cūs accipi possunt. quid enim dicitis, & factis domini salvatoris melius, illustrius; ac dulcius? herba  
erant uite eterna, ipse totus erat lux, totusq; desiderabilis: et tamen Phariseis, & sacerdotibus nihil  
uixit nisi peius, nihil obscurius, aut amarus, hunc habere demonium, hunc seductorem populi, hunc  
dignum cruci indicarunt, Barrabæ latroni, & sicario ipsum posponentes, data ipsis optione, utrum il-  
lorum uellent uiuere. Cetera conferat prudens lector.

22. V&e, inquit, ijs, qui ad hoc potentes uidentur esse, & ad hoc potentia supra alios possent, ut lar-  
gus bibant. De magistratibus est sermo, quorum potestas in publicis usus est, quam illi ad suum cō-  
modum exercebant. uulg. potentes dixit, possumus dicere heroes. גָּבְרִים enim propriè sunt heroes  
gigantes, seu præpotentes &c. de quo infra 49. Numquid auferetur ab heroë preda &c. Viri fortis.  
Heb. Ireniatis hoc enim est λέγει à uerbo λέγει, quod est dolore affici, & cruciatu, seu dolore  
angi. unde bil dolor uehemens, & hæl strenuus, que scilicet in labore, & exercitio consistit,  
& quadammodo enititur facinora, & præclarè facta. Seipsum autem collectu accipitur, & pro  
exercitu usurpatur, in quo sunt uiri strenui: unde hic pro bellatoribus accipi potest. sumitur interdum  
pro facultatibus strenuitate partis. exempla inferius occurunt. unde & pro diuitiis potest hic ac-  
cipi. Supradicti uer. 11. dixi de nomine σέκα. nomen autem τόνος unum Latinis, & Grecis ὁνομασία.  
consentientibus uocibus, uidetur habere cognationem cum nomine. τόνος, id est, lutum liquidum, seu  
fax à turbiditate, quod in terra Canaan uina, fuerint turbida, & feculentæ, rubriq; coloris.  
Nogach autem à uino, quo inebriatus est, quidq; ipsum primus reperit; Grecis ὁνομασία, Latinis Ianus di-

- citur à uoce nimurum Iain. Ad insfundendum. propriè יְמַד significat infundere è supernis, ut è uase in uas inferius. hinc nomina, que Hebreis infusionem liquidorum notant. vide infra cap. 65.
- 23 Qui iustificatis. in heb. est tercia persona in uerbo sequenti. Auferunt. ideo participium etiā per tertiam reddidi, qui iustificant, uel sunt iustificatores, id est, absoluunt, & iustum pronuntiant eum, qui ob improbitatē sors, id est, reus est. propriè enim יְמַד improbus est. hinc pro fonte, & reo, quid isti sint digni morte. Refutis hic locus ad locum Num. 35. ubi dicitur; Non accipias pretium re demptionis pro uita homicidae, quando ipse יְמַד ad moriendum, sed morte moriatur, id est, reus mortis. sicut iMn athao est Grecè redditum ιόνος δαίμων. credo autem hac uoce uos Indeos: quā Io an. Grecè dixit κακός, malfactor. nisi esset hic improbus, nocens, seditionis &c. Q uòd si redimi uitam improbi preto etiā in publicam utilitatem conferendo nollebat dominus, quomodo iustum largitio nibus corrumpi pateretur? Propter, uel pro. heb. יְמַד uox hac à uerbo est, quod pestin dare, seu susplantare significat, ut appareat ex nomine Iacob. cuius etymologiam habes Gen. 27. cùm hoc ipso uerbo. significat autem calcem, calcaneum, plantam, uestigium. uerum quia calcaneus, seu planta ultimum est in animale, transmittitur aliquando pro fine, deinde pro fine laboris, id est, mercende fructu, compensatione, non aliter, atque apud Grecos τύπος finis, pro fructu, & emolumento, quod ex re quapiam captivus, usurpat. Scepus autem subit prepositionis officium pro propter &c. quia eiusmodi particula notant causam finalē: ut uel hinc uideas proprietatem lingue Hebreā, & quā sit naturae conueniens. Illud quoque, promunere, repetendum est in secundo membro, & pro munere auferunt iustum &c. at potestas est à Deo in laudera bonorum, uindictam autem improbum, teste Paulo. Considera hic consecutiones uerborum, in quibus & rerum consecutionem intel ligies; unde non parum eruditio in scripturis eruere poterit. Luxu nobilium, & magistratum come būr acceptio nūnerūr; his mox iustitia peruersio nē &c. pro alendo enim luxu pullulat cupiditas, ex qua omne scelus, quod suo malo experta est Romana resp. aliaq; plurime. quare nescio, an aliud pē silentius malum possit in quāvis rep. reperi, quā luxus. hinc enim cupiditas, ab hac iniustitia, & omne malorum genus, quae diutius multa manere non patitur iustus dominus, qui iusticias dilexit &c. unde poeta Romanus; -patimur longe pacis mala; senior armis Luxuria incubuit, uictumq; uiciscitur orbem. Sed audi, quod sequitur.
- 24 Propter hoc, sicut deuorat &c. Trahebant ad se ponam, & perditionem; & ut cito apparet, nimurum irridentes minas, exoptare se dicebant. quare inquit propheta, sic omnino futurum est, non diu tardabit, non diutius, quā quantum temporis opes est ad hoc, quod ignis quisquilius, & leuissima queaque absunt, iam iam quidquid roboris in ipsis est, quidquid virile, & solidum, insuper quidquid pulchrum, & floridum, tota denique ipsa arbor, qua radicibus trunco, ramis, folijs, & fructu constat, ueluti quid puridum, quod dum percūtit, diffoluitur, & in puluerem resolutur; ita res populi mei iam tam evanescet, nec immeritā, nam doctrinam, statuta, leges, diuinæ ad monitiones (qua si corde complectimur, & intimis sensibus tenemus, sumus, uiuimus, & ueluti fructuaria arbores iuxta fluentia aquarum plantatae, & florescimur, & fructus uberrimos producimus) illi non solū contempserunt, sed & abiicerunt, & ut rem uilissimam a se expulerunt, & conuicijs, & probris inciserunt. Stramen. heb. וְמַד est quidquid celerriter ignem concipit, ut frumenta, stupa, fomes &c. & cognationem habet cum uerbo וְמַד, id est, festinavit, quo uerbo illi utebantur uer. 19. Sic et nomen וְמַד est quisquilia, quæ festinante, aut uento corripuntur, aut igne inflammantur Exo. 15. (quò forte respexit Iesu.) Misisti furorem tuum, & consumpsit eos tanquam quisquilias. וְמַד est à uerbo, quod colligere significat וְמַד, uel וְמַד, quod complicare, uel forte à sono, quem excitant, dum colliguntur, & complicantur, uel dum comburuntur. Putredo. uide supra cap. 3. uer. 24. Reiecerunt. Variae constructiones habet uerbum וְמַד, de quibus alias. & quidem quando regit accusativum, ut hoc loco, idem propemodum ualeat, quod uerbum וְמַד, & opponitur uerbo בָּאֵל, id est, elegit, ut infra cap. 7. uidebitur. significat autem fastidio quodam rem aliquam, aut personam, tanquam uilem, & contumendam rejicere.
- 25 Notanda est quoque in hoc uersu comparatio occulta reip. ad arborem, qua radices habet, & ger men, quod comprehendit quidquid in arbore præter radicem est, quodque huius arboris uita sit lex, seu uerbum domini. nam sine Dei cultu & religione nulla resp. uel constare, uel durare potest. Eloquium sancti Israelis &c. possunt hac uerba de filio Dei intelligi, qui in scripturis dicitur וְמַד, uel וְמַד à uerbo וְמַד, dico: & forē, quod Greci Ioa. dixit λόγος hanc uocem potius uoluit exprimere, quā וְמַד; qua rem aut ordinem potius notat, quā sermonem. at uox וְמַד, de qua loquimur est dictum, sermo, pronuntiatum, seu etiam promissio. unde à Ioa. וְמַד dicitur, quod ex eterna mente patri cogitando nascitur, & per eum pater dicit decretum creationis omnium,

& reparacionis hominum. ipse uero proferatur ex sinu patris, in quo est, qui uidet & nouit, nempe arcana celestia & uerba salutis aeternae. Quare & Moses in descriptione creationis non uerbo בְּרֹךְ, sed וְמַד est usus; Dixit Deus, fiat lux &c. Constat autem ex Ioa. quod illud uerbum, quo creata sunt omnia, sit Deus: & Deus, inquit, erat illud uerbum, & quod uerbum illud factum sit caro. quare ista tria inde colliguntur; וְמַד dici uerbum, seu sermonem; sermonem autem, quo condita sunt omnia, esse Deum; Deum autem illum, id est, secundum in diuinis personam factam carnem, id est, assumptionē naturam humanam. non erit igitur absurdum, si de Dei filio incarnato intelligas locum hunc. nam in ea tempora hac referenda sunt, quando ipsum Dei filium conuicijs lacefserunt, & iniurijs afflictum extra uineam eiecerunt & occiderunt.

25 Ideo iratus est furor domini &c. Hoc uersu apertius dicit, quod superiori aliquanto obseruans, uis scire, quonam patto arbor illa interierit, aut quo sit illa arbor &c. dominus iratus est in populum suum, & cedidit eum percusione adeo prævalida, ut montes uisi sint loco moueri; omniaque sint cadaveribus plena. Dicitur autem heb. cadaver à uerbo נֶבֶל, quod est desitutum esse humido naturali, seu emaciatore, flaccidore, elanguidore, & despere &c. Vocant ergo נֶבֶל corpus examine, desitutum anima, seu vita minujs. uide infra cap. 26. in illa uerba uiuent mortui tui &c. Sicut purgamentum. Illud וְמַד cum uulgato, notam similitudinis esse existimo; סִירָב autem esse nomen a uerbo וְמַד, id est, purgauit, scilicet scopis, uel alio instrumento, & congr. cum uerbo וְמַד. unde hoc nomine dicitur purgamentum, uel conum, quod purgari solet, nihil autem illo contemptibilis, aut uilius. unde & Ter. alterius forme nomine, ab hoc uerbo tamen deducit, וְמַד usus Thre. 3. ait; Purgamentum, & reiectamenta posuisti nos. quod resuscitans Paulus 1. Corin. 4. & p̄phrasim imitatus reddidit, nomine מִשְׁמָרָה, quod purgamentum dicere licet. Ultima uerba significant dominum nondum tanta occasione contentum; eadem uero ipsa uerba sapientib⁹ repetit, quibus (n̄ fallor) perpetua uindicta, qua usque ad finem mundi duratura est in Indeos, significatur.

26 Et eleuabit signum in nationibus &c. Id ipsum, quod uer. 24. & 25. dixerat, nunc iam manifestius narrat; ipsum scilicet exercitum hostium, per quos percutere decreuerit populum suum, arborēisque illam magnam excidere, describens. si hoc autem de Assyriorum exercitu accipere uelis, sit tibi ueluti typus aduentus Romanorum. Et quidem primo aduersis eos, qui dicebant, ut festinaret diuina uindicta, deferribit celestem aduentum, uelociissimumque exercitum: & ne aliam causam aduentus eorum esse existimes, describitur Deus, quasi dux bellī, qui signum iubet erigi, & sono tuba milites conuocat. Interim nota, quod non sit Deo difficultus innumeram hostium multitudinem numerare, & aduersis quolibet regnum armare, quam sit homini sibilare: & sicut in naui ad sibilum naucleri ministri omnes præsto adiunt, ut iussa faciant, sic dominus à longinquo, & ab ultimis orbis partibus, quos uult, conuocat, ut qui ea que non sunt, tanquam ea qua sunt uocare possint. Non dormitabit, seu dormitaverit, heb. וְמַד est indormire, seu dormitire; וְמַד uero dormire, at וְמַד graui somno opprimi: differunt igitur gradibus suis. Neque soluetur uerbum hebr. וְמַד est aperire, uel rem clausam, uel ligatam. Renum, uel lumborum, ab Hebreo uerbo וְמַד, id est, extraxit, detrahit &c. nent nomen forma duali וְמַד, id est, lumbi, quod ex illis natura humana, & semen genitale libidinoso impetu extrahitur, unde frequens est Hebreis figura hæc loquendi, egredi ex lumbis 1. Reg. 8. Reges ex lumbis tuis egredientur Gen. 35. &c. uel forē, quia uerbum in uoce passiuā significat extrahitum esse, id est, expeditus esse, (qua enim detenta sunt, expedita non sunt) qui autem sejū expeditum, ad quid operis agendum accingunt lumbos; hinc lumbi sic dicitur, quasi prædicti. Nec rumpetur, וְמַד rumpere, seu uellere est, significat ergo, uel quod non extraherent unquam calceos, uel quid ualde preparati, & instrumentis ad iter necessariis instruendi aduenirent: quod non accidit impetratis militibus tumultuarie collectis. Corrigiam. heb. וְמַד à circumgirare deductum est, uel circumfleciere. ligabant enim antiqui calceos, corrigijs quib⁹dam in superiore parte pedis: unde & וְמַד calceamentum, uel solea dicitur à uerbo, quod superne astrinxere, seu obligare significat: induebatur enim pes, et corrigijs superne obfirmabatur.

28 Nomen וְמַד sagitta, à uerbo, quod dimidiare significat, deducitur, penetrando enim diuidit Arcus. וְמַד à rigiditate, duritate, seu difficultate dicitur Hebreis. Extenti. heb. calcati uerbum enim וְמַד calcare pedibus est, uel terram, uel uiam, uel quid aliud: pede autem preparatur arcus, & neruus suo loco reponitur, à quo extrahitur, ne arcus rigiditatem suam perdat. at hostium arcus huicmodi erant, quib⁹ ne nequam necessaria esset remissio, id est, qui perpetuo patrati essent, neque illa mora indigerent, si sagittas mittere opus fuisset. & tam in his, quam in sequentibus hyperbolico sermo est, nihil aliud significans, quam ardorem, audaciam, uires, diligenciam, & omnium armorum necessariorum ad prælum, copiam, atq; excellentiam. Quasi impetus tempestatis. heb. à uerbo וְמַד, quod cessationem, seu defecum notat, dicitur וְמַד.

turbo, seu tempestas, quod obrundo auferat. de turbine uide Plinium. ego turbinem dixi: nam turbo rotationes quadam efficit, adeò ut ipsum nomen **תְּבִרֵב**, quod rotam, seu spheram significat, turbinem etiam, id est, rotationes illas, quas efficit turbo, interdum designet, ut infra 17. sicut turbo coram uento &c. Velocitatem ergo curruum intelligi uult.

29. Rugitus ei. gens illa, exercitus ille, uel quiuis miles rugitum edet, qualiter leo. propriè enim **לְבָבָן** leonum est, licet ad alia quoque transferatur. Ut Leonis. Hebreis leo dicitur **לְבָבָן**. consentiente uoce, ut ab Hebreis, nostra sine dubio deriuata sit, diciturq; **אַדְבָּבָן**, id est, corde quasi dicas, cordatus, uel animatus, uel potius animosus, id est, imperterritus, ab animositate & generositate, & presentia animi. unde 2. Sam. 17: cuius cor est, sicut Leonis, de uiro animoso dicitur. Leunculi. hebreis **לְבָבָן** est à verbo **כָּפַר**, quod est tegere, uel abscondere, unde sic dicitur à latibus. est autem leo iuuenis, qui desit esse catulus, neque tamen annos perfecta etatis attigit. etymologiam uidetur explicare locus ille Iob 38. Nym ingluicem **כְּפִירִים** leunculorum satiabis, qui cubant in caue, & manent in latibus, ut insidentur & quia leones iuuenes maximè sunt famelici, cupidi preda, & seui, transfertur non raro hoc nomen in scripturis ad homines rapaces, & seuos & instabiles. Et prædam. **מְרֹא** propriè preda est, seu esca, que carpitur, seu discripturn. unde nunc escam, nunc prædam, seu rapinam, & prædationem uertere oportet. uerbum enim carpere, discripere, dilacerare tantum significat; neque habet sermo latinus nomen, quod significationem huius nominis satis exprimat. dicere posse discriptum, seu discripendum substantiæ. Et amplectabitur, uel euadet. uerbum enim **מְרֹא** euadere significat in prima, in hiphil quoque, sicut alia plurima uerba, maximè si neutraliter capiantur, non mutat modum significandi primæ: possumus ergo sic exponere, apprehendet prædam, & euadet incolumis, sicut leo, & nemo erit &c. uel transitu in hunc modum; apprehendet prædam, & saluam deferet, seu euadere faciet, id est, retinebit, conseruabit: neque erit, qui eripiat.

30. Et sonabit, uel fremet super eum, quasi fremitus maris, id est, quasi mare, dum fremit, uel fremet super eum, & fremitus eius erit, ueluti fremitus maris, qui metum solet incutere, non nauigantibus modo, sed etiam ijs, qui propè sunt in terra. Et a spicemus terram. uulg. pro prima persona futuri plur. accepit. **בָּנָת**, potest quoque esse tertia singularis; & respiciet ad terram. &c. solent autem Hebrei tertij personis Iose uti, ueluti impersonaliter, id est, respicietur in terra m: est quoque tropus hic Hebreis frequens, ut cum animi angustiam in magnis calamitatibus describere volunt, in calo tenebras, & in terra angustiam, seu pressuram, seu etiam tenebras adfore dicant, id est, quocunque se uertant, respirare non poterunt. adducuntque obscurationem solis, & stellarum, fremitum maris, terra tremefactionem, (sicut in sequentibus uidemus non semel) ut non perperam interpretari confundamur, qui in evangelio signa illa uastationem Hierosolymitanam, aut etiam totius mundi præcedentia, ad hunc modum interpretetur. Et lux obtenebatur est. protestatio per futurum reddi propter coniunctionem, qua præcessit, etiam si cum uerbo non coniungatur: & fortè præcedentibus magis conueniet. In caligine eius. nomen hebreum **בְּנִירִי** uarij ab ipsis Rabinis exponitur, & qui melius sentiunt, pro cclis accipiunt: sed rationem uidentur ignorare: neque enim nox celos significat. scilicet igitur, quod à nomine **מְרֹא**, quo hebr. cervicem appellant, formatur uerbum **מְרֹא**, quod est difficare animalis cervicem, ut non nulla alia, quæ à nominibus quasi contraria significacione formantur. Quando autem hoc uerbum non de uitiatione dicitur, sed de pluvia, seu rore, tum figurat, & poetice significat influere, seu distillare, metaphoræ sumptu à cervice, quæ quasi stillatorum quodam est, per quod medulla è cerebro defluit in spinam doris & exinde in cetera offa, ut ea alat, & irriget, hinc nomen hoc, numero multitudinis, influentia, id est, loci, è quibus fit fluxus: fluit autem lux è celis. Hec est sententia cuiusdam uiri erudit. ego tamen uerbum **מְרֹא** non à nomine formari dixerim, sed congruere cum uerbo **מְרֹא** (à quo non differt, nisi litterarum situ) quod sensim fluere significat. unde si actuè accipiatur, significat fluere facere, ut Iose 10. Ipse fluere faciet altaria ipsorum, ut scilicet ad similitudinem rei aliquius liquida dissoluantur, & corruant. Qui autem ingulat, aut caput præscindit, sanguinem fluere facit; hinc pro ingulare, seu caput præscindere accipitur. quod si accipiatur neutraliter, est simpliciter fluere. quare rectè Deut. 32 uertas, stiller, sicut pluvia, doctrina mea, & cum nomine roris, aut pluvia etiam in accusatio Deut. 33. Celi distillabant rorem, hinc nomen **מְרֹא** forma participij pro ipsa posteriori colla parte, quod per eam fluat medulla &c. ut dictum est; quod dicat, stillatoribus, hinc prædictum nomen, quasi dicat, stillatores, uel stillatoria. lucem ergo obtenebrari in stillatoribus suis est è celis lucem non profluere. similis locus est infra 13. Sol obscuratus est in ortu suo. Hec paulo diffusus annotauit pro elucidatione huius obscuræ uocis, **בְּנִירִי**, cuius nis à plerique etiam Hebreis ignoratur.

Quo

## Caput sextum.

Noua.

Vetus.

Q V O anno mortuus est rex Ozias, ui-  
di dominum sedentem super thronum  
excelsum, & eleuatum: & fimbriæ eius re-  
plebant regiam.

Seraphim stabant supra ipsum; sex alæ, sex  
alæ uni: duabus operiebant facies suas, &  
duabus operiebant pedes suos, & duabus  
uolabunt.

Et clamabat aliis ad alium, & dicebat; 3  
Sanctus sanctus sanctus Iehoua tcebaoth,  
plena tota terrâ gloria eius.

Et mouebantur postes superliminarium  
à uoce clamantis, & domus implebatur fu-  
mo.

Et dixi, heu me, quia in silentium reda-  
ctus sum, quia contaminatus labii ero, &  
in medio populi pollutus labii ego habita-  
bo, quia regem Iehoua tcebaoth uiderunt  
oculi mei.

Et uolauit ad me unus de Seraphim, &  
in manu eius carbo accensus [ quem ] forci-  
pe tulerat ab altari.

Et tetigit super os meum, & dixit; ecce  
tetigit hoc super labia tua, & ablata est ini-  
quitas tua, & peccatum tuum expiatum  
est.

Et audiui uocem domini dicentis; Quæ  
mittā, & quis ibit nobis? & dixi; en ego,  
mitte me.

Et dixit; Vade, & dic populo huic; Au-  
dite audiendo, & ne intelligatis: & uidete  
uidendo, & ne cognoscatis.

Impingua cor populi huius, & aures eius  
aggraua, & oculos eius prafiringe; ne ui-  
deat oculis suis, neque auribus suis audiat,  
neque corde suo intelligat, & conuertatur,  
& restituatur illi sanitas.

Et dixi; Vsquequo domine? & dixit;  
Donec ruant ciuitates absque habitatore,  
& domus abfque homine & tellus corrut-  
a defolatiōne.

Et procul remouebit Iehoua hominem, &  
& multa derelictio in medio terra.

Et adhuc in ea decimatio, & conuerter-  
& erit in combustionem, sicut ilex, & sicut  
quercus, quibus in defluxu (foliorum) sti-  
pes [ est ]. semeni sanctum, stipes eius.

I N anno, quo mortuus est rex Ozias, ui-  
di dominum sedentem super solium  
excelsum, & eleuatum: & ea, quæ sub ipso  
erant, replebant templum.

Seraphim stabant super illud; sex alæ uni,  
& sex alæ alteri: duabus uelabunt faciem  
eius, & duabus uelabunt pedes eius, & dua  
bus uolabunt.

Et clamabant alter ad alterum, & dice-  
bant; Sanctus sanctus sanctus dominus  
Deus exercituum, plena est omnis terra  
gloria eius.

Et commota sunt superliminaria cardi-  
num à uoce clamantis, & domus repleta  
est fumo.

Et dixi, ue mihi, quia tacui; quia uir  
pollutus labii ego sum, & in medio popu-  
li polluta labia habentis ego habito, & re-  
gem dominum exercitū uidi oculis meis,  
oculi mei.

Et uolauit ad me unus de Seraphim, &  
in manu eius carbo accensus [ quem ] forci-  
pe tulerat ab altari.

Et tetigit super os meum, & dixit; ecce  
tetigit hoc super labia tua, & ablata est ini-  
quitas tua, & peccatum tuum expiatum  
est.

Et audiui uocem domini dicentis; Quæ  
mittā, & quis ibit nobis? & dixi; ecce  
ego, mitte me.

Et dixit; Vade, & dices populo huic;  
Audite audiendo, & nolite intelligere: &  
uidete uisionem, & nolite cognoscere.

Exæcta cor populi huius, & aures eius  
aggraua, & oculos eius clande; ne forte ui-  
deat oculis suis, neque auribus suis audiat,  
neque corde suo intelligat, & conuertatur,  
& restituatur illi sanitas.

Et dixi; Vsquequo domine? & dixit;  
Donec desolent ciuitates absque habitatore,  
& domus abfque homine & tellus corruat  
a defolatiōne.

Et longè faciet dominus homines, &  
& multiplicabitur quæ derelicta fuerat in me-  
dio terra.

Et adhuc in ea decimatio, & conuerter-  
& erit in combustionem, sicut ilex, & sicut  
quercus, quibus in defluxu (foliorum) sti-  
pes [ est ]. semeni sanctum, stipes eius.

E iii Hæc

**H**AEC est secunda prophetia, in qua Deus prophetæ reuelauit peritum regnum propter infidelitatē, & cætitatem, atque duritatem Iudeorum. meminit tamen etiam sanctorum reliquiarum, propter consolationem piorum.

In anno, quo mortuus est. heb. in anno mortuus est &c. sed uulg. doct̄e uitanit hebraismum. utuntur enim Hebrei præteritis tanquam nominibus, præfertim cum nominibus temporis positis in regimine. In anno mortuus est. In principium creauit Deus celum, & terram, id est, initio quando Deus calum, & terram creauit. sequitur autem in huicmodi locutionibus coniunctio cum altero uerbo. sic Genet. 1. Et terra erat inanis, & uacua, id est, tunc, uel omnino omittendum est. uide infra cap. 14. uers. 3. & 4. ita hoc loco. Et uidi dominum, id est, tunc uidi &c. & Osee. 1. Principio locutus est dominus cum Osea, et dixit &c. id est, quando initio dominus locutus cum Osea, tunc dixit &c.

Anno. Hebreis annus נָשׁ dicitur à mutatione, seu revolutione, quod uidelicet annus annum perpetua sere sequatur; atque in anno perpetua rerum, ac temporum sunt mutations, ac uicissitudines. Super thronum. à uerbo נְכֹד, quod operire, seu tegere significat, dicitur nomen נְכֹד thronus, uel sedes, quam taperibus operire soleant, quasi est regum, & iudicium: & hoc posse fert à מִשְׁבֵּח, quod quamlibet in genere sedem notat &c. Fimbriae. ego nomen יְהִוָּי non fimbrias modò, quas limbos dicimus, sed inferiores uestium partes significare existimo; que eò prolixiores fieri solent, quod magis maiorem quisq; fastum præfert, unde cognitionem habet cum uerbis, qua detractionem, seu deiectionem significant, quod dejectantur, & quasi detrahi, & præscindi possint, uelte adhuc integræ remanente. Vide locos, in quibus inueniūt hoc nomen, & sententiam meam comprobabis, neque hunc loco aliud congruere posse uidetur. Quapropter periphrasis, qua usus est uulg. que sub ipso erant, contemnda non est. Templum, uel regiam. nomen hebr. נֶכְנָה plurius Rabini, ad quam radicem referri debeat. est autem à uerbo נַעֲלֵה, quod potentiam notat, quasi dicat; dominica, uel basilica, regia, ubi rex, seu dominus aliquis potenter regnat, & dominatur, & ῥι est littera formativa. Hoc nomine tabernaculum domini, postea templum Hierosolymitanum dictum est, quod utrumque fuit Deo, uelut aula, in qua peculiarem maiestatis sua presentiam, seu portum exhibuit, ac declarauit.

**2.** Seraphim. à uerbo נְרָא, quod est cremare, concremare, comburere, deducitur hoc nomen, quo dicuntur serpentes, seu dracones alati, & uolantes, qui ne dum igniti coloris sunt, uerum etiam homines, quos mordent, letali ardore inflammant, fruges; & uiridia alia afflatus suo adiungunt: & Graecis huicmodi serpens οὐρανός dicitur, ab urendo, seu inflammando, de quo Lucanus; Oraq; distendens auidus fumantia prester. uide in lib. Num. cap. 21. Eodem nomine dicuntur etiam spiritus quidam Angelici, alati, & uolantes, & quod igni sunt, & ardentes, quo Ezech. 28. uocat עֲנָנוּ lapides igniti, quod & toti dilectione ardent, & splendorem hanc uulgarem emitterent. Sex ales unius, & sex ales alterius. hebraismus sex ales, sex ales unius, id est, singuli senas alas habebant, seu tria paria alarum, quarum quis esset uisus, mox aperit. Mibi uero fit uerisimile, non tantum duos seraphim domino astuisse, immo plurimos & innumerabiles; neque quod duabus alas illinc auolarent, sed quod uolarent supra dominum, id est, alas agitarent, ut aues, que eodem loco consisterent, tandem alas mouent atque expandant, per pedes autem inferiorem totam corporis partem accipe, ut sepe in scripturis accipendum est. In uelata facie, reverentiam tantæ maiestatis cogita coniunctam tam summo uidendi, atque cognoscendi desiderio, quam uolitatio illa super dominum designabat. reverentia uero uercundiam quoque cognatam habet, quam in uelatis pedibus intellige: neque præreas, quod cum igniti sunt, & toti amore ardent, adhuc tamen uercundè, & reverenter se erga dominum gerant. claudit quidem oculos maiestati dilectio (ut loquitur Bernardus) ut eam scilicet deponat qui diligit, non ut eam non agnoscat dilectus. quod si adhuc contendas, etiam maiestati oculos claudere dilectionem, ut audeat multa, que nisi dileretur, non auderet; & hoc quoque uerum esse factebor libenter. Sed quia maior audacia, quam quod tantum dominum amare quia audeat? quid si occultatio illa faciei non tam timorem, ac reverentiam, quam intolerabilem, & qui oculis creatis sustinuerit nequeat, splendorem diuina maiestatis designabat? nequit enim comprehendendi diuina maiestas. uolitant ergo beati spiritus, & uidere desiderant, neque aliud agunt, & in hoc toti sunt. quia tamen sibi opere uident, ut facies suas operiant, ne opprimantur a gloria; corpus quoque suum operiunt, ne uideantur & ipsi, quonam enim pacto nudi apparerent coram eo, cuius splendores ipsi sustinere non possent? aut quid in se ipsis dignum admiratione, atque inspectione intelligent, qui maiestatem illam intuentur? Hanc uisionem uidisse Iesaiam anno, quo mortuus est rex Ozias, certum est: utrum uero ante eius mortem, an post, incertum. & hoc, an illud fuerit, parum refert. neque aliquis momenti apud me sunt, qua hic somnia Rabini afferunt. Quid autem tenderit hac uisio, infra uidetur.

Alter.

**3.** Alter ad alterum heb. hic ad hunc, id est, ad se inuicem. Plena est. heb. plenitudo terre gloria eius: & potest suppleri uerbum est, uel sit.

**4.** Postes. Hebreis a uerbo יְמָנָה, quod fidem, firmitudinem, certitudinem, seu stabilitatem notat, uenit nomen אַמְנוֹת, id est, postes à firmitudine, sicut alia multa, quæ firmitatem, ueritatem & similia significant. eadem quoque ratione ab eadem radice יְמָנוֹת in singulari significant cubitum à certitudine, & firmitate. nam mensura debet esse res firma & certa: יְמָנוֹת uero hoc loco idem est, quod אַמְנוֹת. nam licet sint forma diversa; idem tamen significant. Liminarium. Hebreæ uox סְפִסָּה, à יְמָנוֹת, quod cessare, finire, seu deficere significat, deripiatur. sicut ergo limen Latinis à limitando, id est, terminando appellationem habet; ita Hebreis יְמָנוֹת à יְמָנוֹת; licet interdum capiatur pro ipso poste, ut Ezech. 40. Et domus. quod uerbi primo templum vocarat, hic domum appellat: fumus autem, seu nebula symbolum erat gloria domini. & ad domini presentiam solebat excitari olim fumus, seu nebula. uide Exo. 24. & Num. 16. et 1. Reg. 8. adeò ut ipsum fumum gloriam domini appellare scriptura interdum uideatur. Sed quid est, quod presentiam suam Deuksolum nebula significabat? nunquid habitare se lucem inaccessibilem; & eos, qui gloriam ipsius intueri, ac speculari audebent, tenebris inuolviendo? an omnia illis esse nebulosa, & fumo plena? & si quid interdum splendoris illis illucesceret, id esse peregrinum & modicum, praesertim si comparetur cum luce euangelica? nam neq; in uultu Mosis, qui resplendebat, poterant intendere oculo rum aciem filij Israel: at Paulus se, & ceteros Apostolorum gloriam domini reuelata facie, ut munda specula, recipere gloriatabantur. Hanc autem uisionem imaginariam fuisse ferre omnes existimant: sed si quis dicat oculis carnis prophetæ oblatam, & dominum humana specie, ueluti regem, in folio sedentem Iesaiæ apparuisse, meritò reprehendi nequaquam poterit, praesertim cum huic uerbi uerba id confirmare uideantur: maximè autem uers. 5. in quo prophetæ affirmat se ualde timere, quod Deum uidisset praesentem oculis suis. Fuisse autem hanc primam omnium uisionum, neque ordinem seruari in describendis reuelationibus etiam non nulli probabiliter affirmant. nam hic minus ei commissum, atque inuinctum uidetur, ut statim ipse narrat. quorum tamen sententiam non video, cur probare debeam. nam quod de munere prophetandi inuinctu afferunt, non simpliciter de munere prophetandi intelligo; sed ad peculiarem prophetiam, qua statim explicabitur, puto referendum. Sed hæc parum ad rem. Illud potius considerandum, uoluisse dominum, ut propheta, qui nuntiaturus esset populi exactionem, spe cimen quoddam diuinæ gloria prius uideret, beatos quoque spiritus Iebonia sanctitatem, ac quin dignus esset, quem tota terra coleret, & sanctificaret prædicantes magnis uocibus, & auribus audiret, & oculis intueretur; ab ipsoque spiritibus disseret, quo pacto diuina tractanda essent, ac quo pacto erga dominum affectus esse deberet: gloriæ enim, maiestatemq; intuitus est, non tantum dum in excelso ibrido sedentem uidet, aut dominum fumo plenan, sed & cum fimbriis, inasq; uestes regiam impletere, id est, magna ex parte occupare conficeret. Quid hoc, queso, erat, nisi quid uel sola distillatio quedam diuini luminis, quo dominus ille excelsus amicitur, tanquam uestimento, ad illustrandam universam ecclesiam suam sufficeret? per speculum enim uidemus, & per fidem ambulanus, & ex parte cognoscimus. mansionem quidem illam beatorum se ipso illustrat dominus: et agnus ipse est sol. at nostram hanc ecclesiam, quæ et templum, & regia quoque ipsius est, fimbrijs suis implet, ac diuitem, & illustrem reddit. Nec enim caro Christi, & quæ in carne dominus gesit, humanitatis deniq; mysteria omnia, ac quæ ad nostram salutem nobis reliquit sacramenta, aliud sunt, quam fimbrie quedam diuina maiestatis, si conferantur cum illa immensa gloria, quæ reuelabitur in nobis, quando eum uidebimus, sicuti est. Hanc igitur uisionem intuitus Iesaiæ, iam quid senserit, uideamus: hinc enim quid portenderit dominus uisione ista aliqua saltem ex parte colligemus.

Væ mihi, quia tacui. ad culpam hoc plerique referunt, me miserum, quod & silentio, & loquela sapienti peccati, cumq; sim pollutus labijs, & in sermone sapienti offendam, et inter mei similes habitem: uiderim nihilominus meis ipse oculis regem illum &c. Vbi annotatione dignum est, quod cum prophetæ indignitatem suam: libenter agnoscat, & planè confiteatur nullius tamen criminis à conscientia, quam lapsus uerborum damnatus fuerit. hic sensus planus est, & sequentibus conuenire uidetur, ubi est sermo de ablata iniustitate, & peccato &c. Sed alius poterit subesse sensus ab hoc maxime diuersus. si hec ad malum penitentiam referas, & duobus primis locis positum aut affirmatiuè, aut disjunctiuè accipias, ut solent Hebrei, quando in eadem clausula bis aut sapienti ponitur, ut 1. Regum. 18. aut colloquim, aut occupatio est illi, aut iter &c. uers. 27. ubi etiam uulg. disjunctiuè uertit. illud autem contaminatus labijs penitentia sit, non culpa, sicut & Moses (si uulgatum sequari interpretarem: scio enim & illa uerba aliter accipi posse) ex quo capiisset loqui cum domino, propeditum se sensit, & in lingua, et labijs duriciem quandam, seu grauединem passus est, id est, hostiantiam lingue traxit, ac balbutire capiit. uide Exo. 6. dicebatur Moses incircumeisus labijs, seu pra-

E iii

putum in labiis habere. incircumcisum autem esse, & pollutum, seu contaminatum idem sepe sunt, & ut cognata in scripturis coniunguntur. Illud quoque, quod secundo loco est, καὶ coniungatur cum pronome primae personæ, ut in priori parte uerbi; contaminatus labiis ego habitabo in medio populi. Inquit ergo propheta; heu me, nam in silentium redactus sum, id est, perij, uel certè ero minus, seu blasphemus ac balbus inter meos deinceps ulgi irrisione expositus aut admirationi. nam uidi oculis. uide Iud. 13. & Gen. 31. admiratur enim Iacob, quod uidet dominum, & non moveretur. Quod uero non tacui, sed perij, aut actum est, interpretor, scito, quod quamvis נָסַר in nocte activa silere, ac subinde quietescere significet; (de quo iam suprà cap. 1. uer. 9.) in nocte tamen passiuæ est, in silentium, seu quietem redigi, & semper est pena: & idem ualeat, quod actum est, dicit scriptor &c. de quo uide infrà cap. 15. uer. 1. sentiebat enim Iesaias præpeditam linguam, quod sollemne est ipsius, qui uisione quapiam terribilis, ac stupent. Hanc autem interpretationem in uerbi secundus sum, tantum, ut sic posse Hebreæ reddi significarem, eamque amplecterer, nisi nouitas obflaret, que tamen interdum non modo uenia, uerum etiam laude digna est, præfertim cum communis interpretatio suos habeat nodos.

6 Metu correptum prophetam & propè attonitum, suo more subleuat, ac consolatur Deus, & uel luti canterio quadam labiorum delicta, (si priorem interpretationem sequaris) aut grauitatem, praesertim, id est, hesitiam, seu debilitatem lingua, omne deniq; impedimentum, (si posteriore) auferit, atq; delet. Hebreæ enim quæ nomina culpam, eadem propè omnia, & malum pena quoq; significant. cumque carbo ignitus ori appositus soleat impedimentum afferre, etiam expedit loquenti, prophetæ tamen facultatem loquendi facile præbet, atque restituit, per diuinam iuxtim. quem forcipe tulerat. heb. non babet hic relatuum, sed eis familiare est illud omittere, ita ut præritum pro participio acceptum uideatur, quasi dicat, & in manu eius carbo accensus forcipe ab altari acceptus. Altari. heb. אֶת־עֵבֶד, quod mattare propriæ significat, deinde etiam & mactatas pecudes in sacrificio offerre, uenit nomen מְלֵאָה, id est, aræ, seu altare, super quo mandata, pecudes sacrificabantur. hic autem locus ostendit, recte uulgatum suprà uer. 1. translatisse templum; ego uero dixi regiam, tantum ut propria significatio nominis constaret: erat autem templo, regia Iehoua, utibi annotau. Mundabitur, uel expiatum est. uerbum autem יְמִינָה propriè tegere, operire, abscondere, oblinire &c. significat: & in secunda coniugatione est etiam ab sterigere immundiciem, uel sordes, uel erratum, uel iram, uel offensam amouere & consuetu, ne amplius appareat, impunitu, uel offendat. nostri uerbo expiandi reddiderunt: potest etiam reddi uerbo emundandi, seu depurgandi.

8 Majestatem suam exhibuerat dominus prophetæ, quæ spiritus angelici laudabant, ac summa cum reverentia prædicabant, ut quam dignus esset; qui a mortalibus etiam coleretur, intelligeret, atque pro sua uirili eos imitaretur, qui magnis uocibus sanctum spiritus uocabant, & dignum esse cuius gloria, et confessione uniuersa terra impleretur, prædicabant: optaretq; ut hominum corda religione ac timore tanti numinis tangenterent, ac contremiserent, & prædicatione uerbi commoverentur, præfertim cum firmissima quaque illius aula, seu templi Seraphim uocibus tremefacta uideret. Sed cum hoc ipsa prophetam quoque stupeficerent, ne fortè agnoscens imbecillitatem suam munus detrectaret, ubi carbo me ignito, impedimento illo ac indignitate liberatus est, uiresq; loquendi recuperaverunt; audit nocem interrogans, quem nam mittetur? unde intelligere possimus quorū tendere istac natio: dignum quippe nō est domino, ut huiuscmodi uisum præcederet creationem, ac delegationem prophetæ ad populum illum durum, & intratibilem. poterat sibi Seraphim mittere, sed maius hominem, qui ut culpa non uacasset, si antequam diuino adueneret carbone, id munera suscepisset, ita laude dignus esset, si à Deo purgatus, & iam diuina uisione instruitus id libenter obire se uelle propteretur. is enim diuinus uerbi aptus minister censendum est, qui & diuina percepit, & dono sermonis donatus est. Illud quoque nequaquam prætereundum uideatur, quod non dicit; ego eo, aut ibo, sed mitte me, quasi dicat, si misericordia, ibo. quomodo enim prædicanter, nisi mittantur? Quis ibit nobis. datinus additur more.

9 Illa etiam uerba; Nolite intelligere, nolite cognoscere, per futurum uerbi possunt, non intelligitis, non cognoscitis. sed que sequentur, ut imperatiuæ dictæ accipiuntur, uidentur exigere, ne intelligatis, ne cognoscatis. & acciencia sunt, sicut que sequentur.

10 Impinguia. α nomine פְּנַיִם, quod in genere omnem pinguedinem notat, fit uerbum, quod pingueſcere significat, & in tertia sit actuum, crassum reddi, & obſcum. uentre enim pinguis non riguant mentem tenuem; & sicut corpora pinguis minus sunt agilia, neque facile mouentur; sic metaphorice cor pingue, seu mens crassa illa dicitur, que non penetrat, non ratiocinatur. Claude, uel præstringe.

præstringe. heb. enim γέννω est reprimi, seu retineri, ut sit contrarium uerbo exerendi, seu preferendi, & emicandi, de quo infrà 29. hic est in tertia restringe, sive præstringe, reprime oculos, ne uideant &c. Quæ his duobus uerbis continentur, acciencia existimo, ut uerba irati animi, quæ nihil aliud significant, quam illos ob malitiam suam audientes non intellecturos, neque percepuros quod ipſis expediret, & qua domini iussu ipſis proponebantur. certumq; esse, quod bruti nūijs, ac longa peccandi consuetudine non attendenter monitionibus prophetarum, ut effent in auribus eorum uerba prophetæ, sicut uerba libri signati &c. ut infrà 29. dicitur, qui locus hunc explicat. quod autem tota hebetudo ab ipſis proueniat, neque Deus sit, qui (si propriæ loquaris) illos excusat: probat hic quoque locus, dum prophetæ præcitat, ut ipſorum cor impinguet, & aures eorum obturet &c. quid enim fieri posset, ut id prophetæ præstaret? significat ergo illis nihil minus intellecturos, quam si quis eorum aures obturasset, aut oculos repreſſet &c. nam, quod Ioan. 12. dicit; Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iesaias; Excœcanit oculos eorum &c. nō ita acciendum est, ut sonant uerba: sed, Propterea non poterant credere, quia tales erant, quales præuidit Iesaias ipſos futuros, quando illa uerba dixit. Notandum quoq; quod magnus ille Basilius atque Athanasius annotatum reliquerunt, quod in prophetæ uidentur hec uerba esse Dei patris: Ioan. autem loco citato uidetur dicere suisser uerba Dei filij: at apud Lucam in actis Apostolorum dicuntur esse uerba S. S. ut probabile uideri posit, reuelatum in hac uisione suisser prophetæ trinitatis mysterium, non solum quia ter sanctorum clamabant Seraphim dominum illum regem Iehoua; aut quia; quis ibit nobis, dixit Deus: uerum etiam quando uocem hanc audiuimus, tanquam a singulis personis prolatam. Conuertatur. Verbum בְּנֵי Hebrews absolute positum, interdum idem ualeat, quod restipisci, seu paniere, ut Deut. 30. Tu autem conuertis &c. & Ier. 5. potest quoq; contrari cum uerbo sequenti, conuertantur & sanem, id est, iterum sanem. uide infrà uer. 17. Et sanem. heb. restituatur ei sanitas. heb. uerbum נְסָר eft morbum lenire, medicari, sanare, interdum cum accusatu, interdum cum dativo, ut hoc loco. Ad uerbum, & sanitatem illi conferat, id est, sanitas conferatur. utuntur enim tertii personis heb. non raro impersonaliter.

11 Vique quo domine &c. admiratur prophetæ seueritatem diuinæ sententia in populum suum, neq; dubitans quinta futurum sit, de duratione illius cætitatis sollicitus, interrogat, quam diu Adoratio? cui respondet dominus duratur am cætitatem quoq; omnino perirent; ac eorum res, penitus de celeretur, & cinitates desolarentur, & uastatio ubiq; obliteretur. illud autem, donec, non est ita acciendum, ut post illud exsilium & deuastationem exsules deposituri essent cætitatem, sed nihil aliud notat iuxta Hebreworum idiotismum, quam quod cætitas, seu obcæatio contingere desolationem illum. itaque non dubito, quin que uer. 11. & 12. dicuntur, ad tempora Titi, & Vespasiani referenda sint, quod autem ultimo loco, ad tempora Hadriani. adhuc, inquit, post illam insignem quædem Ierosolymianam, iterum decimabuntur, iterumque erit in depastionem, seu exuptionem, ut simili sit illici, aut querenti tempore, quo eis folia defluunt, sibi tantum apparente. quam similitudinem suprà habet cap. 1. uer. 30. Sed uoces examinemus.

12 Longè faciet, uel procul remouebit. uide Iosephum, quot millia Iudeorum abducta fuerint in captiuitatem, ac dispersa per totum orbem, quos hodie etiam ubique terrarum uidentur dispersos. Quæ derelicta fuerat. אֶת־עֵבֶד, quod est, dereliquit, deseruit &c. præserim si cum accusatu tantum construatur (mutat enim modum significandi ex uaria constructione, ut p'al. 14. super te reliquit se. Et Gen. 39. reliquit omnia sua in manu Ioseph, id est, commisit, & Nehe 3. reliquerunt usq; ad, id est, extenderunt) uenit part. אֶת־עֵבֶד, quod in genere feminino in abstracto interdum accipitur, id est, derelictio. uide infrà cap. 17.

13 Decimatio. à nomine numerali פְּנַיִם, id est, decem uenit nomen פְּנַיִם, id est, decima, seu decimatio, quod aliqui accipiunt in bonam partem pro electis, quos ultimis uerbis semen sanctum uocat, quibus nequaquam assentior, quod sequuntur, non conveniant, & erit iterum in depastionem, seu combustionem. quare (ut iam exposui) sic acciendum est: ut idem sit, adhuc in ea erit decimatio, & quod mox additur, & reuertetur, & erit in depastionem, uel si; post illam multam desolationem adhuc tamen decima, id est, non nulli, & pauci remanebunt: sed reuertetur, & erit, id est, iterum erit in depastionem: semel enim, atque iterum uastati sunt, ut iam dixi. Notandum est autem hebraismus, & usus illius uerbi פְּנַיִם, quod est redire, & iuxta uariam constructionem uarij reddi debet; si construatur cum altero uerbo, optimè redditur per aduerbiū, ut Iob 7. non reuertetur oculus meus uidere bonum, id est, non iterum uidebit. Ps. 85. Non ne reuertiris, uiuificabis nos, id est, iterum uiuificabis. & Iosue 5. &c. Iam suprà dixi de uerbo נְסָר; quod aduere, deinde depasci significat, quod si comparisonem, qua sequitur, cum his coniungas, uexta depastionem: erit in depastionem, sicut ilex &c.



Noua.

Vetus.

In die illo radet dominus nouacula mercenaria (quæ est) trans fluminum rege Assur caput, & pilum pedum, addit insuper & barbam.

Et erit in die illo, alet quispiam uitulam armenti, & duas oves.

Et erit: præ copia producti lactis comedet butyrum, butyrum enim, & mel comedet omnis, qui remanserit in medio terræ.

Et erit in die illo, erit omnis locus, in quo sunt mille uites pro mille argenteis, in senticetu; & uepricetu erit.

Cum sagittis, & arcu enndum erit illuc: quia senticetu, & uepricetu erit uniuersa terra.

Et omnes montes, qui sarculo coacerua buntur, non perueniet illuc timor sentium, & ueprium. & erit in emissionem boum, & in concalcationem pecudum.

In die illa radet dominus in nouacula conducta in his, qui transflanien sunt, in rege Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam uniuersam.

Et erit in die illa: nutriet homo uaccam boum & duas oves.

Et præ ubertate lactis comedet butyrum, butyrum enim, & mel inanducabit omnis, qui relictus fuerit in medio terræ.

Et erit in die illa: omnis locus ubi fuerint mille uites mille argenteis, in spinas, & in uepres erunt.

Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc, uepres enim, & spinæ erunt in uniuersa terra.

Et omnes montes, qui in sarculo farriuntur, non ueniet illuc terror spinarum, & ueprum, & erit in pascua bouis, & in concalcationem pecorum.

**H**I S T O R I A nota est, lege in ultimo lib. Reg. cap. 17. Ascendit. יְהֹוָה, id est, ascendet non semper ab inferiori loco ad superiore confundere significat Hebrei; uerbum etiam ferri aliorum, seu transferri. exempla paſſim obvia. Syria. heb. Aram. est autem Aram Armenia, que nomen fortia est ab מִנְחָה filio, seu nepte Noach. si etymologiam speles à situs altitudine nomen habere certum est. equidem omnium in toto terrarum orbe Armeniam celsissimum esse indicio est, ut scriptura testatur, in montanis סְרִירָה, que pars eius existit, ex alto diluvio arcam Noach resedisse. Gen. 8. deinde uero, quia Amos 9. dicitur Syrotranslatoſ fuſſe ex Kir in Armenia, ex illo euentu poſtea dictam Syriam uerisimile est: qua prius appellata est Armenia, quamquam adhuc aliqua pars Armenia primuum nomen reuinuerit. porro ut longa, & lata est; ite quoque in multis regiones, secundum urbes earum distinctis appellationibus cognominata legimus. illa, in qua est Damasci; Syria Damasci dicitur, 2. Sam. 8. & in qua est Tocba, dicitur Syria Tocba, que scilicet inter Libanum, & Antilibanum iacet; & corrupto vocabulo caua Syria dicitur, Græcis Cœlē ob dimissam à declinata montium planiciem, id quod נַחֲלָה heb. Joram. 2. Sam. 8. & T. 60. sic quoque dicitur Heb. Syria duorum fluminum, quam Græci vocant Meſopotamiam, Latini Interannem, quod inter Euphratem, & Tygrim sita sit. est & Syria Maacha, forte à נַחֲלָה filio Hachor ex Reuma uxore, qui ciuitatem de suo nomine appellauit. Hac commenori cui ex quadam uiru docto, ut faciliter intelligat lector, qua 2. Sam. 8. & 10. scribuntur. Ad preclaram, heb. nomen est, quod propriæ cadem, seu incisum significat, que fit ore gladii, ut Hebr. loquuntur, in bello, quare bellum uertunt interpretes. Et non potuit, id est, neuter ilorum potuit. Ex-pugnare. Verbum heb. מְלֵא in uoce paſſina significationem habet altum, & credo significare, pugnare cum suis compotis. in lib. reg. est absolute possum. מְלֵא כָּלָל, & non potuerunt debellare. hic exprimitur pronomen & propositum יְהֹוָה, id est, super.

2. Requieuit, uel confedit. heb. uerbum מְלֵא confidere, conquiescere &c. significat. hic autem terminatio est feminina propter nomen מִלְאָה; transfertumque ad pacem, ut interpretari possumus, quicuit Syria, super Ephraim, id est, pacem iniit Syria cum Israel. regnum enim decem tribuum sepe Ephraim dicitur. Ieroboam enim primus rex Ephraeetus fuerat. erat quoque potentissima illa tribus inter ceteras. Vcl; exercitus Syrorum in terra Israei confederat, etiam aduersus regnum Iuda properaret. unde coniectari poterant, illos intellētis uiribus nello aggredi Iud. 3. Non tamen præ-reundum est, quod מִלְאָה potest esse integrum uerbum, seu radix; & significat fessim, & placide ducere, deducere, ut pastor gregem: ut neutrum autem acceptum, huiusmodi sensim efficit; sensim acceptum exercitus Syrorum ad Israe. Nec obſlat, quod hoc sit terminatio mesolida, מִלְאָה autem uideatur esse femininum, ut cetera nomina regionum: nam mox paullò inferius dicitur; מִלְאָה consilium

consilium iniit aram &c. terminatione etiam masculina, quia pro ipsis Syris accipitur. Alij supplet nomen, duxit exercitum; quasi sit uerbum caſtrene. sed quia non memini me legisse uerbum מִלְאָה, abolute possum, propterea per uerbum, confidere, uerti: idque significare existimo, quod mox dicitur, Syria, & Ephraim iniit consilium aduersum Iudam. Commotum est cor. idem uerbum mox repetitur, mouentur arbores &c. & ponitur uerbum singulare cum nomine plur. quasi significaret singulorum corda trepidasse (est autem in trepidatione cordis frequens palpitatio, ac commotio) sicut nulla est arbor in sylva, qua non commouetur, flante uento.

3. Qui relictus est filius tuus: hebr. est Scar Iacob, nomen proprium filij Iesaiæ, quod si interpretari uelis, ualer, reliqua revertentur, quod nomen non dubium, quin filio indiderit, ob mystrium, de quo supra 1. & 4. & frequentissime apud hunc prophetam, ut uel ex hoc nomine & eius significatione & præcepto domini, qui voluit, ut propheta secum duceret hunc filium ad regem Abaz, possumus aliquia ex parte conjectare, quæ tendant uera prophetæ, que infra explicabuntur. Aquæ ductus. nomen hebr. ab ascendendo appellationem habet: à superioribus enim locis per aquæ adūtūs, aquæ decurrunt. Piscina. Nomen hebr. בְּרֵךְ est à uerbo, quod placide, & benigno alloqui, aut genitio ſletere significat. unde בְּרֵךְ genu & בְּרֵךְ benedictio tam que uerbis, quam que re prestat. quare ſic dicta est piscina. Hebreis, uel quod in ea ſint aquæ placide stagnantes, uel potius à copia, & multitudine aquarum: copiam enim interdum designationem uocat hebraismus. Fullonis. à uerbo כְּבָשׂ, id eft. lauit, lauando candidatus, uenit nomen כְּבָשׂ, quod nomine rupes reddidit Mar. 9. ubi & significationem explicavit, quando dicit; V estimenta illius facta ſunt ſplendida, & candida ualde, ſicut nix, quia rupes, fullo, ſuper terra non ualeat candida facere.

4. Vide, uel caue. nam שְׁמָר in uoce paſſina utuntur Heb. non raro in dehortationibus, & uelationibus, & uerbo cauendi reddi potest, & in imperativo ualeat, caue: ego existimo conſtructum cum altero uerbo, ut hoc loco, hunc habere ſenſum; caue, & quiesce, id eft, attende, nihil aliud, quam quiescas; uel uide, ut quiescas. quem ſenſum expreſſit uulg. &c. Formidet: nos mollescat. id enim propriæ significat heb. uerbum רַעַל. uulg. ſenſum expreſſit: opponitur enim rei condensata, & indurata: cor autem pauidorum uidetur liquefcere, & tenerum fieri; audaciam autem, ac fortium uirorum obdureſcere, ac ſumari. Titionum. תִּתְיֻן est torris, titio, lignum adūtum, quod ex igne extrahitur. Zach. 3. Titio ereptus ex igne, quod refexit Iudas, Illos, inquiens, per timorem ſaluos facite ex incendio rapientes. & forte est à uerbo רַעַל, quod proiecare, ſeu iaculari significat, quamvis Rabini radicem non affigunt: per extenuationem autem duos illos reges duas extremities, ſeu caudas titionum uocat, quod duo tantum ligna fumantia haud ingentemflammam possint emittere. unde & fumantium dixit, quod non tam ignem, quam fumum excitarent, & modica aqua poſſent extingui. In ardore. no. רַעַל ſemper est heb. in regi. à uerbo רַעַל; est autem ardor, ſeu exandescens, & iungitur nomini רַעַל, quod propriæ ſenſum; deinde & iram significat. iram ergo illorum regum comparat fumo titionum: irati enim fumum naribus efflare dicuntur. Commotum itaq; Iudeorum cor pri timore, cùm commemorat prophetæ (quia ſolent metuendo plerunque, dum remedium querunt, multa indigna committere contra Dei uoluntatem; ſicut fecit Abaz, qui ad Assyrios misit &c. uide lib. regum.) introducitur iam nunc iuſſus à domino, ut timorem auferat, regemque, ac populum confirmet; præmunitaque iter ad aperiendum mysterium Chriſti. Solet autem Deus in aduerſitatis quietem, ſeu silentium ſuis indicere, contra quam mundus follet, mundani enim aut desperatione obruiuntur, aut facile tumultuantur & conturbantur: quibus autem Deus ſe offert, non opus eft eiſis mundano preſidio; ſed quod magis quicuerint, magis in tuto ſunt: quicvis enim pectoribus ſeſe diffundit copiosius ſpiritus ille diuinus. Hic quoque cogita, quantum poſſit fiducia in Deum, quam si trepidantia corda admittant in maxima rerum perturbatione, qualis tunc erat, poſſint ex ſumma trepidatione ad ſummam quietem, ac tranquillitatem transferri. niſi enim in rebus affliſtis beatam illam quietem & pacem animi retinere poſſemus, nequaquam per prophetam ſuis Deus iuberet, ut quieti effent, ut nihil timerent &c.

5. Inierit consilium. ne, inquit, ob hoc timeas, quod Syria, & Ephraim consilium inierint &c. Unica uox est heb. יְמִלְאָה consultauerint aduersum te, uel ſuper te. יְמִלְאָה enim ſepe notat materiam ſubiectam, ſuper qua, uel de qua agitur.

6. Suscitemus, uel expergeſiamus. uerbum יְמִלְאָה Hebrei idem eft, quod compunctus fuit, ut idem propè ſit cum uerbo יְמִלְאָה; ſed uariè conſtruitur, & latim uariè reddere oportet. & quando cum מִלְאָה id eft, à facie, ſeu conſpectu conſtruitur, bene redditur uerbo abhorrendi à re quæpiam metu; quando uero cum בְּרֵךְ; horrorem, ſeu fastidium, & nauſeam habere in re aliqua: loquuntur illum Proph. 3. Ne corrumparis in correptione eius, id eft, ne tibi moleſtum ſit, aut ne detractes

fastidio ab eo corripi. Paul. ad Hebr. 12. reddit uerbo **וְנַפְתָּחָה**, deficio, defatigor, neque deficias, cum ab eo argueris, effectum ponens pro causa. non enim persistimus in illis, quae fastidimus. Luc. act. 2. uidetur exprefisse uerbo **וְאַרְנוֹתָה**, His auditio, inquiens, compuncti sunt corde, fastidium, & dolorem acta uita significans. Hoc uerbum in tercia conjugatione modum significandi paululum mutat: quia enim qui extimulantur, uel compunguntur, excitantur, & euigilant; pro euigilare accipitur, & hic actum pro excitare, de quo vide infra 29. Euigilabit, & uacua erit anima eius. Ex his apparet, posse hunc locum reddi sic, extimulemus cum: sed metaphorā illa somni magis festiuia est, & arrogantiam hostium magis significat. Auellamus eum ad nos, uel dissecando pertrahamus eum ad nos. quod nos non nisi duobus uerbis altero actionem ipsam, altero motum significante reddere possumus. hebr. uno uerbo, quod actionem ipsam significat, cum prepositione motus eleganter exprimit, cuellere in terram, id est, euulsus deicere in terram: conculcet in terram, id est, deiciat in terram, & conculcet &c. absindamus, & pertrahamus &c. Verbum autem **עֲמֹדָה** propriè est impetu, ac ui discordare, dissecare, seu findere ad imum usq.; de quo infra cap. 34. in 3. eandem significationem retinet; sed constructio, quam dixi, facit, ut duabus uerbis reddamus, ut 2. Reg. 3. Accipit secum septingentos uirios nudantes gladium, ut dissecarent ad regem, id est, uel dissecando prouumperent ad regem; ita hoc loco, decreuerant enim plures ex Iudeis secum abducere in captivitatem, super reliquos autem regem constituiere, quem uellent qui cum moribus eorum congrueret: quod facere illis nequaquam difficile fuisset, penitus Iudei uiribus, quas tantum Syri & infideles ipsi Iudei respiciebant. unde & istis magna diffidentia & metus, illis autem magna arrogancia oriebatur &c. Sed quid dominus? & ne timeatis &c.

7 Non stabit, uel non consistet. Verbum **עֵדָה** non dubium est, quin surgere significet: sed latius patet Hebrais, quam Latinis, surgo; dicitur enim de consilis, de consultationibus, de uerbo, & de doctrina, de promissionibus, aut uotis &c. & tum uerbis standi, consistendi, firmandi. Stabilendi rectius uertitur. supra autem dicitur hostes Iuda iniisse consilium aduersus Iudam, deinde consilium ex- pessit, & ne timerent, hortatus est: in hoc autem uersu explicatur, cur ab illo consilio non metuendum esset: non consistet, inquit, id est, non succedit, neque erit, quod cogitant.

8 Caput. hebr. **וְנִזְמָן** caput est: & quia caput in corpore humano est summum, & principium, etiam alia res summa, & principia hoc nomine dicuntur. metropolis urbs dicitur caput provinciae, & principes dicuntur capita &c. Damascus, nomen est urbis, & regionis circa illam in Syria sita, hebraice **פָּרוֹתָה** uoce, ut uidetur, composita ex **פָּרָה** & **רֹתֶה**, quasi fasci sanguinis, seu rubri uini; hinc & Graci ab **ἀρτον**, & **τόπος** dictam esse uolunt, uocibus idem significantibus, quod hebrae, & quia magna fuit ibidem uini fertilitas, & copia, Bacchum ibi in sacco habitasse finixerunt. definet esse pop. ego hebraicum retroni, deicietur. Verbum hebr. **וְנִזְמָן** congruit cum cognatis suis significatione **νίσης** & **νίσην** proinde deici, seu prosterni puto significare. Dicit autem hebraicus, deicietur à populo; pro, ne sit amplius populus. uulg. sensum reddidit. Isti autem 65. anni computandi sunt, ut annotat *Vatibus*, quorum iam bona pars elapsa erat. propterea **בָּעֵד**, non adhuc; sed, adhuc infra, reddidi, quasi dicat, adhuc futurum est, quod Amos predixit, in captiuitatem ducentos Israhelitas, nec preterlabentur illi, qui in ore multorum sunt, 65. anni, quin Israhel definat esse populus.

9 Si non credideritis, non permanebitis uel, si non credideritis, etiam non sufficiemini. nam **וְנִזְמָן** & **וְנִזְמָן** medietate posita ita solent Hebrais accipi si, etiam & uerbum **וְנִזְמָן** in uoce passiuia fidem, fidele, firmum, uerum, certum, ratum, stabile esse significat, & dicitur de homine, de sermone, & de re quapiam, in qua quidem uoce ponitur in secundo membro. In primo autem est in tercia conjugatione; ubi idem ualeat, quod Grecis **πίστις**, & Latinis credo, fides sim, fidem habui &c. Inquit ergo propheta, nisi adhibueritis dictis meis fidem, & si fueritis promissionibus domini; nec uos etiam ipse stabiliet, aut confirmabit: sed uos simet dilabi, & deici, ut sicut Israhel à statu uero cadatis, & regnum amittatis. Hanc interpretationem confirmat locus 2. Par. 20. ubi inquit Iosaphat **וְנִזְמָן בְּכָנָיו אֶתְנָמָן בְּנֵי הַמְּלָאָכִים**, id est, Credite in Ichonu Deum nostrum, & stabiliemini; credite prophetis eius, & proficietis, id est, fortunati eritis, ubi quod priori membro dixit (in quo sunt eadem uerba, que in hoc loco nostro Iesaiæ) posteriori declarando repetit, de uerbo illo autem **וְנִזְמָן**, per quod uidetur expofuisse uerbum **וְנִזְמָן** passiuum, infra aliiquid dicetur cap. 54. ubi dicitur; Omne instrumentum paratum contra te, non proficiet. Significat ergo propheta fidem in Deum esse ueluti anchoram, qua & Deum apprehendimus, & nos ipsos firmamus; si autem fiduciam amittamus, esse nos, ueluti nauis, que uiuentorum, ac fluviuum huic, atque illuc impelluntur, quid enim aliud firmare animum poterit in temptationibus, ac rebus adversis? Eccl. 2. V & dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. & hic sensus planus

planus est: possent tamen hac sequentibus connecti, neglectis Rabinorum distinctionibus in hunc modum; Si non credideritis (nam infideles estis) tunc addidit Ichonu loqui ad Ahaz dicendo, pete tibi signum &c. Qui hebraismus sic molletur, si transpositis uerbis dicas; & addidit Ichonu, loqui ad Ahaz dicendo, si non credideritis (nam infideles estis) pete tibi signum &c. Vel sic, si non credideritis (nam infideles estis) iterum tibi dicit Ichonu, pete tibi signum &c. sicut in euangelio, ut autem sciatis, quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, tunc ait paralitico &c. Hoc interpretatio aliquanto durior est, sed non ualde absurdia.

10 Locutus est iterum. heb. & addidit loqui. Signum. **מְנֻקָּה** est heb. à uerbo **מְנַקֵּה**, id est, uenit, quod significet rem futuram, seu uenturam, uel quod facit homines uenire in cognitionem alicuius rei, quasi cum illo ueniat alterius rei memoria, seu recordatio. Profunda. Non dubium, quin uerbum **מְנֻקָּה** modo neutrum, modo actuum sit Hebrais etiam in biphil. actum sumptum habet infra 31. Profundauerunt desfectionem &c. & Osee 5. hic autem neutraliter, & Osee 9. Vox quoque **מְנֻקָּה** non dubium, quin & petitionem, & infernum possit significare. (puncta non moror, ut saepe iam adnomini) uide suprad cap. 5. uerf. 14. quod infernum à petendo dictus sit: unde factum est, ut quidam uertendum putent, Profunda petitionem, uel eleua sursum, scilicet petitionem. uulg. nominaliter accepti has noces, & dixit in profundum inferni, siue in excelsum suprad; neque male: nam & **מְנֻקָּה** profundum, & **גָּדוֹלָה** excelsum tanquam nomina alijs atque alijs punctis accipi possunt. in utroque autem nomine littera **נ** motum potest designare. ego in imperativo tanquam uerba utrumq; uerti, & nomen **מְנֻקָּה** pro inferno, quasi opponatur ultima dictioni **מְנֻקָּה** sursum. sed parui refert hoc uel illo modo uertas. nam sensus idem est: optionem enim dabit propheta, ut quodlibet signum postularerit, uel sursum, uel deorsum, uel in calo, uel ab inferno: Ascende, inquit, sursum, uel descendere deorsum, mente calum, uel infernum adi: & signum quod libuerit, postula. Vide, queso, Dei etiam erga incredulos benignitatem, & quam cuperet gentem illam in fide confirmare, atque retinere. Quis ergo dubitet, quin uoluntatem timendum se faciet, & depreciationem eorum exaudiet?

11 Vido quoque hominis ingratitudinem, non petam, inquit: religionemq; pratexens, non tentabo, inquit, dominum. Verbum autem **מְנֻקָּה**, quamvis in prima leuare, seu eleuare significet: in tercia tamen est eleuare ad altiora, altiora petere, seu affectare; notatq; nisum, ausum, conatum: nec que alio uerbo melius reddere possumus; quam uerbo tentandi; interduumq; ualeat idem, quid periculum facere, seu experiri. hanc autem tentationem non ad petitionem signi tantum referendam puto, sed etiam ad superiora, & ad rem ipsam, de qua agebatur, quasi diceret Ahaz: Dicis, quod nihil mihi nocebunt hostes, iubes me quiescere, neque aliud agere, id plane est tentare Deum: ipse enim in huiusmodi periculis uult nos ipsius facere, quecumque possumus. ego pecunias habeo, conducere possum milites Assyrios &c. nolo igitur signum petere, neque inerti otio torpere, ne Deum tentem. Hunc germanum esse sensum huius loci, res ipsa ostendit. uide ult. Reg. cap. 16.

12 Parum uobis. omnes, quos uidi, ita distinguunt, ut uides: scias tamen Hebrei sic etiam posse reddi; An parui fit à uobis defatigare homines? quandoquidem defatigatis etiam Deum meum. quae uerba aut habebit sensum, quæ altera habet; aut illud est, quod alibi dicitur; Non te abiecerunt, sed me: & qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. quasi dicat, ne parui faciatis me, et uerba mea, quasi cuiusvis alterius hominis: scitote, quod dum me fatigatis, Deo quoque meo negotium facietis. Eo autem libertius, à uobis, quam uobis, ut alijs, uerterem, quod non **מְנֻקָּה**, sed **מְנֻקָּה**.

13 Parum uobis. omnes, quos uidi, ita distinguunt, ut uides: scias tamen Hebrei sic etiam posse reddi; An parui fit à uobis defatigare homines? quandoquidem defatigatis etiam Deum meum. quae uerba aut habebit sensum, quæ altera habet; aut illud est, quod alibi dicitur; Non te abiecerunt, sed me: & qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. quasi dicat, ne parui faciatis me, et uerba mea, quasi cuiusvis alterius hominis: scitote, quod dum me fatigatis, Deo quoque meo negotium facietis. Eo autem libertius, à uobis, quam uobis, ut alijs, uerterem, quod non **מְנֻקָּה**, sed **מְנֻקָּה**. Infidelitatem autem, & hypocrisim, & religionis pretextu Dei monitis non parere, rogantemq; Deum & ex animo benefacere uolentem contempnere, humanam uerò prudentiam sequi, ac uiribus humanis inniti potius; quam Deo, uocat propheta Dei defatigationem. ut enim Deo grata est pietas; ita impi Deum ipsum uidentur defatigare: quod multis in locis Iudeis improverat. Interim quoque considera Iesaiæ mentem, pietatem in Deum, & in proximos caritatem. illud enim **מְנֻקָּה**, id est, queso: illud etiam, Deum meum, caritatem atque eximiham in Deum pietatem profectò indicant.

14 Propter hoc ecce dominus &c. nemo putet hoc, quod iam à propheta proponitur, signum datum fuisse à domino, aut à propheta commemoratum, tanquam signum, illius, de qua locutio fuerat, liberationis. neq; enim quod post quingentos annos futurum erat, illius temporis signum esse poterat. quamvis dici posset, & si propheta istac proponenti & domino promittenti fidem adhiberent, per hanc quoque fidem, ab illo, quod imminebat tunc temporis, periculo, eriperentur. Verum ego existi marem hanc difficultatem totam emergere propter nomen signi, quod semper uulgo accipi solet propter rei indicio; cum tamen Hebrei suo nomine **מְנֻקָּה** in significatione absoluta, nō semper autem relativa utantur. miracula enim & quacunq; prater communem uifum, ordinemq; naturæ uenient, signa nocent, quare hoc loco sic accipiendo est. & quidem primo loco, quando à propheta dictum est, pete tibi signum &c. sator hoc uoluisse prophetam, ut peteret scilicet Ahaz aliquod mirari.

culum; ex quo intelligeret, ac colligere fascat, promissionem illam de fugandis hostibus, atque nibil aduersus Iudam effecturis ueram esse. Verum cum Abaz infidelitatem suam prodidisset, & gratiam oblatam contemptisset, sumpta occasione ex hac re & alijs quamplurimis, quae illo tempore aut gererantur, aut certe propè erant, ut accidenterent, ad contemplandum Christi mysterium, atque ea, quae sub ipsius aduentum euentura erant, mentem prophetæ sustulit; & ut ea prænuntiareret, impulit. quippe quòd omnia, quae nouissimis temporibus futura erant, in illis, quae tunc gerebantur, planè determinata, & tanquam typo adumbrata esse uiderentur. Quare ut Christianus lector corum, quo bis capitibus à propheta dicuntur, ordinem ac ueram intelligentiam asequatur, ea summatis hic iam propono.

Periclitabantur Iudei, ne regnum amitterent, obtulit dominus liberationem.

Huius oblationis exhibere uoluit ad fidem faciendam miraculum.

Rex neque liberari se posse credit, ne que oblationem suscipit.

temporibus Iesu Christi  
Populus diffidens diuinis promissionibus de ditione, & defectione ad hostes cogitat.

Rex de auxiliaribus copijs sollicitus ad Assyrios mittit.

Assyrii ipsopopulum Israelicum subgunt, captiuum ducunt, regnum perdunt, totam terram depopulantur,

Iudeam quoq; deuastant; non tamen Ierosolymam capiunt.

Vides temporum & rerum similitudinem? facile itaque fuit propheta, à typō & figura ad rem atque ueritatem transire; præsertim cùm molestia, quam illi exhibebant, figura quoque esset alterius multò maioris, quam experti erant serui Dei, immo ipse Dei filius, ab eodem populo, nomina quoque filiorum suorum, quos domi habebat, quorum alterum celerem depradationem, alterum reliquias conuertendas significabat, non poterant non commonefacere mysterij. Omnia igitur hæc deinceps incipit propheta aperire, ita ueritatem umbris intermisces, ut nisi oculatus, magnijs, & acerrimi ingeni lectio fuerit, uis posset ueram intelligentiam uerborum prophetæ consequi. Propter hoc, inquit, dabit dominus uobis signum, uobis, iam enim cùm toto populo illi res erat. Quia serui Dei, prophetis molesti estis, quia diuina beneficia contemnitis & oblatam salutem repudiatis, & per homines remedium habere non potestis, adeo deplorato sunt res uestra; propterea dominus ipse, propter semet ipsum faciet miraculum inauditum retro sculis, ut ex uirgine nascatur, & dici uerè posit de nobis, Immanuel, non enim signum ad conceptum & partum uirginis tantum referendum est, sed etiam ad omnia, quæ sequuntur. Virgo. heb. sicut δην̄ est adolescentis, seu iuuenis, quandiu est priuatus, & priuatam uitam agit, neque in publico, aut politico officio, & administratione existit, congyra derivazione à uerbo, quod absconditum esse significat (vide 1. Sam. 20.) neque enim hoc nomine uenienti nisi iuuenes calibes &c. quòd sint quasi absconditi, & ignoti: sic femininum δην̄ est adolescentula, iuuenula, scilicet imputa, quæ non dum est in matrimonium alicui collocata, neque nuptias celebravit, aut publicum coniugij statum ingressa est, sic autem appellantur, quasi abscondita, id est, non cognitæ à uiro, & quarum turpitude (ut loquitur scriptura) non dum reuelata est. unde fit,

fit, ut hoc nomine non nisi uirgines in scripturis uocentur; quamvis nomen non propriè uirginem significet. Hoc testantur omnes loci ueteris testamenti, in quibus legitur hoc nomen. De Rebecca Genes. 24. de foro Moi Exo. 2. &c. quare non dubium, quin uirginem hic designet. ego illibatam dixi, ut aliquo modo uim uocis exprimerem. alioquin nullum fuisset miraculum, si iuuenula facta grauida peperisset. Scio quidem Iudeos locum illum Prouer. 30. Via uiri in adolescentula, ut sunt impudentes, interpretari de scorto, quod eo faciunt consilio, ut hunc locum Ief. labefactent, & nobis præripiant. ego uero existimo etiam de adolescentula imputa, & uirginem esse sermonem in illo Salomonis loco, nec per me unquam efficiens, ut aut de uiro adolescentulam depereunt loquatur sapiens, aut de iuuenie in adolescentia, aut de uiro rem cum scorto habente. nam præter hoc, quod contextus series, & sacre scriptura autoritas has interpretationes uix bene admittunt; usus ipsis uocum illas damnare uidetur. ostendant enim oportet, ubi nam uox illa πόνηται adolescentiam in abstracto, aut scortum notet: aut quomodo amor ille iuuenum possit his uocibus explicari, uia uiri per adolescentulam. Quare si contextus, & similitudines expendantur, mysterium partus uirginis, si fallor, explicatur: multò enim difficultus est cognoscere, quā uir ille transferit, quā quā nauis, aut serpens, aut aquila: singula enim ista aliquid efficiunt, aliquid scindunt, ac diuidunt; in parte uero uirginis adeo nullum uestigium transitus remansit, ut si negare uellet mater, se peperisse, non esset, unde mendacij conuincit posset, non secus, quā adultera si dicant se nibil mali perpetrasse. & hæc est redditio comparationis, quæ in Salomonem sequitur. Non nullorum uero ex nostris oscitantiam nunquam satis admirabor: quibus tam impuri, & indotti homines toties imponunt, adeo ut credant nomen πόνηται etiam corruptis conuenire, à Iudeorum interpretatione, in illo Prouer. loco, decepti. qui si considerarent pressius usitatissem illam Heb. phrasim, qua uiatiam mulierem, honestè, à uiro cognitam, appellat; profectò intellegenter, quare nomen, quod absconsonem notat, à uerbo, quod cognitioni, atque revelationi opponitur, derivatum non nisi uirginibus, & non dum uir cognitus usus Hebreorum accommodaret. nam & congressum uiri cum femina, uerbo reuelandi honestè declarant. unde quarum pudor adhuc intactus & illibatus manet, neque turpitudo per uirilem congressum reuelata est, nec dum sanguis index uirginitatis palmam ostensus in sindone, certam fidem iudicibus fecerat uirginatis (qui mos olim fuit in ueteri lege, ut patet Deu. 2. 2.) & quæ uiri congressum non dum expertæ sunt, aptissim ab Hebreis πόνηται dicuntur, non quid domi manerent inclusi, aut à uiris non conficerentur; id enim falsum esse ex scripturis manifestum est; sed certè propter causas superius assignatas, unde postquam Genes. 24. Rebekam uirginem Moses uocasset, quæ exponens addit, & uir non cognoverat eam. Nota quoque illa emphatica hoc loco non otiosa omnino est πόνηται, quæ dicat, uirgo illa, intacta illa, & illibata illa, quæ non cognoverat uirum, neque à uiro cogniti unquam erit, grauida fiet, utrum gestabit, edetq; fatum &c. Concipit. πόνηται forma est præteriti, ut certitudinem designet, si tangam uerbum accipias; sed nomen in eadem forma eam significat, quæ fluxum feminis in utero recepit: unde uterue instar montis tumescit: habet enim cognationem cum uoce γένεσις; un de Græci uerbum est Matth. 1. iv ρεπὶ ἡγεμονίᾳ, in utero habens, Latini pregnantem, seu grauidam dicunt. Reddere ergo tam apud Matth. quād hic non male possumus; ecce uirgo grauida [erit] & pariet &c. Pariet, uel & pariens. propriè autem γένεσις gignere est, & tam feminæ, quam uiro competit, ut Græcis γένεσις, nec de externa tantum partus editione, uerum est de fætus, qui in utero materno est post conceptionem, generatione dicitur. hic autem de partu est sermo. Immanuel, compositum nomen ex prepositione δια cum, & pronome οὐ nobis, & nomine Dei Ιησοῦ. Et uocabitur. alij, atque alijs punctis πόνηται potest esse secunda persona, & uocabis; uel tertia feminina, & uocabit uirgo ipfa scilicet; uel certè sumitur impersonaliter, ut interpres Matth. redidit, ut solent tertia persona Hebreis, de quo latius infra 9. cap.

15 Butyrum, & mel comedet. aluntur pueri pinguis, & dulcibus, quæ sunt amica naturæ. ueritatem ergo humana naturæ, eamq; infantiam (quæ lattea & dulcia appetit, acria autem & acetosa abominatur, & ut potest, se ea repudiare, & fastidio habere significat) locus hic compribat. est ergo pueritie periphrasis in his uerbis, quæ dicat, erit similis ceteris pueris: cibo puerorum nutritur; quæ illi appetunt, appetet; quæ uitant, uitabit. Atque hic locus non minus mibi fidem facit, quod de incarnationis mysterio propheta loquatur, quād qui præcessit, de uirgine grauida, & partitura. si enim hic Immanuel filius Dei non erat, sed tantum homo; quare, obsecro, diceret propheta, butyrum, & mel comedet &c? Quid mirum? quid noui? certè quia rem nouam dixerat uirginem scilicet grauidam futuram, & Deum paritum; neceps fuit ueritatem quoque humanae naturæ in puer illo significare. Ut sciat. πόνηται ad uerbum reddendum esset ad scribere ipsius, uel suum, id est, ut sciat ipse; non quod caussam finalē notet, sed consecutionem. sic Latini quoque utuntur particula ut, dicere poteris, ut experiendo sciat, uel dissciat reprobare malum &c. Quidam

bic uerit, quousque sciat reprobare malum &c. sed non uidi exempla huicmodi acceptio[n]is: ego cum uiderem נָתַן tanquam nomen ab Hebreis sape usurpari, nominibus autem cum נְתַנְתָּנָה, tanquam aduerbijs uti, consideransque formam locutionis cum affixo pronomine idem esse existimau[er]untur, quod, ut pote qui sciat; uel, ut qui nouit reprobare malum & eligere bonum. hoc enim notat ille hebraicus, ad scire suum, uel ipsius; uel ad scientiam ipsius. quemadmodum dicunt; ad solitudinem suam, id est, solus ipse, & multa huicmodi. Reprobare malum, uel fastidium habere. uariam constructionem habet apud heb. verbum וְאֵד et si propriè uelis interpretari agere iuxta uariam constructionem, narium reddere quoque oportebit. cum accusativo sequenti capite uidebis. quando autem cum ablative, & בְּ, ut hoc loco, plenunq[ue] refertur ad animalium, quem satietis aliquius persona, uel rei cepit, ut pro fastidio eam rejiciat: ac tunc bene redditur, per abborre ab. Verbum quoque huic oppositum sape cum ablative, & בְּ construitur, quasi dicat, in re electa, & approbata sibi complacere.

16 Detestaris. de uerbo יִתְהַלֵּךְ dixi hoc capite uers. 6. uerterem hic libenter, in qua tu compungis propter duos reges eius, id est, cuius reges te affligunt, & quasi aculeis compungunt: dicebant enim suprà uers. 6. compungendo excitemus eum &c. Propter. heb. à facie, deferetur Samaria, & Syria, quarum regum presentia tu compungeris. h[oc] autem fient antò quād dominus in carne apparet. id enim occulte significauit propheta per prophetam illa, prius quād sciat puer fastidire malum & eligere bonum, prius quād sit puer, prius quād nascatur. ita enim mysterium tangit, ut statim ad sua tempora redeat. nec mirum. sunt enim in scripturis propheticis multi loci obscuri, in quibus infideles Iudei per occasionem excancantur, & fideles per diligentiam commode exercentur, atque proficiunt, ut saepe annoitat Augustinus.

17 Adducet dominus &c. pradixerat suprà uers. 8. & 9. inane esse consilium illorum regum aduersus Iudam, & quid non regnaturi essent, nisi in suis prouincijs tandemque deuastandos fore; quia nisi crederent, ipsi quoq[ue] dilaberentur, & adeò non stabilirentur, eadem ergo hic coniungit. Superiori quidem uersu deuastandam Samariam, atque Syriam breuiter significauit, sequenti cap. id latius explicaturus, quod quia non credebant, connectit iam nunc Iudeorum uastationem non per Israelitas aut Damascenos futuram, sed per Assyrios ipsos, quos Ahaz conducebat in auxilium. taliaque affirmat eos p[ro]p[ter]os, qualia à multis annis non passi sufficiunt. quia iam narrare incipit. Cum rege Assyriorum. heb. absolvit regem Assur, seu Assyriorum, quasi sit appositio, & summam omnium malorum hac una uoce explicit. adducet regem Assur, cuius uel solum nomen omnes paucere faciebat.

18 Et erit in die illa: sibilabit, uel adsibilabit. uide cap. 5. uers. 26. Muscas. heb. נָמָן, credit quidam uir doctus significare muscas uenena speciem mittentis fluxum, seu humorem teterimi factoris, quo lesionem horum rostro inficit, quasi congruat cum uicibus וְאֵבֶן, & בְּנֵי: ego uero existimo genus muscarum significare, que sonum uolitando emittunt. unde & nomen ipsum Zebut, atque illud de factore inuentum esse Rabbinorum propter locum Ecol. 10. Musca mortis factore facit uengentum &c. qui tamen de quibusvis muscis incidentibus in pretiosum unguentum intelligitur, idolum quoque illud Deus Akaron propter huicmodi muscas, que carnes mortuas amant, quibusq[ue] insident, baal zebub, id est, princeps muscarum, seu habens muscas, seu plenus muscarum. quod loco huic conuenit, ut uides uer. sequenti. Riiorum, וְאֵרֶב uel וְאֵרֶב dicitur riuis, seu meatus fossus ad irrigandos agros, quales multos Aegyptus ex Nylo, & Mesopotamia, ex Tigris, & Euphrate deductos habet. & uerisimile est appellationem habere ab וְאֵרֶב limpiditate, & claritate aquarum, quid clariores sint, & minus turbida, quam in ipsi fluminibus rapidioribus; uel ab וְאֵרֶב, id est, corrodere, quid riui arrodat ripas. In fine ergo riiorum Aegypti dicit pro ab extremis Aegypti partibus: Aegyptosq[ue] muscas comparat, cum ob multitudinem, tum ob molestiam, & importunitatem. Api. nomen heb. מִזְבֵּחַ ab ordine operarum, quas mira industria facit, deductum est; & credo, uespas quoque complecti, qua acerrime aculeis pungunt. ueraque autem libenter adulant, ubi mel inueniuntur: neque facilis est eas abigere. Aegypti autem, & Assyr[ia] à diuersis partibus sape molesti fuerunt Iudeis.

19 In torrentibus. nomen וְאֵרֶב est à uerbo, quod hereditatem adire omnes dicunt significare: neque dubium, quin sic uertendum sit; propriè tamen successionem rei in familiam notat; & quasi continuationem: unde & nomen וְאֵרֶב hereditatem significat, quia iure successionis in aliquem legitimè derivatur, ac manat, eem in aliuum torrens deferitur, neq[ue] alio extra lineam transferitur; ut uideas, quare ab eadem radice ueniat nomen וְאֵרֶב, id est, torrens, & nomen hereditatis. significat quoq[ue] & ipsam ualem scilicet angustam aliuum habentem, in quam tempore pluvia torrentis raptim defertur. possumus ergo hic, & pro uallibus accipere, sensus tamen idem est. Vallium, uel excavationum, id est, excavatis. uide supra cap. 5. uers. 6. in huicmodi autem locis solent apes

& uespae desidere. Et in cæternis. פְּרַטְּפָרָה est locus cauus, concavus, & uacuus, seu cæterna. hic tantum, & Ier. 16. legitur. Frutetis. heb. פְּרַטְּפָרָה, ut apparet, cum פְּרַטְּפָרָה, quid lignum, seu arbore notat, & cum nomine פְּרַטְּפָרָה, quod spinam dorsi, eò quid sicut arbor ramos, ita illa costas extendat, referatque figuram arboris, affinitatem habet. non nulli igitur pro rubro accipiunt: uulgatus fruteta uerit: ego contignationes, quia & ratio ac compositio nominis conuenit, & contextus ab hac acceptione non abhorret. Vocem quoque, qua sequitur פְּרַטְּפָרָה, quam uulg. foramina interpretatus est, ad naturam apum attendens, & de sensu potius sollicitus, quam de uerbis, ego iuxta nominis etymologiam, & Chald. imitatus, domos laudatas dixi. לְבָדָה enim laudare est. poteris & pro testudinibus superne constant. Neq[ue], ut quidem sentio, is male uertet, qui priorem uocem ad humiles domos, qua quadam tantum contignationes esse uidentur; posteriorē uero ad palatia regum & diuitum domos, qua sunt magnifica & laudata, referet: utcunque tamen accipias, nihil aliud istis nominibus uoluuisse prophetam significare existimo, quam quid Aegypti & Aegypti omnia, tam foris quam intus, tam in agro quam in urbibus, tam in domibus pauperum quam in palatijs regum, tam in munitis natura quam arte, latè essent occupaturi. in libris regum reperies eisdem fermè temporibus Iudeos tam ab Assyriis, quam ab Aegyptiis dira passos. 4. Reg. cap. 23. & 24. & 2. Par. 35. & 36. In quibus locis admonitum te letor uolo; ut memineris circa illa tempora, imperium Chaldaeorum & Assyriorum fuisse confusa, atque permisita. quod ex prophaniis quoque autoribus satis constat. de qua re in sequentibus non nihil nobis dicendum erit.

20 Propter uersus 21. & 22. tam Iudei, quam plerique ex nostris, quid non intelligentem quo nam pacto de euersione Iudea intelligi possent; hac omnia uiolenter admodum exponere conati sunt. ego autem à uersu 17. usque ad finem capituli de euersione, & afflictione Iudea per Assyrios, & de euersione, & afflictione altera, cuius illa typus quidam erat, intelligenda omnia existimo. cuius interpretationis firmitas constare potest ex ipso rito expositionis nostra quasi filo, atque contextu. Radet dominus &c. quam nudatum pilis, & quam tersum maneat hominis corpus, postquam nouacula totum percurrerit, manifestum est. Iudeam ergo corpori humano comparat, in quo sunt pili quidam ad decorum & honestatem pertinentes, ut capitib[us], & harba; alij non tam ad ornamentum, quam ad necessitatem à natura inueniti, quos honesto vocabulo pilos pedum vocat scriptura; hos omnes nouacula facile uertit. significabat ergo Iudeorum tam nobilium, quam ignobilium captiuitatem, & regem Assur, eiusque milites, nouacula conductam mercede appellat, quid sive spoliorum, & à Deo ipso incitati aduenirent: quod igitur dicit, nouacula mercede conducta, qua est trans flumen, appositione exponit, rege Assur. Et barbam uniuersam. מִלְּבָד uerbum de numero: esse eorum, quae Hebreis contrarias significations habent, nempe addere, & admerere; seu deridere; certum est. potest ergo hic locus sic uerti; Adde insuper & barbam; uel, & barba: quoque absimetur, nam uerbum potest esse uel secunda persona maf[er]e, uel tercia feminina. & Hebreis barba nomen generis est utriusque.

21 Et erit in die illo &c. cum non est, qui agros colat, uberrima sunt pascua: ubi autem pingua pascua, ibi lacris, & buryri ingens copia. Superiori uersu captiuitatem expressit; hanc confirmat exponens, quam rari sint futuri habitatores, qui non frumento, aut uno abundabent, sed buryro, & melle, cuius etiam est abundantia in saltibus. Vaccam. וְאֵרֶב plaustrum est, quod super rotis uoluit, & וְאֵרֶב nulus quasi plaustralis dictus, & וְאֵרֶב nula. Armenti. nomen בָּרְבָּר communis generis, collectiū de maioriis animalibus domesticis dicitur; quales sunt boves, uadce, uituli. Hier. boves dicit, sicut וְאֵרֶב oves, cum etiam sit collectiū; & minuta animalia, ones, capras, agnos, hædos &c. significat, neque unquam de una ove, aut capra dicitur, pecudes dicere possumus: & habent appellationem Hebreis, quid gramia, & herbas erodant, & depascant, ut ex cognatis uocibus appareat. Duas igitur oves, aut capras hic intellige, id est, ex paucissimis oib[us] aut capris, & ex una tantum uaccina copiam lacis exprimit, quicunque eas habebit.

22 Prä ubertate lacis. heb. propter multam facturam lacis; est enim infinitius, id est, ed quod multum lacis educti, ipse homo, uel uitula, & oves. Omnis qui relictus buryrum comedet & lac: nihil hoc significat, nisi incultos agros, & omnia in saltum redigenda. non tamen dubito, quin ad mystrium Iesaias hic oculum converterit: nam hoc dicebat regi secum adducens filium suum, cui nomen erat: Secar Iacob; id est, reliquia reuertente; uel conuertente &c. de quo suprà uer. 3. per mel ergo buryrum, optimè quaque, & suauia intelligimus, qua p[ro]p[ter]a puer illo Immanueli, qui buryrum, & mel comedet, accipiunt. Nec tamen est abiencia ueritas historia: quod enim superiori uerbu dixit, hic alijs uerbis repetit, estque ipse propheta sui ipsius interpres. & ad hunc quoque locum pertinent que sequuntur.

23. Mille uites &c. numerus certus pro incerto, id est, locus, qui fuerit consitus selectissimis uitibus, & magno pretio estimandis uertetur in uepricatum. Iam uides, quo modo omnia conueniant, & de uastatione Iudeæ intelligenda sint.
24. Cum sagittis, & arcu &c. sicut qui sylam, aut saltum ingreditur sagittis instructus & arci uel uenatoria cauia, uel metu ferarum. Ingredientur, uel eundum erit. hebr. 8: tercia hac persona futuri impersonaliter accipienda est, ut sepe solet, id est, cuius illuc ire licebit.
25. Omnes montes, qui in sarculo farrirentur. ego existimo esse periphrasim uinearum, & hortorum, in quibus sunt planta fructifera, que solent semel atque iterum fodi, & in monticulis redigi iuxta agricultura præcepta. Iam enim suprà dixi cap. 5. uerbum της propriè coaceruare significare. Non uenit illud timor &c. id est, quo timor ueprium, & spinarum non solet uenire, id est, & loca illa, que solent in monticulos coaceruari, que tuta solent esse à uepribus & sentibus, erunt in senticetum: & uepricetum: & armenta, & pecudes illuc liberè ingredientur. Hic sensus planus est. potest & sic accipi; loca illa, qua in monticulos sarculari solebant, non erit, cur quispiam timeat illuc ingredi propter uepres, & sentes; quibus circumuallari solent: patebant enim bobus, & pecudibus. Sed prior sensus minus nodosus est. itaque omnia in malam partem commode interpretari licet. neque hoc loco audiendi sunt Rabini, neque qui eos sequuntur ex nostris. si quis tamen contendat hic subesse mysterium, dicat hoc ultimo uersu loqui prophetam de ubertate illorum locorum, quos reliqua solent: solent enim ad montes confugere tempore belli, & illuc non nihil agricultura operam dare. Illa igitur, inquit, loca immunita erunt à spinis, & uepribus; quinmmo ad luxuriant, ut neceſſe sit immittere boues, & pecudes, ne omni fructu præ nimia illa luxuria priuentur. Quæ de prosperitate spirituali in illorum pectoribus intelligentur, qui non confenserunt attributus Iudeorum, qui ad montes confugerunt iuxta euangelium &c. Erit in pascua bouis. hebr. in immissionem bouis, uel immissionem, uel immittere licebit boues. ita etiam pecudem dixit collectiu-

## Caput octauum.

Noua.

Vetus.

**E**T dixit Iehoua ad me; Accipe tibi volumen magnum, & scribe super ipsum stylo hominis de acceleranda spoliatione, festinat direptio.

Et obreftatus sum testes fideles Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiam.

Et accessi ad prophetisam, & concepit, & peperit filium, & dixit mihi Iehoua; uoca nomen eius, Maher Salal has baz.

Quandoquidem antè quam sciat puer vocare mihi pater, aut mater mea, auferet strenuitatem Damasci, & spolium Samariae, ante faciem regis Assur.

Addiditq; Iehoua loqui ad me ulterius dicendo;

Eò quod reicit populus hic aquas siloah placide fluentes, & gaudium cū Resin, & filio Romelia.

Et ideo ecce dominus ascendere facit super eos aquas fluminis uehementes, & multas, regem ipsum Assur, & uniuersam gloriam eius, & ascendet super omnes alueos eius, & ascendet super omnes sinus eius.

Et

**E**T dixit dominus ad me; Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, uelociter spolia detrahere, citè prædare.

Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiam.

Et accessi ad prophetisam, & concepit, & peperit filium: & dixit dominus ad me; Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari.

Quia antè quam sciat puer uocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolium Samariae coram rege Assyriorum.

Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens;

Pro eo, quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ uadunt cum silentio, & assūptū magis Resin, & filium Romelia.

Propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriā eius, & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super uniuersas ripas eius.

Et

Noua. Vetus.

Et mutabit se in Iehudam, inundabit, & transibit, usque ad collum pertinget. & erit extenſiones alarum eius impletio latitudinem terra tuæ Immanuel.

Confociamini populi, & conſternamini, & aures accommodate uniuersi longinqui terræ: accingite uos, & conſternamini; accingite uos, & conſternamini.

Inite confilium, & labefactabitur; loquimini sermonem; & non erit ratum. quia nobiscum Deus.

Quia sic dicit Iehoua ad me in firmitu dine manus, & corripuit me, ne abirem in uiuam populi huius dicendo;

Ne dicatis coniuratio, de quacunque redit populus hic, coniuratio: et timorem eius ne metuatis, neque territi succumbatis.

Ipsum Iehoua tecbaoth sanctificate, & is timor ueſter, & is [ fit ] pauor ueſter.

Et erit in sanctificationem, & in lapidem conſternationis, & in petram offensionis duabus domibus Israel, in laqueum, & illaqueationem habitatori Ierusalem.

Et impinguent in ea plurimi, & cadent, & frangentur, & illaqueabuntur, & capientur.

Concluse testimonium, obsigna institutionem in doctos meos.

Et inhiabo ad Iehoua, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & intentus exspectabo eum.

En ego, & pueri, quos dedit mihi Iehoua in signo, & portenta in Israel ab Iehoua tecbaoth, qui habitat in monte Tcion.

Et cùm dicent uobis; Consultite pythones, & gnostas, qui strident, ac demurmarunt; An non populus ibit ad cōſulendum Deum suum? pro uiuis ad mortuós?

Ad institutionem, & ad testimonium. si non dixerint iuxta uerbum hoc, illi nequam aurora.

Et transibit per eam induratus, & famelicus & erit, quando esurierit, effervesceret, & uituperabit regē suum, & Deum suum, & respiciet sursum.

Et ad terram aspiciet: & ecce angustia, & obscuritas aduolans, pressura, & caligo irruens.

Quoniam non fiet, ut auolet, quæ ei effusa est.

Et non poterit auolare de angustia sua.

Et ibit per Iudam, inundans, & transiens usque ad collum ueniet. & erit extenſionis alarum eius, implens latitudinem terra tuæ Emanuel.

Congregamini populi, & uincimini, & audite uniuersa procul terræ: confortamini, & uincimini; accingite uos, & uincimini.

Inite confilium, & dissipabitur; loquimini uerbum, & non fiet. quia nobiscum Deus.

Hæc enim ait dominus ad me, sicut in manu forti, & eruditu me, ne irem in uia populi huius dicens;

Ne dicatis, coniuratio. omnia enim, quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque pauca tis.

Dominum exercituum ipsum sanctifica te: ipse pauor ueſter, & ipſe terror ueſter.

Et erit nobis in sanctificationem. in lapidem autem offensionis, & in petram scandalis duabus domibus Israel, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem.

Et offendit ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretinentur, & capientur.

Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.

Et exspectabo dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & praetolleretur eum.

Ecce, ego, & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signo, & in portentum Israel à domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

Et cùm dixerint aduos; Quærite à pythônibus, & à diuinis, qui strident in incantationibus suis; Nunquid non populis à Deo suo requiret uisionem? pro uiuis à mortuis?

Ad legem magis, & ad testimonium. quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux.

Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cùm esurierit, irascetur, & male dicter regi suo, & Deo suo, & suspicier sursum.

Et ad terram intuebitur: & ecce tribulatio, & tenebra, dissolutio, & angustia, & caligo perseguens.

**R**VRVS Iesaias ad uastationem Syriae & Samariae redit, quam prius attigerat: & breui futuram exponit. Verum quia ad Ichudam & Ierusalem precipue missus fuerat, omisso sermone de uastatione Syriae & Samariae, ad Iudeos statim redibit, & eos, quia non credebat extermi nandis hostibus differenti, interituros quoque predicti, non tamen omnino delendos. In uolumine autem magno duas uoces monosyllabas וְ וּ , has hec, scribere uidetur; quo magnas res celeri rimi euenturas significaret. Volumen. heb. nome מִנְיָה est à uerbo, quod apertio nem, seu apportionem, aut, ut ali uolunt, conuoluntem notat. in libro autem expressa apparent, que alioqui latebant. unde idem nomen in pluri specula significat. Stylo hominis, id est, uulgari, & noto. Forte praecepit dominus magnis caracteribus scribi duas illas uoces, & ad hoc erat uolumen magnum, ut a quo quis legi possent: unde & uulgari bus litteri scribi praecepit. Velociter spolia detrahere: quā uarie reddi posint hac uerba, notum est, qui hebreicē norunt. unde hoc loco magna uarietas interpretationem orta est, sed idem ferè omnibus significatur: ego eam, que mibi simplicissima uidebatur, apposui. nam littera Lamed ille interdum est usus, ut materiam, de qua fit sermo, significet. De uerbis וְ וּ dixi supra cap. 5. uerbum autem וְ , uerbo diripiendi recte uertitur, unde & nomen וְ direptio, & notat despectum, contemptum, & proconsu lationem. scribe, inquit, de ea præda, seu spoliacione, que cito cunctura est, his uerbis, festinat direptio.

2 Et adhibui mihi, id est, effeci, ut testes digni fidei, mibi testes essent, est enim uerbum וְ in tercia, à uerbo וְ , quod in prima non inuenitur, in secunda autem וְ aliquoties, & est, comprobare, sustentare ac tueri uerbo, uel facto, quod uulg. uerbo suscipiendo reddidit ps. 146. & 147. Cum alijs autem punib[us] potest esse uerbo וְ , quod adhibere, seu applicare significat: & ita accepit uulg. quamvis de applicatione ornatus ferè semper dicatur, sed debuisse scribi וְ וְ abf; iod. iccirco ego, tanquam esset a uerbo, וְ accepi, ut וְ sit paragogicum, quod frequenter est in prima persona futuri, id est, obtestatus sum: uerum non usque adeò est manifestum, cuius rei uolueris illos esse testes, aut super qua re eos obtestabatur. crediderim sanè, quod quia non credebat populus domino promittenti deuastationem Syriae & Samariae, obtestatus sit iūros duos p[ro]dictos, ut essent sibi testes, quod eis denuntiarit tam illorum regnorum, quam ipsorum Iudeorum, qui uerbis ipsius nolebant fidem adhibere, deuastationem, quin etiam illius temporis, quo scriptura exarta est, testes idonei & memoris esset.

3 Et accessi ad prophetiam &c. antiqui patres & non nulli ex modernis scriptoribus hoc de Christo interpretantur: quis esset celere spoliator, qui mox, ut natus est, ab oriente uocari magos &c. & multa huicmodi, que, tantum abest, ut reuiciam, ut ea ambabus manibus amplectar: neq; possum non uehementer laudare in patribus ingens illud & prorsus Christianum studium inuestigandi in scripturis Christum: uerum cum non unica, immo uaria sit ratio Christum in scripturis inueniendi, nihil me à religione Christiana alienum duxerim tentare, si in hac propheta alia ratione Christum uitare inuenire. Infrā hoc ipso capite loquitor propheta de suis pueris, qui dati erant à Deo in signum & portentum in Israel: & de altero, cui nomen erat Sear Iacob, superius dictum est. quo nomine salutem reliquiarum significari uolebat dominus. de altero uero iam hic loquitur, cuius nomen Israelis deuastationem indicabat, non solum illam, qua proximè imminebat, decem tribubus & regno Ichuda, (quam quidem paulò post p[ro]p[ri]e sunt Iudei propter infidelitatem suam) uerum etiam illam, quam uniuersi sunt experti propter contemptum sui messe filij Dei ueram salutem afferentes. Non itaque durum videatur cuicunque, si dixeris hic, iuxta historiam, Iesaias uxorem uocari prophetiam; & similiter directionem.

4 Auferet. si passim interpreteris auferet, planus est sensus. nam וְ interdum nominatio servit: sin autem actiū, hebraismus est, id est, auferent (scilicet milites, uel homines) spoliu coram rege Assur. ego tamen in ea sum sententia, ut Iod in uoce וְ sit affixum pronomen (reclamante liuet Rabini) sintq; uerba Dei, ut sit sensus; auferet strenuitatem Damasci, & spoliu Samariae ante faciem meam rex Assur. Videntur itaque intercessisse ante hanc & superiorē prophetiam aliquot anni. nam hoc reuelata uidetur prophetæ uno anno ante quam Assyr[us] Syriam deuastasset, & Damascum caperent. non dum enim infans ille primas uoces infantum loqui incipientum poterat efferre. Strenuitatem. supra dixi accipi interdum nomen hoc pro ipsi uiris strenuis, & bellicosis: milites ergo significat in captiuitatem ducentos, & regna illa spolianda ac diripienda; facio quoque opes, que strenuitate parantur, posse significare.

5 Pro eo, quod abiecit &c. et si hac possunt de Syria & Israelitis intelligi, qui sibi in suis regibus complacabant, & regnum Iudea despiciabant: ea tamen, que sequuntur, faciunt, ut de ipsis Iudeis, & ciuib[us] Ierusalem interpretentur; qui forte sui regis mores fastidientes, ac non probantes, potentiamque

potentiamque aduentantium regum considerantes, ac Deo diffidentes, nouis rebus studebant, & de deditione ac defectione cogitabant. De uerbo וְ , id est, fastidendo reiccat, superiori cap. dissum est. Quæ uadunt cum silentio, id est, placide fluentes. hebr. וְ , idem est, quod occultum, arcanum &c. cumque ad uerbum adiungitur, sit adverbium, quasi dicat, insensibiliter, id est, sine strepitu atque murmu re per canales enim desuebant, neque magna copia, per quas quietos animos, & pacis amicos, & à bellicis tumultibus alienos intelligit Iesaias. Et assumpsit magis Resin. in hebr. non est uerbum, sed legitur in forma nominis וְ , id est, gaudium sed tanquam uerbum est accipendum, id est, & gaudet cum Resin. a uerbo וְ , id est, affectum est gaudio, uoluptatem, & oblationem habuit in animo, & non est gestus, sed affectus cordis, & animi. Quid si sit infinitius uerbi וְ perfectè coniugati? id est, contrecitare, palpare; quasi tentare inire faderet & amicitiam cum illis regibus, seu de deditione tractare.

7 Ecce dominus adducet super eos. respondet pena sceleri, ut experiantur impetum aquarum ualidissimarum, qui lenes aquas contemnebant, & exercitum multorum militum in suam perniciem congregatorum, regemque uirum bellū cupidum, ac truculentum, qui paucorum militum exercitum, & regem pacis amicum pra[re]fastidio abiciebant. his similes sunt, qui regnum IESV CHRISTI contemnunt, qui paupertatem, mansuetudinem, & patientiam piorum, tanquam ignauorum hominum commenta abominatur, nibil nisi diuitias, elationem animi, atque uidelicet studium sufficietes. bi iustum est, inundatione aliorum superborum, & gloria opprimantur. &c. Certe aqua Siloah (quod interpretatur missus) mysterio seruunt, si euangelium Ioannis confulimus: neque enim praferenda sunt aqua Damasci aquis Iordanis, que leprosos mundant, neque aqua fluminum mundi aquis illius, qui missus est in salutem gentium. nam qui in mansuetudine suscipiunt uerbum, per uerbum animorum salutem consequuntur (teste Apostolo.) Mibi quoque non est dubium, quin Iesaias hoc loco prouiderit, quia nam ratione moti Ichudæi in posterum tempus regnum Christi essent contempti, uolentes potius Casari seruire, quam pauperis Christi discipuli fieri. Fortes. וְ part. à uerbo est וְ , quod propriū significat corroboratum, condensatum, confirmatum, consolidatum, compactum esse accessione, & iuxta proprietatem substantiū uertendum est. Vniuersam gloriam: ita uocat potentiam, & robur exercitus, ob multitudem, uires, apparatu tunique bellicum, que regem maxima apud omnes auctoritate, gloria, gratiaque constituant. Alueos: persistit in metaphora. inundantis enim flumis est alueos omnes replere abique mora, & absq; ullo impedimento. nomen autem hebr. וְ est à uerbo וְ , quod in quarta tantum conjugatione reperitur, coegit, seu compulit se, cohercuit se. hinc nomen, quod uim, seu violentiam notat, & in pluri, quando dicitur de re, interdum de fluminibus ipsis dicitur, ut Ps. 127. &c. interdum de alueis. Sinus, à uerbo וְ , quod excursionem, incursionem, seu irruptionem facere significat, deducitur nomen וְ plurale tantum, id est, excursiones, irruptiones in terram, que flumina, aut maria faciunt, Latinū sinus appellant.

8 Ibit per Iudam, uel mutabit se, וְ nibil aliud, quād mutare significat, aliquando atque, quando, scilicet casum regit, aliquando neutraliter, ut supra cap. 1. uers. 18. & 1. Sam. 10. & Iob 4. &c. Lege lib. Regum, & Paral. cap. 28. uidebisque plures aduentus Assyriorum in terram Israel. & sub Abaz legitur, quod adduxerit dominus Talgath Phalaesar, qui afflixit eum, & nullo resistente uictus, neque ei profuerunt munera, qua ad ipsum misit. Mibi itaque uerisimile est, quod eum secundu[m] Assyrius aduersus decem tribus uenisset, in Iudeam quoque deflexerit, eamque depopulatus fuerit: & hoc est, quod hic dicitur, mutabit se in Iudam, ut intelligatur uerbus hic, in universum de bello, quod mouere coepiterni Assyri aduersus regnum Iudea uastato iam regno decem tribuum, non solum sub Ezechia, uerum etiam sub Abaz. mutarunt ergo, seu uertierunt Assyri pondus bellū aduersum regnum Iudea, & omnia occuparunt; tandemque sub Ezechia, caput ipsum, nempe ciuitatem Ierosolymitanam, expugnare conati sunt. sed quia præuidit propheta aduentum Assyriorum aduersus regnum Iudea, & quia in eo bello acciderunt, quendam typum esse, & umbras, qua mysterium regni Dei, adumbrare posset, quod commodius de Christi uictoria, & propagatione, & gloria regni eius uerba faceret, & mentes auditorum ad ea, qua significare uolebat, excitaret, apostrophem facit ad ipsum saluatorem. implebunt, inquit, alia, uel exercitus hostium regni Iudea, totam terram tuam, o Immanuel. Quæ uerba cum exclamacione etiam nescio quid doloris præferunt: non enim poterat propheta non dolere, cum ei in mentem ueniebat, que populus ille passurus esset ab hostiis. Tuo, inquit, terra o Immanuel latitudinem implebunt, te sciente atque uidente, etiam si non biscum sis. Verum præuidit propheta, quod neque tunc temporis Ierosolyma uastanda esset, neque ultimis temporibus profluvii essent ab hostiis delendi Iudei, quinimum tunc temporis prope Ierosolymam occidendi essent hostes, & in noxiis diebus reliquias sanctis subditurus esset. Deus orbem, non

potest se continere, quin exclamet; Congregamini populi &c. Huiusmodi autem transitiones obserua-  
re diligenter oportet in prophetis, ne animaduertentes, qd historiam prosequantur, putemus cum lu-  
diciis nihil aliud prophetas, quam historias texere sui temporis, aut ea, que paulo pdsi euentura es-  
tent. Collum. nomen heb. יְנָבֵה (in quo נָבֵה, est additio, & formativa littera) à uer-  
bo נָבַא dicitur, quod contraktionem, seu coartationem notat: in angustum enim illuc contrahi-  
tur totum corpus, ut uides, neque à firmitudine dictum puto, ut alij uolunt.

9 Congregamini, uel consociamini. potest uox Hebreorum נִזְבֶּחַ esse à uerbo נִזְבַּח, quod pasce-  
re significat tam homines, quam pecora: unde in secunda coniugatione pro associare, qui enim pacit,  
gregatim dedit, neque dissipari gregem patitur. & iuxta uariam punctuationem potest esse uel im-  
peratiuus consociamini, uel præteritum consociati sunt: quod hic non male quadrat, quasi rem nouam  
toti mundo uelit notam esse; Audite qui in ultimis orbis partibus estis, consociati sunt populi aduersi  
sus populum Dei, & consternati sunt. & quae sequentur etiam uerba, eodem modo accipi possunt,  
nempe in præterito; interunt consilium &c. Potest esse etiam à uerbo נִזְבַּח, id est, malum esse,  
& malum machinari: unde non male uertas, machinamini malum, & consternamini: quod uero se-  
quitur, & audire uniuersi longinquai terre, quasi per parenthesim includi debet. Quid si sit à uerbo  
נִזְבַּח, licet in prima uix inueniatur? significat autem uoce plena, & leta personare, sive id fiat ore,  
sive tuba, aut buccina, de quo uerbo infra 15. qua interpretatio hanc erit incongrua; Quare populi  
&c. Vincimini. cum uerbum נִזְבַּח propriè deici, seu consternari, uel animo, uel virtute,  
& robo corporis significet, aptè uerbo consternandi, uel prosterendi redditur. Confortamini,  
uel accingite uos, id propriè significat uerbum, & sepe est castrense; bis idem dicit, id est, etiam si  
iterum atque iterum accingamini, & ad prælandum, ut uiri fortes preparemini, corrugetis tamen,  
& prosternehimini. Quid si in præterito uictas, tanquam transacta commemorat, que futura pre-  
uidebat, accincti sunt & consternati sunt.

10 Inire consilium: uerbum נִזְבַּח per se, iniire consilium significat, hebraismus ergo est,  
consilium consilium, id est, magnis deliberationibus statuite, consultate, quid facta uobis opus sit, sed  
nihil agere. Dissipabitur, uel labefactabitur: hoc est propria significatio uerbi נִזְבַּח in ter-  
tia: est autem hic passiuus: opponitur enim uerbo נִזְבַּח erexit, ratificavit. uide Num. cap. 30.  
Omne uotum, & omne iuramentum, quod constringit, ut affligatur anima, maritus eius potest hoc  
ratificare, uel labefactare. que uerba quoque Paulus opposuit Rom. 3. Legem ergo irritam faci-  
mus per fidem ab isti immo legem stabilimus &c. Inquit itaque propheta, neque consilium stabit,  
neque sermo uester habebit exitum, quem optatis, nihil uestra studia, nihil cogitationes aduersus  
populum Dei efficient: est enim nobiscum Deus, nos uerbū illi sunt cura, frustra igitur  
conuratis, & frustra laboratis. Iam incipit aperire propheta nihil damnationis esse ipsi, qui sunt in  
Christo Iesu, & quod nemo rapiet uos de manu ipsis: neque eos quos per diuinam predestinationem  
nisi ei pater tradidere.

11 Quid sic dicit dominus &c. quam obscurè hunc locum & uertant, & interpretentur alij, con-  
siderabit prudens lector: certè nos simplicissimam interpretationem afferemus, & seruata proprietate  
12 sermonis hebraici Christianè omnia interpretabimur. Irritos fuiuros conatus hostium aduersus po-  
pulum Dei uerbis superioribus dixerat: iam gradatim ad Christum descendit, & se à Deo missum  
dicit propheta, ut impedimenta auferret, qua præuidebat futura in populo, ne illis temporibus à  
Deo protegerentur, & in futuris Christum dominum non reciperent. unde futurum quoque erat, ut  
perirent: sic autem sermonem temperat, ut cum qua sunt sui temporis, intermittere non uideatur,  
qui tamen scripturas legunt, manifestè intelligent, altiora simili, & maioris ponderis negotia eum  
mente uoluere, & suis istis concisis uerbis uelando aperire. Dixi, inquit, quod frustra populum Dei  
ostuparent hostes, id est, frustra obseruent Ierusalem. non solum enim eam non caperent, uerum illi  
ipsi interirent. quo significabant in illa altera horrenda tempestate, qua nouissimis temporibus fu-  
tura est, non uniuersos Israëlitas interituros. hac, inquit, dicebam, quandoquidem dominus manu sua  
illa forti auerit me, ne simili populo huic essemus, ego & pueri mei dicens nobis: Ne dicatis, tu  
& filii tui, nos electi mei, ne dicatis, coniuratio, sicut populus hic dicit: de quacunque enim re dicit,  
coniuratio; & hoc uerbum in ore eorum perpetuo est, perterriti siquidem aduentu hostium conuentiu-  
la faciunt, & inter se colloquuntur; neq; aliud deliberant nisi de deditione facienda: coniurant ad-  
uersus regem, & ciuitatem: uos ergo electi mei timorem eius, id est, quod ille populus timet, ne ti-  
meatis, sed tantummodo Deum uestrum timete, & ad eius mandata expauescite &c. sed uerba exami-  
nemus.

12 Et corripuit me: iuxta punctuationem, quam habent Biblia, ita omnino dicendum est. Et  
enim corripere est, & dicitur sapius de disciplina, qua facta & opere constat, quam que uerbo tan-  
tummodo.

tummodo. quod si puncta auferas, potest esse à uerbo נִזְבַּח, id est, discedere, & in tertia aufer-  
re, auertere &c. sensus tamen idem est.

12 Coniuratio. uerbum נִזְבַּח propriè ligare significat; transfertur autem ad animorum collig-  
ationem: unde tunc Hebreis idem ualeat, quod Latinis coniuvare, confirare. inde nomen נִזְבַּח,  
confiratio. coniuratio, & hæc, uel, ut supra exposui, accipienda sunt, uel more, & ingenium co-  
rum, qui obseſi ualde timent, exprimunt. nam qui timore hostium premuntur, suspicacissimi sunt,  
& undeqaq; sibi metuant, scientes nihil perniciosius esse ciuitati obſeffa, quam si qui intus sint, cum  
hostib; confiarent. unde sapius accusationes iniustas, & acceleratam damnationem multorum, qui  
sepe nihil hostile cogabant, audiūmus, & in historijs legimus. quare illud נִזְבַּח plan-  
& propriè arbitror me reddidisse, de quacunque re dicere solet populus &c. nam is est futuro-  
rum uis Heb reis frequentissimus. Ne paueat. נִזְבַּח est exercere potentiam, ac præualeſce-  
re. notanda tamen est quedam peculiaris Hebraeorum phrasis, quando scilicet coniuratur præceden-  
te negatione & sequente casu auferendi cum prepositione mem, id est, à, uel ab. perinde enim est ac  
timore succumbere, & ui illata cedere, Dent. 1. & 7. ubi quoque uulgatus ita reddidit. uide infra  
cap. 29. uers. 23. eandem hinc significationem habet etiam absque נִזְבַּח Timorem eius: rela-  
tivum masculinum est, & nomen coniurationem etiam masculinum. unde ad coniurationem potest re-  
ferriri, si que de coniuratione duoru regum Syria uidelicit & Israel aduersus Iehudam præcesserunt,  
de bac quoque dicta quisquam uelit accipere, quasi de nulla re alia loquerentur, quam de illorum re-  
gum inter se fædere: de quo cùm audirent, superius dixit propheta, trepidasse omnes, sicut moue-  
tur sylva à uento. uel potius timorem eius, scilicet populi, id est, quod ille timet.

13 Sanctificate, id est, ut sanctum colite, laudate, predicate, & omnes ad cultum eius inducite,  
non polluentes nomen eius, neque alios impuritate uite uestra ab eius religione abſterrentes. hoc enim  
est sanctificare Deum. Terror, uel panor, id est, illi pra timore succumbatis. innuit itaque propheta  
hunc timorem etiam impedimentoum esse, ne per Deum seruantur: timorem autem solius Dei  
illos potuisse tutos reddere. Quid si superiora non de coniurationibus, quas superius dicebam, acci-  
pias, sed de confirmatione, & coniuratione impiorū, qua simul coniurabant, ut à Deo desicerent, eiusq;  
prophetas contemnerent, ac Deos alienos colerent: quorum fauore putabant hostes superiores esse,  
ut habes 2. Par. 28. de Abaz, quid tempore angustia sua auxit contemptum in dominum; immola-  
uitq; dijs Damasci uictimas percursoribus suis, & dixit dij, Syrie auxiliantur eis, quos ego placabo ho-  
stis, & aderint mihi &c. de qua etiam coniuratione eadem nomine נִזְבַּח habet Ier. 11. multa, si  
hac, inquam, ita accipias, planus erit sensus, & transitus ad mysterium Christi suauior, quasi dicat,  
de quacunque re, uel ad quamcumque rem dicere solet hic populus, coniuratio: uel, quidquid dicit po-  
pulus hic, coniuratio est, id est, facile coniurant, & sepe mutuo adhortat etiam ex leuioribus cau-  
sis, ut à Deo deficiant &c.

14 Et erit in sanctificationem &c. profectò hoc canebat Simeon ille; Ecce positus est hic in resur-  
rectionem, & in ruinam multorum in Israel, quibusdam quidem, in sanctificationem, qui sanctificationem  
animarum suarum ab ipso percipient, qua est diuina quadam animi stabilitas, & firmudo,  
qua hebraismo dicitur eretio, seu suscitatio, quam resurrectionem dixit Lucas, ut casui, seu ruine op-  
poneret. quod autem Lucas de pueru Iesu dixit, hic propheta de Iehoua dicit: unde & quæ hic Iesaias  
scribit, ad tempora redēptionis nostræ nemo nisi impius referenda esse dubitat. Occasione ergo illius  
oppressionis, quam ab Assyriis pabi sunt Israëlite, & illius defectionis à Deo uero ad idola gentium,  
(que defec̄tio omnia mala in populum illum inuexit) propter cognitionem caſſarum, & effectionem  
transit paullum latenter propheticō more Iesaias ad defectionem, coniurationem, & obſinatio-  
nem Iudeorum tempore Meſia; qua caput, atque finis totius calamitatis Israëlitice futura erat.  
unde non contentus dixisse, futurum Iehouam in lapidem offenditionis plurimis ex utraque domo Israel,  
id est, ex utroque regno, addidit, in laqueum habitatoribus Ierusalem, quod illi, & duriores fue-  
runt, & magis rebellis, grauius ceteris aduersis dominum coniurantes, neque aliud diu, noctuque co-  
gitantes, quam quo modo eum perderent. quapropter & grauior eos passos fuisse narrant & sacre,  
& prophane historie. Offensionis, uel conſternationis. qua enim propriè significat quam-  
libet conſternationem, qua sit cum impetu, & impulsione, de quo infra 19. ita ut lapidem plagæ hic  
dicere possemus.

15 Impinguent in ea, uidelicit in lapidem, & laqueos, & plurimi cadent, tam qui in lapidem im-  
pigerint, quam qui in laqueum inciderint. frangentur autem qui in lapidem, & illaqueabuntur, &  
capientur qui in laqueum. per hoc autem significantur grauiſſima flagitia, in qua prolapsi sunt infi-  
deles Iudei, cum noluerint per Christum sanctificari, nec non ingentes calamitates, quas experti sunt  
propter ipsa sceleria, qua dominus etiam significavit in evangelio, quando diebat, quod qui ex eis im-

peccatis in illum lapidem ab ipsis reprobatum, à Deo autem electum confringerentur: super quos autem lapis caderet, comminuerentur. Et hac est eorum fors, & hereditas, qui oblatam per filium Dei salutem respiciunt, & Deo non credunt, & ab eo, nolunt coniurantes, deficiunt: à quorum via Deus abstraxit Iesiam, ne illac incederet, à qua longè sit anima mea.

16 Liga testimonium: prophetiam hanc de ruina Iudeorum, & reliquijs seruandis, cum testimonio illorum testium, quos supra dicit se adhibuisse, iubet dominus, ut concludat, constringat, atque obsignet, sicut Daniel 12. Claude uerba, id est, tege, absconde, enigmaticè efferas &c. nimurum significans intelligi non posse, nisi ab his, qui sunt diuinus edicti. Mysterium hoc absconditum fuit à seculo, & per Apostolos patet dictum est, atque huius revelationis dicit se Paulus ministrum esse, nam vocatio gentium hic includitur. Si enim Iudei repellendi erant, & pauci tantum seruandi, necesse erat aliunde aduenirent, qui in semine Abrahe consenserent, ut adimpleretur promissio domini; Sic erit semen tuum, sicut arena maris &c. uide Paul. ad Eph. 3. ibique huius uersus interpretationem inuenies. Possunt testimonium, & constitutio, seu doctrina, uel lex hic pro eodem accipi, uel testimonium ad testes illos referendum est, de quibus supra uers. 2. In discipulis meis, uel in doctis meos. ἦν enim doctus, seu assuetus est, infra 54. Omnes filios tuos doctos Ichoua, id est, à Ichoua, possunt quoque huc absoluere, & genericè accipi pro tota prophetia, & toto ueteri instrumento, ut sit idem, quod supra. Ex hac cor populi huius, id est, ex ecclesiis predic, conclude prophetias, & obsigna legem, seu testamentum, id est, scito populo huic obsignaturem esse librum, neque intellecturos, quid dicas, aut quid Deus uelit; uelamen enim super cor eorum positum est.

17 Et exspectabo, uel inibiabo. hoc propriè significat uerbum ιησοῦ: plus enim, quam uerbum expectandi notat, hoc uerbo utitur Habachuch. 2. Inibiabo ad illum, quoniam uenient uenient, & non tardabit. quem locum adducens Paulus ad Hebr. 10. uerbum redditum nomine ιησοῦ quod non similius sonat patientiam, que toleramus mala, sed patientem expectationem, ut cum sive premij duramus in malis, & nos rebus melioribus seruamus sustinentiam dicere possumus, uel, ut Cicero, fluctuationem, cuius contrarium est nomen, ιησοῦ, id est, subtractionis, seu detractionis. Ad canem obedientiam quoque facit uerbum ιησοῦ, quod sive cum desiderio, & intentione, & gestu audiēt expectantiam notat, ut supra cap. 5. uers. 2. dictum est, huc quoque facit illud ιησοῦ, quod Hebrei obedientia est, adūs, presto sum ad quodcum paratus. Prophetia ergo Iesaias, ut erat erga Deum ualde pia, & in gentem suam hanc vulgari studio propensius, audiens à Deo, quod adueniens Dei filius non uniuersam Israelem seruaret, quinimum esset in ruinam plurimorum; intelligentisque uastitatem illam remp. ob infidelitatem Iudeorum, ac paucos tantum salutem consecuturos, uastitationisque symbolum esse nomen illud, quod filio dominus praeceperet imponi, has bas (id est, acceleratum spolum) sicut, & seruandorum, alterum illud Sean. Iacob (id est, reliquia convertentur) uidensque uelle dominum hanc prophetiam manere obscuram, neque intelligendam nisi Apostolorum tempore, in has uoces obedientia, & fides, & ingentis pietatis prostravit; Quidquid dominus faciat; ego ad ipsum inibiabo, ab ipso pendebo, totumque me ipsi committam. qui sicut abscondit faciem suam à domo Iacob, quasi ipsam detestatus, & abominatus; ita me quoque eorum scelerē, & pana molui sinere potuisse: seruauit autem sua illa bonitate: iustitia igitur in eos, qui cadent, & beatitatis in me, quem forti manu tenuit, contemplatione suspensus, intentis oculis in ipsum spectab, si forte aliorum quoque misereatur aliquando, aut mibi aliquid iniungat, quod dicam, aut faciam, aut patiar.

18 Ecce ego, iam dixi obedientia esse uocem, quam paſim, in scripturis inuenies. Paul. ad hebr. huc tanquam uerba Christi accipit. fuit enim Iesaias figura Christi tam sua hac obedientia, & omnimoda subiectione, quam filii Ihes. nam reliqua illa, que reuersa sunt, aut conuerte ad Deum, Apostoli domini fuerint, & discipuli eius, qui ex incendo illo seruati sunt, in quo ceteri breui tempore sunt absunti. Cum ergo sub Christo domino & Iudei perierint, & pauci fuerint seruati, (qua duo nomina illa filiorum Iesa, portendebant) merito Paulus uerba huc Christo domino accommodauit, quinimum ea Iesaias in persona obedientissimi Iesu Christi dixisse uidetur, qui fecit, sicut ei iniunctum fuerat à patre. In signa, & portenta, nomen hebr. ιησοῦ est à uerbo ιησοῦ, id est, formosum, uenustum, elegans fuit & alexit ad ascensionem &c. inde nomen, quod nomine prodigi, seu portenti non male uertitur, contraria significacione dicitur, quasi ιησοῦ sit priuatum, & enim uenustas, seu formositas est. Summat omnia, qua bacterius dixit Iesaias, & omnium ferè, qua dicturus est, illis duobus nominibus filiorum suorum comprehendit, in hoc enim totus Iesaias uersatur, ut abiectionem Iudeorum, & salutem reliquiarum, que, quasi fidei seminarium, future erant in universo mundo, exponat. Ab Ichoua, quocties hac phrasis in scripturis occurrit, dedit mibi dominus à domino, fecit Ichoua ab Ichoua, pluit Ichoua ab Ichoua &c. intellige singularem Dei propria- dentiam

dentiam super ea re, & opus aliquod magni ponderis, quod dominus singulare consilio, occultoque iudicio perpetravit. Qui habitat &c. epitheton est Dei in scripturis. ibi enim & celebatur, & sue presentie signa euidentiora dabat: inde responsa prodibant, eratque templum illud, ueluti quedam Dei regia in terra, ut supra cap. 6. dictum est.

19 Quarite: uerbi superior, & 17. quasi per parenthesim legendi sunt. coniungenda ergo sunt hac cum uerbi 16. uel ite ad sciscitandum, uel cuncte sciscitamini. sic enim per duo uerba reddendum est unum hebreum ιησοῦ, quando conseruitur cum præpositione η, uel η, ut hoc loco. de qua eleganti hebreorum phrasis supra dictum est cap. 7. uers. 6. Pythonibus. η uox est haud dubiè peregrina, & quantum ex locis scriptura, in quibus reperiatur, & eorum circumstantijs coniiciuntur, est spiritus in sepulcris mortuorum, & locis subterraneis, qui rogatus uoce stridula respondet: deinde de etiam eiusmodi sciscitator, qui talen artem exercet, atque etiam umbras & manes euocat, isto nomine dicitur stue uir, siue femina, uide infra 29. Porro haec uox ιησοῦ Job 31. utres significat; Ecce uenter meus est, sicut uinum non apertum, sicut utres noui, ita rumpetur. ex quo loco quidam non leui conjectura arbitrantur pythones ab utribus dici, quod qui tali spiritu afflati erant, ore clauso ex uentre, perinde ac si ex utre, seu laguncula responsa deponerent: & hinc Graeci ιησηποτες, id est, uentiloquos esse appellatos existimant. Diuinos, uel gnostas. uox ιησοῦ uidetur esse peregrina, & a gentibus assumpta, cuius si etymologiam heb. consideraueris, à scientia, seu notitia dicta apparebit: gnosten ergo, seu prognostem appellare licet; & sicut uox præcedens nunc pro ipso spiritu, qui ex mortuorum locis responda, dabat, nunc pro ipsis, qui eam autem exercebant, accipitur. Qui stridunt. heb. uerbum ιησοῦ, cuius hic participium habet, uidetur formatum à uerbo ιησοῦ: significatq; ore aperto, seu rostro liberè clangere, seu stridere, sicut grues, anseres, birundines, striges, & id genus aucti, aperto ore liberè sonant, non gementes, ut columba, aut turture. An non populus: concife sunt orationes more propheticæ, supplexum est, respondet, uel quid simile. Vos, inquit, docti à domino, uos discipuli domini, si populares uestri in rebus dubijs, & tempore calamitatis uolentes scire quid sibi sit agendum, ad diuinos, & pythones sibi evundum esse confituerint (sicut olim Saul fecit) eos grauisime increpate, dicentes; Non ne gentes deos suos consulunt? nūquid par est, ut pro rebus uiuorum mortui consuluntur?

20 Ad legem &c. proficiuntur ad confundendam legem, & statuta, & testimonia Dei. tenete, dicit illis, precepta Dei uestri; si si obdieritis, non est, quid ultra agere debeatis: ipse enim curam geret uestri, neque uos dereret. Hic locus quid in rerum humanarum difficultatibus agendum sit, & quid confugiendum aperte docet: pax enim multa diligentibus legem domini, & non est illis scandulum. Quid si prenderit Iesaias perplexos Iudeorum animos, quando à Romanis obsesti extrema malorum experiebantur? aut cum uidentes terram desolatam, & populum fame perirent, aut gladio casum, neque id tamen ob infidelitatem sibi cuenisse credentes, confundiens sibi esse diuinos, & magos existimabant? quasi precipiat discipulis suis dominus, ut incredulos illos, ad hanc doctrinam, & prophetiam Iesaias, & testimonium, de quo supra hoc eodem capite dictum est, remitterent, quid ex hac prophetia eruditri possent, de causa uastitationis terra sancta, & calamitate Iudeorum, & quid ipsis agendum esset, nempe ut contendenter ad reliquias illas pertinere, qua seruanda prædicuntur. Si non dixerint iuxta uerbum hoc, id est, quicumque non ita responderit, huic profecto non dum resulst aurora, adhuc in tenebris agit, neg; ad dictum pertinet. de quo Paulus; Nos præcessit, dies appropinquauit. numerus pluralis cum relatiuo singulari distributionem importat hebr. Potest & illud, si non, esse iurantis, & sensus erit, differat, si non iuxta uerbum hoc dictum sint illi infidèles, nempe ite sciscitaturi pythones &c. cui dicto nulla lux inest, quinimum denissima tenebrae. nel potius, differeat, si non dictum sint iuxta uerbum hoc, nempe quod non sit illi lux, seu aurora, id est, quid nihil lucis à Deo accipiant, ac propterea uelint querere à pythonibus, quemadmodum de Saul legimus, quod cum illi non respondisset dominus per sacerdotes, neque prophetas, ad pythonissam sepe contulerit. Hoc autem, & que sequuntur, explicant statim illum rerum in Iudea, quando scilicet impigerant Iudei in lapide Christum. tunc enim ablata est illi lux, & quod se uerterent, nesciebant, tunc scripturas habentes, ac si non haberent, cœperunt ueritatem aliunde querere. Itaq; querere à pythonibus, figurat dictum arbitror, ut si. significaret propheta, quam destituenti. uera scientia essent, & scripturnarum intelligentia, post offenditionem illam, simulq; insinuaret angustiam animorum in ultima illa uastitatione Iudee, quam sequentibus uerbis sati aperte describere propheta uidebitur; modò non consulat lector hoc in loco, aut similibus eos, qui luce destituti sunt, & somnia sciantur, nempe Rabinos.

21 Et transfibit per eam: relatiuo est absque antecedente, sed quod facile lector ex contextu & uerbi sequenti potest supplere. est enim sermo de Iudea, cuius habitatores offendent ad lapidem, post quam offenditionem & luce interna destituti, & regno externo priuati sunt, quam horrida autem

manserit prouincia illa, atque deferta, his figuris explicat propheta. uerum si cui durum uideatur (ut nibi quoque uidetur) hoc antecedens supple, dicat, pronomen, eam, referre legem, uel neutraliter sumptum, illud totum, quod eis ab electis & Apostolis dicebatur, ut scilicet conseruerent legem & prophetarum testimonia. per hoc, inquit, transibunt, id est, nihil bac curabunt, sed inducari seu obstinati execrabuntur regem suum, nempe Messiam, & Deum suum, quod scilicet populum suum ita dereliquerit &c. Et corrueat. uerbum ἡρπη, cuius pauciū non legitur, nisi hoc loco participium, significat perplexum, implicatum, rigidum esse, ut non facile resoluī, aut explicari, aut tractari, & fleti posse: inde ἡρπη induvatur, id est, qui dura patitur. inquit ergo, qui per eam prouinciam transierit (potest enim uerti, & transiens per eam erit induvatus) ob desolationem, & uastitatem dura patietur, non hospitia, non ubi pernoctet inueniens: unde etiam fame laborabit. inedia autem labrantes, facile ad iram excitantur. quare viatores illi in hospitalitate, & fame exacerbat, & ira succensi probra iacent in regem, & in deos suos. hac figurare ingentem uastationem significant: quod mox apertius dicit, siue in calum oculos conuertitur, siue in terram astexerit, id est, quocunque se uertat, qui per Iudeam transierit, tristitia omnia, & afflictione plena reperiet.

22 Difflatio: ergo aduolans. uox hebraea ḥבְּרָה uarie redditur, & quidem uerbum ḥבְּרָה non dubium, quin uolare significet. quidam autem significacione contraria etiam desatigationem significare, quod non proba: sed ab aibus transfertur ad commotionem laterum frequentem, quae frequet respiratione fit, quod quia fatigatis accidit, uidetur accipi posse pro fatigatione. quare malum hoc loco propriam significacionem retainere, quae sequentibus congruit. nam scriptura more suo idem mox alijs uerbis repetit. idem enim est angustia, & obscuritas aduolans, & quod mox sequitur, pressura, & caligo irruens. Pressura ḥבְּרָה a uerbo ḥבְּרָה id est, coegerit, impulsi, compulsi, coarctauit, presit. Persequens, uel irruens. ḥבְּרָה participium est secunda coniugationis a uerbo ḥבְּרָה, quod impellere significat: caligo ergo impulsa dicitur, que se ipsam uidetur propellere, cum diffunditur.

23 Non poterit auolare, uel non fiet auolare, uel ut auoleat: sic reddendam uocē ḥבְּרָה existimo, quae est participium significacionis pauciū, tertia coniugationis a uerbo ḥבְּרָה, de quo paulò ante, ut Dan. 9. factus uolare. Effusa est. credo ḥבְּרָה esse participium in tertia a uerbo ḥבְּרָה, id est, fudit, effudit &c. caligo ergo, quae superflua est ei terre, non fiet, ut auoleat, id est, non effugabitur, non euanescat, sed perdurabit, & perpetua erit: adhuc enim durat, & in tenebris degunt tam corporalibus, quam spiritualibus. uelamen namque super eorum positum est, & uiuent absque regno, rege, & sacerdote &c. Quid alij de his uocibus sentiant, apud ipsos uidebis. certè interpretationem, quam atluli, neque ipsi Rabini poterunt infringere, neque etiam uulgatam, quae ferè eandem sententiam continet. hic loca insignis & ualde conficiens est aduersus Iudeos, quem eorum magistri, ut caci & ueritatis hostes, ita detorquent, & adeo obscurant, ut quid sentiant, neque qui eos sequuntur ex nostris, uix diligens lector posset percipere, distinctionem quoq; uulg. interpretis ueram & germanam esse sentio, cuius nolo aliam confirmationem, quam aliorum interpretum angustias, & nimis implicatas interpretationes.

## Caput nonum.

Noua.

PRIMO tempore uilis fuit terra Zabulon, & terra Nephthalim & nouissimo honorata fuit, uia maris trans Iordanem Galilæa gentium.

Populus, qui ambulabat in obscuro, uidit lucem magnam, super commorantes in terra umbra mortis lux splenduit.

Multiplicasti gentem, non magnificasti latitudinem. latitiū fuit coram te secundum latitudinem in messe, sicut exultant in diuina

Vetus.

PRIMO tempore alieniata est terra Zabulon, & terra Nephthali; & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem Galilæa gentium.

Populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis.

Multiplicasti gentem, non magnificasti latitudinem. latabitur coram te, sicut qui latitant in messe; sicut exultant uictores, capta

Noua.

Vetus.

fione spoliorum.

Iugum enim eius onerosum, & baculum humeri eius, & sceptrum exactoris cum ipso, prostrauisti iuxta diem Madian,

Quia omnis conculcat conculcantis cum commotione, & uestimentum uolutum in sanguinibus, & erit in combustionem, & cibus ignis.

Quia puer natus est nobis, filius datus est nobis; & erit principatus super humerum ipsius: & uocabitur nomen eius ad mirabilis consiliarius, Deus præualidus, pater aternitatis, princeps pacis.

Ad multiplicandum imperium, & pacem non erit finis: super thronum David, & super regnum eius, ut confirmet illud, & fulciat illud in iudicio, & iustitia amo do, & usque in æternum. zelus Iehouæ tecum faciet hoc.

Verbum misit dominus in Iacob, & cedit in Israel.

Et sciens populus eius, uniuersus Ephraim, & habitator Samaria in superbia, & magnitudine cordis dicere;

Lateres ceciderunt, & dolato lapide adificabimus: sycomori succi sunt, & cedros communabimus.

Et exaltabit Iehouæ hostes Resin super ipsum, & inimicos eius implicabit.

Syrus a fronte, & Philisthim a tergo, & absument Iraelim toto ore: nec sic conuer sa est ira eius, & adhuc manus eius extēta.

Et populus non uertit se ad percutientē se, & Iehouæ tecum facies non exquisiuerunt.

Et præcidet Iehouæ ab Israele caput, & caudam, ramum, & iuncum die uno.

Senex, & fasciendus facie, est ipsum caput: & propheta docens falsum est ipsa cauda.

Et erunt, qui beatum prædicant popu lum hunc, seductores, & quos beatos prædicant præcipitati.

Quapropter, super iuuenibus eius non latabitur dominus, & pupillos eius, & uiudas eius non comiserabuntur. omnes enim ipsi hypocritæ sunt, & maligni; & omne os loquitur fatuitatem: nec sic conuera est ira eius, & adhuc manus eius extenta.

Quoniam accensa est, sicut ignis, improbitas; spinas, & fentes absument, & ardebit

capta præda, quando diuidunt spolia.

Iugum enim oneris eius, & uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.

Quia omnis uiolenta prædatio cum tumultu, & uestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.

Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis; & factus est principatus super humerum eius: & uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.

Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet, & fulciat illud in iudicio, & iustitia amo do, & usque in sempiternum. zelus domini exercituum faciet hoc.

Verbum misit dominus in Iacob, & cedit in Israel.

Et sciens populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia, & magnitudine cordis, dicentes;

Lateres ceciderunt, sed quadris lapidi bus adificabimus: sycomoris succiderunt, sed cedros immutabimus.

Et eleuabit dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum uerteret.

Syrus ab oriente, & Philisthim ab occidente: & deuorabunt Israël toto ore. in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Et populus non est reuersus ad percutientē se, & dominum exercituum non exquisiuerunt.

Et disperdet dominus ab Israel caput, & caudam incurvantem, & depravantem die una.

Longanus, & honorabilis, ipse est caput; & propheta docens mendacium, ipse est cauda.

Et erunt, qui bearificant populum istū sedentes, & qui beatificantur, præcipitati.

Propter hoc super adolescentis eius non latabitur dominus: & pupillorū eius, & uiduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam; & uniuersum oscularus est stultitiam. in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Succensa est enim, quasi ignis, impietas; ueprem, & spinam uorabit; & succende debit

G iii tur

Noua,

Vetus,

debit in condensis sylva, atque dissipabuntur [ueluti] eleuatio sumi.

In ardore Iehoua tcebaoth inflammata 19  
est terra, & erit populus, ueluti cibus ignis:  
nemo alteri parcer.

Et decidet ad dexteram, & esuriet; & comedet ad sinistram, & non satiabitur. quisque carnem brachii sui comedet.

Manasse Ephraim, & Ephraim Manassem  
una ipsi contra Iehudam : nec sic conuersa  
est ira eius, & adhuc manus eius extenta.

*tur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia sumi.*

9 In ira domini exercitum cōturbata est terra , & erit populus, quasi esca ignis : uir fratri suo non parcer.

o Et declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur. unusquisque carnem brachii sui uorabit.

Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam, in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

**H**E B R A E I legunt την, id est, sicut tempore, uel secundum tempus; nulg. την, id est, in tempore, est autem facilis mutatio in την, & contraria, sed sensu ualde diuersus esse uidetur. Iudei ergo sua illa distinctione, & mutato beth in caph, locum hunc ita obscurerunt, ut qui commentatores eorum legerit, nequaquam ex eis quid sibi loco propheta uelit, posset unquam intelligere, in eodemque luto herent nostri, qui hanc illorum impietatem non perceperint: cum enim nullus sit locus in prophetis, qui aperitus uocationem discipulorum domini denuntiet; quam hic, ut apud Matthaeum uidere potes; imp̄ illi, ut tenebras nobis offundere, & ut locum, quem Matthaeus adducit, penitus enernarent, inuenient hoc distinctionis excogitarunt; ut cum hac perirent ad captitatem Babyloniam dicerent, & tria tempora, & tres captiuitates hic commenrorarent, easque inter se conseruent; quod sequitur de populo, qui ambulabat in tenebris, quod referendum esset, incertum remanerent, nos tamen Matthaei auctoritate, & antiqua Hieronymi uersione suffulti, posthabitis Iudeorum commentis, seruata tamen Hebrei sermoni proprietate, locum multo alter tibi, Christiane lector, & interpretabitur, & omnino ita interpretandum esse ostendemus. Primo tempore, in primo tempore dicendum foret, ni Latinus sermo prepositionem hanc superfluam diceret, ut apud nulg. uides, apud quem quoque distinctionem habes, multo à Iudeorum distinctione diversam. Alleuiata est, id est, nūs fuit nullius existimationis & pretij, quam acceptiorum uerbi. significat autem uerbum ipsum alterius, uel non possunt Iudei negare, cum infinita habeat exempla; significat autem uerbum ipsum alterius, uel pondere, uel dignitate, uel honore, & existimatione; & opponitur uerbo כב, de quo paulo post, ut iam non semel admonui, Hebreis uerba in tercia conjugatione, si non sequatur casus neutraliter, ut in prima accipi solent. Et, ut uideas, lector Christiane, quam hoc loco Iudei cœulant, dic profferant tibi uel unum locum, in quo uerbum כב significet leuius puniri, uel leuiter opprimi, seu affigi. quid si dicant allequātam, id est, habitatoribus, & bonis spoliatis, cum huic opponatur, quod mox sequitur, aggrauata est, non grauius opprescam, sed boniibus, & bonis refertam significabit, quod tamen secundum fictionem illorum non succedit. si uero cum Rabinis legamus כב, & non beth, hec non tōnūgenēmū precedentibus, sed cum uulgato exordiemur hoc pālo; iuxta priora tempora uilis fuit terra Zabu'ōn &c. ut idem omnino sit sensus, ac si esset beth. Aggrauata est. de כב idem sentiendum est: superiori enim opponitur, & grauem esse, uel pōndere, uel dignitate, & honore, seu diuinis significatis, a quo nomen illud frequentissimum in scripturis כב, id est gloria, splendor, claritas &c. reflegitur, quamvis sit in tercia, redditur uerbo honorandi, seu illustrandi. Porrò, cum superiori capite propheta explicasset plurimos ex Israe- liis, ex utraque domo Israels perituros, & tantum quibusdam futurum Christum dominum in San-ctificationem, nempe discipulis domini; quorū effet intelligere legem domini, & omnem impiam do-ctrinam explodere; ut potè quibus in primis orta effet lux cælestis, & quos spiritu sancto dominus eru-diturus esset; iam propheta dignum indicavit, ut ostenderet, qui nam isti essent, & quoniam pālo alijs in excitate, & tenebris permanentibus, istis orta fuerit lux, quibus de mysterio Christi plurima anñe-tilit. Olim, inquit, Zabulonius, & Negebaini, totusque ille Galilee tractus, usque ad Tyrum, uiles fuerint, non gloria rei militaris, non nobilitate sanguinis, non scientia, aut artibus uilis cleri, omnesque Galilæi contemptibiles erant, unde illud; Num tu Galilæus es? seruare scripturas, & uide, quod à Galilæa profecta non surgit: & illud; A Galilæa potesi aliquia boni esse? At nonūsimis temporibus

*bis, regio illa illustrata fuit presentia, habitatione, consuetudine, doctrina, & miraculis domini, præsentim via maris, id est, quæ uersus mare Galilæa itur: qui tractus nulgo dicebatur trans Iordanem, seu Galilæa gentium: in qua multi gentiles miseri Iudeis, degebant; ut quæ gentes attingebat. Galilæum nomen proprium regionis esse potest, & nomen appellatum est: bona autem discipulorum pars ex illic locis erat, de quibus Pſ. Principes Zabulon, & principes Nephthaliæ cœc. ut alibi latius explicabitur. Iam quod sequitur, ita hanc interpretationem confirmat, ut nihil obstat prope iudicatur, quod minus eam amplectatur Christianus lector, nisi nimia (si nimia dici potest) propheta cum euangelio concinnitas, atque concordia. Interim tamen admonendum lectorum iudicari, ne miretur, quod cum nomen terra sit femininum; hic uerba sint masculina, nam non pro elemento positur, sed pro habitatoribus, ac si dicaret; Zabulon Nephthaliæ &c quod si quis contendat propter *in nomine* *υντος* *υερβα* ad Deum esse referenda, non prohibeo, modo in predicta significacione ea accipiatis, quasi dicat; uilem reputauit terram. Se erga illam, tanquam erga uilem, gesit &c.*

<sup>2</sup> Populus, qui ambulabat &c. est expositio eius, quod dixerat. nam explicat, quo pacto hono-  
raverit gentem uilem. Vnbra mortis. unica diuina est hebr. composta ex <sup>13</sup> id est; um-  
bra, & rno, id est, mors: diciturque de illa umbra, qua oculi morientium occupantur, que equi-  
dem tristissima est, & porta ad mortem & inferos. ambulare autem, seu habere in umbra mortis  
est, in maximis uite periculis uersari, in quibus, de uita solent homines desperare. Huc certe respxit  
pater Ioh. Baptiste; Visitauit nos orient ex alto illuminare ihs, qui in tenebris, & umbra mortis se-  
dent. Hinc quoque ad animum transfertur, sicut & tenebra, pro peccatis, & peccatorum effectibus  
ignorantia, tristitia &c. hac enim cum morte ipsa magnani habent cognitionem. super Galilaeos igitur  
piscatores, super ignotos, & nullius nominis homines, & obscuro loco natos, super peccatores, &  
publicanos, & omnium nonhuius &c. resplenduit lux cali: & illis datum est no[n] mysterium re-  
gni Dei, &c.

**Multiplicasti gentem.** non toti populo illuxisse ostendit: multiplicasti, inquit, gentem **Iudeorum** iuxta generationem carnis, sed in pluribus eorum non fuit beneplacitum Deo, neque omnium, sed pauciorum fuit gaudium: quibus quidem orta est lux, gaensi sunt, & exultauerunt gaudio incenarrabili, ut inquit **Petrus**: propheta uero letitiam comparat gaudio messorum, & militum, quando post uitiorum spolia diuiduntur, in discipulis enim, teste domino, uerum fuit uerbum, quod dicebatur: Alius est, qui seminat; & aliis est, qui merit. ali laboraverunt, & ipsi in labores aliorum intrauerunt, ut qui seminat, simul gaudeat, & qui merit. & qui merit mercedem accipit, & congregat fructum &c. **Ioan. 4.** & illis iterum dictum est; Mesis quidem multa, operari autem pauci: & **Paulus**, gaudium, & coronam suam vocabat discipulos suos. Q uod si uitiorum exultationem uelis uidere, lege **Tsal.** Omnes gentes plaudite manibus &c. subiecit populos nobis, & gentes &c. Quando diuiduntur, uel in diuisione. **hebr.** infinitius est cum affixo pronomine, quasi dicat, in suo diuidere spolum.

Iugum enim oneris &c. *hec est precipua letitia ratio, quod confrerent inimici potentiam, & regnum eius, & tyrannidem euerterint.* iugum, quod suis imponit diabolus, grauissimum est, & totum eius imperium (quod per baculum, & sceptrum significatur) acerbum, & importabile. dominus autem I E S V S. tum per se, tum per suos totum eius imperium deiecit: principem ciecit de mundo, & de eo plani triumphanuit, ut non habeat potestatem, nisi in eos, qui volunt se se illi subdere. Consuetus scriptura, cum de regno agit, *hec duo nomina, baculum, & sceptrum connectere, ut pro eodem accipi videantur, confutatio autem fuit regibus sceptrum gestare, seu baculum. Hic uero dicitur baculus humeri, uel quia dum gestatur in manu, humero applicatur, uel humerus ad subditos est referendus. pondera enim humeris sustinentur, quasi dicat, imperium graue, quod humeris sustinebant, abstulisti.* iugum. hebreæ vox ἡγα καὶ ὑπέρ, ut quidam uolunt, id est, ascendit, quod cernicibus insumentorū super indicatur, uel potius ab ἡγα, quod iniuria afficere, uel defraudare, de honestate &c. quasi significet seruitutem, disciplinam, seu castigationem severiorem, quae uolumenta, uel homines cobibentur, & cohercentur, continenturque in officio. Virgam. à uerbo τίνω, quod extendere, seu pretendere significat, uenit nomen τίνω baculus, cui innitimus, uel quem extendimus aliquid indicando: virgam solent uertere: & accipitur per synechdochen pro familia illius baculi, in quo nomen ipsius scriptum erat. & ut duodecim fuerunt baculi, ita secundum illos erant & duodecim familie filiorum I srael. transiluit autem Heronymus, & post ipsum ceteri tribum, Romano nimirum, & greci uocabulo. uide Num. 27. inde hac exceptio originem habuit: figurat autem pro regno, ut iam dixi, accipi solet, a confutidine gestandi sceptri, uel a pastoribus. Humeri. vox hebreæ appellationem habet à furgendo, quod sit pars corporis erector, & sublimior. Exactoris eius. heb. οὐ σceptrum exactoris cum ipso, sci-

lacet ex auctore prostrauisti: uulg. sensum reddidit: nam potest & sic uerti; sceptrum, seu uirgam, qua adiebat, ut וְאַתָּה sit participium, & illud וְאַתָּה sit instrumentalis. Sceptrum. וְאַתָּה id est, baculus, seu uirga, que nascitur ex arbore, seu radice arboris: est ergo idem, quod מִזְבֵּחַ; sed ratione appellationis differunt, & figurat etiam accipitur pro tribu, seu familia, quod ex arbore, seu stirpe, orta sit, id est, patre. unde duodecim tribus, baculi sunt dicti, quod ex uno patre Iacobu nati sunt, ut Gen. 49. utrumque quoque pro sceptro, id est, regimine, seu regno figuratur accipitur. Prostrauisti: uerbum Hebraicum נִמְלָא hoc propriè significat, (ut supra dictum est cap. 8. vers. 9.) hic in tertia actiù accipitur, ut Ier. 49. Prosternam Ellam coram inimicis suis. Sunt qui hæc de libertate à lege intelligent, alij ab oppressione, que premebantur primi illi Christiani à Iudeis: sed ego malum intelligere de libertate, ex potestate tenebrarum, & peccati, que fuit letitiae ratio, tam primis illis à Deo illuminatis, quam eis, qui per eos vocati sunt, ut ambularent in lumine domini, et illa relativa populum referre existim. In igitur graue, seu onerosum eius populi, & baculum, quo premebat, & uirgam, qua adiebat prostrasti, seu deieisti. Sicut in die, uel secundum diem Madian: non minus inaudita, inquit, erit & infirmera uictoria, quam fuit illa, qua Madiana à Gedone uicti sunt, quando paucissimi, & inermes tubis & lampadibus infinitam hostium multitudinem fuderunt: sic paucissimi discipuli domini prædicatione, & sanctitate, ac miraculorum splendore, imperium diaboli prostrauerunt, de quo exercitu, & noua uincendi ratione, non sine allusione ad Gedeon uictoriam, canit uersus ille Davidicus, iuxta lectiōnem hebraicam; Tecum principes in die exercitū tuū, in splendoribus sanctū atum, ex utero auroræ tibi ros iuuentus tue &c. legē Pauli epistolas, & genū armorum, crucem, euangelium, & uirtutem esse intelliges: Christum autem in Apostolis nūtorem orbis.

Violenta prædatio: ego, conculcatio conculcantis, quod uerbo Ιερον., cuius non legitur, ni si hic participium, hanc significationem tribuam. facit nomen וְאַתָּה, cum quo iungitur, quod commotionem significat, que fragorem edit: deinde, quod in Chaldeo calceos, tanquam nomen significat à calcando dicto: haber quoque cognitionem cum uerbo δικτόν, id est, conculcauit, proculcauit, stragem fecit: & cum nomine Ιερον., quod ab eodem uerbo, litteris transpositis, stragem, seu uolentiam significat. conculcationem ergo militum in prælio, accipe, pro ipsis conculatoribus, sicut in posteriori membro uestes, sanguine confersas, pro militibus ferociibus, & sanguinis sanguinibus, ut sensus sit; Omnes conculcatores, qui proculcunt, & stragem edunt cum commotione, & strepitu; omnes sanguinarii milites, qui occisorum sanguine confersa arma, & uestes gerunt, cedent igni diuino. quis autem sit iste ignis, facile ex euangelio est intelligere. descendit enim in discipulos domini ignis de celo. Nulla, inquit, erit uis, nulla ferocia, nulla barbaries, ac crudelitas, que stare posuit ante ignem illum, quem missuræ ueniet dominus in terram. Crediderim ego, typum huius Christi uictorie, nempe occisionem illam exercitus Senacherib, de qua non raro in sequentibus fit mentio, imposuisse multis scriptoribus, ut non integererent locum hunc, neque mihi placet interpretatione eorum, qui hic multa supplet: id certè faciunt, quia quod tenderet prophetia, non prebias considerauerunt. uulgatus itaque rectè uerit, si sensum p̄fles. iam que sequuntur, nostra expositioni fauent.

6. Puer enim natus est nobis &c. aperit bonorum omnium, que dixerat, fontem, atque originem, nempe incarnationem domini: hinc lux, hinc mesis, & uictoria, hinc delectio tyranidis, & ignis ille, cui omnis iuris cessa uerba. nam qui filium suum dedit, quid non cum illo nobis donaret? Erit imperium super humerum eius: potest reddi, super cuius humerum imperium erit, id est, qui quamus sit puer, habet tamen humeros aptos ad imperium sustinendum. nam dignus erit, qui uocetur admirabilis &c. Et uocabitur: iuxta puncta, que nunc habent biblia, dicendum esset, & uocabit: quod certè Rabini fecerunt, ut locum hunc eneruarent. legunt enim, & admirabilis, et consiliarius Deus &c. uocabit eum principem pacis, ne scilicet ex his nominibus cogenter fatari, quod mesias esset Deus: sed quod tertia personæ accipiantur sapientia impersonaliter, seu pauci, neque ipsi negare possunt, ut Gen. 16. Vocabitur nomen puto &c. Leu. 1. 3. Immundus, immundus uocabitur: Deut. 15. Quoniam uocabitur remissio Iehoua: Ps. 49. Vocabuntur nominibus suis super terram, &c. Adde, quod eadem litteræ sunt uocis actiua, & pauci &c. alijs, atque alijs punctis: atque ita planus erit locus ille Exo. 34. ubi uulgatus, Stetit Moses cum eo, invocans nomen domini, וְאַתָּה אֱלֹהִים, & uocatum est in nomine Iehoua, & transiit Iehoua ante faciem eius, & uocatum est Iehoua Iehoua Dens misericors, id est, sonuit hec vox Iehoua Iehoua &c. neque enim sunt uoces Mosis, sicut ex cap. 33. eiusdem lib. manifestum est. Admirabilis: est nomen à uerbo Ιερον., quod non solum significat admirabile, uel admiratione dignum esse, sed etiam arduum, difficile, ac impossibile, ut Genef. 18. & Ier. 32. ubi uulg. reddidit, non Deo difficile omne uerbum: quod Lucas dixit eidem uerbis, quare nomen Ιερον. iuxta uerbi sui significationem, non solum uidetur significare

gnificare admirabilem, uel admiratione dignum, sed etiam mirificum, uel miraculorum patratorem: & uidetur hoc loco esse adiectuum nominis consiliarij, quod appellandus esset consiliarius admirabilis, cuius uidelicet consilia essent supra naturam, & humanum captum, atque rationem: atque ita quoque coniungenda uidetur, & combinanda uoces, que sequuntur. Deus fortis, seu prævalidus, qui ceteris uirtute præstat: familiaris enim est scripture, Deum cum ceteris sicutius dñs conferre, magnus super omnes Déos. quis similis tui in dñs domine? omnes dñ gentium demona, dominus autem celos fecit &c. alijs גּוֹי heroem, gigantem, & qui ceteros antecellit, significat. Pater futuri seculi, uel pater aeternitatis, quod τὸν interdum tempus determinatum, ut seculum, interdum uerò aeternitatem, significet, non est, cur dubitetur. Dei autem filius homo factus, aeternitatis nobis aditum deuicta morte reservat, & factus est nobis resurrectio, & uita, ut non moremur in eternum. Pater autem, more Hebraeo, auctor cuiuscunque rei dicitur. Princeps pacis. Πάτερ omnimodam prosperitatē designat Hebrais, & non pacem tantum: principem ergo pacis intellige, pacificum, felicem, cui omnia ex uoto cedunt, beneque fortunatum, ut aiunt; non tamen negandum est, quin aliquando opponant gladio, & bello, ut Num. 23. Eccl. 3. sic & dominus. Matth. 10. Non ueni pacem mittere, sed gladium. que uerba Lucas 12. exponen, pro gladio reddit propriè, separationem: & Paul. Ephes. 2. explicat pacis significationem, Vos, inquiens, qui quondam eratis longinqu, propinquique facti estis, per sanguinem Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisque unum, & interstitium macerio diruit, simultatem per carnem suam, legem mandatorum in decretis statim abrogans, ut duos concederet in semet ipso in unum nouum hominem faciens pacem, & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, perempta inimicitia per eam; & ueniens euangelizauit pacem uobis, qui procul aberatis, & his, qui propè &c. est igitur pax etiam, ut definit ipse Paulus, Hebrais, duorum inter se disidentium reintegratio, seu reconciliatio, & ita hic quoque accipi potest.

7. Multiplicabitur, uel ad multiplicandum. hic scribitur mem finale, seu clausum pro aperto: ubi Iudai sua afferunt somnia: ego nihil mysterij subesse credo, & potius deridendos, quam audiendos caballistas exigitmo. scribæ laetus esse uidetur. est autem וְאַתָּה participium, & uidetur accipendum pro infinitivo, uel pro nomine, ad multiplicationem, seu propagationem imperij, & pacis; quod precedentibus connecti potest: princeps pacis, quasi dicit, uocabitur auctor pacis. nam ad multiplicandum suum imperium, & pacem, nullus erit finis. imperium enim suum summum cum pace propagare studebit, ut neque imperij, neque pacis ullus sit finis. est enim regnum Christi regnum omnium seculorum, & regnum, quod non auferetur: quod non bello, ut regna mundi, sed pace, & dilectione propagatum fuit: & quandiu stabit regnum Christi, tandem stabilis erit pax illa, quam Deus Iisus testamento reliquit, & quam mundus ignorat. Multiplicabit autem principatum, & pacem super solium David. erit princeps pacis, qui principatum, & pacem multiplicabit super thronum & super regnum David, id est, præsidens & regnans in domo David; id quod Angelus ad Mariam dicebat; Regnabit in domo Iacob in eternum: & regni eius non erit finis. a Jacob enim, & Ierusalem exiit uerbum euangelij, & per posteros Iacob regnum Christi propagatum est. In iudicio, & iustitia: mutare, & quasi omnino prolabi uidebatur regnum David, iam inde à captiuitate Babylonica: in Herode autem prorsus corrue, & interire usum est: Christus autem dominus filius David secundum carnem, factus rex, regnum David confirmavit, & in perpetuum stabilitum; non expeditionibus, aut in ulla, sed iudicio, & iustitia, quod supra expositionem est; Tacion in iudicio redimetur, & captiuitas eius in iustitia I. cap. uers. 27. Zelus Ζελος, seu Ζελωτα, Latinè emulatio, id est, studium, seu passio animi, ex eo proueniens, quod quis timeat, ne habeat alter quod cum nemine sibi uelit esse commune. & Paulus reddidit duabus uocibus, ut plenus exprimeret uocis significationem Rom. 1. 3. Non in contentione, & emulatione, id est, contentiofa emulatione: item Phil. 1. Per inuidiam, & contentionem, id est, inuidiosam contentionem. Ceterum quia passio hac ex amore oritur, interdum pro ipso amore uidetur accipi, ut Cant. 5. &c. quia uerò hunc affectum consequitur indignatio, interdum pro ipsa indignatione uidetur accipi, ut infra 42. sepius autem in propria significatione, ut Prou. 6. & 14. &c. igitur hoc loco pro ipsa dilectione, aut etiam in propria significatione accipi potest: nam zelatus est dominus populum suum, & regnum David, & quod ad extraneos de uolueretur, doluit, ipse ergo requirere uoluit oves suas, & pastor esse uoluit, iuslus, & iustificans eos, & à servitute peccati afferens Israelitas suos, non ex operibus iustitie, sed quia ipse uoluit. Faciet hoc: ad ea omnia, que præcesserunt, referendum est, uel potius ad incarnationis mysterium, sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, in quibus uerbis forte Euangelista, immo ipse dominus, ad locum hunc Iesiae respexit Ioan. 3.

8. Verbum misit &c. exordium est noua prophetia aduersus regnum Israel, eius ualuationem de-

nuntiantis, quam supra non semel tetigerat; sed propter Iehudam omiserat. Nomen autem hebr. יְהוָה in inicio dictio Hebreis, idem interdum est, quod Latinis, hoc, hac res. hoc inquit Iesaias; hac prophetia à domino dirigitur in Jacob, & certò euenerit ipsi Israeli. neq; est habenda ratio temporum hoc loco, sicut sepe alias. accipe etiam pro codem Jacob, & Israel.

9 Et sciet omnis populus &c. ironia est, qua utimur in eos, quos punimus, præsentim in superbos & contumaces. sicut si filius confucuit dicere, nihil timeo patrem, cum eum pater uerberat, dicit, scies deinceps dicere, nihil patrem timeo, significans andatter nimirum, ac temere ea uerba iactasse filium; quasi dicat, scies posthac, quām imprudens fueris, nunc intelliges, quantum erraueris &c. Cūmigitur Israelite superbi admodum effent, & pra elatione animi eas uoces iactarent, quas exprimit prophetæ uerf. 10. inquit Iesaias, omnino ita futurum est, ut dominus dixit ad me, uastando, scilicet Israelitas, & scient dicere in uel cum elatione cordis &c. intelligent, quām impudenter, omnes ruinias, & incommoda, qua sibi accidissent, posse se restaurare, gloriarentur.

10 Lateres ceciderunt, ceciderunt, inquiunt, quasi nolint fatevi diruta ab hoste adficia. Et quadris lapidibus: nomen est Hebreis, cuius ius is est in singulari, a uerbo יְהוָה, quod uellere significat, seu detondere: significat ergo illam lapidum durorum elegantem dedolationem, sine lauigationem: uulg. sensim docte uerit, quadris lapidibus, scilicet politis & lauigatis. Sycomori, uel Sycamini: legitur hoc nomen pluraliter tantum, propter multitudinem, & copiam earum arborum: habent autem nomen ab altitudine, & proceritate: uiles porro sunt, & nullius ferè pretij, contrà uerò cedri in pretio erant. unde 1. Reg. 10. Dedit rex argenteum in Ierusalem, quasi lapides, & cedros, uelut Sycomoros, q̄ in campestribus sunt in copia. Luc. 17. συκαινῶν appellauit, & 19. συκαινῶν si eadem sit: nam hebr. quoque forma feminina efferunt ηὐρεψ. Ps. 27. uidentur autem prouerbiales loquendi forme.

11 Et eleuabit &c. בְּאֵל si locos consideres, in quibus legitur hoc uerbum, significat altiorem esse, quām ut trascendi, aut capi posit; in secunda autem actuum est. exaltare itaque hostes est, superiores, seu potiores reddere. Super eum: non super Resin, ut multi putarunt, sed super ipsum populum Israel, & habitatorem Samarie. illi enim ipsi Assyrīi, qui conducti ab Abaz uenerunt contra regem Syria ipsumq; occiderunt, illi, inquam, ipsi uenerunt contra Israel, & in captiuitatem abduxerunt. uide librum Regum. In tumultu uertet, uel condensabit, uel conglomerabit. nam קָדְבָד est inſtar ueprum commiscere. repetendum est autem illud, super eum, ut scilicet conglomeratione ipsum adoriantur, uel quād eodem tempore ex diuersis partibus eum adoriantur, quod sequenti uerſu mox exponit.

12 Syrus. Aram, nunc Syrum, nunc Syriam benē uertas. A fronte, seu anteriore parte: adiaceat enim Palestine Syria ab oriente; ideo uulg. non male ab oriente uerit, Philistini autem à tergo, & ab occidentali parte: Toto ore. sumpta metaphora à deuorantibus animalibus, cum ueberenti cibi desiderio tenetur. In omnibus his: hebr. & in omni hoc, & ne sic quidem quieuit dominus, neque ira sua satisfecit, sed adhuc iterum percutere paratus est. existimo autem hunc hebraismum non per in reddendum, sed per cum, sicut & nos Hispani utimur, Con tudo isto, ad uerbum. cum omni hoc & oratione affirmativa ualeat, & super hoc omnia, id est, & præterea; in negativa, & ne sic quidem. Lucas cap. 16. hebraismum retinuit, ἐν ταῖς τέσσαρος. & in his omnibus chaos magnum &c. id est, & præterea, etiam si hoc non esset &c. uide supra cap. 5. uerf. 25. Non est auerſus furor, uel non est conuersa ira, non redit, non retrogressa est: quod fit, dum satis uindicta sumptum est, uel misericordia commotus dominus à uindicando desilit.

13 Et populus non est &c. hic uerſus cauſam continet, quare dominus ab ira non cessauerit, quia scilicet populus imponens est, neque flagellis emendatur. uultum non uertere ad percutientem signum est indurati animi, & qui indignationem, qua commouerit debuisset aduersum scelus admixtum, concipit contra flagellantem. Non exquirerunt. uerbum וְתִדְרֹשׁ querere, inquirere, seu exquirere significat, plerunque autem, ut amotauit quidam uir doctus, quando Deus dicitur queri, aut non queri, significat peculiariter phrasu querere uerbum, & voluntatem Dei ex sacerdotibus, aut prophetis, ut Ierem. 21. Q uere pro nobis Iehova, id est, consule. Eze. 20. Gen. 25. &c. significat ergo, quād cum punirentur, non fuerunt solliciti, ut consulerent prophetas, aut Deum, quare sic flagellarentur, nimirum ut postquam intellexissent, cauſam, eamque sustulissent, quiesceret quoque ira domini, quālbat sit expōitio eius, quod præcessit, & uertere se ad percutientem, sit humiliter rogare, quam ob cauſam sic cederentur: uel etiam ut sibi parceretur. ex hoc loco nos quoq; qui tot ad uerſi à Deo atterimus, & quasi concatenata malis premirur, intelligere poterimus, id nobis accidere, quād non conuertermur ad Deum percutientem.

14 Incruantem & deprauantem: ego dixi cum Hebreis ramum & iuncum, cuius uarietatis curiosa

rioso lectori reddenda est ratio. Ramus Hebreis כְּרָב uidetur esse à uerbo כְּרָב, id est, curuo, incurvo, unde ramus à curvitate, sic dictus est. de uoce autem אֶגְמָנָה, quam Hebrei iuncum uertunt, sic accipe. מִזְבֵּח flagnum significare uidetur, id est, abenum, quod, seu flagnum, multum aqua caput (sic ut tam mare ipsum, quam uas amplum multa aqua plenum abfuat) Hebreis foler notare) quāsi sit denominativum ab דָבָר, quod manifestum est flagnum significare. unde quidam uir doctus iuncum quoque significare dicit, qui in flagno crescit: ego uero radicem esse existimo אֶגְמָנָה, quod in rem quamquam significat impetum facere. ab hoc uerbo deducitur nomen אֶגְמָנָה, quod scirpum, seu iuncum significat, seu papyrum, que scilicet immersa est in aquis, & tranposito אֶגְמָנָה, ad initium, significat flagnum ab immersando dictum. hinc etiam אֶגְמָנָה iuncum eadem ratione, qua אֶגְמָנָה significat. Q uia uero uulg. credidit מִזְבֵּח circulum posse significare ex loco Ies. 59. Contorquere quasi circulum column tuum, & ex Iob 40. Nunquid pones circum in nubibus eius; qui est ueluti frumentum quoddam non nullis animalibus apud orientales, iucirco hoc loco, pro ramo, incuruantem, & pro iuncu infranantem reddidit. in commentarijs tamen Hieronymus deprauantem legit, & interpretatur: nam Hebreis incuruare est deprauare. nos uero eo loco Ies. 59. iuncum interpretabimur, & uerba Iob de resto facto ex iuncu, intelligimus. Quid autem per caput, & caudam intelligat, ueru sequenti habes, per ramum autem, & iuncum credo significari nobiles, & ignobiles, seu mendaces, & hypocritas, qui uire uideantur: sunt tamen inane, ut iuncu, & nullius ponderis ad momenti. Q uemadmodum autem supra ab Iehuda auferendos esse senes & prophetas &c. dixit; ita nunc ab Israe, quod initium est ira Dei. Sed quid pana haberet carere falsis prophetis (nam eos per caudam significari ait uerf. 15.) existimo hoc sequenti.

16 uerſu 16. explicari, quād scilicet non effet iam locus falsis prophetis: erunt, inquit, seductores, id est, habebuntur pro seductoribus. coniunctus enim populus rerum eruentu, & sepe precipitatum in extremitam miseriam vel afflictum, & calamitatibus obvium conficiens, intelligit eos fuisse fallaces; & cum pacem, ac felicitatem promittere, mentitos. de his uocibus uide supra cap. 3. uerf. 12. At ergo, quād neque illo inani gaudio iam fruerentur, quod habebant, quando spe falsa allecti à falsis prophetis, sibi impunitatem promittebant. & hac ratione inter aduersa commemoratur precioso caude.

17 Super iuuenibus nomen Hebraum à uerbo, quod eligere significat, derivatur, & in plurali frequenter significat pro iuuenibus accipitur, quād illi sunt, qui eligi solent ad bellum. electi iuuentus dici conuicuit, & delectus iuuenus solet esse, qui uiribus ualent &c. Non miserebitur. uerbum δικαιοπροπία, si, licet ita dicere, est, iniurierant. id est, intimo commiserationis affectu aliquem profecutus, seu complexus est: in novo testamento redditum est uerbo σταύρωσις Matth. 19. affectu misericordie tactus est super eos. Luc. 15. Fatuitatem. hebraismus nomine נְבָל uocat factum contra publicam honestatem, uel contra mandatum Dei, uel contra naturam, præsertim cum illud factum turpiudo, seu ignominia comitur. de Stupro uirginis ilato Genes. 34. & Deut. 22. de fornicatione, & adulterio Ier. 29. de inconcessa libidine ratione consanguinitatis 2. Sam. 13. de furto anathematis Iosu. 7. est autem à uerbo, quod significat humido naturali destitui, ac proinde flaccescere, elanguere, deinde metaphorice despere, seu quid simile. Post ablato sapientes, & nobiles sequitur, ut iuuentus omnis trucidetur, aut in captiuitatem abigatur. hoc est enim non letari super illis. nam cum illi fortiter bellum gererent, Deus tanquam pater, super ipsis exultare uidebatur. at nefanda totius populi sceleru fecerunt, ut qui se partem pupillorum, & Iudicem uiduorum appellabat, atque præbebat, nihil prorsus ipsorum misereatur, nec adhuc hic est miseriari finis; sed, ut in euangelio dicitur, initia dolorum hæc. perseverantibus enim Iudeis in sceleribus suis, dominus quoque in indignatione perdurat.

18 Impietas, uel improbitas, seu sedatio, nam cum id interdum nomen Hebraum significet, proposito quoque satis nomen seditionis uel improbitatis conuenit. comparatur enim ignis, qui in fentes, & spinas graffatur, quasi significet improbitatem ipsis perdidisse, & perisse propter iniquitatem suam. uniuersi in quaue erant inuiles, & in proximos iniqui, ueluti spinæ. ignem autem in senticeto ardente, aut in condensa sylua non facile est extingueare: & tandem durat, quam diu adeat materia. fumi itaq; incendi est absuntio sylva: iucirco in similitudine perseverans ait: Disipabuntur cum elevatione fumi (sic enim uerti potest) id est, simul cum fumo, id est, omnino, & funditus: uel repetenda est in toto uerſu more Hebreo nota similitudinis, accendetur, ueluti ignis; & absunt eos, ueluti spinas, & uepres; & accendentur, ueluti ignis in condensissimas; & disipabuntur, ueluti elevatio fumi, qui minimo negotio dissoluuntur. Q uia autem superbi erant, & in altum se erigebant, merito elevationi fumi comparantur. Vidi improbum super exaltatum, & elevatum supra cedros Libani; Transi, & ecce non erat, inquit Daniel. Et conuoluerat: ego dixi, disipabuntur. uerbum enim יְהוָה, quod in quarta hic legitur, neque alibi in scripturis reperitur, quantum ex cognatis eius coniugere licet,

significat dissipari, dispergi, ut nebula, aut fumus &c. In superbia fumi: ego elevationem dixi. uerbum enim <sup>¶¶¶</sup> Hebreis est elatum esse, & ad superbiam transfertur.

19 In ira domini, seu in ardore uerbum נָבָע, quod generali significacione transire significat, modum sariati significandi, non solum ratione constructionis, sed etiam uaria coniugationis: denique in quarta transfertur ad animi inflammationem. est enim ira, ueluti radius quidam, qui pernudit, & pertransit in uiuerum hominem. Ceterum, quod inflammat est, dixi: quia cum hoc uerbum, non nisi hoc loco, in tota scriptura reperiatur; contextui uidebatur magis hoc significatio conuenire, incensa est, seu inflammat est, seu conflagravit. Quid enim magis conuenit ardori, quam conflagratio? sequitur etiam, & erit populus cibus ignis. quare aut ita uertendum est, ut dixi, aut cum uulg. conurbata est. nam satis aptè sequitur ad furem domini, conurbatio terre.

20 Et declinabit ad dexteram &c. ecce quomodo conflagrabat terra: se mutuò trucidabant Israelite: familia in familiam confusgebat, absq; ulla aut amicitia, aut consanguinitatis ratione: unusquisque ea semper in quoquis ferebatur, qua leo, aut altera fera, & immanis bellua: qua inter armata ad dexteram & sinistram ingulat, neque sanguine satiatur. Decidet, inquit, ad dexteram, neque satiatus, uertet se, ut comedat ad sinistram, id est, ut decidens ad sinistram, iterum comedat, ac denoret, ita ut nulla sit cedis satietas. Vnusquisque carnem brachii sui deuorabit: quid hoc significet, uersus sequens exponit.

21 Fratres, & consanguinei sunt, ueluti brachia nostra. Manasses autem, & Ephraim erant uterini fratres. Quantis se cladibus confecerint Israelita, ex historiæ lib. Regum possumus concipere. nam cum serui in dominos insupergerent, & reges occiderent regnandi cupidine, quas cades non uerisimile est patratas fuisse? quae seditiones non excitatas? qua ergo superioribus uerbis continentur, non ad ea tempora referenda esse existimo, quando in Assyrios translati sunt: sed cum uastationem Israeliticam uellet propheta narrare, ea commemorat, que fuccefu temporum in Israel acciderunt, nempe clades, seditiones, ciuita bella, tam inter Israelitas, quam aduersus Iudam; que omnia erant propter eorum peccata; que quia non cessabant, neque ipse dominus ab ira sua desistebat. hæc igitur omnia de uastatione, que regno Israelitarum accidit tempore regum, intelligenda esse puto. nam etiæ ex captiuitate Babylonica non nulli redierunt, non amplius specimen regni habuerunt, neque aduersum Iudam belligerati sunt. at in fine dicitur, quod Manasses & Ephraim in Iudam consergerent: sed quia peccata eorum, eadem fuerunt cum peccatis Iudeorum, seu regni Iuda, utroque eadem pena involuit: proterea dicitur in fine, adhuc manum domini extentam esse.

## Caput decimum.

Noua.

Vetus.

V AE statuentibus statuta uiolentia; & scribentibus [ qui ] labore scribunt:

Ad inclinandam sententiam exhaustorum, & ad rapiendum iudicium oppressis populi mei, ut sint uidua spolium eorum, & pupilos diripiunt.

Et quid facietis in die uisitationis, & quando tempestas è longinquu uenerit? ad quem confugietis pro adiutorio? & ubi relinquetis gloriam uestram?

Ne curuetur pro uinculis, & pro interfictis cadant? nec sic conuerteret ira eius, & adhuc manus eius extenta.

O Assur, uirga iræ meæ, & baculus ipsæ in manu eorum furor meus.

In

V AE, qui condunt leges iniquas; & scribentes, iniustitiam scripserunt:

Vt opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causa humilium populi mei: ut essent uidua præda eorum, & pupilos diriperent.

Quid facietis in die uisitationis, & calamitatibus de longe nenientis? ad cuius con fugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam uestram?

Ne incuruemini sub uinculo, & cum interfictis cadatis? super omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta,

Vx Assur, uirga furoris mei, & baculus ipsæ in manu eorum indignatio mea.

Ad

Noua.

Vetus.

In gentem hypocritam mittam eum; & contra populum furoris mei amandabo eum, ad spoliandum spolium, & diripiendam prædam; & ponat eum conculationem, quasi lutum platearum.

Ipse uero non sic cogitabit, neque cor eius sic arbitrabitur: quandoquidem ad abolendum, in corde suo, & ad excindendas funditus gentes.

Dicet enim; An non principes mei, reges simul [ sunt ]?

An non Calano sicut Charchamis? si non Hamath, ut Arphad; si non Samaria, ut Damascus.

Q uemadmodum inuenit manus mea regna idoli, & sculptilia eorum ab Ierusalem, & à Samaria.

Non ne quemadmodum feci Samaria, et idolis eius, sic faciam Ierusalem, & idolis eius?

Et erit: quando studiosè compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Ierusalé, & in Ierusalem, requiram super fructu magnifici cordis regis Assur, & super gloriæ altitudinis oculorum eius.

Dixit enim; Potenti manu mea feci, & sapientia mea, qui sapientia prædirus fui: & transtuli terminos populorum, & repotis eorum diripui, & deieci tanquam robustus habitatores.

Et inuenit, tanquam nidum, manus mea strenuitatem populorum: & sicut qui colligit oua relicta, uniuersam terram ego collegi; neque fuit, qui motitaret ala, & aperiret os, & strideret.

Nuni gloriabitur securis contra secantem secum? si magnificabit se ferræ contra agitantem se? quasi agitaret uirga eleuantes se, quasi [ qui ] eleuat baculum, non lignum [ eleuaret ].

Propterea mittet ille dominus, dominus tcebaoth, in pinguedines eius tenuitatem: & sub gloria eius adurendo aduret iuxta adiunctionem ignis.

Et erit lux Israelis in igne; & sanctus eius in flamam: & ardebit, & absument spi nas eius, & sentes eius in die una.

Et gloriæ sylua eius, & carmelum eius ab anima usque ad carnem consumet; & erit, sicut dissolutio fugientis.

Et reliquia arborum sylua eius erut numerus; & puer scribet eas.

Et erit in die illo: non adiicient ultra reliquia

Ad gentem fallacem mittam eum; & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiatur prædam, & ponat illum in conculationem, quasi lutum platearum,

Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum.

Dicet enim; Nunquid non principes mei simul reges sunt?

Nunquid non, ut Charcamis, sic Calano: & ut Arphad, sic Emath? nunquid non ut Damascus, sic Samaria?

Q uomodo inuenit manus mea regna idoli, sic simulacra eorum de Ierusalem, & de Samaria.

Nunquid non sicut feci Samaria, & idolis eius, sic faciam Ierusalem, & simulacris eius?

Et erit: cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Ierusalé, uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriæ altitudinis oculorum eius.

Dixit enim; In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum depradatus sum, & detraxi, quali potens in sublimi residentes.

Et inuenit, quasi nidum, manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregau; & non fuit: qui moueret pennam, & aperiret os, & ganiret.

Nunquid gloriabitur securis cōtra eum qui fecat in ea? aut exaltabitur ferræ contra eum, à quo trahitur? quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exalte tur baculus, qui utique lignum est.

Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguis eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis.

Et erit lumen Israel in igne; & sanctus eius in flamam: & succenderetur, & deuorabit spina eius, & uepres in die una.

Et gloriæ saltus eius, & carmeli eius ab anima usque ad carnem consumetur; & erit, sicut dissolutio fugientis.

Et reliquia ligni saltus eius praepancita te numerabuntur; & puer scribet eos.

Et erit in die illa: non adiicient residiū H

Noua.

Vetus.

reliquiae Israeli, & qui evaserunt de domo Iacob inniti super percutientem se; sed innitentur super Iehoua sancto Israeli in ueritate.

Reliquiae conuertentur, reliquiae Iacob ad Deum præpotentem.

Quia si fuerit populus tuus Israël, si cut arena maris, reliquiae conuertentur in eo, consumptionem abbreviatam inundabit iustitia.

Consumptionem enim & abbreviationem dominus Iehoua tcebaoth faciet in medio totius terra.

Ideo sic dixit dominus Iehoua tcebaoth; Ne timeas mi popule habitator Tcio nis ab Asfur: uirga percutiet te, & baculum suum leuabit super te, sicut Aegyptus.

Quia adhuc minus paullulum consummabitur ardor, & ira mea super inueterata [malitia] eorum.

Et excitabit super eum Iehoua tcebaoth flagellum iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & uirgani suam super mare, & leuabit eam, sicut super Aegyptum.

Et in die illo auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo: & dissoluetur iugum propter pinguedinem.

Venit contra Aiath, transiit in Magron: in Machmas recensere faciet uasa sua.

Transierunt transitum, Gaba pernoctatorium nobis: conturbata est Rama, Gabath Saulis aufigit.

Hinni uocetua filia Gallim, animaduertere Laifa afflictam Anathoth.

Migravit Madmena, habitatores Gabim obfirmemini.

Adhuc dies in Nob ad standum, agitat manum suam [contra] montem filia Tcion, collem Ierusalem.

Ecce, dominus Iehoua tcebaoth deramat frondes cum violentia, & excelsi statuta succidentur, & sublimes humiliabuntur.

Et decidet condensa sylva ferro, & Libanus per præualidum cadet.

Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos; sed innitentur super dominum sanctum Israel in ueritate.

Reliquiae conuertentur, reliquiae inquam, Iacob ad Deum fortē.

Si enim fuerit populus tuus Israël, si cut arena maris, reliquiae conuertentur ex eo, consumptionem abbreviatam inundabit iustitia.

Consummationem enim, & abbreviationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terra.

Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercitū: Noli timere populus meus habitator Tcion ab Asfur: in uirga percutiente, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti.

Adhuc enim paullulum, modicumq; & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum.

Et suscitabit super eum dominus Deus exercitū flagellum iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & uirgani suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti.

Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo; & computrescat iugum à facie olei.

Veniet in Aiath, transiit in Magron: apud Machmas commendabit uasa sua.

Transierunt cursim, Gaba sedes nostra: oblitus Rama, Gabaath Saulis fugit.

Hinni uoce tua filia Gallim, attende Lai sa paupercula Anathoth.

Migravit Medemena, habitatores Gabim confortamini.

Adhuc dies est, ut in Nobe sterter: agitat manum suam super montem filia Sion, collem Ierusalem.

Ecce, dominator dominus exercitū confringet lagunculam in terrore, & excelsi statuta succidentur, & sublimes humiliabuntur.

Et subuentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

**V**ULT, nō fallor, propheta his primis uersibus explicare precipuam caussam illius uastationis populi Iraelitici, qua per Assyrios contigit, nempe iniustitiam, & oppressionem pauperum, & ceterorum, qui humano fauore, aut diribue desituntur. neque alia frequentior caussa est euersionis regnum. Statuentibus. ppm Hebreis propriè est constituire formam alicuius rei, imprimere imaginem, seu effigiem: & haud dubi Hebreis idem sit, quod Gracis καρπην. binc ppm part.

part. & nomen eiusdem significationis cum ppm part: secunda, qui constituit formam aliquam & constituit normam uiuendi: sed de hac uoce, & loco, Gen. 49. uide infra 33. Iehoua index no ster. Iehoua legifer. Iniquitas. nomen τὸν est à uerbo τίκτει, quod Hebreis est affectauit, desiderauit, concipiuit: & accipitur nomen hoc plerunque in malum, diciturque de affectu illo prauo, & naturæ ui, qua quispiam alteri dolorem, & nim infert, aut ipse afficitur, Ps. 6. Discedite à me ope rarij uolentia. ad qua uerba alludens dominus Matth. 7. de illis ea uidetur interpretari, qui per nomen domini prophetauerunt, dæmonia eiecerunt &c. id est, de pseudoprophetis, & ipsorum traditionibus. Interpres Matth. dixit ἀνθεῖται, Luc. ἀνθεῖται: coniungiturque sepe nomen hoc cum nomine Λουᾶ, ut hoc loco uides. Num. 23. dicitur: Non uidi violentiam in Iacob, neque laborem in Israël. ex quo loco deinde omnes prophetæ hanc phrasim sumentes (est enim Moses fons omnium prophetarum) ad impietatem, id est, impian doctrinam, & idolatriam, seu superstitionem transtulerunt; uel etiā ad oppressionem innocentium, quos impij ex innata illa uì, dolore afficiunt, & laborare faciunt. Pafimus ergo hoc statuta interpretari, uel de legibus polyticis, quas ferebant principes & magistratus, ad propriam ipsorum utilitatem, summa cum pauperum iniuria, ut mox sequitur, uel de interpretationibus, & additionibus impijs, quas addebant ad duinam legem, peruersè illam interpretantes, cuiusmodi erat illa tempore Christi, circa præceptum de honorandis parentibus.

2. Ut opprimeret &c. uerbum τίκτει in tertia actuum est, inclinare, declinare &c. nomen αὐτὸν τίκτει tribunal significat, ut apparet ex 5. cap. Indicū: Qui uehimini aſinabus alibi, sedentes super tribunali, sic enim uertendus est locus: quod non male reddidit uulg. Sedetis super iudicium. unde & pro ipso iudicio uidetur h̄c accipiendo. inclinare autem iudicium, seu sententiam pauperum, seu exhaustorum est torquere iudicium, & facere, ut causa cadant. sensim uulgatus reddidisse contentus fut. est ergo nomen deductum à uerbo τίκτει, uel τίκτει: sunt tamen quibus uidetur ἀ εſſe prepositio, quasi dicat, ad declinandū à iudicio exhaustos, ne illis ius diceretur. nam τίκτει iudicium est: sed prior sententia libentius accedo. quid si τίκτει sit à uerbo τίκτει, & mensuram significet, pro τίκτει? & uertendus sit, ad declinandū mensuram exhaustorum? quo tropo significat iniuria, quas patiebantur pauperes in emptionibus, & uentionibus, & rerum commutationibus. nam alibi inequalia pondera, & mensuras iniquas obiicit. unde illud, Quia mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Inclinare ergo mensuram est, inequaliter ius dicere diuitibus, ac pauperibus: quod mox uersu sequenti explicare uidetur, nec reprobanda est bac interpretatio. Pauperes: ego exhaustus soleo uertere, ut propriam significacionem uocis Hebreæ retineremus. est enim τίκτει exhaustum esse, extrahit, seu attenuatum esse exhauriendo. inde nomen τίκτει exhaustus facultatis, seu uiribus attenuatus tenuis fortune homo, & opponitur nomini τίκτει. Et uim facerent &c. ego hebraismum retinui, ad rapiendum iudicium, est phrasis Hebreis familiaris, qua etiam uulgo utimur. rapuerunt iudicium, seu iniustiam, id est, ui abstulerunt ius, ne iusta ius, & aquem pauperes iudicarentur. Humilium: sicut Hebreis pauperes ab exhaustis facultatibus τίκτει; ita ab oppressione, seu humiliacione dicuntur τίκτει: uel potius, quod eis ne-mo subueniet, neque iuxta uotum quidquam eis respondeat, ut iam superius annotau. Ut essent &c. quasi huic tendant illa statuta, ut liberè, simul & specie aliqua aut religionis, aut iniustitiae possint ius eripere pauperibus, pupillis, ac uiduis. at legislatores omni affectu uacuos esse oportebat, quasi reip. leges conderent, in qua non essent uicturi.

3. Visitationis: quid uerbum uisitationis τίκτει significet, Hebrei aut ignorant, aut non satis exprimit. accipitur autem nunc in bonam, nunc in malam partem: nec uno uerbo latine commode semper reddi potest. est enim nunc gratia, & beneficj, nunc ira, seu pœna: itaq; puto idem esse: quod Latinis ratione habere, sumere, inire, decere rationes, & similia. redditur igitur commode nunc uerbo uisitandi, nunc requirendi, nunc recensendi, qua affinitas sunt. nam qui uisitat, ille requirit; & qui requirit, ille recenset, & eius rei curam habet: & contra qui recenset, is requirit; & qui requirit, is uisitat. estque semper superioris erga inferiores. Nomen ergo τίκτει, quod hic habetur, est uisitatio, inspectio, requisitio, officium inspectionis, munus episcopi, officium demandatum, prefectura, delegatio. uide infra, cap. 60. Et calamitatis &c. hebr. ex tempestati è longinquu ue- net. decti relatiuum, quod sepius omittunt. est autem hebreæ phrasis, qua etiam nos Lustiani utimur, quid facietis tempestati? id est, quomodo nos geretis, aduentente tempestati? uel quando ingruerit tempestas? tempestates autem, quæ longinquu adueniunt, impetuostores sunt. Hic uersus omnino si-gnificat iniustibus, & qui affectu humanitatis exuerunt, imminere iudicium absque misericordia. nam qui alijs in rebus peccauerunt, si misericordes in fratres fuerint, habent, quod faciant in die uisitationis & tempestatis: habent enim placatum iudicem. nam qua indigentibus dederunt, Christo domino dederunt: & pauperes ipsi sunt patroni, qui tandem eos in eterna tabernacula recipiunt: in-

terim uerò eleemosyna orat apud Deum , ut loquitur scriptura . babere enim quod faciant , est non carere remedio . Pro auxilio . hic interdum est usus litteræ ה : מִרְאֵת pro auxilio : non est enim qui crudelibus subueniat . Vbi relinquetis gloriam uestram ? nomen כָּבוֹד non tam hic gloriam , quam glorioſos ipſos principes , & magistratus significat : qui plerunque euadere solent ex prelio , & ad loca tutę natura , & arte munita confugere : aut etiam auxilia ab amicis regibus petere , quibus amissam prouinciam rursus recipient . quando autem ipſi quoque principes in potestatem hostium ueniunt , atcum est de regno . in superioribus non semel ita accipi hoc nomen uidisti , & sepius aliis , queſequuntur , hoc conſtruant .

4 Ne incuruemini . יְהָיו curuauit ſcilicet crura , & hoc diſſert à uerbo מִשְׁׁבַּח , quod proſternere ſe in terram corpore , & facie ſignificat . qui hec à ſuperioribus diſtinguit , ſenſum afferrunt nimis uiolent . ego uulg . ſecutus , בָּנְתִּי prone accepi . quid , inquit , ſe propriorum principes tui , ne ſub uinclo , id est , ſub uincillis , aut potius pro uincillis curuerunt , & pro interficiis , id est , tanquam interfici cadant , is enim uetus eſt interdum uocis תְּמִימָה . נְסָבָה collectuē accipi uidebis

Pſ. 79 . & alibi : ſignificat ergo principes aut interficiendos , aut inter captiuos abducendos .

5 Vx . יְהָיו hoc loco compellantis eſte uidetur . O Aſſur , ipſe eſt uirga ira mea , & baculus : quod exponens ait ; in manu eorum ſcilicet Aſſyriorum eſt furor meus , id eſt , O Aſſyriū uos eſtis ministri ira , & furoris mei .

6 Fallacem : uocant Hebrei hypocritam hoc nomine וְרִאֵת à uerbo , quod ſignificat , aliam ſpeciem praefere , quam ante habuit , aut quam habere debuit . nam & Latini rectum hominem appellant & obſcurum : cui opponitur apertus , candidus , ſincerus . Latini nunc uerbo contaminandi , nunc uerbo polluendi uerterunt , & nomen ipsum nomine hypocrita ; ut uel hinc uideas illos eſſe propriè contaminatos , & affectos , qui ſcili sunt ; illamque ſpeciem sanctitatis fictitiam , eſſe in oculis domini inſignem contaminationem . quod genus hominum deſcribens Paulus ait ; Speciem uirtutis habentes , uirtutem autem eius abnegantes . Populum furoris mei , uel ardoris . uocat autem populum furoris ſui , in quem furorem ſuum eſſundet , & quem duriter trahare decreuerat , ut uideas , quantum illum populum peccata immutariunt ; ut cum , quem primogenitum ſuum , & filium dilectum , & quaſi peculium uocare conſueſſerit , nunc populum furoris ſui appelleat . Mandabo . ſimilis conſtructio huius uerbi וְרִאֵת eſt Ierem . 27 .

7 Non ſic arbitrabitur . de uerbo וְרִאֵת uide ſuprad cap . i . uerf . 9 . quibus adde , quid iuxta ſe cundum modum ſignificandi , quo ſignificat aſſimilare , notet quoq ; formare ſimilitudinem in animo , id eſt , quid quodammodo etiam eſt facere ſilere , ſeu acquiescere , ut ſciliſt res rei conſentiat . Ad conterendum , uel ad abolendum , nam id proprieſtate ſignificat uerbum וְרִאֵת : Latini nunc uerbo delendi , nunc diſſipandi , nunc diſperendi , nunc atterendi , nunc diſſoluendi reddiderunt . uerū ubique uerbo abolendi reddere apte poteris . Ego , inquit , illum mihi , ut tanquam uirga punirem populum , in quem iratus sum : ille uero neque ſe à me miſum cogitabit , neque leuite affigere , ſed funditus perdere in animo habebit . Gentium non paucarum : ſic ferè omnes reddiderunt uocem וְרִאֵת : ego quia non memini in singulari וְרִאֵת ſic accipi , cum negatione adiunctum uerbo , aduerbiū eſſe credo , id eſt , non parum , omnino , funditus . uidetur enim , quid de populo tantum Israëlitico nunc loquatur prophet : non tamē aliorum interpretatione danno .

8 Principes mei . וְרִאֵת princeps eſt : & ſi proprieſtate accipiatur , eſt , qui mensurata habet aliquam gubernationem . non male hoc loco proceres diceres . Reges ſimilis ſunt . proceres mei in palatio meo , reges quoque ſunt , ut rex regum dici merito poſtim .

9 Et ut : heb : ſi non : eſt ; uel iurantis , uel affirmantis : diſpeream , ſi non Hamath &c . uel , uidēant , ſi non acciderit &c . potentissime autem fuerunt illæ ciuitates .

10 Inuenit manus mea regna , id eſt , potencia mea uenit ad regna , ut ea apprehenderem , & caparem , ſicut rem quampli manu , neque eam potuerunt effugere : uel potius eſt phrasis Hebreis pectorum , inuenit manus mea regna , id eſt , regna uenerunt in manum meam , & redacta ſunt in meam potestatem ; quemadmodum in Pſ. Dextera tua inueniat eos , qui te oderunt . Regna autem idoli uocat , que idola colebant . Sic & ſimulacula eorum . ſic , addidit uulg . de ſuo . mihi uidetur & eſſe comparatioſis , & iſti duo uerſus coniungendi ad hunc modum ; quemadmodum regna idolorum uenierunt in potestatem meam : erant autem plura ſimulacula eorum , quām Ierusalem & Samaria , non ne , inquam , quemadmodum feci Samaria , ſic faciam Ierusalem ?

11 Notandum autem , quid ſacredittera ſapientiæ idola uocent nomine וְרִאֵת , ed q cultus eorum conſcientijs multum doloris , ac laboris afferat . nam uerbum וְרִאֵת eſt diſtruciare animum , contristare , dolore afficere . In his autem uerſibus ſatis manifeste appetat , quām facile homo diuinis metas tranſyndiatur ; cum tamen ceteræ creaturæ ſuis ſint contenti terminis . commendat enim ſcriptura

ra obedientiam , quam ſeruant aquæ , quibus Deus arenam poſuit pro meta , ut in ea frangerentur tementes fluctus . unde quidam de elemento aquæ ex Dauidē cecinit : reſonantia plangit Litora , preſcriptas metuens tranſendere metas . Voluntas quidem domini erat , quid funirentur Iſraelite , ſed non quid omnino deleteret regnum illud : at homo huins voluntatis minifex ſibi pro arbitrio patet licere . Conſidera etiam , quid cum idolis uim diuinam hic tyrranus infeſſe crederet ; tantum ex hoc , quid ſibi non reſiſſent , exiſtimabat Deo uires defuſe ad reſiſtendum , quaſi repugnaret diuina bonitati permittere , quid ſui cultores aliquid malii patientur . ut uideas humani cordis ſuperbia , ſimul & ignorantiam . Quid autem non culpa duceret coli idola , uel illa argumentatio ſatis ostendit , quæ à maiori ad minus eſt ; Q uod faci regnis , qua plura idola babeant , non faciam regno , que pauſiora nam ſi peccatum putabat idola colere , malè colligebat .

12 Cūm impleuerit : ego , ſtudiō ſe compleuerit , uel magno cum ſtudio ac contentione abſoluerit , uel perfererit . nam ſicut herbum וְרִאֵת mordere ſignificat , & fenus exercere , ed quid fenus homines mordeat , ſic uerbum וְרִאֵת uulnerare ſignificat , atque exercere auaritiam , que tanquam gladius hominem uulnerat , & illius ſanguinem exſugit , & uoluntiam abſumit : ſed quia ferro Latinus non patitur , ut uulnerare pro auaritiam exercere dicamus , nuclio modo , nunc hoc reddere oportet . in ſecondū uero coniugatione , in qua hic legitur , accipit modum ſignificandi ab altera condicione auari , qua natura cupidus eſt , & audius aliquid complendi , & tam in bonam , quām in malam partem ſolent capi . Hic uides , quanta ira & uindicta ſtudio exarferit dominus aduersus populum ſuum , & quām uerò illum uocauerit populum furoris ſui . In monte Tzion , uel aduersus montem Tzion . Cumēta opera ſua , omne opus , uel totum opus : quia uerò non intermittebat populus peccata , etiam inter afflictiones , non intermittebat quoque dominus opus ſuum . Ex hoc quoque loco habes , quām proprium fit ſupreme illi bonitatim improbus punire . Vifitabo , uel requiram . quād uirga necessaria eſt , integrā ſeruat : quando autem nullus uetus iam amplius eſt , & ipſa quoque conſringitur , & in ignem mittitur . non eſt ergo , quid gloriuntur uictores populi ſi uictoria potiuntur . poſquam enim uictori penas dederint meritas , dominus quoque requiret ſuper uictorum insolentia , atque crudelitate . Magnifici . nomen וְרִאֵת in abſtrato magnitudinem ſeu magnificientiam declarat , ad uerbum , ſuper fructu magnitudinis cordis regis &c . Vocat autem fructum magnitudinis cordis ea , qua ex arrogantiā cordis , & elatione animi , atque ſuperbia proueniunt : & quod ſequitur , idem quoque declarat , ſuper decorē , ſeu gloria elatiōis oculorum , id eſt , ſuper elatiōis oculis , cum faſu , & maiestate omnia deficiens : qua omnia a uerf . 7 . uſq ; ad 11 . continentur , & mox ſequentibus explicantur . eſt enim cor , ueluti radix cogitationum , atque actionum noſtrarum , & pro ut affectum eſt , tales quoque fructus producit , ut in euangelio dominus Matth . 15 . docet . Decore . heb . אֲרֹנָה à uerbo , quod ornare ſignificat ; Græcis μαρτυρία . Pſ. 78 . uulg . pulchritudinem dixit , dedit in captiuitatē potentiam eius , id eſt , arcā , & decorē eius , id eſt cultum , in manum hoſtis nam loquitur de culto in ſylo decenter iſtituto . ſic & Paulus hortatur , ut in ecclēſia omnia decenter , & ſecondū ordinem ſiant . hanc eandem uocem uidetur , ipſe Paulus nunc gaudium , nunc coronam reddidisse , & ad Phil . 4 . ueranter ſimul complexus dixit ; Gaudium meum , & coronam meam : & 1 . Thes . 2 . Gaudium , & corona glorie . qua uerba uidetur accepitſe ex Ezecl . 24 . In die , quo tulero ab eis gaudium decoris ſui . hic ergo accipere poſſimus proueniātē , & gratia , quam qui ſibi placent , & cui omnia ex ſentientia ſuccedunt , in oculis praefeſerunt , qui ſunt indices animi certiores , quām uerba .

13 In fortitudine manus mea , uel potenti manu mea . eſt autem וְרִאֵת non ἀρνηται , ſed δύναμις , id eſt , fortitudo , robur , facultas &c . Abſtuli , uel traſtuli . eſt autem translatio ſeu ablatio populorum eius , qui ad libitum dominatur , qui miſcat regna , & diuidit prefectorias , ad ſuam utilitatem & libidinem : & habitatores ſedes mutare compellit , quid reddat regiones pacatas , & rebellionum ac defectionum occaſiones amputet . וְרִאֵת autem in tercia , eſt diſcedere , facere , id eſt , auferre , traſferre etc . Gen . 48 . Transferet de capite Ephraim &c . Principes eorum : uariant interpretaſis in hac uoce , & radix quidem maniſta eſt . וְרִאֵת , id eſt , iuſtitia , incubuit operi , inſtanter exercuit . Neque probo , quod Hebrei , & Sancti eos ſecutus , dicunt nempe , quid ſit preparare , & וְרִאֵת , eſſe idem , quod preparata , id eſt , theſauros . & in re quidem facilē conſeruent cum eis , ſed etymologiam non probo : uocem enim credo ſignificare reponita , ſeu theſauros , uniuersamq ; ſupelleſtīlem , quibus poſſeffores incumbunt . Quia uerò ab hac ipſa radice uenit nomen וְרִאֵת , quid bircos et arietes , quibus grex mititur & quaſi incumbit , & per translationē duces & gubernatores populi ſignificat , ut Zach . 10 . (de quo dicemus inſra 14 .) idcirco uulg . hic principes uerit , cum tamen in hac forma , alibi ſic accepit non inueniamus : in hac enim forma femina . hic tantum , & Deu . 32 . reperitur : & in Deut . quidem ea , qua imminent , ſignificat ; hic autem ea , quibus incumbunt & ſtudent homines , promptuaria , reponita , theſauros , & ſimilia . Quasi potentes . de uoce וְרִאֵת . H iii

est hic controvrsia: quidam enim sentiunt idem esse, quod כְּבָר, id est, multus, copiosus &c. & interpositam per epenthesim, quod in alijs nominibus interdum fit. alij rectius dicunt, כְּבָר esse similitudinē notam, & גַּם pro robusto, & nūribus pollente accipendum. Quid si מִרְנֵי, cubilia interpretarē, וְכָאָגָר stragulum? id enim significare כְּבָר perficuum est, quasi ex multiplicitib⁹ pilis contextrem, sicut בְּכָר. sensus itaq; iste erit; Cubilia eorum diripiū, & deposui stragulum habitatorum, seu quiete habitantium, quibus sub tunc aduentum significat, & omnino-dam direptionem: quae non est difficultas illis, qui super in cubilib⁹ iacentes irruunt. & hic sensus sequentibus quoque congruit.

14 Nidum. hebraicus nidum vocat, non tam nidum ipsum, quam pullos avium, qui adhuc nido continentur, Deut. 32. Sicut aquila suscitabit nidum suum. Fortitudinem. iam supra dixi propriam significacionem huius nōis לִמְנָה, que primaria significatio stremitatem declarat, que labore, & exercitio conslat, & facinora & praeclarē facta quoddammodo entitit, hinc pro exercitu: interdum & pro substantia, seu facultatibus stremitatem partis, ut hoc loco, & Deut. 8. & Iob 20. Stremitatem, quam deuoravit, enomet &c. Quid si ita est, non mirum, quod superiore uersum non tam de thesauris, & bonis repositis quis uult interpretari, ne idem hic repetere videatur Assur, quam de subito aduentu hostium, & potentia omnia disponendā ad libitum. Sicut colliguntur &c. participiū esse existim, quasi scriptum sit ὅσπει. Quemadmodum autem Latinis colligo, est, in unum redigo, interdum etiam carpem auctero; ita hoc uerbum Hebreis: neq; alias significaciones habet. Eleganti certè metaphora, ac similitudine potentiam suam exprimit, qua in subiectos usus, omnia & diripere, & ad libitum disponere potuit: neque sat illi fuit, si se nidum inuenienti, populos animalis, substantiam ac liberos eorum pullis, et oīis avium compararet, nisi etiam id, quod aib⁹ nunquam denegatum fuit, ut garriundo, ac stridendo, & querulū uocibus obstrependo, ac uolitando direptionem nidorum suorum quoad eius fieri potest, impediāt, populos non fasciāt p̄ timore, & stupore affirmaret. Isti sunt fructus superbi cordis, quod gloriatur in alienis bonis, quasi in suis, & in iis, que accepit, quasi non accepit, quam mentem procul abesse à sui uult dominus, Deut. 8. Ne dicas in corde tuo; Virtus mea & fortitudo manus mea fecit mihi diuitias istas &c. & multis alijs locis: adeoque illam Deus decretatur, ut affirmet Moses in suo illo cantico, propterea pepercisse dominum populo suo, ne superbirent hostes eorum, & dicentes; Manus nostra excelsa, & non dominus fecit hec omnia, porro quae sequuntur, satis hoc ipsum confirmant.

15 Nunquid gloriabitur fecuris &c. uariant quidem docti interpretes hoc loco, neque sibi constant Rabini, & multa supplant absque ulla causa. & quidem in priore uersus parte, nulla est difficultas; at in posteriore non minima, que ortum habuit ab ignorantia significacionis uersi קָרְבָּן, cui cūm sex significations, easque diversas assignant, propriam, & ueram, dubito, an assignauerint. Sed de hoc errore alijs. Scito interim, Christiane Lector, unicam tantum esse uerbi significacionem, scilicet agitauit: neque in uocibus ab hoc uerbo deductis aliam queras. buc accessit, quod nomen שְׁבָר non putarunt in recto esse, cum planus huismodi sit sensus, si in recto accipias; posset quidem Assur sibi uictorianam tribuere: si uerò diceretur baculum agitare, & huc, atque illuc circumagere eos, quās manu tenent, atque eleuant; aut si dum quispiam baculum leuat, non lignum eleuaret: at manifestum est, & uirgam agitari ab eleuante, & baculum nihil aliud, quam quoddam lignum esse. insana igitur est Assur gloriatio, qui per se nullas uires, neque motum ullum habuisset, ut noceret populo Dei, & tot aliena regna occuparet, nisi h̄ec diuinitus accepisset; ipse uero nihil aliud sit in conspectu Dei, quam quoddam lignum putredini obnoxium, & mortalis quidam hominu. Quia sententia similitudinēs hominum infidet, non adeò delirarent reges, neque adeò plebēterent Achini. Suppleui relatiuum. Qui, & exp̄si uerbum, quod repetendum erat, ne Latinis auribus insuauis effet oratio, cuius concilio Hebreis est p̄elegans. Posse quoque uertere; Quasi eleuare baculum non [sit] lignum [eleuare].

16 Habet in his uersibus penam arrogantis regis Assyriorum, & p̄mō quidem dum floraret, & uictor aliorum regna inuaderet, cum comparat corpori pingui, cui scilicet integre sunt uires, quas solet amittere, dum in maciem, & tenuitatem ex aliquo morbo, aut media deuenit. Quia etiam nibil sic res gloria, caras & pretiosas corrumpit, & in nibilum redigit, sicut ignis, dicitur, quād sub eius gloriam ardere faciet ignem.

17 Lumen Israelis &c. qua est hoc lux Israeli, nisi dominus ipse, quem mox sanctum eius appellat? ipse, ipse, inquam, dominus, qui Israeliis est lux, & quem, ut sanctum Israelite colunt, Assyrios, ueluti ignis spinas, absunt. Forte alludit propheta ad cultum ignis, qui perpetuo ardebat, & confervabatur in templo: cum enim ibi esset perpetuus ignis ad perpetua sacrificia, & sanctitas in cultu nigeret; essent autem Assyrii in circuitu Ierusalem, ueluti spinetum quoddam, armis hispi-

di, & ad pungendum parati, singitur, ueluti ē templo egressus ignis, qui milites absumperit, exercitumque delenerit. quemadmodum etiam ignis columna Indis luci, & Aegyptiis terror erat: ita ignis templi in lucem, & sanctificationem fuit pijs; Assyrii autem in uastationem, & consumptionem: quasi significare uelit propheta, quid proper cultum & religionem dominus deleret hostes Israëlis. De his uide in ultimis uerbis cap. 31. In die uno, id est, simul, & breui tempore.

18 Syluam metaphorice vocat constipationem armatorum militum, qui cristi, galeis, & hastis densissimam syluam imitantur: ita & carnclum vocat copiūm conveatum, & omnium rerum abundantiam, quam secum deferebant. ob fertilitatem enim loci abiit carmel in prouerbium apud Hebreos. Ab anima usque ad carnem: hoc quoque prouerbiali forma iactatur, id est, penitus. Et erit terrore profugus: uariant hoc loco interpretes: וְדָבָר, ni fallor, est nomen à uerbo. דָבָר, id est, liquefecit, ut defluat, nomen autem liquefactionem, seu dissolutionem notat: atque ita dupliciter interpretari possunt; erit quasi res quadam lenissima, ut puluis, aut cinis, que non consistunt, sed uento tolluntur, ac fugantur: uel erit quasi dissolutio, seu liquefactio, id est, dissoluentur sicut quis liquefunt, ut in Ps. 68. Dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius, sicut deficit fumus; deficiant, sicut fluit cera à facie ignis &c. quod uidetur sumptum ex libro Num. cap. 10. uel erunt sicut dissolutione fugientis, id est, sicut qui metu dissipati aufragiunt. hunc sensum, sive priorem, qui ferè idem est, liberet amplector, quod uerba propriū id sonant, & eundem expressū uulg. ut qui in liquefactione metum intellexerit. nam Hebrei liquefactionem cordis, metum, seu terrorem vocant: & ferè idem est, quod Chal. erit contritus, & fugatus. Qui autem dissolutionem uxilliferi hic afferunt, non placent. nam nullibi incunio דָבָר uxilliferum significare in scripturis, quanvis דָבָר signum sit. est ergo hic דָבָר participium in quadrata, quam uocant, coniugatione: neque defint Rabini, qui ita putent. existim autem, quid de ipso rege Assyriorum sit sermo, qui, ut infra dicetur, & in lib. Regum narratur, ex eo exercitu nocte una per Angelum domini cum paucis aufugit in Assyriam: uel de exercitu ipso & militibus, quorum corpora, quasi igni absumpta, in cinerem resoluta sunt.

19 De paucitate autem loquitur uers. 19, qui ad uerbum ita sonat, & reliquum ligni sylue eius, numerus erunt, id est, que relinquuntur, arbores, erunt numerabiles, id est, pauci numero erunt, qui superfluerint à cede illa &c. Solent autem nomina militum conscribi. quod munus pueris committi non confuerint, ut qui neque nomina numerorum teneant, neque rationes numerorum intre ualeant.

20 Et erit &c. fructum illius miraculi exponit. uidentes enim p̄i aliquot Israelite dominum Ierusalem liberasse, caperunt confidere domino, ipsique inniti; neq; ultrā spem suam in hominibus collocare: qui licet interdum auxilium praberent; paulo tamen post, mutato animo, hostiliter ipsos uexabant. Assyri enim, qui Abaz opem tulerunt aduersus regem syrie & Israel (ut supra ostendimus) aduersus dominum Iehuda, poste a non semel profecti Iudeam uastarunt. Sed quia Assyriorum fastus, crudelitas, ac tyrannus imperium diaboli, a peccati deignabat, ad mysterium, & ueritatem ab umbris transit. nam & liberatio illa liberationem, que per Christum facta est, designabat; & qui tunc euaserint Israelite, eos, qui ex Iudeis ad Christum conuerteruntur: & has transitiones in prophetis, qui Iudei nolunt intelligere cœci, & interpretes, qui Rabinos, tanquam oraculum, sequuntur in suis interpretationibus, parum Christiani sunt. Qui fugerint. נָבָד euasio; id est, qui euaserint: & dicitur tam de personis, quam de alijs rebus. In ueritate. hebr. נָבָד sic uertendum est, non, ex fide, ut quodam uolunt: inniti autem in ueritate, est ex animo, & uere, non ficte, & ore tenus domino confidere. Innat autem ad confirmandam spem, atque fiduciam nostram considerare beneficia domini, quibus suos ab exordio mundi profectus est. Sed nunquid non infani sunt, qui super percussores suis inmitiuntur? huismodi sunt mortales, qui ex amicio inimici sepe fiunt. Verè in Deo nostro salus Israël &c.

21 Reliquiae conuertentur. quia reliquos, & qui euaserint, dixerat; ne quis forte putaret ingentem numerum futurum Israelite Deo fidentium, reliquias hic vocat: & ex ijs, que sequuntur, atque etiam ex duo Paulo Rom. 9. appetit manifeste, reliquias pacificatē declarare. Sunt autem hic illæ duas uoces, que nomen alterius filii Isaiæ componebant Sear Iasub, id est, reliquiae reuertentur, uel conuertentur. quod nomen supra dixi, mysterium significasse, nempe quod ex uastatione illa Israelite, & strage, quam peccata ipsorum commiserant, & hostes, qui à Deo propter ipsa peccata immisi sunt, ediderant, pauci euaderent Israelite. Id manifeste hic exponit propheta, nempe quod reliquias Iacob, quas significabat nomen illud filij sui, conuertentur ad Deum נָבָד p̄eauidum, seu praeotentem.

22 Consummatio abbreviata &c. in dubio non est, quin prius nomen נָבָד sit uerbo, quod & consummare, & confunere significet: unde & consummatiōnem, & consumptionem reddere pos-

- sumus; quamvis Deut. 28. consumptionem uideatur omnino significare; Consumptionem oculorum &c. neque alibi legi: posterius autem nempרִנְתָּה harie accipi potest, & adiecit quidem optimè reddit uulg. abbreviata, vel concisa; & sunt, qui in malum accipiunt, quod Deus iustitia inundante, & copioſa abbreviavit populum illum, atque consumpsit. sed neque conſtructio hinc expositioni fuit: neque praecedentibus, & consequentibus coheret. nam si nomen iustitiae accipiatur in caſu nominandi, tuac planor erit ſenſus; consumptionem abbreviavit inundabit iustitia. Intellige autem per consumptionem abbreviata pauculos illos, & reliquias, que ex Iſraele ſeruata sunt, qui sanctissimi fuerunt, ut ſupradam dixit; Omne reliquum in Tion ſanctum uocandum &c. cap. 4. Quid si nomen רַבָּתָה ſubſtantiu accipiatur pro raſtro, seu tribula, ut inſra cap. 28. & Amos primo? (nam hoc instrumento utuntur agricola ad comminuendas glebas post iacta ſemina in agro) ſignificabit, quod poſt consumptionem, & uafationem illam, que uentura erat populo Iſraelitico ſimilem illi comminutioni glebarum, que fit raſtro, uel excuſionis granorum, que alio instrumento fit; (de quo inſra 28.) inundabit iustitia, & quod maxima fuerit donorum celeſtium abundantia, poſquam peccatum, & infidelitas feret totum Iſraelem uafastet. qui ſenſus ſi placuerit, ſic, conſentientibus uocibus Hebreis, reddere poteris; consumptionem raſtri inundat iustitia. nam immunitio corum diuitiae mundi, ut inquit Apostolus.
23. Quid superiori uerbi רַבָּתָה, hic חֲלֵד ab eodem uerbo, nempe consumptionem, ſeu consumptionem ſignificat. Abbreviationem cum uulg. reddere volui. nam Paulus Rom. 9. hunc locum citatis reddidit per אֶת־לְבָדָקָן, id est, abbreviatus, decurtans: & Math. 24. uidetur redditum חֲלֵדָה decurtatio fuiffent: & Mar. 13. decurtat, amputata ſcilicet aliqua parte prioris mensura. ſignificat igitur hoc participium, tanquam nomen ſumptum, determinationem, decisionem, ſeu decurtationem, uel rei, de qua dicitur, uel temporis; & uerbum ipſum heb. iuxta materiam ſubiectam redendū est: nam unica uoce ſemper reddi non potest: respondet autem noſtris, acuere, acutum eſſe, pene trare. Poſſunt autem haec accipi, ut dixi superiori uerbi, pro ipſis, qui ex praefatione manferunt: uel in malum pro ipſa consumptione, ex qua ſuperuerunt reliquia. Illud autem in medio uniuersa terrae more hebrei. accipe, id est, in medio huius terrae. in hac terra, ubi eſt nunc ingens numerus hominum: in pluribus enim eorum non beneplacitum fuit domino. nam Deus, longe abeſt a non nullorum infania qui ſibi multitudine hominum ſibi ſubiectorum, placent. Vides eum ſumma cum equitate (ita uideatur interpretari Paulus) ab infinita illa hominum colluie, qui erant ueluti arena maris, puſillum quendam gregem ſegregat: hoc uocat uerbum conſummatum, & abbreviatum, id est, rem brevem, & decurtatam: uel uerbum, quo illam abbreviationem efficit, (omnia enim uerbo ſuo facit Deus) dicitur uerbum conſummatu, & abbreviatu.
24. In uia Aegypti. hebraiſmus eſt, id est, quemadmodum Aegyptius, ſicut, inquit, ab Aegyptijs indigeta eſtis, non tamen affliſto illa perpetua fuit, ſed ſinum habuit, eundemque glorioſum uobis, ne deſpondeatis quoque animum, cum uidetis Aſſyriorum aduersus nos ferociam, & crudelitatem. erit ueluti flagellatio filij, quem pater corripit. habitatores enim Hierofolymitani obſidione preſi ſint; & omnia, qua extra muros poſſidebant, ualata ſunt. ſed non diu durauit illa uexatio, ut ſequenti uerbi promittit.
25. Paullum, modicumque. ſic etiam legitur ſupradam 16. in fine וְיַעֲשֵׂה, id est, ualde parum, uel poſt puſillum, & minus puſillo. Conſummatabitur. ſi de Aſſyriis eſt ſermo, conſummatu dicendum eſt, id est, ad ſummu perueniet, explebitur, ſatiabitur, ut nihil amplius exspectandum ſit, neque diuitius ferre poſsim: ſi autem de Iudeis (non enim relatiuum eorum obeft, cum ſit frequens mutatio perſonarum Hebreis) dicendum, conſumetur, ſinuetur, ceſſabit. uide ſupradam 22. & 23. conſumetur, & ceſſabit indigatio. Super ſecluſ. in uoce תְּבִלָּה non conſentiant interpretes: crediderim ego, quod ſit a uerbo חֲלֵד, quod uerbo in ueteri aſcendi reddi potest, & ſignificare inueteratam malitiam. & ſicut nomen חֲלֵד ab eodem uerbo tranſeretur ad ſignificandam corruptionem, que ueruſtatem conſequitur, ut inſra 38. cap. ita hoc nomen congruā inueteratam malitiam, & morum corruptionem uideatur ſignificare.
26. Flagellum. hebr. מִזְבֵּחַ ſic dictum, quod circumpongat, & circummagat. Super mare, & leuabit eam, id eſt, ſicut leuauit uirgam ſuam ſuper mare, & ſuper Aegyptios, ut in mari perirent, ita ſuper Aſſyrios &c. Ver. 24. dixerat, quod Aſſyrii percuſſerunt Iudeos, ſicut Aegyptus; hic autem, quod dominus percuſſerunt ſit Aſſyrios, ſicut Aegyptum. iuſlum enim eſt, ut inquit Paulus, quod reddit dominus uicem impis, qui filios Dei diuexant, ſive Aegyptij, ſive Aſſyrii ſint; etiam ſe permittente, uel etiam inbente domino illud faciant, nam & quod iniquo animo id faciant, & propter alia quoque ſeclera ira Dei digni ſunt. Nec tibi durum uideatur, quod cum ſuperioribus ueribus de Chrifti tempore uerba inuerterit, hic rurſum ad hiſtoria filium redeat, nam is mos eſt prophetis, quoties hiſtoria

- hiſtoria, umbra, & deliniatio quedam eſt futura ueritatis. adde, quid quebis ueribus tribus com memorat, facile, neque nimis uolenta interpretatione in eos dicta accipi poſſunt, qui reliquias illas ſanctas perſecuti ſunt, quos dominus deleuit ante faciem ſeruorum ſuorum. Facit hic locus ad conſirmandos animos ſeruorum Dei, ad uerum quos eſti ſumma, & maria flutus ſuos eleuant, dominus iubet, ne animum deſpondeant. nam tandem durabit affliſio, quamdiu ira domini aduersus impios non fuerit conſummatu: conſummat autem breuiſimo tempore, ſi illi in ſua crudelitate perfeuerent. non enim relinquet dominus uirgam peccatorum ſuper forte inſtorum, ne extendant iuſli ad iniquitatem manum ſuam.
27. Auferetur onus: hac etiam ſi intelligi optimè poſſunt de ea libertate, qua à domino asserti ſunt Iudei ſub Ezechia, delecto per Angelum domini exercitu Aſſyriorum, ut praecedentia, & ordo hiſtoria, poſtulant; non minus congruent ad mysterium referri poſſunt, cuius hiſtoria typus fuit. Illud autem à facie olei, id eſt, propter uerum Ezechiam, uel propter Chriſtum dominum, uel potius (quasi in metaphorā perfeueret ſumptu ab animalibus, que ſi pinguedine ſunt, pre pinguedine laxatis nexibus diſſoluuntur inqua, uel quod nodos ingi indurot, adhibito oleo, ſeu pinguedine, ſoluant agricole.) pinguedo illa ad abundantiam, & copiam ſpiritualium donorum, & celeſtis unitiōnis referrenda eſt, qua qui unci ſunt, faciliter ingum mundi excutunt, ut tyramos ipſi decuinciant, uisque adeo ab ipſis non conſtringantur. Iudei quoque ſub Ezechia diuati Aſſyriorum ſpolijs, & afſluuiu omnium rerum ſaginati in libertatem asserti ſunt. Nota uerbum לְבָדָקָן de claſſe eſſe eorum, que contrarias habent ſignificationes: ſignificat enim obligare, & diſſolvi, diſtrumpi &c. A facie olei. nomen, non oleum tantum, ſed & univerſam pinguedinem ſignificat: quod ſi de unitione regum eſt ſermo, rectius oleum, quam pinguedinem uertas.
28. Veniet &c. deſcribit per hypotopism celerem Aſſyriorum aduentum, potentiam, ac robur exer citus, narrans, quod quoque appulifet, omnia illi cedent, diſſigentibus cunctis pra metu, ut uictoriā, & Dei uirtutem magis illuſtrē reddit. Loca autem, que commemorat, in uia erant uenientibus ad Aſſyria uerbi Ierusalem: quamvis, quantum coniugere poſſum ex geographis, ordine oppida non enumeret. Quod uulg. dixit commendabit, וְיַדְךָ dixi reuertere faciut, clariss. ali quantum: & in tercia uerbi ita reddendum uidetur: cum à longinqua regione profelli fuiffent, antè quād ad oppugnationem urbis accederent, iuxta peritorum ducum confuſitudinem arma, instrumentaq; belliſca recueſerunt. Nomen וְיַדְךָ in genere omne uas, uel instrumentum ſignificat: & quidem Latinis uetusſoribus omnis quoque ſupellex uafa dicebatur, perinde ut Hebreis.
29. Cursim: ut aduerbiu accepit uulg. quod non nulli po nomine proprio loci accipiunt, מַעֲבוֹרָה, ego propter locum וְיַדְךָ. Sam. 13. in quo de ſtatione Philiſtinorū dicitur, quod egressa eſt ad מַכְבֵּר Machmas, pro transiū accipio, quem eodem libro cap. 14. uidetur deſcribere, per quem transiū 10 nathas ad ſtationem Philiſtinorū. ḥ uerò in fine diſtioniſ eſt terminatio feminina: nam in utraque forma reperitur. Latinū uadum appellant, ſed non niſi in fluuiu: Hebrei uerò סַעַר etiam montibus tribuant, ſicut Hiſpani, porto, id eſt, locus aſper, anguſtus, ac diſſicilis ad tranſeundum. hinc Hebreis מַעֲבוֹרָה (quam uocem legimus in euangelio) id eſt, domus uadi, uel traiectus, quod ibi effent uada. Iordanis, uel ꝑ cyma trajectabatur in eo loco. Ego propter Machmas, cuius men tionem facit uerbu ſuperiore, hic potius tranſiū: quam uadum dicere. Sedes. Hebreis מַלְכָה à pernoctando, pernoctatorium, ſeu diuersorū dicere licebit. Nobis mutat personam, quaſi ipſi loquuntur, uel וְיַדְךָ pro וְיַדְךָ, ipſis. Obſtupuit. uerbum propriæ commotionem ſignificat, ſive ex cura, ſive ex metu, aperiā & uifiblement, tam animi, quam corporis, uel utriuſq; ſimil, & opponit quieti, & tranquillitati.
30. Attende Laiſa. uerbum heb. וְיַדְךָ ſignificat auſcultare, attendere, intendere animum, ſe cogitationem, eſſe aure, & mente attentum ad uerba, uel ad perſonam, uel ad res alterius: monet igitur habitatores Laiſa, ne deſpiciant uoces ciuilitatis habitatorum uiculi Anathoth, ſibi tantum conſulentes.
31. Migravit, uel ablata eſt, uel auſfigit: uerbum enim heb. וְיַדְךָ motum celerem, commotionem xelerem, fugam, ſeu agitationem ſignificat: neque habet ſermo Latinus unum uerbum, quo omnibus locis reddi poſſit hoc Hebrei. Quod ſequitur, habitatores Gabim conforſamini, potest redi per praeſeruati conforſati ſunt, uel obſtrūti ſunt. mibi non male cohore uideatur cum priori 32. parte ſequenti uerbi, Obſtrūti, nam uniuersi die ſpacium habetis, quo in Nob exercitus hostium ſubſiſtet: quod ſi ironiū diſtum accipias, non male conueniet. Agitat. propriam uerbi ſignificationem exprefit uulg. interpres: de qua ſupradam 15. ſed conſtructio hinc noua eſt, ut ſit cum duobus accusatiuis, abſque illa propositio. nam quam adduī, ad ſuper, contra &c. non eſt in textu, unde forte ſic redauit: eſſe locus; Agitat manuſ ſuas mons filii Tion &c. conciſi ſunt enim timo

I N D E C I M V M C A P.

rehabitatores Ierusalem, cùm aduentum hostium intellexerunt, sicut supra dixit, quod commotis sunt, sicut arbores sylva, & alibi, sicut arundo in aquis. Verum dicere possumus, omitti prepositionem in Hebreo, sicut saepe conficerunt, quando motum significant, uersus montem &c.

**33** Confringet. **nox** **զՅԸ** rara est, similiter & nomen **ԴԱՅԻ**, quod lagunculam uertit uulg. hinc sit, ut non planè nota sit carum acceptio, & significatio. congruit autem huicmodi lechio cùm uictoria, quam Israëlitæ de Madianitis reportarunt, cui hanc supra comparauerat. confractis enim lagunculis magno cum terrore hostes fudit Gedeon. Si autem coniecturis locus est inuestigandis non nullarum uocum significationibus, uidetur esse participium uerbi secunde coniugationis: quod à nomine **զՅԸ** formatur: quod cuiuslibet rei protensionem, seu prominentiam significat, de quo supra 2. cap. & infra 27. & 17. ubi pro ramorum prominentijs similitudine. simili autem formatio pleurisque contrariam significationem inducit, & hinc loco non malè convenit, deramare, (si latine diceretur) id est, ramos praescindere. Nomen uero **ԴԱՅԻ** manifestum est esse à uerbo, quod decorare, seu ornare significat, & pro frondibus, que ornamenta sunt arboribus, accipi uidetur. Ezech. 17. ubi uulg. propagines uerit: & 31. ubi uulg. frondes uerit. & superiorem uocem, à qua diximus formari uerbum, ramos interpretatus est; In ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia celi, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestie saltus. in quo quidem loco Ezechielis, uides regem Assur proceræ arbori comparari, cuius cùm perditionem narret, confringendos ramos eius, & arbusta eius dicit, ut rideatur locus hic Iesiae illius uerbis Ezech. explicari. Hoc autem loco uulg. secutus Aquilam, qui uerit, lagunculam reddidit. at 70. gloriosos interpretati sunt iuxta nostram etymologiam. In terrore, uel cum terrore: uerbum, à quo nox **ԴԱՅԻ** derivatur, non tam terrorem, quam violentiam notat. uide supra 8. uers. 12. hanc autem terror consequtitur. unde & pro terrore capi potest.

**34** Et subuententur &c. iam supra de his similitudinibus dictum est: ita enim sufficiunt, quasi si quis magna uia ramos arborum in terram trahat, aut ferro arbores sylva proferat. Quidam uero ille non intellexit se esse securum, qua Deus aliorum regna deviciebat; incircu arboribus securi deceltis comparantur milites, ac duces eius, & Libano, in quo cedri sublimes erant. uide Ezech. 31. Cum excelsis. uulg. accepit **ա** pro prepositione cum, & singulare pro plurali. **ԴՐԱ** est per amplum, pro grande, prepotens: ego hic Angelum domini significare arbitror, per quem dominus Asyrios nocte una delevit, quod certè Symbolum quoddam fuit illius uictoriae, & occisionis spiritualis, que per dominum illum prepotenter patrata est: quando uis omnis, atque potentia inimici corruit, aut illius, quam postea per Apostolos exercuit: quando tyranos iugo fidei subdiderunt, & de mundo ciecius est hostis humani generis, qua omnia potentia illius fortis domini I E S V perfecta sunt: de qua mox apertiora oracula audies.

Iunat autem considerare scriptura hoc in loco breuitatem, pariter & maiestatem. ubi descripsit hostium aduentum, & totius Iudea consternationem; mox nulla transiunctione facta opponit Dei in illos ipsos hostes potentiam, hostium subuersiōnem, eandemque ipsi Deo facilem, ut in medio umbra mortis iam sine metu ambulemus, quod propheta uers. 20. huius capituli quasi probandum seu persuadendum proposuerat. Erit, inquit, in die illo: non adiicit residuum Israel inimihi super eo, qui percutit eos; sed innitetur super dominum sanctum Irael in ueritate.

Caput undecimum.

Noua.

Vetus.

**E**T egredietur uirga de trunco Iesse, & surculus de radicibus eius fructum faciet.

Et quiescat super eum spiritus Iehoua; spiritus sapientiae & prudentiae; spiritus consilii, & fortitudinis; spiritus scientiae & timoris.

Et olfacere ipsius cum timore Iehoua, non

**E**T egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

Et requiescat super eum spiritus domini; spiritus sapientiae & intellectus; spiritus consilii, & fortitudinis; spiritus scientiae & pietatis.

Et replebit eum spiritus timoris domi-

I E S A I A E.

48

Noua.

Vetus.

non iuxta uisionem oculorum suorum iudicabit, neque iuxta auditum aurium suarum arguet.

Et iudicabit in iustitia exhaustos, & arguet in rectitudine pro derelictis terra, & percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet improbum.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

Verfabit lupus apud agnum; & pardus cum hœdo accubabit: uitulus, & leo, & pingue pecus una; & puer parvulus pastor inter eos.

Et uitula, & ursus pascentur; simul accubabunt filii eorum; & leo, sicut bos, comedet paleam.

Et incumbet cum oblectatione laetans super foramine aspidis, & ad cauernam reguli, guli ablactatus manum suam extendet.

Non male afficiunt, neq; perditè agent in uniuerso monte sancto meo: quia plena f erit ] terra scientia Iehoua, sicut aquæ mare operientes.

Et erit in die illo, radicem Iesse, qua stat in signum populorum, in illam gentes inquirient, & erit mansio eius gloria.

Et erit in die illo, adiicit dominus secundò manum suam ad acquirendum residuum populi sui, qui relinquunt ab Assur, & ab Aegypto, & ab Pathros, & ab Aethiopia, et ab Aelan, & ab Sinear, & ab Hamath, & ab insulis mari.

Et eleuabit signum ad gentes, & colligit expulsos Israëlitas, & dispersiones Iehuda congregabit à quatuor aliis terræ.

Et auferetur æmulatio Ephraim, & adulteriæ Iehuda excedentur: Ephraim non æmulabitur Iehuda; & Iehuda non anget Ephraim.

Et uolabunt in scapulam Philistinorum ad mare, simul diripient filios orientis: Edon, & Moab immisso manus eorum, & filii Amon obeditio eorum.

Et anathematizabit Iehoua linguam 15 maris Aegypti, & agitat manum suam super flumen in uehementia spiritus sui, & percutiet eum ad septem riuos, & faciet calcare in calceamentis.

Et erit trita uia residuo populi sui, qui relinquunt ab Assur, quemadmodum fuit Israëli in die ascensionis eius de terra Aegypti.

ni: non secundum uisionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet.

Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terra, & percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet improbum.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

Habibit lupus cum agno; & pardus cum hœdo accubabit: uitulus, & leo, & quis simul morabuntur; & puer parvulus minabit eos.

Vitulus, & ursus pascentur; simul reuictus catuli eorum; & leo, quasi bos, comedet paleas.

Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mitet.

Non nocebunt, & non occident in uniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientes.

In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum eius gloriosum.

Et erit in die illa: adiicit dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, qui relinquunt ab Assur, & ab Aegypto, & ab Pathros, & ab Aethiopia, et ab Aelan, & ab Sinear, & ab Hamath, & ab insulis mari.

Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos Iehuda colligit à quatuor plagis, terra.

Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iudea peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudæ, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.

Et uolabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa, & Moab præceptum manus eorum, & filii Amon obedientes erunt.

Et desolabit dominus linguam maris Aegypti, & leuabit manum suam super flu men in fortitudine spiritus sui, & percutiet eum in septem riuos, ita ut transeat per eum calceati.

Et erit uia residuo populo meo, qui relinquunt ab Aegypti, sicut fuit Israëli in die illa, qua ascendit de terra Aegypti.

**E** GREDIETVR &c. iam qualis futura esset redemptio illa, de qua superiori cap. non nihil dixerat, manifestius exponit, nempe per verbum Christi, fidem, ac iustitiam, seu morum sanctitatem. Virga. bis tantum in scripturis reperitur hoc nomen וְרָגֶל, hic, & Pro. 14. In ore stulti uirga superbie. Chal. enim ibi uirgam uertit. cognatum eius וְרָגֶל stylum significat, que uirgula quedam est. Et flos. à uerbo, quod seruare significat, est nomen וְרָגֶל, surculus inde dictus, quod cuius potissimum habeatur ratio, conseruetur, ac foneatur, alioquin facile confringitur. Atque hic unus locus est, in quo Christus dominus dicitur וְרָגֶל, ut uerum sit, quod apud prophetas Nazareus uocandus esset, si per & scribi debet nomen Nazareus, & Nazareth. Ascendet. sensum exprebit uulg. nam uerbum וְרָגֶל propriè fructuorum esse, uel fructificare significat: hic pullulabit, uel germinabit dicere possemus. Quod autem hæc de Messia intelligenda sint præter Chal. paraph. qui regem, & Messiam dixit pro uirga, & surculo, que sequuntur omnia confirmant. Quamvis וְרָגֶל, ut docte annotauit Kimhi, propriè significet ex ea radice partem, que supra terram eminet distecta arboris, non qua sub terra latet, & infixa est; וְרָגֶל autem eam partem arboris, aut herbae, que sub terra est, ut ex Job 14. apparet: hic tanzen idem bis repeti dicere possumus. nam וְרָגֶל pro ea parte, que terra supereminet, & ex radice oritur: hoc eodem capite, & infra § 3. accipitur, inquit ergo, quod ex progenie Iesse oriturus esset dominus I E S V S. noluit autem dicere ex David, sed Iesse, ne quis existimat, quod surculo huic aliquid accresceret ex dignitate Davidis.

2. Et requiescat. de uerbo וְרָגֶל non nihil iam supra dictum est cap. 7. uers. 2. Enumerat autem non nulla, eaque præcipua dona, quibus donantur à spiritu sancto, super quos ipse quicquid. ille autem, qui ex spiritu sancto conceptus est, præ participibus suis uulnus fuit. de qua quidem uincione plura dicit propheta in sequentibus: unde & requiescere super eum, seu confidere dicitur. Atque ad hunc forte locum respexit euang. cùm dicitur; Super quem uideris spiritum sanctum descendenter, & manentem &c. Notandum quoque in scripturis, quod quies spiritus sancti super aliquem perpetuitatem eius munieris significet. sic super Heliensem quicuit spiritus Helia &c. Spiritus sapientia, & intellectus. sunt, qui hec duo ita distinguunt, ut נִמְמָה sit lux, & cognitionis rerum, que dicitur sapientia; וְרָגֶל uero iudicium, quod ex hac sapientia oritur, quo inter res discernimus, & quod Graci Seivori uocant, & Latinis intelligentiam, seu prudentiam: sicut וְרָגֶל est intellectus, seu prudenteria præditus, qui in rebus agendis industria habet, & peritiam. Neque est, cur de distinctione horum donorum subtilius nunc agamus, præfertim cum eas operationes spiritus sancti hic tantum enumerari existimet, qua supremum iudicem aut magistratum debeat. Spiritus consilii, & fortitudinis: de his uocibus iam in superioribus dictum est. duo hec iudici similitudine necessaria sunt, ut optimum, scilicet consilium sequatur, neque inter deliberandum apparentibus rationibus cedat; & ut fortitudine animi, uel robore ceteris superior factus, quod statuerit faciendum, nulla difficultate territus constanter exequatur, uel spiritus consilij id præstat, ut recte ualeat quisquam consulere uel confundendo mederi rebus afflictis; & בְּרוֹחַ ad hoc sit, ut animum in aduersis non defondat, aut animo cedat. hec enim duo ei, qui rem, administrat, omnino necessaria sunt: & alibi in scriptura hac duo coniunguntur. Spiritus scientia, & pietatis: hac duo, ni fallor, ne cum superioribus, sapientia, & prudentia confundamus, ad diuinæ legis cognitionem, & scripturarum intelligentiam, & que ex huismodi studio, ac cognitione oriuntur, reverentiam, religionem, cultum, que una uoce וְרָגֶל, id est, timore Hebrei significant, referenda sunt. וְרָגֶל autem infinitius à uerbo יְרָגֵל uice nominis capit: & licet in genere uniuersam scientiam declarat; Malach. tamen 3. & alibi cognitioni voluntatis Dei ex scripturis tribuitur. Vocem autem, quam hic pietatem dixit uulg. mox sequenti uersu timorem interpretatur.

3. Et replebit eum spiritus timoris domini. וְרָגֶל propriè est, olfacere, respirare, inspirare &c. & fortè est bipil radicus וְרָגֶל: neque dubium mihi est, quin sit hic in infinitivo, liceret quidam uir doctus reddendum putet, & olfaciet ipse: neque moror puncta. sensus itaque est, respirare ipsius erit in timore, uel cum timore leboua, id est, nihil, nisi timorem, religionem, ac pietatem spirabit. Cum enim zelus domini Dei viscera eius depasceret, & ex abundantia cordis os, & oculi, & manus loquantur, quid aliud spiraret? & hunc sensum uoluit uulg. sequi, dum cum replendum spiritu timoris domini dixit: sed significatoria sunt uerba Hebraea. Est & aliud sensus non contemndus, scilicet olfacere ipsius erit cum timore domini; ut olfacere metaphorice accipiatur, pro presenti, seu etiam iudicium ferre, quod Latini dicunt sagire: unde sagae anus, & sagaces canes: sic metaphorice sumuntur Job 39. Longè olfacit bellum: & Iud. 16. quod Sanson disruperit funes, sicut rumpitur filum, quando olfacit ignem. opponitur ergo iudicio oculorum &c. Hic itaque uides, iudicium sensus falli posse; iudicium autem timoris domini non ita facile. Illud autem, Non secundum uisionem, non secundum

secundum auditum &c. prouerbiali forma dicitur, id est, non ex apparentia, & signis externis iudicium feret: uel non respicit ad personam, & ea, que extra causam sunt. & ita intellexisse uidetur uulg. qui coniunctionem, que est initio uersus sequentis, pro aduersatione accipit;

4. Sed iudicabit, uan enim interdum hanc uim habet, alioquin suam uim hic poterit retinere, ut à genere in speciem descendat. si enim non feret iudicium, nisi dictante timore domini, ut de iudicio hominum non curet, sed, ut in lege scriptum est, Dei iudicium iudicet, quid superest, nisi ut pauperes à ui liberet, & derelictorum sit patronus? & si enim pauperum causa interdum mala esse potest: ramen quod communis usu eueniens consuevit, scriptura commemorat, significans non icirco esse damnandos, quia tenues sint, & exhausti, & ab aliis omnibus despecti. Exhaustos, & derelictos pro pauperibus, & mansuetis dixi, ut propriam uocum significationem retinerem: & si scio hæc interdum confundi. Virga oris sui: idem est uirga oris, & spiritus labiorum: uerba nimurum, que spiritu, & labijs formantur: uerbo autem dominus terram percussit, dum ad sanam mentem predicatione euangelij redire habitatores terre compulit: damnavit quoque omnem improbitatem, & omnia peccata: & ex uerbis euangelij, quam digni morte fint improbi omnes, satis manifestum factum est: neq; aliud facere posset, qui spiritu timoris domini plenus est, aut qui dictante timore domini iudicium fert. ideo enim rex ille Israël, damnationis sententiam promeruit, quia dimisit uirum dignum morte.

5. Vtque timor domini damnat improbos, atque peccatum omne eliminat; ita iustos non defert, aut derelinquit: immo semper magno favore prosequitur, tanquam sibi conuenientissimos. eodem affectu prædicti sunt Deum timentes: hi enim uitam & institutum iustorum probant & complectuntur, ubique tandem sunt, quemadmodum David, qui in matutino interficiebat omnes operantes iniuriam, et oculos coniuebat ad fideles terræ, ut secum federent, & ambulantes in via immaculata pro ministris habebat. siue autem in abstracto, siue in concreto iustitiam, atque ueritatem, seu fidem accipiumus, per cingulum, coniunctionem, familiaritatem, quam nulla oblitio intercipit, intelligere opus est ex Hebreorum usi. Fides: אֶيمָנָה constans, certitudo, ueritas, firmitas, uirtus, scilicet promissa, sa, seu pacta seruans, & Latinis fides dicitur, quasi fiat, quod dicitur.

6. Habitabit lupus &c. qua sit efficacia uerbi Dei, uerbi scilicet euangelij, seu percussionis illius salutaris, de qua superioribus uerbis locutus est, in istis declaratur; abigit feritatem morum, pacem, & caritatem mutuam colere facit, ut in pace, & tranquillitate uitam ducentes celestibus possimus uacare. Hædo: וְרָגֶל est à וְרָגֶל, quod significat excursione, seu incursionem facere: & nomen significat parvulos tam caprini, quam ouilli generis: atque tandem retinet hoc nomen, quando fronte incurrit in ubera matris, & saltibus gaudet. Ouis. nomen, quod uulg. hic ouē dixit, cap. primo dixit, pingua, adipem pinguum &c. Scito ergo, quod sicut nomen וְרָגֶל significat corpus, siue hominis, siue pecoris recreatum, ut eniteat, quod sit, quando est pingue factum; ita וְרָגֶל significat pecus mutatum & macilentia, in pinguedinem sagitatione: altum ergo, seu saginatum, seu pingue reddere licet. uide Ezech. 39. Iuuencorum altillum uestrorum &c. Leones autem, & fere in pinguis libentius irruunt. Minabit. participium est וְרָגֶל à uerbo וְרָגֶל, quod abducere, seu abigere significat; neque male uerbo minandi redditur. sed similem constructionem huius uerbi non me mini me legisse: foler enim accusatiuum regere: quare fortasse tangunt nomen accipi debet pro abdufore, seu duce, id est, pastore, & pro, inter, ut sope foler, quasi dicas, pastor inter eos. misi enim sunt Apostoli, sicut agni inter lupos. & simplicissimis, atque inermibus uiris scimus paruisse ferisimas gentes. Verbum, morabuntur, addidit interpres de suo.

7. Vitulus: non est eadem uox, que præcedenti uerbu, sed femininum nomen est à fructificando dictum. Requiescent: quod superiori uerbu accubantu recte uerit: est autem proprium quadrupedum, sicut סְבָבָה est hominum. Catuli. cum non ad uersum tantum referri debeat nomen וְרָגֶל, quod à gignendo deducitur; malui filios dicere: quod nomen etiam brutis tribuit boni auctiores. pro ursu autem ursam quoque dicere possemus. וְרָגֶל à סְבָבָה à sono proprio huic animali, siue ab infamia: male enim audit propter truculentiam, uel à grani odore, quem spirat. Paleas, à uerbo וְרָגֶל deduci uerisimile est: eius enim non minimus uetus fuit in extruendis domibus, atque in compingendis lateribus. uide Exod. 5. est quoque cibus equorum, & pecorum. Hac autem figura significat, quod eos, qui credibus, & rapinis gaudebant, piratas, atque sybaritos, nationesque barbaras Numidarum, atque Scytharum ad morum mansuetudinem per uerbum euangelij reducerent. Apóstoli. quod non minus admiratione dignum est, quam si leonem quis comedere paleas assuefaceret. ad hunc quoque locum facit uers. 8. Hinc etiam díscimus in rep. si iustitia uigeat, breui fore, ut bene conueniat diutibus cum pauperibus: neque pateant imbecilles rapacitati, uel crudelitati potentum.

8. Delectabitur &c. de hoc uerbo יְרָגֵל uide supra cap. 5. uers. 7. ego periphrasi expressi utcumque uim uerbi, hac adimplita existimo, quando in delubris, & templis demoribus, dicatis, di-

scipuli domini uerbum ipsius predicabant, & loca illa in templo Dei celi conuertebant, tradicentes cultores demonum ad lucem, & agnitionem ueritatis, qua ingentis noluptatis erant amplissima argumenta. Hic quoque considera, quibus nominibus spiritus sanctus appelleret suos, agnos, hædos, nitulos, altilia, bones, pueros, parvulos, laetentes, ablactatos: quibus nominibus ipsis quoque uerbi ministros intelligit, qua omnia simplicitatem, mansuetitudinem, innocentiam declarant. Inuit etiam uidere, quibus appellebantur peccatores: quid sunt nisi lupi, ursi, leones, affides, uipera, & similia? O iucundam spiritus domini percussione, o cedem salutarem, qua omnis improbitas tollitur, & innocentia terris redditur. A spis: qua nam sit species animalium incertum est. nomen Hebreis uidetur habere à persuadendo, quod minime persuadeatur, וְנִתְּנָהָא, à nona quo etymologia uidetur haberi ex Psal. 58. Cauernam, uel foramen hebr. הַרְאֹתָה, quasi absq; luce, dicitur, Reguli: neque quale sit hoc animal, constat apud Hebreos: uidetur dici Hebreis à uulnerando וְנִתְּנָהָא transpositis litteris וְנִתְּנָהָא. ego credidixim esse nomen compositum à וְנִתְּנָהָא, id est, speculatoris est, & וְנִתְּנָהָא affixit, quod uisu noceat & intermitat.

9 Non noccebunt &c. fateor hæc uerba, ut à uulg. uerba sint, non male reddit: quia tamen ex locis scriptura, quando sine casu ponuntur, illam aliam acceptiōnē uidi esse frequentiorem; uolui eam in uerzione indicare, ut prius ad iniustitiam in alterum referatur, quod & uulgatus sensit non nocebunt; posterius ad perditos cuiusque mores, non perdit agent, quod scilicet neque alios, neq; seipso perdent. Hec sunt, ueluti superiorum uerbi expositio: significat autem ingentem iniustitiam, totiusq; sanctitatis abundantiam, qua in Christi ecclesia uigere debebat, sicut uigisse per plures annos olim nouimus. Q uod si ad hunc modum accipias, nidebis, quod locus hic prophetæ non excludit ab ecclesia peccatores, neque usum gladij reip. Christiana adimit. Hanc autem uirtutem ac cœlestem donorum inundationem, scientia Dei, id est, prædicationi euangelica tribuit, per quam fides & uera rerum cognitio reddit a mundo. et si enim multi, qui fidem habent, perdit sunt moribus; scientia tamen domini principium & fundamentum est totius sanctitatis: quod si quis emuletur, & actionibus suis accommodet; neque alteri nocebit, neque ipse apud se quidquam peruersus ager. Operientes: adiectionem est, aquarum; neque uerti potest, aqua maris. nam nomen מְלֵאָה est forma integra. potest itaque sic reddi; sicut aqua à mari operientes (is enim interduum usus est), id est, ueluti si mare redundaret, & operiret terram, ut in diluvio factum fuit. Et hunc sensum uidetur sequi uulg. uel, ut transluli, sicut aquæ mare operientes, tropo quodam, quasi dicantur aquæ operire mare, quod scilicet operiant omnia, que sub mari sunt, id est, sicut mare aquæ suis operient bonam terræ partem: hoc est illud: Erunt omnes docti à domino &c. Hic uides affectus per intellectum mitigari: quia etiam necessarium fit sanam euangelij doctrinam perpetuo mentibus hominum inculcare. nam si hac careant, ueluti ager inculus spinas, id est, effectus illos ferinos & agrestes germinabunt: de quibus superius dictum est. Neque est, quod quisquam existimet, posse meliori ratione, aut via magis cōpendiaria à mundo uita penitus extirpari, quam ea, qua Dei filius ipsa patris sapientia, et humanarū mentiū artifex, id olim fecit; & alios exemplo suo, ut sic facerent, instituit. Sed lege, qua sequuntur.

10 In die illa radix Iesu &c. postquam lux euangeli gentes illustraverit, quid putas futurum, nisi, quemadmodum in euangeli ipse dominus dixit; Ut exaltatis à terra omnia trahat ad se? ubi enim gentes intellexerunt, quanto studio Deus prosecutus mundum suisset, eumque amore hominum confixum intellexerunt, ad eum se se contulerunt. Crux ergo C H R I S T I, sive Christus crucifixus est illa uirga de stirpe Iesu, de qua primo uerbi huius capitis dictum est: quæ etiam est in signum populi, ut tanquam ad uexillum inuicti imperatoris confluant gentes, ubi intellexerint per crucem de morte, & peccato dominum triumphasse, & damnatum mundi principem confluant, inquam, ad crucifixum dominum, ut sub ipso degant, illum consulant, ab eo pendent. nam uerbum וְנִתְּנָהָא conseruatum cum prepositione וְנִתְּנָהָא, ut hoc loco, peculiari phrasim significat, sive quadam concepta conferre se ad aliquem pro consilio seu auxilio, uide suprà 8. uers. 19. & infra 19. Congruit itaque locus hic cum alijs scripture locis, quibus multitudinem gentium ad Christum congregandam prophete, alijs licet uerbis, predixerunt. qui, inquam, omnes in prophetiam Iacobi patriarche respexerunt, Gen. 49. Et cù ad ipsum aggregatio populorum: suprà 2. cap. Confluent ad eum &c. Vsi sunt autem uerbis, que motum, & quidem uoluntarium, & pronam animi inclinationem notant. uulg. hanc phrasim per deprecari uerit: neque male, secutus Chald. Hic quoque uides nomen וְנִתְּנָהָא, quod alijs radicem notat, abusue accipi pro surculo, qui ex radice pululat. Iam, q uulg. dixit sepulcrum, nemo miretur. nā uox Hebreia propriè non solum quietem, sed etiā loci quietis, aut in quo sibi quicquam acquiescit, significat: ego manuonem dixi. nā video uocē non semel significare, non unam aliquam domū, sed totas ades & quidem amplias, cuiusmodi sunt regū palatia. unde pro ipsa regia, & templo Dei sape accipi videbis, & Ps. 95. pro tota terra promissionis: libenter ego hic pro regia acciperem. ecclæsia enīm

Christi

Christi plena fuit gloria domini, cruxque in perpetuum: & tota ipsa nihil aliud est, quam quædam domini gloria. Ceterum, si mibi licet omnino aliiquid non afferre, ego מְנֻחָה, qua vox hic cum affixo est; non à uerbo וְנִתְּנָהָא deducerem, neq; esse idem nomen, quod מְנוֹהָא, seu מְנוֹהָה menuhah, ut omnes existimant, atque ut ego ipse quoque interpretatus sum; sed esse illam, quam bebi. à tempore punctationis bibliorum, sic punctarunt, minhab: cuius origo est, ut iam supra dictum est, à uerbo וְנִתְּנָהָא: significat autem donarium, seu donum, quod homini, aut Deo honoris causa offertur, eò quod sensim, & cum pompa quadam deferatur: oblatione Deo factam significat Genes. 4. de donario autem homini facto Genes. 32. & 43. Et quibus locis, & alijs quamplurimis intelligas consuetum fuisse iam olim deferre regibus, ac principibus, illisque, quos placare uellet, munera, atque donaria. Dicerem ergo hoc loco de his muneribus esse sermonem, nempe quod gentes, qua ad dominum uenirent, donaria gloria afferrent; uel darent domino gloriam, & Dei magnificientiam, atq; misericordiam praedicarent cum Paulo ex psalmo, gentes autem super misericordia laudare Deum. nec me moratur punctatio: nam, ut ipse iam monui, parui interdum facienda est, & in hac ipfa uoce Ierem. 51. ubi uulg. habet princeps prophetæ, & Hebr. uertunt, princeps quietis manuhah, quod scilicet cum rege quiesceret, aut regem recrearet, Chal. targum, quasi scriptum esset minhab princeps muneris, id est, munerum dixit, princeps תְּרוּכָבָה. Quod satis probat, biblia tunc non fuisse punctata, & liberiorem fuisse interpretandi rationem.

11 De nominibus istis gentium, & regionum uide 10. cap. Gen. & Hieronymum lib. de questionibus hebr. de Assyria, & Aegyptio, quo Misraim, & Aetopia, qua Hus dicitur Hebreis, nemo dubitat: Pathros autem ignotum est, crediderim huic plurale esse Gen. 10. uers. 14. בְּדִירָה, quo genuit Misraim filius Cham: fortasse sunt, qui Arabiam Petram incoluerunt, qua sic dicta est à metropoli Petra, qua est in regione Nabathœorū. uide Strab. lib. 16. Aelam, Medi sunt, & Sogdiani, & Brachiani: per Sinear autem sunt, qui Babylonios, & Chaldeos intelligent. nam Gen. 10. dicitur Babylon, & Chalane &c. esse in terra Sinear. sunt & populi ad dorientem, qui Sina dicuntur, quorum iam meminit Ptolem. lib. 7. cap. 3. Indis ultra Gangem finitimi, nobis Lusitanis notissimi, quos Chinæ appellamus: & fortè totus ille terra tractus à Mesopotamia uersus orientem וְנִתְּנָהָא dilatus est à וְנִתְּנָהָא, id est, horruuit, inserta littera nun, quod natura & moribus horridi sunt populi, qui terras illas incolunt. Hamath, Antiochia, Cilicia, Taurus, Armenia &c. Insula maris, Graecia, Italia, Hispania, Mauritania, & ceteræ regiones maritime, ad quas Phoenices nauigabant: insulas pasim scriptura eas uocant. Hec carnales Indei adhuc carnaliter futura expectant: nos iam spiritu aliter adimplente credimus, & quotidie impleri, quando dominus filios Dei, qui sunt dispersi, in unum congregat, ut Iozann. ait.

12 Et leuabit signum &c. hoc uerbi repetit aliquanto clarius, quod superiori dixerat. pro profugis dixi expulso, ut uim uerbi וְנִתְּנָהָא exprimerem; & dispersiones pro dispersis: est enim femin. forma: sed ad sensum parum facit. dixi quoque alas, & hebraicū retinui, quod non obscurus esset. dicitur autem Hebreis à curvitate, de nolucribus, de uestibus, & de clysi.

13 Hostes Iuda peribunt: tumebant Iudei propter regiam Davidis stirpem, & propter templum, & cultum, decem autem tribus eriam si numero uincerent; inuidia tamen laborabant ob felicitatem regni Iehuda. fides autem Christiana abstulit hæc omnia. in Christo enim Iesu non est distinctione tribuum, & regnum, ut neque Iudei & Graeci, sed omnes in Christo fratres sumus, & filii Dei. dominus autem discipulos suos, & primores illos ecclesia ex Iudeis delegit: & cum plures essent ex Galilæis, non est, quod ultrà inuidenter Iudeis: quinimum omnes uno, atq; eodem spiritu rem Christianam auxerunt, & regnum Christi propagarunt, ut mox narrat.

14 Et uolabunt in humeros &c. hec de conversione gentium per Apostolos intelligenda sunt, qui bus cessit Palastina omnis, & regiones illæ, ad quas per mare mediterraneum adiri potest, tota sciélicet Europa, & oriens, atque occidens. Q uod autem hec spiritualiter, ut dixi, intelligenda sunt, probant que sequuntur uerbi 15. & 16. nam cum hoc uerbi dicat, quod Iudei, ueluti aues, in terga Palestinarum insolarent, subiungarentq; Idumæos, Moabitæ, Amonitæ, & orientales populos, deprendarentur: quoniam pacto uerbi 15. & 16. non uictoriari, sed regressum filiorum Israel ex captiuitate commemorat? intelligent ergo Iudei uictoriari hanc esse per uerbum Dei, & prædicationem euangeli, qua audita filii Dei, qui erant dispersi, ad Deum Israëlis conuenierunt, sublati omni impedimento. neque te conturbent nomina Assyriorum, & fluminis, scilicet Euphratis, qua si hic de reditu ex Assyriis sit sermo. nam neque ab Assyria leguntur rediisse Israëlitæ, neq; aliter reddituri sunt, quam modo exponi, sicut neque ex Aegypto. neque enim rursus exsiccandum est illud mare, neque rursus suffocandi Aegypti. Quam interpretandi rationem si in prophetis non adhibeas, aperte Iudaizare te pasim oportebit.

- 14 Volabunt in humeros: uelocitatem prædicantium significat, insuper & subiectionem credentium. cum enim leo, aut fera alia truculenta in bonis (ut solent) aut alterius animalis scapulas in silit, sine mora ipsum discerpit, sic Apostolorum discipuli, se, suaq; omnia illorum arbitrio tradebant: & si oportuisset, oculos cruissent libenter, ut loquitur Paulus. Præceptum. nomen ῥιῶν immisio, uel missio est, paq; uidetur accipi, id est, in quos manus suas mittent, eiusdem significacionis cum ῥίων, de quo supr. 7. in immisionem bouis &c. Obedientes erunt: sensum expressit. nam nomen ῥώμη est auditus, audientia, deinde & obedientia.
- 15 Et desolabit. uerbum ῥῆμα funditus perdere, ut nihil remaneat, significat, ut siebat in anathemate. proinde uerbo anathematizandi reddere uolui, ut nim exprimere.

Linguam autem maris Aegypti: non dubium, quin mare ῥῆμα, quod rubrum vocant, appetet: lingua enim similitudinem habet, atque Aegyptum ex ea parte terminat. per excisionem autem maris, & fluminis, ablationem impedimentorum omnium intellige: at flumen, ipsum Euphratem cum Chaldeo accipio. In septem riuis, uel in septem riuos, id est, in multiplices meatus. sic enim solet fieri, ut uado pertransiri possint fluma: uel est nomen proprium loci, ad septem riuos, in ipso Euphrate. In fortitudine: hæc uox nullibi in scripturis præterquam hoc loco reperitur, neque unde originem trahat, certum est. quantum certè ex cognatis uocibus colligere possumus, uerifi mile est collectionem significare: sed sensus idem est. nam collectio spiritus ad nini facit. ego uebementiam dixi. nam de spiritu domini, est sermo, qui impedimenta omnia abſtinet. is autem quando in Apostolos descendit, auditus est sonus, tanquam spiritus uehementis. Ut transeant per eum calceati: hebraismum molliuit, & optimè reddit uulgatus: ego retinui, quia facilis erat, & calcare faciet in, uel cum calceis: & est proverbialis forma loquendi.

## Caput duodecimum.

Noua.

Vetus.

**E**t dices in die illo; Celebrabo te ò Iehoua, quoniam ira commotus fueras in me: conuersa est ira tua, & consolatus es me.

Ecce Deus salus mea, securus ero, & nō formidabo: quia robur meum, & psalmus Iah Ichoua, & fuit mihi in salutem.

Et haurieris aquas cum gaudio de fontibus salutis.

Et dicetis in die illo; Laudem dicite ipsi Iehoua, uocate in nomine eius: nota facite in populis molimina eius: commone facite, quod excelsum sit nomen eius.

Pſallendo predicate Iehoua, quoniam magnificè erigit: notum factum hoc est in uniuersa terra.

Hinni, & iubila habitatrix Tzion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

**E**t dices in die illa; Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: cōuersus est furor tuus, & consolatus es me.

**E**cce Deus salvator meus, fiducialiter agam, & nō timebo: quia fortitudo mea, & laus dominus Deus, & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris.

Et dicetis in die illa; Confitemini domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adiunctiones eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino, quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in uniuersa terra.

**E**xulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

**C**ANTICVM est gratiarum actionis pro redemptione per Christum: qui enim se peccato rum mole obrutum ante agnouit; ob qua iratum Deum senserat; dum percipit ex misericordia filium Dei aduenisse, peccata cordonasse, patrem celestem hominibus reconciliaffe, quid aliud faciet? dicit, inquam; celebrabo te &c.

**E**cce Deus: ut presentem redencionem celebrat salvator. nomen etiam in abstracto accipitur;

pitur; neque salutem tantum, sed & opem & auxilium significat. Fiducialiter agam. uerbum ῥῆμα nalet idem, quod confidens fuit, fiduciam habuit: uerum, quia confidentiam sequitur securitas, per metalepsim audax, & securus fuit, ut Iud. 15. & Pro. 14. in quo modo significandi hic libenter accipio: opponitur autem pufillanimitati, dubitationi, & timori, seu trepidationi. Non timebo: ῥῆμα est uel metu mali trepidare, uel reverentia, seu admiratione moueri, & quasi obstupescere, & uerbo expanueendi optimè redditur. unde nomen illud ῥῆμα, quod pro religione, vel deo ipso uidetur accipi Gen. 31. Per paurem patris sui &c. Laus. à uerbo ῥῆμα, quod incide signifat, & ad incisionem musicam & metricam modulationem transfertur, uenit nomen ῥῆμα, quod tam instrumentum, quam ipsam modulationem, seu psalmum significat. quando ergo dicit Deum esse psalmum, significat uel se nihil aliud canere, neque celebrare, nisi Deum: uel quid Deus sit ipsius gaudium. Hic simul duo nomina ponuntur, Iah, Ichoua, quid raro sit: & utriusque à uerbo substantiuo appellationem habet. alterum existimo esse alterius contradictionem, quidquid dicant Rabini. Sunt tamen pīj uiri, & docti ex nostris, qui Ia, filio Dei cum afflupta humanitate tribuendum putent: quod hoc loco maximè amplector, quasi dicat, se canere Ia, Ichoua, id est, Deum de Deo, seu Dei filium: qui nos redemit, & datus est nobis à Deo in salutem, institutum, & sanctificationem.

3 Haurietis &c. non tantum redemit, & salutem dedit, sed & fontes salutis scaturire fecit: ad quos frequenter properare hucbit ad hauierendam salutem, uel ad recuperandam amissam, uel ad conservandam acquisitam, uel etiam augendam. sacramenta enim ecclesie quasi fontes sunt salubrissimi, qui omnibus patent; ex quibus cuique licet summa cum animi oblectatione, & incunditate salutem haurire.

4 In die illa: paq; diem pro tempore usurpat Hebr. Dicetis: non possunt se continere, qui salutem hauriunt, quin maxime cupiant bonorum, quibus ipsi fruuntur, alios particeps esse & teſtes: neque sibi satisfacti, nisi cum uident alios omnes Deo pro acceptis beneficiis similiter gratias agere. affirmat ergo futurum propheta eos, qui hauerint aquam illam, distulos alij; Confitemini &c. nisi malis pro imperativo accipere: & dicite, ut solent Hebrei futuri uiri, uel etiam præteritis in futurum mutatis. Inuocate nomen eius: quamvis uulgatum interpretem non male hebraismum reddidisse potest; maluī tamen retinere, quod uariè reddi posset: & video quidem non pauci locis uerbum ῥῆμα constrūcum cum uoce ῥῶ, & prepositione ἐν, ut hoc loco, idem esse quod prædicare, profiteri publicè, seu colere nomen Ichoua, euader: Paulum ad Rom. 10. & Petrum ad. 2. reddidisse; Omnis, qui uocauerit in nomine Ichoua, saluus erit. de ea autem inuocatione sermo est, que ex animo pleno fidei profiscitur: quod dicitur inuocare Deum in ueritate, seu fide, ut habet Psal. Adiuuentiones: nomen ῥῆμα significat studia, molimina, adiuuentiones, inde etiam opera &c. sive bona, sive mala. Mementote: uerbum est in terria, & uerbo commemorandi bene redditur, adducite in mentes hominibus, facite ut nigeat memoria excelsi nominis ipsius: unde etiā intelligitur phrasis illa euangelij, Hoc facite in recordationem mei, id est, ut commemoretis me, sicut & Paulus interpretatur, Mortem domini annuntiabitis, donec uenerit &c.

5 Cantate: ῥῆμα cum accusatio, est psalmis, & cantis celebrare, prædicare &c. Annuntiate hoc. ad uerbum; notum factum hoc in uniuersa terra, libenter subaudirem uerbum, sit, & pronomen quidem demonstrandi Hebr. uicem supplet uerbi substantiuu: sed & affirmatiuē legi potest, & hebraismus ita magis exigit; notum factum est in uniuersa terra, quasi sit responso ad superiora, quasi dicant, ita optatis, ita factum est &c.

6 Exulta: ῥῆμα proprii binniuit, muguit, uel præletitia, uel petulantia, & lasciuia, ut solent equi, & tauri: quanquam figurat ad homines quoque transferatur. in malum Ierem. 5. Hinniebant ad uxorem &c. hic in bonum, & infra 24. &c. ideo uulg. benè uerbo exultandi reddidit. Lauda. uerbu ῥῆμα sicut ex ῥῆμa est plerique orationis, et acclamationis gratulandi cauſa, & uerbo congratulandi nō male interdu redditur: plerique; autē est latitia, & exultationis ex latitia notat: Iubilare dicunt Latini. infra 24. 35. 54. &c. Huius autem gaudi, & exultationis cauſam iam reddit. Quia magnus in medio tui sanctus Israël: quod de uerbo incarnato omnino intelligendum exiffimo, non de arca faderis. nam de die, seu tempore redencionis ex quatuor plagiis terra erat sermo: & cùm nobiscum sit usque ad consummationem facili; perpetua nobis est exultationis cauſa. Quid cùm cum intra uiscera nostra recondimus? quid dicat homo Deo plenus exultet, binniat, conuocet ad congratulationem mutuam omnes; quid magnus ille etiam usque in ipso uiscera hominis descenderit. nam & nos ῥῆμa intimum animalis propriè declarat, deinde & cuiuscunq; rei.

## Caput tertiumdecimum.

Noua.

Vetus.

**N**V S Babylonis, quod praeuidit Ie-  
sias filius Amos.

Contra montem Nispeh leuate signum,  
extollite uocem, ad ipsos agitate manum,  
& ingrediantur portas amplissimas.

Ego mandaui sanctificatis meis, vocau-  
quoque heros meos ad iram meam, exul-  
tantes sublimitatis meæ.

Vox strepitus in montibus similitudo po-  
puli magni, uox tumultus regnorum gen-  
tium collectarum, Iehoua exercituum re-  
censet exercitum præclii

Venientem de terra longinquitatis, ab ex-  
tremitate cœli: Iehoua, & uasa furoris eius  
ad disoluendam uniuersam terram.

Vlulate, quia propè est dies Iehoua: si-  
cut deuastatio à sadai ueniet.

Iccirco omnes manus remittentur, & om-  
ne cor hominis liquehet,

Et perterrebuntur. angustiae, & dolores  
comprehendent [cos], quasi parturiens  
dolebunt: quisque ad proximum suum stu-  
pebit, facies flammarum, facies eorum.

Ecce dies Iehoua uenit crudelis, & ardor,  
& excandescens unius ad redigédam ter-  
ram in flatum, & peccatores eius abolebit  
ex ea.

Quoniam stellæ calorum, & sidera eo-  
rum non expandēt lucem suam; obtenebra-  
tus est sol in ortu suo, & luna non emicaret  
finet lucem suam.

Et requiram contra orbem malitiam, et  
contra improbos iniuitatem eorum, & ce-  
fari faciam elationem superborum, & fu-  
rbiām prævalidorum humiliabo.

Pretiosior faciam uiram, quam au-  
rum purum; & hominem, quam massam  
ophir.

Præter hæc cælos commouebo: & moue-  
bitur terra de loco suo in furore Iehoua tce-  
baoth, & in die excandescens uultus eius.

Et erit, quasi capreolus fugatus, & qua-  
si grex, quem nemo congregat. quisque ad  
populum suum se uertet, & quisque ad ter-  
ram suam fugiet.

Quicunque inuentus fuerit, transfodie-  
tur: & omnis, qui superest fuerit, gladio  
cadet.

Taruuli

**N**V S Babylonis, quod uidit Ies-  
ias filius Amos.

2 Super montem caliginosum leuate signū,  
exaltate uocem, leuate manū, & ingre-  
diantur portas duces.

3 Ego mandaui sanctificatis meis, & uoca-  
ui fortis meos in ira mea, exultantes in glo-  
ria mea.

4 Vox multitudinis in montibus, quasi po-  
pulorum frequentium, uox sonitus regum  
gentium congregatarum: dominus præcep-  
pit militiæ belli

5 Venientibus de terra procul, à summi-  
tate cœli: dominus, & uasa furoris eius, ut  
disperdat omnem terram.

6 Vlulate, quia propè est dies domini:  
quasi uastitas à domino ueniet.

7 Propter hoc omnes manus dissoluentur,  
& omne cor hominis contabefcat,

8 Et conteretur. torsiones, & dolores te-  
nebunt, quasi parturiens dolebunt: unus  
quisque ad proximum suum stupebit, facies  
combustæ uultus eorum.

9 Ecce dies domini uenit crudelis, & indi-  
gnationis plenus, & iræ, furorisque ad po-  
nendam terram insolitudinem, & peccato-  
res eius conterendos de ea.

10 Quoniam stellæ cali, & splendor ea-  
rum non expandent lumen suum; obtenebra-  
tus est sol in ortu suo, & luna non splen-  
dit in lumine suo.

11 Et uisitabo super orbis mala, & contra  
impios iniuitatem eorum, & quiescere fa-  
ciam superbiam infidelium, & arrogatiæ  
fortium humiliabo.

12 Pretiosior erit uir auro, & homo mundo  
obrizo.

13 Super hoc cælum turbabo: & moue-  
bitur terra de loco suo, propter indignatio-  
nem domini exercituum, & propter diem  
iræ furoris eius.

14 Et erit, quasi damula fugiens, & qua-  
si ouis: & non erit, qui congreget. unusquisque  
ad populum suum conueretur, & fin-  
guli ad terram suam fugient.

15 Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur:  
& omnis, qui superuererit, cadet in gla-  
dio.

Infantes

Noua.

Vetus.

Paruuli eorum allidentur in oculis ipso-  
rum: diripientur domus eorum, & uxores  
iporum uitabuntur.

Ecce ego excito contra eos Medos, qui  
argentum non reputabunt, neque in auro  
argenti placebunt;

Et arcibus pueros allident, & fructum  
uentris non commiserabunt. super filios  
non conniebit oculus eorum.

Et erit Babel iucunditas regnum, or-  
namentum superbia Chaldaeorum iuxta sub-  
versionem Dei, Sodomam & Ghomoram.

Non habitabitur in perpetuum, neque  
incoletur usque in sæculum, & sæculum: ne  
que expandet ibi tentorium Arabs, neque  
paſtores ibi accubare facient.

Et accubabunt ibi feræ, & implebunt do-  
mus eorum aues ferales, & commorabun-  
tur ibi filiæ struthionis, & pilosi exultabunt  
ibi.

Et responsabunt iim in mœnibus eius,  
& dracones in palatiis uoluptatis. & propin-  
quum, ut ueniat tempus eius, & dies eius  
non protrahentur.

**N**V S Babylonis &c. figuræ ueritati commiscent prophetæ; ex qua commissione, & cxi  
magis excæcantur, & p[ro]ij homines plus confirmantur. Redemptio ex Babylone typus fuit re-  
demptionis, que per Christum contigit, ut omnibus planum est. iam igitur Babylonis euangelionem com-  
memorat, quam consecuta est libertas populi Dei: quemadmodum & in fine mundi cuerent, quo enim  
propinquior fuerit eius desolatio, & redemptio filiorum Dei proprior erit, ut dominus siros adhorta-  
tur, cum ait; His fieri incipientibus leuate capita vestra, quoniam appropinuat redemptio uestra.  
Non solum autem hac ratione his, qua sequuntur, capitibus, prophetias texit Iesias de Babylone,  
& alijs non nullis provincijs ac regnis exertens; sed etiam propter Iebudam & Ierusalem, ut Dei iu-  
stitiam disserent, qui omnium gentium rationem habeat, & sceleris earum suo tempore puniat, in-  
tellegentemque perfidium esse, dum res prospera sunt, ita eis incumberet, ut non etiam menenerint,  
posse earum omnium rerum breui tempore fieri commutationem, atque aliam uicissitudinem multò di-  
uerjam se posse experiri. eas autem nationes & regna tantum commemorat, que populo Iudeorum no-  
ta erant, & quorum res ad populum Hebreorum aliqua ratione pertinebant. ita tamen orationes dispo-  
nit prophetæ, ut ferè nulla sit prophetia exterorum regnum, in qua redemptionis per Christum  
fatura & quidquam non interferat: nam huc tendebant omnia. Huiusmodi autem prophetias, in quibus  
gratia ac tristia nuntiabant prophetæ, onera appellabant: non solum quia quæ dicebant grana, uelu-  
ti onera, essent; uerum etiam quia ea quoq[ue] audire grane, immo neque ea prenuntiare nulde esset  
incundum. sed parendum erat spiritui.

2 Super, uel contra. nam sy etiam pro contra sepe accipitur. Caliginosum. **תְּלִוָּה**  
tanquam esset quæ forma feminæ quod tempus obscurum significat, accepit: neque est, qui meritò  
hanc interpretationem improbare posset: nam infra 59. dicitur montes **תְּלִוָּה** crepusculi, id est,  
caliginosæ &c. de quo ibi dicendum nobis erit; quasi Babylonem, quamvis in planicie sita fuerit, mon-  
tem ob adiutorium, & mirorum superbiam nocet. obscurum autem quæ ad nomen Babel alludens  
propter confusione[m], & peccati, & ignorante[t] tenebras: uel propter imminentia mala, quæ nomine  
tenebrarum cenfentur in scripturis: Chal. exponus ait, super munitionem, quæ habitat pacificè. pos-  
sumus quoque dicere esse paricipium, seu nomen à uoce paſsiva uerbi **תְּלִוָּה**, id est, excellum, emi-  
nentem, seu præruptum, ut sentiunt docti ex Rabinis. non nocari autem hic Babylonem montem ex ys,

I iii

que sequuntur, arbitror constare. Leuate manum. iam supra dixi uerbum hoc נָגַן propri agitare significare: & illud, quod in texu hebr. est מְנֻחָה, ad eos tan ad exaltationem uocis, quod praeedit, quam ad agitationem manus, quod sequitur, referri potest. Ingrexiantur portas duces. nomen תְּהִלָּה appetet esse in regime, proinde ducum dicendum suissit: sed dici potest, quod interdu forma regnum seruantur in locutione absoluta. unde Hieronymus duxit Medorum intelligit, est autem nomen תְּהִלָּה, id est, ostium a uerbo, quod aperire significat. ac Hebrei omnes portas principum interpretantur, seu magnificorum. nam hebraismus nomine נָבוֹבִים uocat principes a magnificencia, & liberalitate. unde intelligi potest illud Luca 2.2. Qui potest a te habent super eos, וְעַפְרֵת, id est, benefici uocantur, id est, principes. ego pro abstracto accipendum putavi, portas amplitudinem seu magnificientiarum, id est, amplissimas: quanuam in forma masculina nullibi sic accipi meminerim; in feminina autem נְבוֹבָה non semel, Tluuita magnificientiarum &c. Ps. 68. &c. Videtur autem hoc loco esse irrisio, quasi irrideat portarum Babylonis multitudinem, atq; magnitudinem, uel ostia domorum amplissimarum, atq; magnificientissimarum, cuiusmodi sunt palatia principum, siue magnatum, ut que sufficerent ad capiendum uel ingentem hostium exercitum. Verisimile autem mihi est נְבוֹבָה nomen proprium esse montis, qui Medos, & Persas à Chaldaicis determinet, ut sensus sit; Super illum montem leuate uexillum, & uoce, ac manu conuocate Medos, & Persas: & principes eorum conueniant ad portas, ut de bello gerendo rationem in eant. & cum uulg. formam regnum pro abstracto accipiamus: neque sit sermo de portis Babylonis. eligit prudens lector alterutram interpretationem.

- 3 Sanctificatis meis: milites, qui Dei bellum gesturi erant, sanctificatos suos vocat, quasi ad bellum sacrum conscriptos. bella enim cum apud Iudeos, tum etiam gentes certis ceremonijs, legibus, ritibus, sollemnitibus, insuper etiam iurisfundi sacramento interposito, suscipiebantur; ac gerabantur, ut testatur Dent. cap. 20. ubi iura belli ordine commemorantur, & extant historias in libris sacris, que id testantur, ut 2. Sam. 15. & 18. unde sanctificare bellum Ierem. 6. & Joel. 4. ut interim taceam, quod bella piorum cultus fuerint Deo placens. Adde, quod qui iussi domini interficiuntur, sunt, ueluti quedam ultima, morti destinata, ut patet infra 34. & Ierem. 46. quia morte illorum quodammodo expiatitur terra. Quare & interficiendi, sanctificari dicuntur Ierem. 12. & ipsi interficiuntur, scilicet Chaldeos, tanquam illam ultimam deuoratores. quia propredomini figura loquendi usus est Moses Exo. 32. ubi dicitur; Implete manum uestram bodic ipsi Ichoua, unusquisque in filio suo, & in fratre suo &c. nimirum alludens ad ritum consecrandi sacerdotes, quo pecudis sanguine manus coram tingebantur; pum autem a Moysi manus suas seditionisforum sanguine cruentare uocabantur. Et vocauit, uel, quin & vocauit. Fortes, uel heros, seu preualidos. In ira mea ἐνέσθη, uel ad iram meam: uel ira mea, id est, ut ira mea exercenda inferuiant. Exultantes in gloria mea. hebraismum retinuit: nam uarii reddi potest, uel qui in gloria mea exultent, ut reddidit uulg. & plerique alii, quod scilicet altitudo, & gloria Dei eos exultare faciat: uel quorum exultatio faciat ad gloriam Dei, quia uidelicet libenti & leto animo id exequabuntur, quod magnopere pertinebat ad gloriam & honorem Dei: uel, exultantes gloriost mei, id est, milites alacres & gloriosi.

4 Vox multitudinis. nomen τύπος, ut iam dixi, non multitudinem tantum, sed etiam strepitum, & tumultum significat, sicut Græcis σχολος: unde Luc. 22. ut tradaret cum sine turba, uel sine tumultu; quare hic reddidi; Vox tumultus, seu strepitus: ut primo Sam. 4. Et dixit, que nox tumultus huius: & 14. Tumulus, qui erat in castris &c. Quasi populorum frequentium: hebraismum retinuit, similitudo populi magni, id est, qualcum solet edere populus Magnus. uulg. docte hebraismum molliuit. Vox sonitus. πάνω propriè ruinam, irruptionem, seu precipitum declarat, & per metalepsin, sonitum, fragorem, tumultum &c. qui ruinam subsequitur. posset non male reddi, vox precipitationis regnorum &c. Regum: credo interpretationem initio scripsi regnum, ut habet hebr. Solebant, ut etiam nunc sit, gentes barbaræ, ut terrorem incuerent, & se se accenderent ad prælium, ingentes edere clamores. Præcepit militia bellum: supra iam dixi de uestro τρόπῳ, quid interdum uestro recensendi uerti debeat: & iuxta hunc sensum intellige uulgatum: fingit Deum, uel uti imperatorem, ac ducem, qui conscribere nomina militum uobet; cosque recenset, & ad sacramentum adigit, & unanimumq; sua fortitudini specimen coram se edere facit, ut significet uastationem illam, qua Babylonij impendebat, non solum ex præcepto domini fieri, sed & gratissimam illi fore, quare hoc loco, quia uidi esse allusionem in uocibus tæbaoth וְתָבֹות, nomen interpretatus sum, ut inuersione eadem allusio appareret. Toteſt autem hoc nomen collectivum וְתָבֹות, (de quo plura in fr. 40.) quod exercitum hic uerti, construit cum participio pluralis numeri sequentis uerbi, Venientem de terra &c. exercitum uestro prælij, seu bellum vocat, ad bellum & eadem paratum, uel bellum & eadem cosum.

cosum, quod nōrē sequitur, sic accepi; Ichoua, & uasa eius ad dissoluendam terram, scilicet adsum  
uci fernata distinctione, in hunc modum; Veniunt de terra procul Ichoua, & uasa &c.  
ubi inducitur dominus, ut dux, & milites Medi & Perse, ut instrumenta indignationis, & iustitiae eius;  
ut intelligamus in regnorum uastationibus non semper odia nationum, aut anaritiam, aut superbiā,  
principiam esse caussam, sed altius philosphantes, hostes esse instrumenta diuinae indignationis, quam  
peccatis nostris prouocauimus, nobiscum reputemus. A summitate, id est, ab extremitate celi, cum  
uulgo loquitur, quasi regio, que nimium distat, colum contingat.

- Dies domini:** phasis est Hebraic frequentissima, ut dies domini dicatur dies, quo puni immo rigeros, & rebelles: forte hinc sumpta, quod com disimulat, dormire uideatur: unde, ut exsurgat, ne ultra dormiat, petit psal. nox autem tempus est somno deputatus; dies uero actionibus. hinc ad significantium iudicium domini accommodatur, ut interdum idem sit dies domini, & iudicium domini. hinc etiam dies hominis, sive humanus, id est, iudicium hominis. A domino: hic nomen est fadai, quod plerique per omnipotentem reddunt: est autem attributum diuinum, quasi dicta, uberrimus, cuius bonitas permeat per uniuersas creaturas, dans illis essentiam, uitam, & motum, quasi sit a uerbo יְהוָה, quod permeare significat: sed quia hoc uerbum capitur semper in malum, à יְהוָה, quod mamma, seu uer est, quidam illud deduci volunt: at ego illis potius assentior, qui nomen יְהוָה compositum esse dicunt ex relativo וְ, & nomine יְהוָה, quasi dicat, qui sufficit, sufficientissimus, abundantissimus, quod ifse per se, non modo bonis omnibus abundat, sed etiam alijs abunde tribuat, sicut de filio Dei dicit Ioh. De plenitudine eius accepimus omnes: & Paul. Tim. 6. ad hoc nomen uidetur alludere: Quia præbat nobis omnia abunde ad frumentum &c. dicitur ergo יְהוָה, uel quod sibi, uel quod nobis sufficiat, neque alio indigemus. si quis tamen diceret nomen יְהוָה à deuastando dici, id est: & hoc loco esse afflictionem in uoce יְהוָה, que uastationem notat, ad nomen יְהוָה, non improbare: quasi diceret propheta; Vulgate, quia uenit uastatio, quasi uastatio à Deo uastatore: sic enim loquitur scriptura, ut apud Paulum; Tanquam a domini spiritu, id est, claritatem maximam, quemadpar est à spiritu domini donari &c.

Propter hoc omnes manus &c. dissolutione, seu remissione manuum, & liquefactione cordium, & similibus, que sequuntur, hyperbolice similitudinibus uenustè admotis insinuat propheta, quæ mala passuri sint Babylonij, aduentante hostium exercitu; cuius dux esset Iehoua; cultus solius est etiam antiq' quam adueniat calamitas, ita perturbare impiorum animos, in quos iram suam effundere decrevit, ut confisi, & opis egeni, quod se se uertant, necliant; neque manu, neq' mente satis suum officium facientibus. Pro, contabefact, liquefet; pro, dissoluentur, remittentur, dixi, sensu eodem, & propria uerborum significacione seruata.

Conterentur: numero multitudinis legendum. Torsiones. nomen יְהוָה à uerbo יְהוָה cardinem, id est, locum angustum illum, in quo ianua uertitur, significat, hinc ad legatos transfertur, tam in singulari, quam in plurali: interdum tamen suam simplicem significationem seruat, ut angustias significet. Dolores: cum uulg. uerti: nomen uero propriæ funes significat: transfertur autem ad eos dolores significandos, qui, ueluti funes, circumligant, & complexum detinent eum, qui patitur, ut se se inde expedire nequeat. unde circumdederunt me funes mortis &c. & funes inferni circumdederunt me; ubi uulg. in psal. dolores dixit; secundum quam significationem Petrus dixit. Quem Deus sisseruit solitus doloribus inferni. Facies combusta: sensum expredit: ego hebraismum seruau, quod facilis esset; facies flammarum, qui anxi sunt, & in metu degunt, que incendia, & uigiliae consequuntur; macilenter facti, nigrescunt, & exsiccantur, ueluti carnes, quæ ad ignem suspenduntur exsecanda. unde apud alium prophetam dicitur; uniuersæ facies retraxerunt splendorem suum. Hoc facit scelerum conscientia, & metus instantis iudicij.

Crudelis: יְהוָה preposita littera & crudelis, saus, immitis tam adiectiu, quam substantiu: sumitq; sape iod in fine paragogicum, ut hic. Plenus: hoc supplet uulg. potest & repeti uerbum, uenit, hoc modo, & ardor, & excandescentia uultus: uenit ad &c. Furorisq; illud que, delendum est in uulgato. nomen יְהוָה interdum per se iram, seu excandescentiam significat: interdum autem construitur cum nomine יְהוָה, quod propriæ nasum, quasi יְהוָה à flando, significat; deinde & totum uultum; deinde & iram, que uultus, & naribus proditur: in qua constructione ego liberante יְהוָה pro excandescentia, יְהוָה uero pro uultu acciperem, ut uulgatus acceptit in eo loco Gen. 3. In iudore uultus tui. coniunctas has uoces habes Exo. 31. & Num. 25. ubi ardorem ire, uel excandescentiam uultus dicere possumus. Peccatores: dixi cum uulgato; nam aliqui dicere consuevi, errantes, seruata proprietate significationis uerbum enim יְהוָה uerbo errandi, seu delinquendi apte redditur, 1. Regum 1. Cùm dormierit dominus meus cum patribus suis, ero ego, & filius meus errantes, id est, extortes, exiles: ex quo loco significatio nominis

- actipitur. Hic interim habes occulte causam desolationis terre, quod scilicet habeat peccatores, & eos alat.
- 10 Stella cœli. nonen כָּבֵד non assignat hebr. unde deducatur: mibi placet cuiusdam docti uiri sententia, qui putat esse à uerbo כְּבָבָה prima geminata, quod scilicet nunquam extinguitur, quasi op posita significacione. Et splendor carum: relatum Hebreum, ad celos referendum est: vulg. ad stellas retulit: accepit enim נֶסֶת pro splendore: neque de significacione huius nominis apud interpres constat: nomen esse sideris docti existimant, & Hieronymus Orionis alibi interpretatur. & hoc opinio confirmatur, quod nomus mensis, qui nostro Nogembri ex parte respondet, quo oritur Orion, נֶסֶת vocatur: numero tamen multitudinis pro constellationibus existimo hic accipi, & ni fallor, comprehendere ipsos planetas, qui ut Latinis errores, sic & Græcis ab errando, seu fallendo, seu inconstantia nomen habent. nam nomen quoque Hebreum ab inconstancia dicitur unde & stultum, seu inconstantem sepe apud Salomonem notat, & Ps. 49. & Eccl. 2. ego certè quantum coniugere possum, nomen inconstantiam lucis notare arbitror, quod micare, seu scintillare dicimus. dicuntur ergo hoc nomine astra scintillantia. Cum uero in homine ratio instar lucis sit, qui tantum per internalia iudicio & ratione utuntur, merito hoc nomine in scripturis appellantur. unde & quodam loco Salomon hac uoce uitetur pro diuite Trou. 19. uerf. 1. cum enim candem sententiam repeat cap. 28. pro נֶסֶת dixit γνῶμα. Quare autem diues stultus, seu constans dicatur, uide in epistola Iacobi cap. 1. & apud Luc. 12. de falso diuite: neque inelegans est translatio, quod diutes huius mundi sint, ueluti stellæ scintillantes, seu micantes, qui in uerbum fulgere, & mox lumen suum uidenter amittere. Obtenebratus est sol in ortu, uel in egressu suo, id est, in tanillum quidem lucis super terram sparsit, sed dies cum nocte coniunctus fuit, & omnia tenebris inuoluta. qui loquendi modus Hebreus extremam infelicitatem declarat, ut iam signa illa euangelij, sol obscurabitur, & Luna &c. ex hoc, & similibus intelligi facile possint. uide supra cap. 5. uerf. ultimo. Non splendebit: ego uerbum uerbo reddidi: est enim hic נֶסֶת in tercia, quod habes supra 9. uerf. 2. Lux splenduit super eos. Hic iuuat confidere, quam parata Deo sint creaturae omnes ad uindictam sumendum de improbis; & quemadmodum que propter hominem conditi sunt, aduersus hominem, si Deo fit inobediens, præsto adiut. iustum enim est, ut ingratis omnia asperantur; & ea, quibus abusi sunt, beneficia in penam conuertantur, ut cum tandem agnoscant, cui omnia subiecta sunt, atque ex obedientia elementorum ipsis quoque erudiantur, & dicant uoluntate Dei obtemperare.
- 11 Et uisitabo super orbis mala: hoc uerbi apertus indignationis sua aperit causas, & quorsum tendat illa sua severitas. iam Suprà dictum est de uerbo טַבָּה, quod angustiorem habeat significacionem, quam ut uerbo uisitandi semper reddi posset: & hoc genere constructionis, quod hic habet, in malum accipi solet. Vulg. primo membro, γνῶμα uerbi, super, & in altero, contra: sensus idem est: quod si uerbo recensendi uelutus reddere, & nomina γνῶμα & γνῶμα non pro malitia, et iniquitate, sed pro pena earum, ut sepe consuere, aliud sensum haud conueniendum habebis. Quescere faciam: hic habes ob superbiam perisse Babylonios. cùm enim se rerum dominos considerasset, in superbiam elati, in fortitudine sua gloriabantur, quasi non esset maior quipiam alius, qui prouidentia sua rebus omnibus præsideret: ex cuius nutu, potentia, uires, uictoria, atque principatus penderent. cui morbo plerunque subiecti sunt illi, quibus omnia ex uoto eneuunt. Pro infidelibus dixi superbos. nam uerbum מִלְאָה est intumuit, effervuit, superbuit: quæ significatio apparet ex loco Gen. 25. ubi idem est; quod Ebullire, ebulliuit Iacob ebullitionem &c.
- 12 Pretiosior erit: hebraicum expensi, pretiosiores faciam. rariatem futuram denuntiat. qua autem rara sunt, carasunt. Auro. hebr. pretiosum faciam וְאֹתֶם, id est, pre. paz. est autem tempaz appellatum auri, ut multi uolunt: quanquam alijs margaritam esse putant; si ab נֶסֶת uelut deducere, (ut uerisimile est) uidetur significare aurum optimum à soliditate, quam habet. vulg. Psal. 19. uertit lapidem pretiosum: at 19. dixit topazion. denique Hebrei non sibi constant: ego autem idem, quod solidum esse existimo. fortasse à loco sic appellatum est aurum: sepe enim per se ponitur, & sepe cum nomine, quod aurum significat: & si à loco dicitur, idem est, quod נֶסֶת, de quo Ierem. 10. & Daniel 10. & idem, quod מִלְאָה. Reg. 10. pro quo 2. Par. 9. positum est, aurum γνῶμα, id est, mundum. Mundo. uox γνῶμα quid propriæ significet, incertum est: ego uocem peregrinam esse credo, & aliquando absolute ponitur, aliquando cum nomine loci, ophir, uel uphaz: aurum ergo significat, tanquam unum ex nominibus appellatiis, cuiusmodi habentur multa apud Hebreos. quidam uir doctus existimat esse massam, portionem, grumam, seu frustum, scilicet auri. ex ophir autem loco orientali effodi optimum aurum testis est Moës.
- 13 Super hoc: hebr. super sic. & solet esse causalis particula: interdum tamen idem est, quod, præterea, præter hoc &c. Propter indignationem: ad uerbum; in indignatione, uel furore, id est,

- id est, tempore indignationis: nam sequitur, & in die iræ &c. uel (ut frequenter loquuntur Hebr.) in ira, id est, indignatus: & est mutatio personæ, etiam Hebreis frequentissima, ut sit sensus: insuper, & accessus furore commouebo celos, & in die ardoris iræ, uel excandescientia uultus mei commouebitur terra de loco suo, ut binæ partes posterioris membra, binis partibus prioris respondeant: quod etiam non rarò in uia est Hebreis. per commotionem autem celorum, & terre sumnam rerum perturbationem solent sacri scriptores significare.
- 14 Quasi damula fugiens: à inuiditate dicitur Hebreis. uide uerf. 19. Quasi ouis. ne putas nomen οὐς unquam in sacris litteris ouem singularem, aut capram significare: semper enim de collectione istorum animalium dicitur: propterea gregem dixi. Et non erit, qui congreget: significat ergo Babylonios hoc, atque illuc dispersundos, ut quisque quocunque illis licet, diffugiat absque ullo uel ordine, uel duce. de exteris autem, qui apud Babylonios degebant, dicit futurum, quod sollempne est hominibus apud alias nationes aliquis negoti causa agentibus, ut ingruente bello se ad suos conferant.
- 15 Occidetur. uerbum γένεται non propriè occidere, sed transfigere, seu configere significat, ut appareat ex Zach. 12. Ressicient ad me, quem transfigerunt: quem Ioann. 19. reddidit; Videbunt in quem ἐγένετο, id est, pupugerunt, & Apoc. 1.
- 16 Allidentur: hoc Babylonii imprecabatur pfal. Beatus, qui allidet parvulos tuos ad petram. Vxores violabuntur: haec sunt mala, quæ contemptoribus uerbi sui dominus apud Moësem in Deut. minabatur. Quamvis autem extra legem effectu Babylonij, eidem tamen paenit asciuntur, quibus & qui sub lege. sicut enim idem est Deus omnibus inuocantibus eum; idem est etiam omnibus peccatoribus: nisi quod isti indicantur, seu condemnantur per legem; illi sine lege. quandoquidem superma illa ratio, potissima lex est, qua redditur unicuique secundum opera sua. uide 2. cap. ad Romanos. molestaissima sunt autem omnia haec sensum humanum habentibus.
- 17 Ecce ego suscitabo &c. iam omnia, quæ suprà aliquanto obscurius dixerat more prophetico, aperit. Medos hostes nominat, quorum, ut crudelitatem declarat, contemptus aurum, & argentum affirmat. & si enim cupiditas aliqui crudelitatem, & feritatem animis inducit: multò tamen erga nictos, crudeliores sunt hostes, qui odio, aut ininstinctu aliquo numinis occulto feruntur, quam cupiditate auri ceterorum regna inuadunt: plurimos enim in vita spe pretijs conservant. Suscitabo: participium est, & non inepit uerbo praefatis temporis redditur. eleganti sanè metaphora, occultum hominum oculis, sed pafsim obuiam (modo sensu communis non careant) Dei prouidentiam uniuersa permeantem, & suo tempore summa cum aquitate omnia peragentem propheta hic expressit uno hoc uerbo. Excito Medos, qui nibil minus tunc forte, cum hoc predicet at propheta, cogitant, quam bellum Babylonij inferre. cogitemus & nos in aduersis, quibus iactamur quotidie, à Deo sepe excitari hostes, turcas, maria, uentos &c. aduersus peccatores. Reputare dixi, pro querere. nam manifestum est γνῶμα cogitationem propriæ significare, quia uero que plurimi facimus, de eis sèpibus cogitamus, etiam pro astimare, seu reputare interdum accipitur.
- 18 Sagittis interficiant. sensum expressit vulgatus, ego uerba: γνῶμα enim arcus est à rigitate, & pertinacia appellationem habens. Et laetitibus uerbi: legendum est, laetitibus ueri, ut habent emendati codices. uocat autem laetentes uerbi, fatuus, qui in utero adhuc aluntur lattea quadam substantia. heb. hic ad uerbum fructum uentris appellat: posterius autem membrum de iam natis filijs loquitur: dicitur ergo, quod disciderent iuteris, & extrahens infantes dispergerent: quod est extreme feritatis. Non parcat oculus. uerbum δότην, sicut uir quidam doctus obseruauit, propriæ significat conuovere, uel oculos genis obtegere: estque misericordia, qua alicui partitur. quibus enim iraci nolumus, ad eorum errata conuinemus. & construitur cum γνῶμα superulg. & ceteri uerbo parcedi reddere solent.
- 19 Gloriosa: uocat Babylonem, iuconditatem regnum, uel quod inter regna præcipuum esset, uel quod esset, ueluti curia, & regia, ad quam concurrent ex alijs regnis, ut in iuconditate, & uoluntatibus uitam ducerent. Inlyta in superbia, uel in superbiam: ego proprietatem uerborum seruauit: uocat autem ornatum superbiam, de qua potissimum superbirent, & gloriarentur Chaldæi. uide Strabonem deitu orbis initio lib. 16. Sicut subuertit &c. sensum optimè expressit: ego ad uerbum reddidi, iuxta subuersionem Dei &c. quasi Sodomam uocet subuersionem Dei, id est, à Deo subuersam &c. Est autem sepe γνῶμα appositionis nota, id est, iuxta subuersionem, seu uastationem aliquam maximam, qualis fuit Sodoma &c.
- 20 Non habitabitur: quid hic sit uox activa, malunt aliqui uertere, non sedebit; & uerbum, quod sequitur γνῶμα eodem modo, non habitabit: ego, quod plurimis uerbis accidere solet, ut absoluto posita, significacionem, ueluti neutrò passim habent, cum vulgato, & docto quopiam Hebreo:

reddere uolui, non habitabitur. In finem. de nomine מִצְרַיִם uide infra 25. cap. Absorpsit mortem in uictoriā. Arabs: sic diuersi, uel quid deferta incolat, id est, loca, que non seruntur, neque arantur, & in quibus terra indiscriminatim omnia germinat, uel à misione colorum, בָּאָה enim est misere.

21 Bestiae, בָּאָה: quid hoc loco significet hac uox, que & alijs quoque legitur, non usque adeo certum est: neque ipsi Rabini sibi constant: uidetur autem à siccitate appellationem habere. crediderim ego esse generale nomen ferarum, que in solitudinibus, arenosisq; locis degunt, cuiusmodi sunt in Arabia deferta, & prope mare rubrum, quamplurime. iuxta. in psalmis bis Actiopēs dixit: sed re-ellius, nifallor, hoc loco Hieronymus bestias uertit: ego feras dixi: nam & cum ferilibus aibus coniunguntur. transferuntur autem hac nomina ad gentes barbaras, & ad cacaemones, ut ex B. Ioanne apparet, & ex Ps. 72, nam utrique feri sunt, adde, quid immundi spiritus ambulant loca arida, ut est in euangelio. unde uulg. infra cap. 34. uers. 14. demona uertit. Draconibus, בְּנֵי נְאָה: etiam de hac uoce uaria sunt sententia: ego cum quadam uiro docto existimo esse generale nomen ad omnes aues ferales, que alio nomine בְּנֵי נְאָה uocantur infra uers. 22. que sic dicuntur à trifili, & gembunda acclamatione, qua alternis, & simul uociferantur. Struthiones: hebr. filia struthionis. semper hoc nomen בְּנֵי יְהוָה in singulari construitur cum nomine filia, uel filia: fortè. quia hec auis non incubat, neque sonet oua, neque excludit, ut reliqua aues, ut potius uideatur esse filia, quād māter, immo filia sine matre. dicitur Latinis struthio, & strutbiocamelus. fortè à uoce, & plantu ferali, quo fame, uel siti presi sibi inuicem respont: uel ab altero modo significandi uerbi בְּנֵי nempe deslitigium esse, quasi hec auis destruatur a matre, neque illi respondeat: dicitur Heb. Pilosi: Hebreum nomen בְּנֵי יְהוָה non dubium, quin à pilis sit dictum, quasi hirsuti, seu pilosi. & nomen Satyri cum hoc Hebreo conuenit: ego Simias dicerem: Chal. demones dixit.

22 Et respondebunt, uel alternis canent: etiam si uerbum sit in singulari; iuxta hebraismūtamen cum nomine plurali distributionem notat. בְּנֵי idem, quod supradicti. uulg. nō male ululas dicit: Striges dicere posse: infra cap. 34. uers. 14. onocentaurum dixit. In ædibus. nomen בְּנֵי לְאָלָה ego peregrinum nomen esse puto, & congruere cum uoce Hispana, almenas, que sunt pinne murorum: pro manis ergo rectè accipitur, & Chaldeis edes, seu palatis dicitur significare. uide Ezech. 19. Solent autem huiusmodi aues in summitatibus murorum uoces illarum lugubres edere. Syrēnes. nomen singulare est בְּנֵי יְהוָה, & plurale בְּנֵי יְהוָה, & per syncopem hoc loco בְּנֵי, id est, dracones; sunt autem tam terrestres, quam marini: meminit Plinius lib. 9. cap. 3. Thymorum, quos nomen uetus retinuisse arbitror, & scribit eos magnitudine superare balenas &c. Parum refert scire, que genera animalium hec nomen propriè indicit: sat est hic intelligere prophetam, quod omnes aues ferales & animalia, que solitudinibus gaudent, ad ruinas Babylonis concurrerent. quo significat uasilitatem, & desolationem illius inclite ciuitatis. uide Hieronymum. Sed cū captiuitas filiorum Israel apud Babylonem alteram captiuitatem, & liberatio alteram liberationem figuraret, que filii Dei dispersis contigit, non durum fuerit, si hec quoque de demolitione regni tenebrarum, & confusione interpretaris, quid scilicet apud improbos, & in regno Sathanæ degentis nullae sint delicia, nullus splendor &c. sed omnia sint demonum immundorum habitationes, & illi omnia occupent. Ioan. in Apoc. 18. hunc locum sic redditus. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatione demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immunda, & odibilis. toto autem illo capite ad hunc locū Iesaiæ respicit, ut interiu uideamus, quales maneant, in quos Deus uindictam exercuit. Propè est: concludit propositum propheta dum ait; Appropinquat tempus &c. cuius rationem reddit initio capituli sequentis: sed obsecro, Christiane lector, ne cum Iudeis tantum nudam historiam attendas.

## Caput quartumdecimum.

Noua.

Vetus.

**C**OM M I S E R A B I T V R enim Ie-  
choua Jacob, & delectum habebit ad-  
huc in Israele, & requiescere eos faciet su-  
per humum suum: & adiungeretur aduena  
ad

**M**I S E R E B I T V R enim dominus  
Jacob, & eligeret adhuc de Israël, &  
requiescere eos faciet super humum suum:  
adiungeretur aduena ad eos, & adhæretib  
domini

Noua.

Vetus.

ad eos, &amp; apponentur ad domum Iacob.

Et afflument eos populi, & adducent eos ad locum ipsorum: & hereditario appropiabit eos sibi domus Israëlis super humum Iehoua in seruos, & fanulas: & abducent in captiuitatem eos, qui se abduxerant; & dominium exercebunt in exactores suos.

Et erit, quando quietem dederit Iehoua tibi à labore tuo, & à commotione tua, & à seruitute dura, qua seruisti;

Leuabis parabolam hanc super rege Ba-  
bylonis, & dices; Q uomodo cessauit ex-  
actor, cessauit auri tributum?

Fregit Iehoua baculum improborum  
uirgam dominantium.

Cædentes populos in furore plaga abs-  
que auerſione, subiicientem in ira gentes,  
infectantem sine cohibitione.

Confedit, quieuit uniuersa terra, edi-  
derunt orationem.

Fraxini quoque latatae sunt super te, ce-  
dri Libani. à tempore, quo acubuisti, non  
ascendet super nos excisor.

Infernus subter commotus est tibi, in  
in occursum introitus tui suscitans tibi gi-  
gantes. omnes duces terra surgere fecit de  
foliis suis, omnes reges gentium.

Omnis ipsi respondebunt, & dicent ad  
te; Et tu dolore affectus es, sicut nos: su-  
per nos in eminentia constitutus eras:

Deiecta est ad infernum superbia tua,  
sonitus nablorum tuorum: subter te ster-  
netur tinea; & operimentum tuum uer-  
miculos.

Q uomodo cecidisti de celo Lucifer fili  
auroræ? succisus es de terra domitor gen-  
tium.

Et tu dicebas in corde tuo; In calum  
confundam, superius stellis Dei exaltabo  
solium meum; & sedebo in monte testa-  
menti in lateribus Aquilonis.

Ascendam super celitudinem nubis, si-  
milis ero altissimo.

At in infernum deiiciens ad latera fo-  
uca.

Videntes te, ad te prospicent, te di-  
ligenter obseruabunt; Nunquid iste est uir,  
qui commouebat terram, qui trepidare fa-  
ciebat regna?

Qui posuit orbem desertum, & urbes  
& ciuitates eius diruit, uincit eius non  
aperuit carcerem?

Omnis reges gentium: omnes ipsi cuba-  
uerunt

domui Iacob.

Et tenebunt eos populi, & adducent eos in lóicum suum: & posidebit eos domus Israël super terram domini in seruos, & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ce-  
perant; & subiicient exactores suos.

Et erit in die, cūm requiem dederit tibi  
dominus à labore tuo, & à concusione tua,  
& à seruitute dura, qua antè seruisti;

Sumes parabolam istam contra regem Ba-  
bylonis, & dices; Q uomodo cessauit ex-  
actor, qui uerit tributum?

Conuictus dominus baculum impiorum  
uirgam dominantium.

Cædentes populos in indignatione, pla-  
ga infanabilis, subiicientem in furore gen-  
tes, persequentem crudeliter.

Conquieuit, & siluit omnis terra, gaui-  
sa est, & exultauit.

Abies quoque latatae sunt super te, &  
cedri Libani. ex quo dormisti, non ascen-  
det, qui succidat nos.

Infernus subter te conturbatus est, in  
in occursum introitus tui suscitans tibi gi-  
gantes. omnes duces terra surrexerunt de  
foliis suis, omnes reges gentium.

Vniuersi respondebunt, & dicent tibi;  
Et tu uulneratus es, sicut & nos, nostri si-  
milis effectus es.

Detracta est ad infernos superbia tua,  
sonitus nablorum tuorum: subter te ster-  
netur tinea; & operimentum tuum uer-  
miculos.

Q uomodo cecidisti de celo Lucifer fili  
auroræ? succisus es de terra domitor gen-  
tium.

Qui dicebas in corde tuo; In calum  
confundam, superius stellis Dei exaltabo  
solium meum; & sedebo in monte testa-  
menti in lateribus Aquilonis.

Ascendam super celitudinem nubis, si-  
milis ero altissimo.

Veruntamen ad infernum detraheris in  
profundum laci.

Qui te uiderint, ad te inclinabuntur,  
teq; prospicent; Nunquid iste est uir, qui  
conturbauit terram, qui concussit regna,

qui posuit orbem desertum, & urbes  
& ciuitates eius diruit, uincit eius non  
aperuit carcerem?

Omnis reges gentium: omnes ipsi cuba-  
uerunt

K ruit

uerunt in gloria, unusquisque in domo sua.

Tu autem deiectus es de sepulcro tuo, 19  
quasi surculus abominabilis, uestis inter-  
fectorum, transfoſorum gladio, descen-  
dientium ad lapides laci, quasi cadauer con-  
culcatum.

Non unieris cum eis in sepultura, quia  
terram tuam perdidisti; populum tuum in-  
terfecisti, non nominabitur in aeternum se-  
men malignorum.

Decernite filiis eius mactationem pro-  
pter iniuriam patrum suorum: non con-  
fident, neque possebunt terram, neque  
implebunt faciem orbis ciuitatum.

Et surgam aduersus eos, (fidelis sermo 22  
Iehoua tcebaoh) & excindam Babylonis  
nomen, & reliquias, & filium, & nepo-  
tem.

Et ponam eam in possessionem cypselo, 23  
& in stagna aquarum, & scopabo eam sco-  
pa abolendo, fidelis sermo Iehoua tce-  
baoth.

Iurauit Iehoua tcebaoth dicendo; Si  
non, sicut cogitau, sic factum est; & sicut  
decreui, ita fitabit;

Vt frangam Assut in terra mea, & super  
montes meos conculcem eum, & auferatur  
desuper ipsis iugum eius, & onus eius de-  
super humero ipsius auferatur.

Hoc est consilium, quod consultum est 26  
super omnes terram; & haec est manus ex-  
tentia super omnes gentes.

Quod Iehoua tcebaoth decreuit, ecquis 27  
labeat? & manus eius extenta est, ec-  
quis contrahet illam?

Quo anno mortuus est rex Ahaz, fa- 28  
ctum fuit onus istud;

Neleeris tu Philisthae uniuersa, quod 29  
fractus sit baculus percussoris tui. quo-  
niatam à radice serpentis egredieatur aspis,  
& fructus eius urens uolitans.

Et pascentur primogeniti exhaustorum, 30  
& egeni confidenter accubabunt & : interi-  
re faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas  
interficiet.

Vlula porta, exclama ciuitas: resoluta 31  
est Philisthae uniuersitas tua: quando qui  
dē a Septemtrione fumus uenit, & ne unus  
quidem in castris eius.

Et quid respondebunt nuntii gentis? 32  
Quod Iehoua fundauit Tzion, & in ip-  
sa protectione quarent inopes populi eius.

Eligit,

**E**LIGET iuxta historiam, Iudam, & Benjamin ex Babylone reduxit; iuxta mysterium autem, cum omnes sub peccato essent, elegit discipulos suis reliquias illas, de quibus supra, quas Apostolus electionem uocat: istis autem electis non male conuenit uerbum caſtrenſe habere delectum: nam per istos, quos ex infinita illa multitudine noſter Gedon elegit, mundum ſibi ſubingauit: his adhæcerunt adueni: horum fidem fecut & ſunt gentes, & communerati inter filios Abrahe. Adhærebit, uel adiicitur, uel apponetur ad domum: hec est propria uerbi **מְלֵאָה** significatio in hoc genere conſtruacionis; & est uerbum ministrantium domino, unde et nomen leui: de quo in benedictionibus noſtriſ.

**2** Tenebunt: uerbum hebr. capere, accipere, ſumere &c. ſignificat. hebraismus eft, & affument, & adducunt, id eft, affumptos adducunt, uel deducunt precibus importunis, & obſequijs, tanquam baiuli onerum, & ut alibi ſcribitur, leſticis, & carruicis &c. Ad locum ſuum: ad patriam, ad proprias fedes, & antiquas habitationes, relatiuum ad Ifraelitas eft referendum. Et poſidebit: uerbum eft plurale, ſed cum nomine collectivo, domus. ego uim uerbi, quantum potui, exprefſi. In 4. iure hereditario ſibi appropriate, ſeu diſtribuere, non quid ſemper de hereditaria poſſeſſione dicatur, ſed legitimam hoc uerbo poſſeſſionem declarare ſolent Hebrei. Super terram domini: quam paulo ante dixerat locum ipſorum, nunc terram Iehoua appellat, ut intelligeremus hanc gloriam, & bonorem, hanc potestatem, & dominationem ex hoc illis prouenire, quid terram domini habitarent: nihil enim ſic ſub pedibus noſtriſ omnia ſubijcit, ſicut nos ipſos Deo, ſubijcere, & gratos nos domino exhibere: ut qui ex liberitate ipſius donis eius fruamur. unde iam iam ingeffuris filiis Ifrael terram promiſſam dicebat Moſes, ne cum domos refertis omni bono uineas, & oliveta poſſediffent, obliuiceſſent domini, cogitantes haec ſibi propria ſe uirtute comparaffe, non gratia, & dono domini. Animaduerte lector, quid qui extra terram domini alijs ſerviebant, ingressi terram domini, dominus ſuis imperare ceperunt. ſed quia haec nunquam consecutos legimus Israelitas, etiam Babylonie naſtata, poſtquam in patriam remeauerint, ſupereſt, ut electionem, de qua ſuprā diximus uer. 1. hanc benedictio, nem accepiffe dicamus. nam ſi adhuc adimplenda haec dicant Iudei; ergo rurſus instaurabitur Babylon, quod prophetæ proſris negant, & rurſus captiuos ducentur Iudei in Babylonem. haec autem dixit Ieſaias ante, quam illi captiuos ducentur, & Babylon uafaretur. Capientes eos, qui ſe ceperant. Hebrei hunc ſenſum habent; Abdūcent in captiuitatem eos, à quibus in captiuitatem abduſti fuerant: id enim ſignificat uerbum **מִשְׁבַּח**. Quando hoc, queſo, factum eft, aut quando ſiet? dicant Iudei, ſi poſſant. de altera ergo libertate, nempe ſpirituali, qua iam fruimur, haec recte intelligi poſſant: hoſtes, qui in exſiliu mittabant ſeruos domini, aut ſeruos Dei manuſ uictas dederunt, & ministri fue- rent, ad omnia, que ſerui Dei opus erant, ut uitam tranquillam, & beatam ducere poſſent: aut aucto Christi imperio, & imperatoribus factis Christianis paſi ſunt interdum à Christians eadem, quibus prius Christians affecerant.

**3** Et erit in die non eft in hebr. niſi, in die requiem dederit. de qua loquendi forma ſuprā cap. 6. uer. 1. Et in die requiem dederit, & ſumes, id eft, quando dederit, tunc ſumes &c. A ſeruitute dura: qui extra humum Iehoua ſunt, in labore, & commotione, & feruitute uitam degunt. do minus autem eft, qui liberat ab his omnibus; neque ſolim ab his liberat, ſed ſe pote quoque facit, ut uideant uindictam, & manus ſuas lauent in ſanguine inimicorum.

**4** Sumes, nel lenabis: omitti poſteſt coniunctio. affumere autem, nel leuare parabolam, ſeu de-  
terium aiunt ideiſe, quod proponere: ego uero non nihil amplius ſignificare puto, ut ex locis, in  
quibus reperitur, appetat: & eſſe mutuat formam à cantoribus, inter quos, qui incipit cantilenam, aut hymnum &c. dicitur leuare canticum. quod dicitur tam de iſ, qui cantilenam componunt, quām  
de incipientibus cantionem, id eft, praecantoribus, quos alij ſequuntur. Nomen autem **מִזְבֵּחַ**, quo  
inſcriptum Salomon librum, qui Proverbiorū dicitur, non tantum comparationem, aut ſimilitudinem  
ſignificat, ſed quām ſententioſum, ſeu figuratum sermonem, qui dignitatem & grauitatem, ma-  
gnanima aliquam ſignificationem in ſe continet, ac proinde attentionem meretur, atque requirit, neq;  
non admirationem conciliat; cuiusmodi sermones Gracis **ἀποθετά** dicuntur: unde & in actis Apost.  
recte & propriè dicuntur Apoſtoli repletis ſpiritu sancto **ἀποθετά**, id eft, breuiter, ſententioſe  
grauitate, cum dignitate, & deniq; ſapienter eloqui, ut non immerito Hebrei à dominio, & autorita-  
te huiusmodi sermones **מִזְבֵּחַ** appellant. Tributum. nomen **מִזְבֵּחַ** auri tributum decla-  
rat. nam quod Hebreis eft **כֶּרֶב**, hoc Chal. mutato in **תְּמִזְבֵּחַ** ſignificat, nempe aurum, idem  
addito mem, quā ex auro tributum deſignat. Haec autem iurisſonem continent, quo ualde urge-  
t eos, qui commutata fortuna ex oppreſione & tyramide in feruitutem deciderunt. Solent quoque &  
redempti per dominum ſecum admirari, quo paſto factum ſit, ut de potestate tenebrarum educti, nunc  
liberos ſe ſentiant in regno lucis, & dilecti filij Dei. quomodo enī non admirentur uires gratiae, cum  
in ſemetipſis experiantur tantam rerum commutationem, quantum in toto orbe diuerſa conſtellationes.

¶ temporum uicisitudines efficere nequeant?

5 Contruit: nomine uirg. & baculi regni potentiam, simul & usum ad percutiendum comprehendit, & ad utrumque respexit.

6 Infanabilis: Hebrae ad uerbum, absque auerzione: est enim nomen פָּרָס à uerbo פָּסַד, unde pro apostasia, & de scissione plerunque accipitur. plaga itaque absque auerzione est, uel quia non potest auerti, uel potius à qua non auerti manum, qui cadit, ut continuationem persecus declaret. quia autem huiusmodi est, non potest auerti, ego libenter sic uerterem, exdentem populos laetione cœdita, id est, qui non cessabat percutere populos. Persequentem: si sequaris punctionem, quam nunc habent Biblia, munda hæc perfectionem passum, dicendum est. & ita non nulli Rabini interpretantur; persecutionem passum non prohibuit, quod nequam probo: neque quod R. David efficit, à persecutore non prohibuit, qui ita passim interpretari, ut vulg. uertit, non negat. quod tamen seruata superiori punctione fieri non potest. sequor ergo punctionem, quam secutus est vulg. ut sit forma actiua, quasi scriptum sit mercede persequenter, seu insectanter. Crudeliter: sensum expedit. heb. uerbum פְּנִיר est prohibere, seu cohære, detinere: accipendum ergo est forma infiniti, tanquam nomen: uel dicendum est esse nomen, quod prohibitionem, seu detentionem significat: & est sibi idem, quod superiori membro dictum est, quod scilicet, non cohiberet manum, uel se ipsum non detineret à persecutione, id est, qui continebat gentes persequebatur. His uerbis quatuor habebas, qui sint tyranorum mores, laborare faciunt, seu molestia afficiunt, concutunt, seu commouent, & irrequietos reddunt subiectos, eos seruiti subiiciunt, exigunt tributa, cedunt, indignantur, pessidant, atque persequuntur, omni humanitate deposita, quasi hostes natura, ut feras eos potius, quam homines esse arbitris. de istis dicit Solomon Trouer. 24. Leo rugiens, & ursus currrens dominator improbus in populum pauperem. Sed que sint eorum lucra, mox intelliges.

7 Conquieuit, & filuit: vulg. coniunctionem suppleuit, sicut & sequenti uerbi, quam interduum hebraismus omittit. Gauia est, & exultauit: hic quoque coniunctionem addidit de suo, & רְנוֹה pro uerbo accepit, & ad sensum quidem parum facit: ego uerbum uerbo reddidi.

8 Abies: nomen heb. אֲבִיב speciem cedri significat: Hieronymus abitem dixit: ego existimo esse arborum, quam mutuato ab Hebreis nomine, fraximum dicunt Latini. Super te: ad uerbum dicendum est tibi: sed non dubium, quin הanc interduum uim habeat Hebrais, quam, super, uel de, Latini. Et cedri &c. addidit coniunctionem: & repetendum est uerbum, letati sunt. Ex quo &c. ista sunt uoces orationis, & exultationis arborum: per quas inveniuntur reges aliorum regnum; singit itaque regem Babylonis, uelut lignatorem, qui torus intentus est ad excidendas arbores. Ascendit: in futurò legendum; tui posthac erimus, tuus interitus initium est nostra quietis: tu enim solus in hoc natus esse uidetur, ut aliorum regna invaderes; reges deturbares, terram uastares, ut in toto orbe tu solus stares &c. Dormisti: uerbum propriu non dormire, sed cubare significat. Qui succidat nos: vulg. sensum expedit; ego uerba, & sensum: nam illad נְבָי super nos, ad uerbum נְבָי ascendet, referendum est. qui enim ramos arborum praescindunt, arbores concidunt. Hoc communè refuerunt tyrami, ut de eorum cauì ceteri gaudeant.

9 In occursum aduentus tui. נְבָי uel est nomen, & significat introitum, seu ingressum: uel est infinitius pro nomine sumptus. Infernus autem hic accipitur pro regno, & statione inferorum: cui figurat animam tribuit, actiones uiuorum, atq; quas uocamus passiones. primum enim inducit commotum ad aduentum Babyloni tyranni, ut solent commoueri homines alicuius præpotentis tyranni inopinato aduentu: deinde honoris catena, admista iruione uehementi, singit excitantem manus, ut obuiam prodeant aduentant regi. Non enim, uel נְבָי nomen fuit proprium uiri gigantis in Nob. 2. Sam. 21. uerum cum effect monstrose magnitudinis, factum deinde fuit, ut numero multitudinis omnes gigantes rephant dieti sint, quasi dicuntur sanzi, & ualidi. porrò quia gigantes male audiebant, quasi certò damnati, ideo sepe pro inferorum manibus accipitur: uel quia cum apparent, monstruos uidentur magnitudinis. Omnes principes: nomen propriu hircos significat, seu arietes, qui totum gregem, uelut duces, precedunt, quibus ueluti incumbit totus grex &c. Hinc ad duces, & principes accommodatur, ut suprà cap. 10. uers. 13. Surrexerunt. וְיַעֲמֵד excitauit, starci fecit, uel surgere fecit. ego distinctionem Iudeorum hoc loco non probo, sed ad hunc modum distinguo; Infernus de subter commotus est tibi, id est, propter te, uel te aduentante. de subter autem additur Hebr. per pleonasmum, ut uolucres cyli, & cyli sursum, terra deorsum &c. In occursum tuum fulcitanus tibi gigantes, (participium enim tanquam participium accipio, ut commotionis genus explicit) Omnes duces terre surgere fecit de foliis suis, omnes reges gentium!

10 Respondentib: uerbum נְבָי absolute positum ad cantum aliquando refertur, in quo alijs alijs respondere solent. suprà cap. 13. uers. 22. cumq; multi simili idem dicunt, iterumq; repetunt, hoc

hoc in eos uerbum competit. Nostri similis effectus es: ita quoque uertunt, qui nunc Hebraicam heritatem sibi interpretari dicunt, quos reprehendere non est animus; neque aliam interpretationem affero, nisi, ut non ignoret diligens lector propriam uim uerbi; In eminentia super nos eras constitutus [at nunc] deicta est in infernum &c. ut cum sequentibus coniungatur: uel sic, ab eminentia, in qua super nos constitutus eras, in ordinem redactus es. nam cum uerbum נְבָי in eminentia constitutum esse in uoce actiua significet; in passiuu habere significationem potest: nempe ab eminentia deponi, & in ordinem redigi, aquari, sicut quæ dominium aliorum ferunt. uide psal. 143. uers. 7. Aequatus sum cum descendantibus in foucam, quod posterius non multum distat à uerione vulg. nostri. Similis effectus es: sed ego uim uerbi exprimere ut cumq; uolu.

11 Concidit cadauer tuum: hic locus aperte probat alijs, atque alijs punctis olim etiam doctos Hebreos legisse: neque eisdem ubique gentium motionibus uocalibus prolata fuisse uerba. quis enim non iudeas נְבָי posse esse à uerbo, id est, mortuus est, & in biphil, mori fecit, occidit? quis etiam ignorat נְבָי significare corpus exanimè? de quo plura infra 26. nam Iod, quod nunc habet, postum dici potest pro ה, quod in ה erat conuertendum, si ubique regule seruarentur gramicitorum. quare nemo merito hic flagellare potest vulg. interpretari: cuius interpretatio non admodum uolenta est. nam tertia persona biphil, tanquam, neutrum accipi potest, concisum est cadauer tuum: & quod sequitur, quoque conuenit: allufo enim est ad regum sepulchrorum morem, quorum cadaveribus substeruntur panni serici, & auro contexti, & aromatum ingens copia: at huic uermes pro strato, & uermiculos pro operimento datos fuisse dicit. uide infra uers. 18. & 19. Aliorum autem interpretatio suam habet probabilitatem: quamvis nullus alijs locus sit, ubi in hac forma נְבָי nomen, sonum, seu strepitum significet; sed המה נְבָי pro instrumento musico, suprà cap. 5.

12 Lucifer: dicitur נְבָי ab expansione lucis stella matutina. ego si ad mysterium hoc referrem, potius ad casum principis mundi huins de imperio, quod habebat in seculo, quam de priori illa ruina interpretarer. & ad hunc forte locum reflexit dominus in euangelio; Videbam Sathanam, tanquam fulgur, de celo cadentem. loquebatur autem, interpretante magno illo Basilio, de casu diaboli per Christum: dabat enim suis uirtutem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem uirtutem inimici. Qui mane oriebaris: sensum expedit vulg. & docte hebraismum uitauit: ego retinui: quia ex vulg. manifestum est, quid nocte filium aurora. Corruisti וְיַעֲמֵד. suprà 10. ex-celsi statuta succisi sunt נְבָי, duplicitur autem redditus cum ה, ut hoc loco est, quasi suppleatur uerbum motus, id est, corruiens in terram succisus, & confractus es: uel ut ה accipitur pro de, ut aliquando solet, quasi dicat, de terra succisus es: quasi sit antithesis cum membro sequenti, qui domabas, uel subiiciebas gentes: Tu, inquit, subiiciebas, & super eos insidens domabas, ueluti iumenti; (hac est enim uis uerbi hoc loco נְבָי) nunc non modo subiicies, sed & de terra succisus disperas. Hac si ad historiam referas, casum Luciferi hyperbolice accipe. sicut enim superius ipsam Babylonem uocauerat gloriam, & gaudium, & suauitatem regorum: ita nunc ipsum regem præcipuum inter stellas, quod in se oculos omnium splendore, & maiestate sua conuertet. sed non possunt omnia propriu regi conuenire, ut in sequentibus apparebit. more itaque propheticō, in historia mysterium subesse intelligito.

13 Qui dicēbas: scio ita accipi pronomina ista Hebrais, ut doctus interpretes accepit: sed hoc loco malu ad uerbum exprimere propter emphasm pronominis; Tu, & coniunctionis. Et: cui responderet in 5.1. uers. At, Veruntamen &c. In celum condescendam: si erat Lucifer & in celo, quomodo statuerat in celum condescendere? figurare ergo accipienda sunt ista: ut quod Hierosolymis decreuerat facere, nempe in templum Dei, quod erat ad aquilonalem partem ciuitatis, & in sancta sanctorum intrare, & super cherubinos, & propitiatorium, regale solium constituere, eoq; sedere; id significet pro pheta, ut sequens membrum ostendit. In monte testamenti. וְיַעֲמֵד uarias acceptiones huius uocis, que est à uerbo נְבָי, id est, testatus est, certò constitutus &c. uide suprà cap. 1. significat autem in genere rem: quamplam, constitutam, attestatam, atque definitam, tempus, locum, conuentum, castra, tessera militarem: constructum autem cum nomine tabernaculi, seu tentorij, discernit hoc tentorium ab alijs, ut apparet Exo. 33. Accepit Moses tentorium, & retendit illud extra castra, procul à castris, & appellavit illud obel, moëd: & quicunque uellet querere Iehoua, egrediebatur ad tentorium constitutum &c. quia ergo in hoc tantum uolebat Deus testificari populo suo uoluntatem suam Exod. 25; Stephanus. act. 7. uocat illud tabernaculum testimonij, hinc etiam attribuitur ciuitati toti, & monti Tzion, propter templum, & cultum in eo constitutum. In lateribus Aquilonis: vox נְבָי à uerbo נְבָי, id est, molle, tenerum fuit &c. propriè famur declarat: hinc pro latere frequenter accipitur, uide uers. 15. de hac uoce. erat autem epithetum templi Ps. 48. porro Se-

- ptemtrio Heb. dicitur יְהָוָה ab aſconfione, non quid exiſtentibus in Indea non appareat, ut quidam putarunt, quia ſitum Palæſtine ignorarunt; ſed quid impenetrabilis eſſet illa regio, uulgata opinione hominum.
- 14 Similis ero altissimo: יְהָוָה attributum Dei, altissimus, ſummus, supremus, qui eſt ſuper omnia benedictus, ſicut Paulus de Chriſto dicit, quid exaltavit illum, & dedit illi nomen ſuper omne nomen: quanuus interdum attribuatur homini, Gen. 40. & Deut. 26. & alijs rebus, Iosue 16. &c.
- 15 In profundum laci: hic eſt illud nomen, de quo ſuprā uerf. 13. quod famora, & latera ſignificat; ſed hoc loco, & ſimilibus capacitatem, intimumque rei notat: que enim latera, habent, capacia ſunt. unde de Iona dicitur, Descendit ad latera nauis, ita hic latera laci: & 1. Sam. 24. Latera caueria, id eſt, intimum &c. iſcīcō doctus interpres ſuperius latera uertit, hic profundum dixit. Hic mecum confidera, lector, quis ſit arrogatio, ac ſuperbie finis, quod properent fastus, diuitiae, delicia, & imperij maiestas, conſer quoque ſingula ſingulis, iſternum celo, latera lateribus, aſcenſionem deiectioni &c.
- 16 Qui te uiderint. יְהָוָה ſimpliceret uidere ſignificat: at יהָוָה notat quoq; animi obſeruationem cum geſtu; unde uulgatus inclinari ad te dixit ſcilicet contemplandum. uerbum autem בְּנֵי, quod eſt intelligere, in qua diligenter obſeruationem ad cognoscendum declarat. iſcīcō non uno uerbo reddidi: gradus ergo ſunt in his tribus, uerbiis quibus ſignificat tantam futuram commutacionem gloria in ignominiam, dignitatis in abiectionem, ſuperbie in ſubiectionem, ut uix credi poſit, unum & eundem eſſe qui utramque hanc fortunam experientur. Concūſſit, dicitur וַיַּר de concuſſione, que contingit in uellementi metu, ego expreſſi ſignificationem uerbi in tertia, faciet. Etūm. ſunt autem particiپia, & redi possim aut per prateritum, aut per imperfe-
- 17 Vincit eius non aperuit &c. uel nimis ſuis: forte eſt periphrasis inhumanitatis, ac tyrannidis: legitimi enim reges (quorum eſt clemencia, ac magnificētia) ſolent in ciuitatibus, quas ingrediuntur, aut capiunt, uincit ſoluerē. poſſum autem ſic quoque reddere; Vincit eius non ſoluit interius. nam וְהַדָּה ſolitioni, & clauſure oponitur, & nomen בִּתְהָא interdum eſt adiuerbum interius Ezecl. 44. Exod. 25. &c. eſt autem inhumanum, reſleſis in penetralibus carceris, compedi- bus; & catenis oneratos, detinere: uulg. carcerem dixit: quia quanuus nomen non niſi domum ſigni- cacet; at cūm de uib⁹ ſermo eſt, quid niſi carcerem intelligas?
- 18 Vir in domo ſua: notus eſt Hebraiſmus, domum autem uocat mansiunculam, in qua cuiusq; regis corpus ſepulcrum iacet. Dormierunt: iam ſuprā dixi, uerbum propriè cubare cum ſuis compoſitiſ ſignificare: cubant autem reges in gloria, uel cum gloria; quia honorificè ſepeliuntur aro- matibus conditi, & ſeruicis pannis obuoluti &c. uide ſuprā uerf. 11.
- 19 Tu autem proiectus es: recte coniunctionem in aduersatiuum mutauit interpres, & tu abiectus es, uel deiectus: hoc enim יְהָוָה notat propriè superiori loco deieciere: neque putes, ſepulcrum fuſſe, ac deinde effoſum cadaueri proiectum, uel deiectum fuſſe; ſed quid illa gloria, & dignitate ca- ruerit, que ipſum pro regia dignitate decebat. Quasi ſtirps inutilis: de nomine וְהַדָּה uide ſu- prā cap. 11. uerf. 1. dixi autem abominabilem pro inutili: id enim ſignificat uerbum, quando ſcilect indignantem ducimus personam, uel rem aliquam noſtra conſuetudine, uel uſu, Iob 15. & 9. &c. Hinc nomen בְּכֻבָּה, id eſt, abomination, Gen. 43. ubi uulg. circumloquio uifus, dixit, prophanum fu- tant huicmodi coniinium. Pollutus: ni fallor, hanc uocem exiſtimo uulg. interpretem pro abo- minabili poſuiffe, & illam ſuperiorem, inutilis, de ſuo addidiffe, quod proiectus eſſet quāſi ſurculus ſcilect inutilis, pollutus ipſe, & obuolutus: accepit enim בְּשָׁבֶר pro participio, & coniunctionem ſupplementum, que ſepe deſtit Hebraiſ. neque dubium, quin Hebraea ſenſum hunc admittere poſſit, quem uulg. expreſſit: quem autem ego profero, ſimpliſter eſt: וְהַדָּה enim & וְהַדָּה ſubſtantiuſ etiam ue- ſtem, ſeu indumentum declarat, Psal. 22. Super uestem miſerunt ſortem: & Genes. 49. &c. & repe- tenda eſt nota ſimilitudinis, quā uelis interſectorum. Ad fundamenta laci: uulg. lacum hic accepit, ut ſuprā uerf. 15. pro loco damnatorum, aut mortuorum manſtione, non in qua iacent tan- tum cadauerā, ſed quā conuenient ſpiritus corporibus ſolui: cui latera, & profunditatem tribuit pro- phecia: atque hanc manſionem lapidibus ſtratum putauit uulg. ſignificari à prophetā. quapropter non male pro lapidibus fundamenta poſuit, id eſt, ad inum laci: וְהַדָּה autem propriè ſaffam declarat; & ſi contineat aquam, ciſterna dicitur: aliquando autem captiuorum locum notat: & ut prouerbiū Hebraiſ, deſcendere in foueam dicitur, ut Latinis, ad malam crucem, Psal. 28. Abominanda au- teni ſunt indumenta interſectorum, ſeu transforrum gladio, & Iudeis quoruſcunque mortuorum ue- ſtes abominationi erant, & immunda iudicabantur, & omnia, que domi erant; & qui ea tangebat, immundus
- immundus reddebat, Num. 19. uel uocat hic uelis deſcenſionem ad lapides foueae, ſepulcrorum linēcamina illa, quibus cadauerā obuoluebantur, que ſi quis e ſepulcris auferat, nemo crit, qui uel tangere non maxime aborrebat: atque iſtis comparat corpus regis Babylonij. Iam uero quod ſequitur, ad ſequentem uerſam credo pertinere. quāſi cadauer putridum non habebis conſortium &c.
- 20 Tu terram &c. hac ſic accipi poſſunt, quia reges Babylonij ob tyrranidem ſuam, ob ſuperbiā, & fastū commerciſi ſunt, ut regnum illud uaſtaretur: quod uerſu ſequenti uidetur prophetā innuere. Non uocabitur, uel non nominabitur, id eſt, niſquā erit; & tyrranos illos, malignos, ſeu malitia deditos uocat.
- 21 Preparare filios &c. ſenſum expreſſit: heb. decernite, ſeu preparate maſtationem filijs. illud autem, in iniuitate patrum, tam praecedenti, quā ſequenti membro iungi potefi: uel potius utriq; ex uideriſmo. Non conſurgent, id eſt, non conſiſtent, id eſt, non procedent, non proficien: in- terdum enim hac eſt niſi uerbi וְהַדָּה. Ecce quomodo filii ob patrum ſcelera puniuntur temporali pe- na, uel potius patres in filijs paenam dant. Neque hereditabunt &c. hebraiſum uitauit uulg. Jolent enim Hebrei poſitam ſemel negationem non repeteſe, ſed loco eius coniunctionem apponunt, non panem, & uinum, & oleum, pro, non panem, neque uinum, neque oleum: potefi quoque illud, uau, ſic accipi, non conſiſtent, ut hereditent terram, & implanteſ &c. Germen: וְהַדָּה non dif- fert à וְהַדָּה, niſi ratione: ut enim וְהַדָּה à uerbo וְהַדָּה extruſionem, & incremen- tum ſignificat, quod fit filiorum procreatio & educatione: ita וְהַדָּה filiationem, id eſt, propagationem notat. eſt quoque collectiūm, & genus, ſeu generationem notat: unde nomi nali uulg. germen dixit.
- 23 Ericii: quid ſignificet nomen וְהַדָּה non ita conſtat: ego cum quodam uiro docto ex circum- ſtantis autem eſte puto, quia ſupra paludes rapidiſimo uolatu fertur, ex hirundinum genere, quia quia quā ſequiſt carent pedibus, apodus alias (Plinio referente, conſona cum Hebraea uoce) cypheli uocantur, inſra 34. Zopho. 2. idem quod וְהַדָּה, de quo inſra 34. aues autem iſta in ruinis, & deſertiſ adi- bus nidiſcant. Metaphora uero ſcopa demoliſionem ſignificat.
- 25 Ut conferam Aſſyrium &c. hic uerſus, qui omnino uidetur intelligendus de cœde exercitus Aſſyriorum, per Angelum, torquet eos, qui omnia haec intelligi debere (ut prima fronte appetat) de Ba- bylonis excidio contendunt: at nos, qui ſub typo deliniari putamus libertatem filiorum Dei per Chriſtum, (quod quoties prophetæ faciunt, quādam admifſere ſolent, quā non tam typo, & historia qua- drare uidentur, quā ſequit, in quam oculos defixerant, aut ordinem narrationis peruertere, dum aliena conſuſt) nibil hic tranſiſt moratur. intelligimus enim Babylonis regnum deleton, ac tenebra- rum poteflatem per euangelium euersam, & tyrranum illum, qui opprimebat gentes, in Iudea, atque adeo Hierofolymis cum toto eius exercitu uictum, fugatum, expulſum, atque deleton. Triumphant ut- cerit de Aſſyrio illo in cruce dominus noſter I E S V S, & totam eius uirtutem proculauit in monte Caluaria, atque ita liberat ſuos: hoc multò ante cogitauerat, id non ſenſel ſe facturum huanerat. iam nos faciunt, & adimpleton nouimus, neque extitimus, qui hoc domini conſilium labefactaret. Qui uic non credunt Iudei, & qui cacos illos duces ſequuntur Chriſtiani, in trahandis ſimilibus pro- phetařum locis, quā ſe uertant, plerunque neficiunt. nam de Babylone erat ſermo; cuius nemo ne- gare potefi, qui ſcripturas legit, bis quattuor uerſibus coniunctionem continevi. Iterantur ergo, at- que conſilium de uafanda Babylonie, & occido rege erat: at loco Babylonis, & regis ſubstituit Aſſyrium, in Iudea delendum, quā ſequiſt fuerit: erat profeſſo idem, quod utriuſque uictoria ſignifi- catur; hiſtoria autem, ut conſtat, longe diuerſa. ſcio, quid ex hiſtoria responderi potefi, propter mu- tationes imperij Aſſyriorum, & Chaldeorum: ſed malo Chriſtum pre oculis habere, & omnia, ſalua tam ueritate, & fide interpretis, ad ipsum reſerve.
- 26 Super omnem terram: fateor, interdum uniuerſam terram Hebreiſ debere intelligi de tota il- la prouincia, de qua eſt ſermo: ſed non poſſum hoc loco mihi aliud persuadere, quam ut per omnem ter- ram, & omnes gentes, nempe quod ſides loquitur, accipiam, quod non Iudeorū Deus sit tantum, ſed omnium gentium, & de omnium ſalute cogitauerit dominus; ut uictoriā illam, quam in Iudea reportauit de hoſte humani generis, omnium noſtri ſuife putemus: toti enim mundo, & natus, & mortuus eſt filius Dei. Haec eſt manus &c. extenſio manus Dei nunc in bonum; nunc in malum acci- pitur: & ſi de redēptione eſt ſermo, uide, quod & ſapiētia, & potentia opus ſit; qua duō per con- ſilium, & manum intelligimus. Auertet: ad uerbum, redire faciet, id eſt, retrahet, ut exten- ſionis opponatur. וְהַדָּה primam uocem huic uerſus 27. omiſit uulgatus, quod interdum uacat, & hoc loco continuationis particula eſt: uel pro relatiōne ponit, ut aliquando Hebrei ſolent. Hinc colliga- mus, debere nos, tam noſmet iſſos, quam noſtra Deo committere, & ab eo petere, ut de nobis cogi- tet, & noſtri uelit cur am gerere: dicatque: atque ſtatuit falſus eſſe noſtrā, manuā, extendat, ut li- heret nos de aquis multis: nemo enim inſtrumare poterit conſilium eius, & de manu eius nemo rapiet.

29 quas apprehenderit oves.

Omnis tu: exstimo esse plurim, qua nos utimur, totus gaudio perfundor, ut non ad quantitatem Palestina, sed gaudi prius referatur. ne tota gaudio perfundaris, ne omnibus partibus, vel modis gaudias, ne nimium exultus Palestina, quod obierit rex, qui te domuerat. nam Ozias multis uictoriis debilitauerat uires Palestinarum, ut est in libro Reg. & 2. Par. 26: et usque ad Aegyptum omnia subiungauerat sibi: huic succedit Iothan, heres felicitatis paterna: filium autem huius Ahaz, quod improbus fuisse, uexarunt rebellantes Idumei, & Palestini, & urbes quasdam Ichuda occuparunt, mortuo autem Ahaz, uerisimile est, quod deposito iam paulatim metu, quem à diebus Oziae conceperant, & confirmatis animis ob uictoriem aduersus Ahaz, in morte eius exultaissent: nihil sibi iam à posteris Oziae timentes. Ne, inquit, efferaris animo: nam esti nepos Oziae obierit, qui quamus nō te opprefserit, ut annus suis: quia tamen nepos erat, non omnino te tutam putabas; pronepos eius iam iam habenas regni siccipit, qui te gravius affligat. lege 2. Reg. cap. 18. q. d. Ozias fuit ueluti quidam serpens vulgaris, qui non magnopere intimidatur: at pronepos eius erit uobis, ueluti apis, & ueluti serpens ignitus, alatus. & fortis est allusio ad uirgam Mosis, qua uersa est in colubrum. Volucrem: uolucris, legendum: est autem part. Secunda aperiens, id est uolitan. Quod sanctior fuit Ezechias aeo suo, eo quoq; & hostibus magis fuit timendus, & inimicis populi Dei maiora damnata intulit, ut uideas, quanta imprudentia plena sunt impiorum gaudia, quodque si saperent, gaudi sui occasiones, luctus esse causas suspicari deberent.

30 Primogeniti. Hebrei נָכְנָה uocant, non solum qui ante alias nascitur, sed etiam quod praeceps, seu primarium est in alijs rebus, ut Iob 18. dicitur primogenitus mortis, id est, princeps: sic Paulus uocat Christum primogenitum creature, & primogenitum mortuorum: ergo primogeniti pauperum sunt pauperissimi quique. Iuxta historiam, hoc de regno Ichuda dicta sunt a propheta, quod sub Ahaz infinita proprie multitudine Iudeorum interierit; & extrema passum sit regnum illud, tam a Syria, quam à fratribus suis Israelitis, qui uno die interfecerunt centum milia uirorum, & in captivitatem abduxerunt centum milia feminarum, puerorum &c. quamus iussu domini captiuos postea liberos reliquerint, uide lib. 2. Par. 28. Sub Ezechia autem floruit, ac planè reuixit regnum Ichuda; ut uideas homini homo quid præstet; & quantum differat idem regnum à se ipso, quando regnat Ahaz, uel quando Ezechias. Sed nunquid non infideles Iudei incircuncisi dicendi sunt, et Philistini? non ne dominus I E S V S alatus est serpens, exaltatus in ligno, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam eternam? non ne principes illi pauperum pauperissimi, ipsi, inquam, discipuli eius, sub eius imperio securi uitam duxerunt, in omnibus spiritualibus diuitiis diutius facti deletis incredibilis Iudeis? Interficiam: est tertia persona, interficiet, scilicet serpens ille ignitus. per radicem autem & reliquias, intellige patres, & liberos.

31 Vlula: uerba Latina, euulare, ululare, ab hoc uerbo Hebreo sumpta sunt לְלֹא, quod tantum in tertia reperitur. Porta: tropo scripturis familiaris, porte nomen, quod collectu hic accipe, nunc leges, atque adeo ipsos magistratus, qui in portis iudicium exercabant; nunc robur, & potentiam declarat, quod in portis essent propagacula, à uerbo יְלֹא, quod peccatum, seu terriculum apparet significat. hic itaque libenter pro magistris accipi, urbes autem pro habitatoribus, ac ciuib; potest quoque accipi, ut idem sit bis positum. Prostrata: uerbum hebreo מְלֹא resoluti, seu liquefieri, quod durum, & compactum erat, significat. Veniet: exercitum hostium fumo comparat, non solùm ob molestiam, sed ob densitatem acierum operientium faciem terra: uel potius fumum uocat id, quod fumo simile est, nempe excitatum pedibus equorum, ac militum puluerem, qui aduentantium hostium signum est castrum: ex quo etiam multitudinem hostium colligere solent. & ei, quod sequitur, congruit. Et non est, qui effugiat agmen eius, id est, nemo est, qui militiam illam detrectet: ego sensum, & uerba expressi, & ne unus quidem in castris, scilicet remanebit: uel & ne unus quidem in tabernaculis suis, scilicet manet, adsunt accincti omnes. Est autem Ichuda ad Septentrionem eius parti Palestina, que totius prouincia nomen retinuit, ubi remanserunt Philisthi, quos non deleuerunt Israelite. In qua erat Azotus, Gaza &c.

32 Quid respondebitur nuntiis: quia uerbum est singulare, propterea per paucum reddiderunt: at solet hebreus nomen pluralis numeri, apponere uerbum singularis, & distributionem notat. unde nomen nuntiorum in nominandi casu accipio. Quid noui afferet nuntius cuiusvis gentis à Iudea? Quando, inquit, reuersi fuerint nuntii, seu legati gentium ad suos; quid putatis noui referent? Quid nimurum, dominus fundauerit &c. epilogus est, qua breui explicat propheta felicitatem regni Ichuda, sub Ezechia, non solùm ob uictoriem de Palestini, sed etiam ob delitos Assyriis, & diuitias, atque potentiam, quam comparauit Ezechias, ut legis in libro Reg. & Paral. vindicare autem pro stabilitate, & confirmare usurpati Hebrei; quae enim bene fundata sunt, firma sunt. Et in ipsa sperabunt.

sperabunt: uerbum non, quod nostri ferè uerbo confundi, aut sperandi uertunt, propriè est latibilium, seu protectionem querere in aliquo: significat ergo tutissimum praesidium, & inexpugnabilem e se arcem Tionis beneficio domini, qui, ut inopes, & qui humano auxilio defituti sunt, aliquò se recipere possent, regem Ezechiam populo suo dederat, qui instauraret munitiones, & qua ad tranquillitatem, & felicitatem illius afflictii populi necessaria forent, prouideret, atque appararet. Sed quid illa ad stabilitatem ecclesie Dei ad quam ueri pauperes, tanquam ad arcem munitissimam, etiam si infinitis peccatis premantur, consiguentes respirant, & felicem uitam ducunt? quid dicent nuntii nationum, si diuitias, gloriam, atque securitatem ecclesia possent oculis cernere? sed haec carnales homines ignorant.

## Caput quintumdecimum.

Noua.

Vetus.

32 NVS Moab. quoniam in nocte, de qua uastata est Ar, Moab ad silentium redactus est: quoniam in nocte deuastata est Kir, Moab ad silentium redactus est.

Ascendit Habaith, & Dibon ad excelsa in planctum, super Nebo, & super Medeba. Moab ululabit: in omnibus capitibus eius est] caluitum, omnis barba rasa.

In plateis eius accinxerunt se facco, super tecta eius, & in plateis eius quisq; ululabit, descendit in fletu.

Exclamabit Hesebon, & Elaleh, usque Iahaz audita est uox eorum, atque ideo milites Moab uociferabuntur: anima eius mala fe habuit.

Cor meum ad Moab clamabit, profungi eius usque ad Segor uitulam triennem, quia supra Luhith in fletu ascendet, & per uiam Hornaim clamorem contritionis exiubabunt.

Quoniam aquæ Nemrim desertæ erunt: quoniam aruit fœnum, defecit gerumen, uitor non fuit.

Iccirco abundantiam, quam fecit, & diuitias eorum super torrentem salicum portabunt eas.

Quoniam circumabit clamor terminū Moab usq; ad Aeglaim ululatus eius, & usque] beer Aelim ululatus eius.

Quia aquæ Dimon plena sunt sanguine: ponam enim super Dimon additamenta: & iis, qui euaferint ex Moab leo, & reliquis terra.

33 VAE in hoc cap. continentur, ex historia pendent, quæ in sacris litteris non habetur. arbitror autem, quod de ea uastatione agatur, que ab Assyriis facta est in uniuersis illis prouinciis ab Assyria usque ad Aethiopiam. sed hoc intelligere non usque ad nobis necessarium erat: satis

nobis sit etiam in hac uita eos , qui non sunt de populo , Dei ob sceleru sua puniri , ne si perpetuo impunè agerent , aut Deum esse ignorarent , aut rationem uite sue Deo placere putarent . erant autem Moabites uicini Israeli , & posteri Loti nepotis Abraham : quapropter , & causa eorum non omnino aliena erat a rebus Israëlitarum . Vastata : hoc uerbum , ad Ar , refero , sequens , conticuit , ad Moab : neque de genere nimium sis sollicitus : nam neque Hebreis scriptoribus multum cura est : sicut infra nomen יְהוָה cap . 23 . iungitur uerbo masculino יְהוָה , quod hic quoque ponitur . Moab , inquit , redactus est ad silentium , perit , atque est de Moab , quod una nocte Ar , principia ejus as uastata sit . Eodem modo distingue membrum sequens : unde יְהוָה quamvis murum , seu parietem significet , pro nomine proprio hic accipe : notandum autem , quod יְהוָה ab excitando dicta est , sicut וְיְהוָה ut suprà iam annotauimus , a uerbo יְהוָה : iecirco data opera usus esse uidetur propheta uerbo יְהוָה , quod silere , & quiescere significat .

2 Domus . uidetur esse nomen proprium Habaith , & יְהוָה esse radicalis littera , ut uocant . loquuntur autem de ascensi ad loca idolorum : in adueris enim ad deos suos unaquaque gens solet con fugere : at sicut ascenderunt , ut coram diis suis flerent ; ita etiam descendenterunt flentes : hoc enim est descendere in fletu , quod sequenti uerbi dixit .

4 Expediti . solent Hebr. milites , qui ex populo in militiam extrahuntur , יְהוּדִים , id est , electos , seu expeditos appellare à uerbo יְהוָה , quod extrahere , subtrahere , seu expedire significat . Vlulabunt . uerbum יְהוָה non propriè ululare significat , sed voce plena perfonare , sive id fiat ore , sive buccina : plerunque autem de leta uociferatione dicitur , sed & interdum de tristitia & infesta Ind . 7 . & hoc loco . Vlulabit tibi : sibi , legendum est .

5 Cor meum ad Moab : sunt qui hec uerba . ut uoces Moabitarum accipiant , quod ne mihi placat , facit locus Ierem . 48 . Iccirco cor meum ad Moab sonabit , uelut cithara &c . ut etiam sequenti cap . uerbi . 11 . mihi ergo magis placet , ut sint uerba prophetæ , non quasi doleat de uastatione Moabitarum , sed , quasi dicat , mihi in animo est edere carmen de clamoribus , & afflictionibus Moab , quem sensum confirmat uerbi . 9 . capituli sequentis . Vestes eius . à fugiendo dicuntur Hebr . ueteres בְּרִיחַם , quod ab una in alteram partem ueluti motu suo fugient . deinde transfertur ad significandos optimates , de quo infra 43 . quod sint munimenta , & ueluti regalia populi , in qua significacione hic accipi posset nomen , quod scilicet optimates Moabitarum fugient usque ad Segor , seu Tcoar , que est in finibus Moabitica prouincia . sed simplicius est , ut iuxta naturalem significacionem , pro profugis accipiamus . Vitulum contemnam : potest hoc ad Moab pertinere , & repetendum est cor meum ad uitulum triuem clamabit , sic uocat regionem illam ob pinguedinem , & fertilitatem soli . Per ascensum Luith : יְהוָה in nomine isto proprio motum notat . יְהוָה pro prepositione , suprà , accepi . is enim interdum usus est huic uocis . Flens ascendet . hebraicum molliuit . In fletu , uel cum fletu ascendet .

6 Deserta erunt : uel abominationi erunt , uel in stupore erunt . uulg . apud Ierem . dicit , pessime erunt : utrobius autem est illud nomen , de quo iam non semel dixi יְהוָה , id est , afflatus , simbilis , horrors , & admiratio . Excitatibunt , inquit , uocem , qualiter edere solent quando nullæ sunt aquæ Nemrim . quando propter ariditatem agrorum ciuilat edunt & planctum .

7 Magnitudinem . uerbum יְהוָה est , quod nos dicimus superesse , excedere , & similia ; notatq; interdum excellentiam : nomen autem hoc יְהוָה , pro abundantia , & rerum affluentia accipio , ut Ierem . 48 . ubi cum יְהוָה legitur . Operis : multò aliter uerit interpres hac uerba apud Ierem . ego ut uerbi accepi hanc uocem , & relatiuum more Hebr . deesse puto . Et uisitatio eorum : ego cum docto quodam uiro uisitationem hic pro rebus ipsis , quas qui habet , sape uisitat , atque recenset , & quarum rationem habet , accipendum puto , id est , pro diuinis repositis , sicut Leuit . 5 . hoc uerbum in secunda coniugatione , in uoce passiva pro depositum esse , & nomen inde deductum interpreti , depositum uel repositum significat : hoc ipsum quoque nomen , de quo nunc agitur , in plur . uulg . Ierem . 52 . carcere dixi , alibi custodias : ergo hic , reposita , uel repositum uertere poteris . Ducent . iam de uerbo יְהוָה sape dictum est : uerbo deferendi seu portandi , ut hoc loco , sepius necesse est uertere : torrens autem salicium erat in finibus Moab , ubi hostes pradam forte dividere statuerant . quod si abundantiam suam , & dinitias suas non , eorum , uertas , intellige ipsos Moabitas anfugientes , illuc detulisse bona sua &c .

8 Circumibit clamor &c . hic uerbi ciuilationem , & ululatum describit , qui direptionem bonorum fecerunt est : & sicut יְהוָה pro יְהוָה superiori uerbi positum uidetur ; ita hic יְהוָה , pro יְהוָה terminus autem Hebr . non tantum extremitates prouincie significat , sed & quidquid est spaci inter terminos : Aglaim uero , & Beer , id est , puteus Elim erant in finibus Moab .

9 Erat quoque Dimon in finibus Moab , ut patet ex libro numerorum : torrentem ergo illum sanguine

ne occisorum repletum dicit : qui forte idem est cum torrente salicium : quod ibi hostes multos ex captiuis occiderent : quorum sanguine angendas aquas Dimon dicit dominus . si quis uero cuaderet , in leonem incurreret . est autem proverbialis forma scripturis familiaris , leo , laqueus , &c . fugientibus uide Ierem . 48 . ubi hac eadem historia describitur , & ferè eidem uerbis .

## Caput sextumdecimum .

Noua.

Vetus.

MITTITE arietem , qui dominatur in terra , à petra deserti ad montem filiæ Sion .

Et erit , sicut avis uaga , nidos dimissus , & sic filiæ Moab coactæ pertransire Arnon .

Ini consilium , fac iudicium , pone quasi noctem umbram tuam , in medio meridie absconde expulsos , uagis ne prodas .

Peregrinentur apud te expulsi mei Moab , sis latibulum ipsi à facie uastatoris : deficit enim emunctor , cessauit uastator : consumpti sunt , qui conculcando ciiciebant è terra .

Et confirmatum est in misericordia solium , & sedebit super eum in ueritate in tabernaculo David iudex , & quærens iudicium , & festinus iustitia .

Audiuimus superbiam Moab , superbus est ualde : superbia eius , & fastus eius , & furor eius non sic uectes eius .

Iccirco ululabit Moab ad Moab : unius ipse ululabit super uiros Chirhereteth , promite tantum percussos eorum .

Q uoniā arua Hesebon excisa sunt , uinea Sebmah domini gentium conquassauerunt surculos eius , usque ad Iazer perirent , errauerunt per desertum , propagines eius dimissa sunt , transierunt mare .

Propterea deslebo in fletu Iazer uineam Sabama , hauebatabo te lacryma mea Hesebon , & Eleale : quia super astenos fructus tuos , & super messem tuam ouatio eccecidit .

Et sublatum est gaudium , & exultatio de Carmelo , & in uineis non iubilatum est , neque iubilabit . uinum in torcularibus non calcavit calcator , ouationem cessare feci .

Iccirco uiscera mea ad Moab , quasi cithara , sonabit , & intimum meum ad Chirheres .

MITTE agnum dominatorem terra , de petra deserti ad montem filiæ Sion .

Et erit , sicut avis fugiens , & pulli deinde auolantes : sic erunt filiæ Moab in transuersu Arnon .

Ini consilium , coge conciliū , pone quasi noctem umbram tuā in meridie : absconde fugientes , & uagos ne prodas .

Habitabunt apud te profugi mei : Moab esto latibulum eorum à facie uastatoris : finitus est enim puluis , consummatus est miser , defecit , qui conculcabit terram .

Et præparabitur in misericordia solium , & sedebit super eum in ueritate in tabernaculo David iudicans , & quærens iudicium , & uelociter reddens quod iustū est .

Audiuimus superbiam Moab , superbus est ualde : superbia eius , & arrogatia eius , & indignatio eius plus , quam fortitudo eius .

Iccirco ululabit Moab ad Moab , unius ipse ululabit : his , qui latenter super muros costi lateris , loquimini plagas tuas .

Q uoniā arua Hesebon deserta sunt , & uineam Sabama domini gentium excederunt , flagella eius usq; ad Iazer peruenierunt , errauerunt in deserto , propagines eius dimissa sunt , transierunt mare .

Super hoc plorabo in fletu Iazer uineam Sabama , inebriabo te lacryma mea Hesebon , & Eleale : quia super uindemiam tuam , & super messem tuam uox calcarium irruit .

Et auferetur latititia , & exultatio de Carmelo , & in uineis non exaltabit , neque iubilabit . uinum in torcularibus non calcavit , qui calcare non consueverat , uocem calcantium abfulti .

Super hoc uenter meus ad Moab , quasi cithara , sonabit , & uiscera mea ad murum Hares .

Et erit: cùm apparuerit, quòd defatigatus est Moab, super excelsum [ascendet] & ueniet ad sanctuarium suum ad deprecandum, & non poterit.

Hoc est, quod locutus est Iehoua ad Moab ex tunc.

Et nunc locutus est Iehoua dicendo; In tribus annis ( quales sunt anni mercenarii ) paruijer gloria Moab cum omni strepitu multitudinis, & reliquum erit modico minus, non copiosum.

**I** V ID alij hoc loco sentiant, non opus est referre: ego quia participium נַחֲלָה non video cui recte attribuiri, nisi nomini כְּרָב, alium hic subesse sensum putavi, nempe ut sit ironia, quaenam, & pulsar ferociam illam, atque arrogiam Moabitum, quando iunctis Ammonitis uenerunt aduersus Iosaphat regem Iehuda, quasi dicat, mittite nunc militem, seu exercitum ab urbe, que dicitur rupes deserti, seu petra, ad montem Tzion, qui dominatur, & terram sibi subiicit: scilicet in eo statu res uestra sunt: nihil equidem minus poteritis facere: quinimum uestra illius arrogantiae nunc panas luetis &c. est autem כְּרָב aries, cuius plurale interdum etiam instrumenta quaedam bellica significat, qua Latinus arietes vocant, & כְּרָב, quod positum est pro כְּרָב, viros fortes, & bellicos significat, 2. Reg. 11. sicut figurat, qui fortitudine alijs antecellunt, dicuntur in scripturis כְּרָב hirci, & כְּרָב aries. Hic autem כְּרָב collectivè accipitur, quid si נַחֲלָה in dandi casu uelis accipere, ( ut quidam uolunt ) erit etiam ironia in hunc modum; Vos, qui diuites estis arietum, & ouium, mittite tributum; uidete an placare positis muneribus regem, & ducem, qui nunc dominatur, regem nostrum Ezechiam: sed sera est paupertia &c.

**2** Et erit, futurum est, ut Moabitas sint similes uirorum &c. Fugiens נַחֲלָה sive à נַחֲלָה sive à תִּזְבֵּחַ significat motum celerem, fugam, agitationem, neque potest commode uno semper nerbo reddi: uagabundam hic dicere possumus. Et pulli &c. sensum expresit uulg. usurpat enim, hebraismus nomen nidi interdum pro ipsis pullis: & uocat nidum dimidium; pullus, deictio nido, hoc atque illuc uolantes, & repetenda est nota similitudinis, & stipplenda nota, que illi solet responderet, sic uel ita &c. quas non raro Hebrei omnittunt. In transuersu. sensum non mutauit uulg. ego abrasis punctis, video נַחֲלָה posse esse participium, quod præteritum uocant tertie conjugationis, id est, facta transire, & ita intellexisse uidetur uulg. dioqui uox hac uada significat, in qua significatio si uelis hic accipere, sunt alia uoces supplendas. Hic erit à Moab status rerum tuarum, quem confer cum arrogantia tua, qua subiiceret tibi uolebas montem Tzion.

**3** In concilium &c. continet hic uersus alteram ironiam non minus acrem aduersus Moabitas. isti enim ( ut est uerisimile ) cum rex Assyrius aduersus Iehudam contenderet, & ciuitates regni Iehuda capisset subiugare, concilium coegerant, & quod fit in arduis deliberationibus, uocatis regni Satrapis in dubium uocabant, an exceptiendi essent profugi Iudei, qui metu Assyriorum ad Moabitas conuiegabant: timere enim poterant, ne in se prouocarent Assyriorum indignationem. Insumebant itaque dies in huiusmodi deliberationibus: cum interim Israëlite uagi huc, atque illuc abirent latebrus querentes: hos irridet propheta, quid regnum Iehuda sub Ezechia fuerit à Deo confirmatum, & Assyrii deleri: ipsi autem Moabitas panas luuerent huiusmodi crudelitatis, eadem perpeñi, qua Israëlite. Coge concilium. ad uerbum, Fac iudicium. sed sensus est, quem uulg. expresit, uerba Hebrei habent uau pro Iod. In meridie: sic uerba expreseris, in medio meridie, id est, in feroore meridiano, in ipso nempe persecutionis feroore. Pone, absconde &c. non inducta persona loquenter, sed posita hac uerba iuxta illa, ini concilium, coge concilium, significant inhumanitatem Moabitarum, qui cum res proximorum præfens postularer auxiliu, ad deliberationes sece conuertebant.

**4** Habitabunt. carent modis, quos Latinii habent: utunturque futuris, pro ipsis, habitent, agant, seu peregrinentur. in te, inter uos, apud te. Finitus est enim puluis, uox hebr. נַחֲלָה glumam, id est, folliculum triturando decussum de granis frumenti: deinde paleas, quisquillas, &c. significat, si cum bolem proscratur: at mez emulsum, seu emunctorem significat. a. uerbo. נַחֲלָה uel נַחֲלָה: neque alibi memini me legisse in hac forma: sed Pro. 30. נַחֲלָה eadem significatione: eundem an-

tem subesse sensum putato, siue dicas defecisse emunctorem, siue expressorem, id est, qui grana ex folliculis excutiatur: siue defecisse puluerem, id est, glumam, folliculos, paleas &c. id est, defecit trituratio, uel defecit gluma, id est, qui erant excutiendi, excusi sunt; & qui erant uenilandis, uenilati sunt; iam non sunt paleæ inter nos, iam grana munda sumus. est autem ratio irrisiois, quasi dicaret; non est, quod iam concilium inceas, aut concilium cogas: an debcas profigos recipere: iam deficit, qui triturabat Israëlitas, &c. Qui conculcabat terram. additur uerbum pluale participio singulari, id est, consumpti sunt omnes conculcatores. Terram. hebr. è terra, id est, qui conculcando è terra eiuebat, uel potius hoc coniungendum est cum uerbis præcedentibus, cessauit è terra, consumpti sunt è terra &c.

**5** Et præparabitur. coniunctio uau; coniungit sententiam hanc uerbis præteriti, que præcedunt; ideo per præteritum potius uerterem: non solum, inquit, non est, qui nos cruciet, sed & regnum Iehuda confirmatum est bonitat, & misericordia Dei nostri. Et sedebit, in præterito quoque dicendum, sic enim magis confirmatur irrisio. Iam habemus, inquit, qui sedeat in folio in ueritate. Sunt hic attributa boni regis, qui summa cum ueritate, seu fidelitate regium munus exercet Deo obediens, & populum suum non defraudans, neque dolis res eorum auertens, iustitie administranda suis diuinos, atque adeo festinus ad respondendum de iure, & tribuendum cuique quod suum est. Et uelociter reddens. duabus uocibus expresit uim nominis נַחֲלָה, quod propriæ festinum significat; festinus ergo iustitia est, qui nulla mora, nulla tergiversationibus ius reddit, causas iuste dirimit. nam in iure dicendo uel ipsa cunctatio sepe non parum iniustitia continet. Quamvis hec de Ezechia pro Iuæle aduersus Moabitas dicta uideantur; ne dubitet Christianus lector, hec in Christum dominum rectius conuenire, qui populo suo, dum extrema pateretur, adiuit: regnum David stabiliuit, deletis hostiis, peccato, morte, & inferno; ut uniuersos nobis inimicos irridere merito possumus. Facit quoq; hic locus aduersus diuites, auaros, qui negligentes, et difficiles sunt ad subueniendum pauperibus, & in nulla re magis cunctabundi, quam in eleemosynis erogandis: cum interim pauperes fame, & frigore pereant &c. non hac diu perferant pauperes Christi, & diuites: non semper uobis erunt ludibrio: deficient hostes; cessabunt gemitus, & lacrymae: & dominus iudicabit in iustitia pauperes, &c.

**6** Audiuimus superbiam &c. ecce quod primo uersu dicebamus, de superbia, & arrogantia Moabitum. illud autem plus quam fortitudo eius uulg. non male uertit: ego uerba, & hebraicum retinui, quod facilis esset: ueltes enim interdum uocat hebr. fortitudinem, seu potentiam, ut infra 41. Et Job 11. &c. eadem uoce uitur Ierem. 48. que Osee 11. pro optimatibus uidetur accipi, & credo, quid à solitudine sic dicantur ueltes, & alie res: que rem aliquam sola sufficiant, ut magistratus, &c. nam נַחֲלָה esse radicem puto.

**7** His, qui latentur. בְּשִׁׁירָה ferè omnes Hebrei hic pro fundamentis accipiunt: sed neque locum aliquem proferunt ex scripturis, ubi hoc nomen sic accipiat, neque certas conjecturas, quibus ostendunt uocem, id significare: nam quid נַחֲלָה fundamentum significet à uerbo, נַחֲלָה id est, posuit, facile concedam: at unde geminatum בְּשִׁׁירָה? & quidem uulg. à uerbo, נַחֲלָה, uel נַחֲלָה deductum putavit, id est, ganis, seu latatas est: neque est avernandus sensus, quem nobis afferit. nam נַחֲלָה fabrefacturam significat & שְׂרֵב filiale nasci, & נַחֲלָה murum, quasi dicat; proferte plagos, seu fracturas illis, qui sibi placent in fabrefacturis murorum: nam & נַחֲלָה uerbum canere, seu promere interdum notat, וְנַחֲלָה potest esse à uerbo, נַחֲלָה in & commutat, & losi seu percussos significat; quibus adde quod alijs punctis nomen נַחֲלָה potest esse in plur. cum affixo pronomine, ut significat losos eorum, uel percussos eorum, uel suas, &c. qua dixi ut nemo audeat re minimè considerat dicitur tantum Rabinorum contentus uulg. interpretem damnare, quod plerique solent. ego alium sensum indicavi in mea editione, non quid eum præferam interpretationi uulgata: sed ut sciat lector aliter hac iuxta hebr. posse accipi, posthabitus enim Rabinorum commentis: nomen בְּשִׁׁירָה, sicut & uerbum quartæ coniugationis בְּשִׁׁירָה, de quo infra 64. à nomine מַחְלָה deduci potest; & quidem uerbum notat uiriliter agere, & nomen hoc geminatum, id quod maximè uirile est, id est, viriliter, fortitudinem, robur, nos perficitatis causa uertimus, uiros nam serem. 48. ubi hæc eadem sententia ponitur, pro בְּשִׁׁירָה est אֶתְנָשָׁן. propterea, inquit, super Moab ululabo, & ad Moab uniuersum exclamabo, ad uiros Chir heres &c. accipiō itaque Kirhereseth pro nomine proprio, & uerbum נַחֲלָה cum uulg. promere, canere, loqui: de quo iam supradicatum, quasi dicat, cantu lugubri promere nomina perturbatorum: nihil aliud, quam numerum confernatorum seu potius casorum proferatis ad uiros, qui in sua fortitudine confidebant. uel totus ululabit super uiris Kirhereseth: commemorabitis tantummodo uulneratos, seu percussos eorum: illud enim, super uiris tam præcedentibus, quam sequentibus connecti potest.

**8** Suburbana: Moabitas comparat propaginibus, que longè, lateq; emittuntur. irridet itaque

propheta florentem statum Moabitarum, qui aduentantibus hostibus, hic, atque illuc dispersi, quidam ad ultimos fines regni proferatur erant: alij per desertum, quod Moabitum adiacet, magis erant abituiri: quidam uero mare mortuum transiit, ut salutis & rebus suis consilere possent.  
 9 Irruit ḥbj cecidit, ruit; interdum uerbo intercidendi optimè redditur. Iosue 21. Non cecidit quidquam de omni uerbo &c. & iuxta hanc phrasim habetur Luc. 16. Facilius est cylum, & terram transire, quam legis unum apicem cadere, sic & hoc loco, quod sequenti uersu explicatur: sensum tamen vulgati interpretis, quod scilicet hostes in messem, & vindemiam Moabitarum summo cum clamore irruerent, confirmat locus Ierem. 48, ubi dicitur prado irruisse super messem &c. vide locum, qui omnino idem est.  
 11 Versum hunc accipendum existimo, ut precedenti capite uers. quinto. Venter meus. non men ḥyō Hebreis est aceruus: infra 17. à uerbo ḥyō, id est, curvum fuit.  
 12 Et erit, cùm apparuerit &c. uel, futurum est autem, cùm apparuerit, (scilicet malum hoc, quod prædicto) quod defatigatus Moab super excellum, [scilicet uelut confundere] & ueniat ad sanctuarum suum, (id est, uenire uelit) neque ualeat, scilicet pra laetitudine, parum distat hic sensus ab altero, quem in uerione expressi, & hanc germanam interpretationem huius uersus esse existimo: neque distinguere oportet excellum à sanctuario: atque hoc præter alia malum habet superstitio eorum, qui falsos deos colunt, ut quia certo loco additum & affixum putant diuinum munus cum corpore illuc accedere non posint, omnino eis deferandum sit in rebus aduersis: cultores autem ueri numeri ita religionem certis locis, ac temporibus assignant, ut tamen intelligent Deum ubique adesse, & omni tempore, & loco, ut si manus cordis leuent, & genua fleuant Deo suo, exaudiantur. Ne existimes autem prophetam in miseria aut infelicitate numerasse, quod non possent adire excelsa sua Moabita: nihil enim auxiliū à diis suis possent (etiam si maximè adissent) impetrare, sed secundum depravatam opinionem eorum hoc addidit. nemo enim est, qui non torqueatur, & crucietur animo, si in aduersis rebus intelligat præpeditam sibi esse uitam, quominus quem pro Deo colit, posset adire, prece ri, atque confidere. neque quisquam est tam barbarus, qui cum humana omnia aduersa sibi experitur, à Deo petendum auxilium non arbitretur.  
 13 Hoc uerbum. ita habet hebraismus, quem ego molini: est autem idem, quod Ierem. 48. Huciusque iudicia Moab. Ex tunc, id est, multò ante quam fierent, olim, ex multo tempore, infra 45.  
 15 Q uasi anni mercenarii: quibus nihil desit, neque superest. Auferetur. uerbum ḥyō propriè est torre: in passua leuem sieri, seu extenuari, quare uulg. non male reddidit: potest & pro uilipendio accipi, quod enim torretur, leue fit, & habet affinitatem cum uerbo ḥyō. uide supra cap. 3. uers. 5. ubi participium uocis passua pro uili, seu leui perso accipitur. Gloria. prodidit, aut pro nobilitate, & magnitudinibus solet accipi. כבך Super omni populo multo, non dubium, quin ḥyō interdum populum, multitudinem, uulgas significet: de qua uoce iam supra dixi, quod & strepitum, qui ex multitudine oritur, designet. בְּנֵי autem, & adiectum, & substantiuè accipi potest: sensus idem est: strepitus enim multitudinis pro ipso populo, seu turba, immo & pro exercitu accipi potest: ego libenter nomine glorie nobiles & primates; nomine autem turbae, seu strepitus multitudinis, uulgas & populum, reliquum intelligo. Sicut racemos, in Hebreis Biblia non habentur, que nunc circumferuntur.

## ap ut decimum septimum.

Noua.

Vetus.

O NVS Damasci: ecce Damascus de-  
finet esse ciuitas: & erit aceruus ruinae.

Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erūt, & accubabunt, neque erit, qui exterreat.

Et cessabit monumentum ab Ephraim, &

O NVS Damasci: ecce Damascus de-  
finet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina.

Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erūt, & requiescent ibi, & non erit, qui exterreat.

Et cessabit adjutorium ab Ephraim, &

regnum

Noua.

Vetus.

& regnum à Damasco: & reliqua Syria, sicut gloria filiorum Israel erunt, fidelis sermo Ichoua tecbaoth.

Et erit in die illo: exhaustetur gloria Jacob: & pinguedo carnis eius macræ scet.

Et erit, ac si quis colligeret messem stan- tem, & brachium eius spicas metat, ac si quis colligat spicas in halle Rephaim.

Et relinquetur in eo racematu, sicut ex cuscio oliua: duæ [aut] tres baccæ in cacumine rami: quattuor [aut] quinque in prominentiis eius fructifera, fidelis sermo Ichoua Dei Israel.

In tempore illo initatur quisque super factore suo, & oculi eius ad sanctum Israe- lis respiciant.

Neque respectum habeat ad altaria opus manuum suarum: & quod fecerunt digiti sui, ne uideat, neque lucos, neque solaria.

In die illo erunt ciuitates munitionis eius, sicut derelictio frondium, & ramorum, qui derelicti sunt à facie filiorum Israel, & erit desolatio.

Quia oblita es Dei salutis tua, & petra munitionis tua non es recordata, iccirco plantabis plantas iucunditatum, & palmi- mentum alienum inferes eis.

In die plantationem tuam multiplicabis uehementer, & postridie semen tuum germinare facies, ablata est messis in die hereditatis, & dolor insanabilis.

Væ multitudini populorum multorum si- cut frement maria, frement, & fremitus populorum sicut fremitus aquarum ualaram irruent.

Populi sicut sonitus aquarum multarum irruent, & increpabit in eum, & aufugiet procul: & persecutionem patietur, sicut gluma montium ante uentum, & sicut globus ante turbinem.

In tempore uespertino, & ecce terror, & ante lucem non erunt. haec est pars diri- pientium nos, & fors deprædantium nos.

regnum à Damasco: & reliqua Syria, sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum.

Et erit in die illa: attenuabitur gloria Jacob: & pingues carnes eius emarcescent.

Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium eius spicas leget, & erit sicut querens spicas in ualle Rephaim.

Et relinquetur in eo, sicut racemus, & si cut excusio olea duarum, uel trium oliuarum in summitate rami: sicut quattuor, aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit dominus Deus Israel.

In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad factorem suum respiciant.

Et non inclinabitur ad altaria, quæ fece runt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius, non respiciet lucos, & delubra.

In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, sicut aratra, & segetes, quæ derelicti sunt à facie filiorum Israel, & erit deserta.

Quia oblita es Dei salvatoris tui, & for- tis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem fidelem, & ger men alienum seminabis.

In die plantationis tua labrusca, & mane semen tuum florebis: ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter.

Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum irruent.

Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium: & increpabit eum, & fugiet procul: & rapientur sicut puluis montium à facie tienti, & sicut turbo coram tempestate.

In tempore uesperæ, & ecce turbatio: in matutino, & non subsistit. haec est pars diri- pientium nos, & fors deprædantium nos.

**D**E SINE T esse ciuitas. hebraismus docte uitanit sensum reddens, heb. ablata à ciuitate. Aceruus lapidum. lapidum addidit interpres: de nomine autem ḥyō uide capite precedentie.

3 Adiutorium. hebr. מַבְּצֵר est à uerbo רְצִיב, cuius significatio propria est, circumclude re, sicut qui canistro fructus includit: hinc est quod de ciuitatibus maris inclusis dicitur, hinc nomen pro monumento. erat autem Syria seu Damascus monumentum Israel aduersus regnum Iehuda. isti ergo, qui simul Iudeos deuastabant, in supplicio similes fuerunt. quia uero pax incredibile uidebatur, ut Damascus in aceruum lapidum foret, addit confirmationis notam, Fidelis sermo Ichoua.

- 4 Attenuabitur gloria Iacob &c. ecce quo paet in supplicio similes futuri sint; uerum in punitione Israëlitarum mysterium subodorari oportet lectorem: neque enim ruinam solum corporalem intueretur propheta, sed & spiritalem. Attenuabitur, uel exhaucitur, ut uerbum ḥyt significare uidetur: Paul. ad Rom. Israëlitarum fuisse gloriam testatur: soli enim dicebantur, & erant populus Dei: quia tamen gloria magna ex parte spoliati sunt: sed & corporali uastatione principes, & nobiles eorum perierunt. diuties quoque, & opulentia omnis interiit: fastus quoque, superbieque tumor evanuit, qui prosperitate alitur. abierunt enim Israëlite in captiuitatem ad Assyrios: neque scilicet uaslati sunt.
- 5 Et erit sicut &c. hic uersus superiorem explicat, quod hostis, scilicet eos demissurus esset tanquam segetem, quam & demetit, & brachio constringit, ut in fasciculos colligat: non ergo Israëlitas messori comparat, sed segeti, & manipulis. hebraismus itaque, quem retinuit uulg. ego molliui, ut perspicua esset oratio. Quid restiterit. וְהַנּוּ nomen est, & non raro Hebreis pro segete sumitur, ab Stando, Exod. 22. acerius, uel seges Iud. 15. potest & esse participium fem. ab eodem uerbo סִבְלָה. Spicas שְׁבֵלָה existimo esse plurale a nomine שְׁבֵלָה, non habita ratione punctorum, ut interdum necesse est. de hoc nomine vide infra 47. ubi tibiam interpretabimur. unde & pro culmo, seu frumenti calamo, qui à radice usque ad spicam succreuit, tanquam tibia quedam, accipitur: adeoq; & pro ipsis spicis, sicut שְׁבֵלָה. unde credo antiquos nomen Cybeles mutasse, quam deam frugum uocabant, quam postea Cererem, & Rheam, alijsq; nefientes uocis originem, nominibus, appellarent. Rephaim, uel gigantum: de quo Iosue 15. cuius hic meminit, quia ob segatum abundantiam illuc messores accurrerant.
- 6 Relinquitur in eo &c. paucitatem remanentium Israëlitarum ex illa clade hic uersus continet: in quo loco meminisse oportet reliquiarum illarum, de quibus hic propheta sermonem frequentissime in seruit, que haud minima pars eis argumenti totius libri, ut supra iam dixi. Racemus, uel racematio: nomen plur. tantum & uerbo secunda conjugationis. וְרַאֲמָה, id est, iniuria agere, defraudare, dehonestare &c. & quod nos racemare, id est, ultimos racemos in uinea decerpere dicimus. Hebrei uerbo וְרַאֲמָה secunda conjugationis effuerunt. Leuit. 19. & Deut. 24. Vineam tuam non exacte, seu penitus decerpemus &c. hic nomen pro ultimiis racemis, qui subter fugere solent oculos, manusq; uideantur, Iud. 8. Sicut excusio, id est, sicut post excusationem olym remanent due, aut tres, &c. quatuor, aut quinque in prominentiis eius, id est ramis, qui prominent solent Hebrei, sicut nos Hispani, nomina numerorum sine disjunctione interdum efferre, duo, tres &c. In cacuminibus eius, fructus eius, uel frugifera, id est, in extremis ramis eius fructifera, que erat olim in patribus fructifera, sed in posteris degenerauit. cum pro felicitate patribus sapientia promissa fuerit à Deo multitudine prolis, & quod multiplicandi forent, sicut arena maris, non dubium, quin non aequo animo ferrent in tantam redi paucitatem, unde non semel conquereruntur, quod immuniti essent plus quam omnes gentes &c.
- 7 In die illa inclinabitur homo &c. possunt hi duo uersus cum uulg. legi per uerba futuri, quasi significet paucos illos, qui relinquentur per aduersa erudiendos, ut in Deo spem suam collocent &c. nisi potius non tam quod futurum est, quam quod nimis calamitas eos facere coget: aperit propheta: quod magis probo. huic affinis est alter sensus, quem in uerstone indicaui, in hunc tantummodo usum, ut qui Hebraice ignorant, ita posse Hebraica interpretari intelligentes, eligant sensum rei proposita marginis consentaneum. Inclinabitur. uerbum וְשָׁבַע iuxta uariam constructionem, uarie quoque reddere oportet, & cum וְיַד quidem, cum uerbo innitor, incumbo, congruit, ut hoc loco: cum וְיַד uero, ut sequenti uersu, notat benignè, & blandè respicere, sive rationem habere, & respectum agere alicuius, cum quodam favore, & propensione animi. Gen. 4. Respxit ad Abel &c. alias constructiones vide infra 22. & 32.
- 8 Altaria nomen est à uerbo, quod mactare, deinde & mactatas pecudes offerre significat: unde ara sic dicebatur, quod super ea fieret sacrificium &c. Delubra. שְׁמָנוֹת sunt solaria: hamab enim sol est. infra 24. per solaria autem uel intelligit delubra solis, uel domata, id est, cœnacula, uel superiores partes domus, in quibus, propterea quod remote erant à turba, orgæ solebant: quem admodum legitimus Petrum Apostolum in actis ascendisse superiora domus ad orandum.
- 9 In die illa erunt &c. cum promiserit de Damasco dicere, multò plura de Israël commemorat, quod similis futura esset utriusque pana, quodque non nisi propter Israëlitas de exteris, nimirum nationibus prophetæ prophetias suas contexerent. Cœnitates fortitudinis. וְמִתְּחִילָה munitio, munitum, seu praefidum est: urbes ergo munitas intelligit, ad quas defensis uillis solent tempore belli profugere. Sicut aratra. וְמִתְּחִילָה in hac forma pro aratro non memini me legisse. וְמִתְּחִילָה qui demaratio est Exod. 34. & 1. Sam. 8. & מִתְּחִילָה uomer 1. Sam. 13. & utrumq; ab eadem radi ce:

ce: שְׁמָן autem pro ramo collectu. Eze. 31. Ecce Assur uelut cedrus in Libano, pulchra fronde, & ramo umbroso. & quidem uerisimile mihi est significare umbracula, que ex ramis sunt, & utranque uocem ferè pro eodem accipiendam: unde hic pro nullis, & rure meritò sumerit. Segetes. forte exemplar Hieronymi aliud nomen habuit pro שְׁמָן, quam uocem suprà uers. 6. ramum uerit, hic autem segetes. Et erit deserta, scilicet terra, uel potius deserto, seu desolatione nam hic est nomen illud, de quo iam non semel, שְׁמָן afflato, seu afflatus, qui in desolatione ab intuentibus emititur, & pro desolatione accipitur: neque est legendum, ut quadam exemplaria habent, eris, sed in tercia persona.

10 Quia oblita es: omnis generis peccata, & sceleris, nomine oblationis Dei intelligit sapientia scriptura, quod omnia illinc tanquam à fonte oriuntur: quemadmodum enim memoria Dei in eius timore conseruat, sic & obliuio ipsius ad ruinam preparat: nomina autem salutis, יְהָוָה, & נָסָר, id est, petre frequenter Deo tribuantur, quod & ab ipso, & in ipso sit nobis salus, & praefidum maximum, sicut enim in rupe firmissima, ita in ipso contra omnes aduersitates, & iniurias hostium tuti consistimus. Deut. 32. &c. Plantationem fidem: sic legendum est in uulg. at cum וְיַד uerbum, iucundum esse significet; hinc nomen plurale tantum שְׁמָנִים iucunditates; uulg. autem tanquam scriptum esset וְיַד & fidem uerit. est enim שְׁמָנָה ueritas Osee 5. Et germen alienum seminabis: ita ferè habent Hebreæ, nisi quod pronomen affixum omisit: seminabis eum. quem locum, quoniam uarietatem interpretatione uidi, qua porci diligentia elucidare, insitui: animaduerti enim totam difficultatem inde oriri, quia a uerbis Hebreis uolunt absque illa causa interpretes recedere. primò ergo scito sensum in hoc uerbi non perfici, sed sequenti: deinde cum uox שְׁמָנָה, id est, germen, seu palmes sit in reg. uox וְיַד necesse est, sit in gigendi calu, id est, alieno aliis, alterius, scilicet plantæ, ut sit sensus, plantabis plantas optimas, electas, & suauissimos fructus afferentes: neque hoc contenta, palmitem alienum alterius speciei, alterius plantæ, uel aliunde allatum inferes ei, ut iucundiores fructus facias, id est, tota in hoc eris, ut nihil tibi ad uoluptatem defit. est autem וְיַד seminare, serere cum suis compositis. ergo affixum in uerbo שְׁמָנָה, uel superfluit: uel certè alterum modum significandi facit, quem in interpretatione expresi. Sed reliquias uoces inspiciamus, ut tandem germanam sensum errere posimus.

11 Labrusca. fateor me non intelligere, quare uocem תְּשַׁׁבְּנָה labruscam dixerit uulg. sed cum nullibi hac uox preterquam hoc loco reperiatur, forte ita cum docuerunt illius temporis Iudei: à quibus se doctum hoc loco Hieronymus ipse fatetur, ut à 70. deuici: sensus tamen idem est, quem nos sequemur, maximè si labruscas pro uis immaturis in uulgata editione accipias, seu amphacio. inquit ergo propheta, in die plantationis tuae, id est, mox ubi plantaueris botros, germinabunt palmites, & sequenti die fructus perfectos edent: sed cum colligere, & possidere uolueris eos, dolebis uehementer. hunc ferè sensum in nostra uerstone iuxta hebr. expressum. Multiplicabis multum, uel augebis, promuebis ualde: est enim וְיַד augeri, ampliari &c. Ps. 92. Sicut cedrus Libani condensabitur, multiplicabitur: at וְיַד est uerbum duplicatum, & significationem intendit, ut uerba, quo frequentatua uocamus, propterea addidi, uehementer. Hebrei autem, in die, si sequatur, & mane, idem est, quad bodie, & cras, id est, primo quoque tempore. inquit ergo, statim initio angebis plantationem tuam, germinabunt arbores, multiplicabuntur palmites, & ingens spes erit infiniti fructus: at tempore colligendorum fructuum aufugit, & euauit messe; immo pro messe habebit dolorem desperatum. Hanc interpretationem nemo Hebraicè doctus reprehendere poterit: nam nemini dubium, quin posset esse à וְיַד, id est, aufugit, ablatum est. suprà 10. Ablata est Madmena: Eber. 6. Ablata est somnis, &c. & צְדֻקָּה messem significat: וְיַד hereditatem, seu possessionem; קָנָה, dolorem: וְיַד desperatum, incurabilem, insanabilem. Possunt autem hac dupliciter accipi. primo, quia oblitus es Dei tui à Israël: propterea posteriora tua non respondebunt principiis tuis: initio enim florueristi, & brevissimo tempore in florentissimum regnum euectus es: sed tandem miserere perisisti. secundò, quia oblitus es Dei tui, propterea factum est, ut ex illa magnifica specie iustitia, quam oculis hominum tam studiosè exhibuisti, ob quam toti mundo admirationi eras, nulli fructus colligerentur. Quinimum cum tempus fructus ferendi appropinquaret, ut est in euangelio, subito uniuersa messe perire, & occisis servis domini uinea insuper, & ipso herede, tibi in gentem, & desperatum dolorem peperisti, ut meritò statim initio, cum promptam obedientiam promitteres sub Moysi, dixerit, nimis nimirum tuum prævidens dominus, Q uis det talem eos semper habere mentem, ut timeant me omni tempore, & bene sit illis &c. quis enim ignorat, quam iucunda fuerint prima illæ plantationes, quam suauis ritus, quam suauia iudicia: nihil erat in ulla alienigenarum rep. observatione dignum, quod in sua multò metius infertum non uiderent Iudei: nulla enim gens erat ita sapiens, & intelligens, ita Deum colens: nullus populus ita sanctus, teste Moysi; fructus uero, qui

inde exspectabatur, erat fides in Christum, & eius cum adueniret suscepitio: at Israhel scelando iniustiam in legem iniustitiae non peruenit: quia ex operibus illis, & dignitate meritorum illorum arbitrabatur se dignum esse, cui omnia Deus prestat: cumque in extremitate tantum intentus esset, & cor eius longe esset a Deo, quia oblitus est salutis sua, & totus fortitudinis sua, id est, Dei sui, interiit, & spe sua frustratus est. In die hereditatis. non dubium, quin ḥ̄ad forma masculina, & ḥ̄ad actiam formam femininam, torrentem significet, ut Num. 34. Psal. 124. Torrens transiit super animam nostram, & Ezech. 47. unde hic uertere possumus, in die torrentis, id est, quando hostis, ueluti torrens, irruit in Iudeam: nam iuxta historiam Israhel, qui propter uictoriam, quam de Ichuda reportauit florere, & gloriari uidebatur, paullo post usque ad internitionem deletus est, ut nemo in rebus prosperis sibi ualde placeat.

**12** Vix multitudo &c. hoc ferè omnes de Assyriis interpretantur, quem aptè ipsi uiderint: ego historia flum secutus, hos uerius de Syris, & Israhelitis, qui Iudeos uebementer affixerunt, intelligens. dos existimo. iam enim supra ex lib. Reg. & Paral. ostendi quantum Israhel, & Syri diuexauerint Iudam: hos comparat frementem mari, & inundantibus fluuijs. Ut multitudo maris sonantis. hebraismus, instar frementem maria, frement. ḥ̄ad enim infinitius est uerbi ḥ̄ad, quod est solum infinitum, & confusum emittere, & uariè reddere necesse est, pro uarietate rerum, quibus tribuitur, murmurare, garrisce, frement, sonare, &c.

**13** Increpabit eum. ḥ̄ad est inuehere in aliquem uerbis durius, obiurgare &c. & aliquando cum accusatio, aliquando cum : significat autem, quod dominus increpaverit Israhel, quod crudeliter uexasset Iudam: ubi enim occidissent centum uiginti millia de Ichuda secum abducebant captiuorum infinitam multitudinem, quibus obuiam factus propheta domini Obbed dixit, ecce iratus Deus patrum uestrorum contra Ichuda tradidit eos in manibus uestris, & occidit eos atrociter, ita ut ad calum pertingeret uestra crudelitas &c. reducere capiuos, &c. quia magnus furor domini imminent uobis, &c. Sed & de incipientia, que opere constat, non semel dicitur hoc uerbum, & ita hic accipendum puto, castigabit, puniet, &c. Et fugiet procul, abiit celester in regionem longinquam, ac si fugeret, de celeri captiuitate est sermo. ḥ̄ad rellē uertit uulg. procul. : enim hoc loco non est prepositio. Rapietur. sensum expressit uulg. ego uim uerbi retinui, ut nota esset. ḥ̄ad Sicut turbo coram tempestate: sic uerti posunt Hebrei, sive, ut ego uerti, ut globus coram turbine, sed parum refert.

**14** In tempore uespera, & matutino. frequens est Hebrei bictropus, quo significant, rei, de qua loquuntur, celeritatem, ad uesperum fletus, & ad matutinum letitia &c. Turbatio ḥ̄ad est a uerbo ḥ̄ad per metalepsim litterarum. est enim ḥ̄ad subito terrore percelli. unde nomen subiunctum terrorum significat. Hac pars &c. hic erit finis Syrorum, quorum caput est Damascus, & Israhelitarum, qui regnum Ichuda uastauerunt, & diripuerunt.

## Caput decimum Etiamum.

**H**EVS terra umbra umbra alarum, **1** quæ à trans flumina Aethiopia.

Mittis in mare legatos, & in uasis iuncis super superficiem aquarum. ite nuntij uelocies ad gentem distractam, & expilatam, ad populum terribilem, ex quo fuit, & ultra, gentem linea lineæ, & conculationis, cuius diripuerunt flumina terram.

Omnes habitatores orbis, & cohabitatores terræ, cum eleuatum fuerit signum mortuum, uidete, & cum increpauerit tuba audite.

Quoniam

**V**AE terra cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopia.

Quæ mittit in mare legatos, & in uasis papyri super aquas: ite Angeli uelocies ad gentem conuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est aliud: ad gentem expectantem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad montem nominis domini exercituum, montem Sion.

Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in mortibus, uidebitis, & clagorē tubæ audietis.

Quia

Quoniam in hunc modum dixit Ichoua ad me; Quiescā, & aspiciam in sedem meā, sicut calor exsiccans post pluviā, sicut nubes roris in die mēsis.

Ante messem enim sicut perfectum germinem, & omphax ablactationis erit gemma eius, & abscedent culmos falcibus, & propagines remouebit resescendo.

Et relinquenter simul uolucribus montium, & bestijs terra, & æstuabant super eum uolucres, & omnes bestiæ terra super eum hyemabunt.

In die illo afferetur munus ipsi Ichoua tcebaoth populus distractus, & expilatus, & à populo terribili, ex quo fuit, & deinceps, gente linea linea & conculationis, cuius diripuerunt flumina terram ad locum nominis Ichoua tcebaoth, montem Tcion,

**4** Quia hæc dicit dominus ad me; Quescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die mēsis.

Ante messem enim totus effluerit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscedentur, & excutientur.

**6** Et relinquenter simul autibus montium, & bestijs terra: & æstate perpetua erunt super eum uolucres, & omnes bestiæ terra super illum hyemabunt.

In tempore illo deferetur munus domino exercituum à populo diuulso, & dilacerato: à populo terribili, post quem non fuit aliud à gente expectante expectante, & cōculata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis domini exercitū, montem Sion.

**Q**UAM parum sibi conuenientia hic interpretum turba afferat, penes prudentem lectorum esto iudicium: ineptum hic quoque suo more Rabini: ego simplicissimam interpretationem toto huic capiti, difficultatibus alioqui referentissimo, conabor afferre. cum itaque propheta capite superiori, Israhelis uastationem exposuisset, & alterius uastationis, scilicet illius postrema sub typo meminisset: ne quis crederet repulisse dominum populum suum, & penitus deletumiri, quanta adhuc sit eius dignitas, hoc capite, ni fallor, ostendit.

**1** Væ terra. ḥ̄ad bic uocantis, & excitantis esse potest, ut sepe aliud. Cymbalo. ḥ̄ad: nomen ḥ̄ad gemitum frequentiam umbrarum notat, id est, frequentiam, & copiam uelorum, que sunt instar alarum, quasi dicat, heus terra, que frequentibus nauium uelis mare adumbras, & flumina. Vide Plin. lib. 13. cap. 1. uide & Strabonem lib. 17. de genere nauium ex iuncis &c. Existimo autem significari interiorem Aegyptum, & partem illam Aethiopias, quam nunc incolunt Christiani sub rege, quem uulgo Prestem Ioannem vocant, qui imperium habet iuxta Nilum, & usque ad mare rubrum; ac deinde remotissimas quaque orbis partes, quas non nisi per mare adire licet &c. que frequenter in prophetis insula uocantur. Quæ est trans. fatorē טעבנְה nihil aliud inter dum est, quæ trans, ut nemo uulg. hoc loco reprehendat: sed ego ḥ̄ad pro ex accipio, & cum participio coniungo, ḥ̄ad, reclamantibus licet Rabini: sic accipitur Zoph. 3. A trans flumen Aethiopie militi supplicabunt: hac constrictione facilis est, & sensum planum facit; neq; obest, q; participium sit masculi: nam cum nomina provinciarum, & terræ ponantur pro ipsis habitatoribus, adeoq; pro rege eorum &c. sepe relativa, & uerba non respondent in genere: exempli passim obvia.

**2** Legatos. ḥ̄ad legatum significat metaphorice, quodd, scilicet in eo uertatur summa negotijs, sicut ostium in cardine. Itæ angeli, uel nuntij, quæ dicat, tu, que soles mittere legatos per mare, quocunque tibi libuerit, mitte nunc nuntios tuos, & dic eis, ite nuntij, &c. Gentem conuulsam &c. propriam significationem exp̄essi, distractum populum Israheliticum intelligo: qui & si sepe uastatus dispersus & dissipatus est; adhuc tamen haberet cur ad eum ex toto orbe legati mittentur, uidelicet ut ab eis ueritas doctrina discreteret: salua enim ex Iudeis est. Post quem non est aliud. hebr. ad uerbum, ex ipse, & ultra. sed cum hebr. pronomen pro uerbo substantiuo paſtim uifurpant, & relativum ḥ̄ad in eo sepe includatur; docti ex Hebr. interpretantur, ex quo fuit, & deinceps. hic est autem populus Israhel: de quo enim altero dicere positis, q; a suo usque exordio terribilis fuerit? In Abrahamo enim, & ceteris patriarchis terribilis esse caput: quanto magis ex quo capit multiplicari, & propagari? Exspectantem exspectantem. si de uocatione Iudeorum, ut quidam uolunt, bac intelligi deberent, quadrat hec in eos interpretatio, quod nulla sit gens etiam hodie, quæ p̄ se (si spes dici meretur) maiori teneatur: uerum quia non video, quomodo hac interpretatio cum initio cap. conueniat, iccirco ḥ̄ad lineam lineam interpretor, id est, ualde lineatum, id

est, frequentibus lineis complanatum, & solo aquatum, sicut solent facere, qui diruta complanare volunt. non solum enim servit ḥp adificatoribus, sed etiam destructoribus: quo pacto accipi debet 2. Reg. 12. ut etiam dicimus infra 34. Extendit super eum funiculum desolationis &c. De uero bo autem ḥp iam superius diximus: uide etiam infra 28. cap. facit ad confirmationem huius interpretationis, quod conculationem addidit ( בְּנֹת אֶתְנָה ) enim nomen est à uerbo בָּנָה, quod in abstracto conculationem notat, de quo etiam infra 22. quod non solum complanata fuerit fine, sed & conculata, que uastationem omninodam significant, non tantum eam, que per Assyrios facta est; sed quam a Romanis pax sunt: de qua in euangelio, quod non maneret lapis super lapidem, & quod Ierusalem calcaretur à gentibus. Cuius diripuerunt flumina &c. inundationem hostium designat, qui locus confirmare uidetur ultimam illam expositionem, quam attuli in fine super capit, nominis נַחַר. Ad montem nominis domini exercitum, montem Sion: hoc in Hebreo modo non leguntur: facile autem adducar, ut credam exemplar antiquum hac habuisse. nam cùm tota hac periodus infra repetatur, hoc ibi uerba reperias: nisi quis dicat, illinc à librario sciolto desumpta: neque enim apud Hieronymum hoc loco leguntur, neque à 70.

3 Omnes habitatores &c. iam manifestius explicat, quid per terram ultra flumina intellexerit. quod illi dixi di mittendis legatis ad populum Israeliticum, omnibus habitatoribus orbis notum facio, & omnes oculis intentis esse iudeo, ut cùm elevatum fuerit signum montium, id est, super montes, cùm uerbum crucis cœperit sonare ex Iudea, tempus esse noveritis, ut ad Israelitas uos conserفات ad audiendum uerbum salutis. Animaduerte clangorem tuba cum elevatione signi, nihil aliud esse, quam prædicare Christum crucifixum, quasi dicat, propheta, non Iudaorum tantum, sed uestra etiam res agitur. Cùm elevatum fuerit, gerundus sunt Hebreis, que non possunt melius reddi, quam à uulg. in elevando signum, in increpando tuba: cùm primum sublatum fuerit signum, mox ubi insonuerit tuba, ne auertatis oculos, ne obturatis aures.

4 Quia hac &c. id est, non enim sic afflxit populum suum, ut perdat funditus: mihi enim Deus in hunc modum locutus est; iam posthac quiescam: non indignabor ultra aduersus populum meum: satis factum est ira mea: cessare faciam conculationem: non diripient ultra flumina terram populi mei: aspiciam summa cum uoluptate deinceps in sedem meam, in locum sanctitatis mea: neque illi minus gratus ero, quam sit calor serenissimi diei post pluvias, aut nubes roris, mesis tempore, dum feruerit astus. Hunc esse puto germanum sensum horum uerborum: redditur enim hoc uerbi ratio, cur meritò mitti debeant legati ad Iudæum, & a Iudeis pendere debeant animi, & oculi omnium gentium: non enim in perpetuum irascetur dominus &c. Quiescam. uerbum ḥp in tercia si habet casum, est transituum: si autem absolute ponatur, ut hic, est quiescere, & se à motu compere: quod optimè quadrat in Deum, postquam penas sumpsit de peccatis illis colonis. Considerabo. uerbum νομίσμα habet constructionem, & non dubium, quin confederationem interdum notet: at cum בְּנֵי, ut annotauit preceptor meus Caninius, & alij uiri docti, est non numquam cum animi uoluptate aspicere, sicut etiam uerbum נַחַר. unde non hic de celo sermonem esse puto, sed de ecclesiâ, qua ex electis Iudeis erat: qui postea per euangelium gentes generunt in Christo. hic est נַחַר, Dei certa & firma fides, in qua Deus presidet, firmamentum, basis, & columna ueritatis: in hanc aspicit Deus libenter, neq; primitiva illa ecclesia unquā aliud uidit gratius, atq; acceptius: hac est illa illuminatio uitius Dei, quam experbat David, & uiri sancti, ob ineffabilem uoluptatem, qua ipsi uicissim experuntur, dū eos Deus intuetur, quam subiecta similitudines mirè explicant. Clara est. uulg. נַחַר pro luce acceptit, & uerbum suppletum, quod existimat deesse, ut solet, Hebrei, ideoq; & præpositione נַחַר super, omisit, quasi diceret hebraismus, sicut meridiana lux super lucem, scilicet est. sed cùm נַחַר pluuiam interdum significare uidetur; ita hic cum multis interpretibus acciperem liberter, est autem phrasis Hebreæ, super pluuiam, id est, post pluuiam: qui autem נַחַר pro pluuiia accipiunt, nefcio an, animaduertirunt esse tunc à uerbo נַחַר, quod laculari significat, & de pluuiia dicitur: ab ipso enim est נַחַר, quod nomen pluuiam quoque designat. non minus gratus est dies calo puro, & sereno post nimios imbræ, quam nubes roris in astu mesis: neque intelligere possunt alij, quam gratius & suauis sit Dei uitius, nisi qui mundo corde eum intuentur. his autem similitudinibus solet scriptura rem gratissimam declarare, ut infra 32. &c.

5 Ante messem enim &c. qui uel primoribus labris Hebreæ attigerit, modo sit pio animo, & à temeritate hereticorum alieno, non poterit non admirari hoc loco interpretum plurimorum audaciam, qui forte quorsum tenderent uerba prophetæ non intelligentes, de suo addunt multa, ut sensum adulterinum, quem imprudenter conceperunt, exprimant: ego uulg. interpretę sensum germanum reddidi: ex simo, licet à uerbis non nihil devianter, quod in interprete fideli uitium non est. Hoc ut manifestum apparet, singula uerba expendamus. נַחַר messem omnes interpretantur; nec dubium, quin id significet.

gnificet. est autem à uerbo נַחַר, quod abbreviare, decurtare, absindere significat, quo fit, ut nomen ipsum abbreviationem, decurrationem, ac messem notet: unde pro putatione optimè accipi potest, immo & pro ipsis palmis, qui demetuntur, & amputantur, interdum accipitur, ut Iob 18. Subiux radices eius arscent, & superne amputabitur mesis eius: & Ps. 80. Extendit messe suas usque ad mare, id est, palmites. מִזְבֵּחַ uulg. totus, dixit: acceptit enim מִזְבֵּחַ pro nomine, & מִזְבֵּחַ pro iuxta, secundum, &c. quasi dicat, iuxta integratatem, vel secundum integratatem, id est, totus. מִזְבֵּחַ autem tanquam uerbum accepit, floruit, germinauit, id est, antè quā tempus putationis adueniat, torus germinabit: nel, ut ego uerti, quasi perfectum, seu integrum erit germen eius: botros emittet quasi perfectos, antè quā tempus putationis adueniat: quod alijs uerbi scripture more repetit. Et immatura, est נַחַר una immatura, acida, qua Gracie μέλις: Diagor. unam acerbam uocat, & succum eius omphacium, ut Plinius: hanc uocavit uulg. immaturam. נַחַר ablactationem significat: metaphorice autem primis, & imperfectis fructibus dicitur inefficie lac: unde cùm iam ad debitam quantitatē accedunt, ablactatos dicit hebraismus fructus eiusmodi, acida una ergo ablactationis est, quia iam à latte in magnitudinem quandam enasit, sed adhuc in pubertate est, ut loquitur Plinius lib. 23. in prologo: dicit enim omphacium fieri, incipiente una pubertate. At וְאַנְתָּךְ נַחַר, id est, erupit, de aubis, & plantis dicitur. nomen ergo significat generaliter aues omnes, que magno impetu ad uolatum erumpunt, quas rapaces uocant, & folliculos in plantis, ut Gen. 40. Ascendebatque flos eius. נַחַר πάντα, potest accipi pro affixo relativo: quanquam & in hac forma נַחַר accipitur pro flore. Iob 15. נַחַר florem suum. dicit ergo propheta, quod ante putationem prima illa uitium eruptio erit omphax ablactationis, id est, erit una acida in pubertate sua; siue, ut uulg. dixit, perfectio. uulg. autem non male accipit נַחַר pro participio fem. erit exumpens, id est, germinabit, quod evidē sensum generat: qua loquendi figura, cui similis est illa cap. præcedenti uerbi 11, nihil aliud prophetæ significat, quia inaudiatam, & insolitam ueritatem, qua miraculo potius, quam natura adscribi posst. & in bonam partem hac, & quæ sequuntur, accipienda sunt; quibus deliniabat spiritus sanctus primitius illius ecclesie, qua ex discipulis domini contabat latitatem ueritatem, secunditatem, & omnium bonorum spiritualium abundantiam; quibus nihil deerat in omni gratia spirituali: qui cùm pauperes essent, plurimos tamen locupletabant. Vide quanta de discipulis suis Carinthijs narrat Paulus, quod in omnibus diuitiæ fabi essent &c. Quapropter propheta in eadem metaphora perseverans, dixit, amputatis palmis iam fructuum plenis, ac onus, habituas bestias, atque aues, quod per astatem, & hyemem, id est, roto uite tempore comedant: gentes enim, qua ueluti bruta animalia hic, atque illic uagabantur, ut escas querentes, distracte uarietate festiarum philophororum, mundi quoque illecebris, atque uerbi diabolique decepta, nunquam in quo consistentes, inueniebant: doctrinæ autem Apostolorum eruditæ, quasi ex superfluitate diuitiarum ipsorum, consecuta sunt, ubi quiescerent, neque ultra uagarentur, aut astate, aut hyeme. diuis enim est ecclesia, erit uique in finem facili doctrina & ueritate, non solùm ex scripturis Apostolicis, uerum etiam ex traditionibus, quas per manus ab ipsis accepimus. Hereticorum ergo hominem est, & mente corruptorum, alias regiones, alia prata querere, ubi iuxta sensum palati sui hyemare, aut astatem agere posint, aliud euangelium somniare preter id, quod à patribus accepimus. felices, qui non alia astia, non alia hyberna querunt, quam que iam olim nobis reliqua sunt. has omnes diuitias, atque hoc omnia bona nobis peperit benignus ille, & beneficus Dei affectus, de quo uerbi 4. que omnia in ascensionem domini & missionem spiritus sancti conueniunt. sed ad propheta uerba redeamus. Quæ derelicta sunt à uerbo וְאַנְתָּךְ, quod liberat dimittere significat, est nomen נַחַר, quod palmis significat, qui ex uite emittuntur, Ierem. 5. uulg. propagines uerit. uide etiam Ierem. 48. Præceduntur, absconduntur. hebr. uerba sunt singularia tercia personæ, ut ego uerti: sed ita solet hebraismus tertius persona uti quasi impersonaliter: sensum ergo reddidit uulg. Et excutientur. hoc tantum loco legitur hoc uerbum מִזְבֵּחַ in tercia, quod refecare dicunt Hebrei.

6. Aubus. nomen וְאַנְתָּךְ collectivæ turbam ferarum aium significat à uerbo וְאַנְתָּךְ, id est, inuolant celeriter more auium, qua inuolant super predam, &c. 1. Sam. 25. uel uerbum est à nomine, quod magis probo. Deferetur munus. postquam Apostoli dixit sunt à domino, (qui populum illum suum etiè casigauit, non tamen repulit, sed ex ipso elegit funeris semen) gentes predicationi eorum, fidem praestare coepit. Ipsi ergo, & eorum fidem Apostoli domino offerebant, cuius oblationis, & sacrificii plene sunt epistola Pauli, & actus Apostolorum. A populo dilacerato. hebr. nunc propositionem non habent, sed eam nunc quoque suppleat alij interpretes. ego, ut in hebr. est, uerti, populus distractus, quasi ipsum populum Israeliticum significet, primo futuram oblationem: Apostoli enim primum Iudeis, deinde gentibus predicarunt: siquidem ipsius primum uerbum salutis misum est: obtulerunt ergo domino hostiam, prima ex Iudeis, deinde uero ex gentibus. A populo.

legendum est, & à populo: Iudei enim & oblati sunt, & ipsi alios obtulerunt; & in hunc finem initio caput dicbat propheta habitatoribus extremi orbis, ut legatos mitterent etiam per mare, quando terra requirent ad populum Israelicum. cfsi enim is populus esset dilaceratus, & conculeatus, redeunte Dei gratia adhuc habiturus esset, unde illis ualde posset commodare: salus enim, ut iam dixi, ex Iudeis est. Ceterum expositionem uocum huic uersiculi vide supra uers. 2.

Quo in uicesimo capite continentur de captiuitate Aethiopum, faciunt, ut aliam expositionem non nullis locis huic 18. cap. afferamus ab ea, que praecepsit, dixeram, scilicet ut hic de uaſtatione Aethiopia illius, que post Aegyptum est, qua interdum Aegypti nomine continetur, nempe totius tractus terræ, qui est supra uerticem Delta usque ad Nili fontes sit sermo: Aethiopiam ergo illam, quam Nilus interluit, hic denastatam cum Aegypto intelligere possumus, & tandem per Deum sanatum, que typus est totius mundi, qui oppresus fuit à tyranno illo, & tandem ab eius tyrannie assertus. Hanc terram uocat nassam allatam propter similitudinem situs. Aegyptum enim uniuersam comparabant antiqui manu extensa, ut est uidere apud Strabonem. Interfectionem ergo illam cum uulgato pro, ue, accipiamus, quod illius uaſtationem significet propheta: cim interim rex Aethiopum, uel per Nilum ad mare mediterraneum, & per hoc ad Iudeam, uel per mare rubrum, & inde per desertum, & Palæstinos ad Iudeos, nuntios mitteret, ut bono essent animo, & auxilium aduersus Assyrios promitteret; eius itaque uaſtationem quasi iam factam denuntiat: simul & ad Christum conversionem, sunt ergo uerba Dei, que hunc habent sensum: Heu miseram terram, que nasse allata figuram habet; uel que te quasi umbram esse existimas, & alijs auxilia promitis; que mittere soles legatos per mare, &c. tu, que Iudeis auxilio esse uolebas, peristi, uaſtata es: mittebas legatos ad eos confirmandas: sed quia ego illis, & tibi infensus eram, utrosque perdidisti; uerè plaga non insanabilis: ite ergo nuntij mei ueloci: discipuli mei ite ad gentem hanc, que omnino diftracta, & expilata est, ad populum terribilem natura, & moribus, multuque ipso barbaricum, ferum & horridum, ex quo ceperit esse, & deinceps; ad gentem, qua frequentibus lineis terram metiri solet, quam flumina uastant, & nunc Assyri ueluti flumina exæquarunt, & concularunt, ite, predicate illis Christum, & uniuersi habitatores orbis auſcultate horum predicationi: ego enim placido uult intueror habitaculum illud meum: ut de Tcion exeat lex, & uerbum domini de Ierusalem, abundabit omnibus diuitiis spiritualibus, &c. que toti orbi sufficient. tunc temporis hic dilaceratus populus, erit munus domino, & ab ipso quo uicissim deferentur munera. nam & se, & sua omnia Deo offerent: uide Sop. 3. ultra flumina Aethiopia, inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus nihili &c. plena sunt historiæ sanctitatis Thebaïda, & totius illius regionis. Post quem non aliud. potest uerti post ipsum, & ultra, ut repetatur uerbum, ite. Exspectantem exspectantem linea linea, id est, qui frequentibus uitius lineis dimensionib: quem locum, qui uerba Strabonis illustrant, libuit ea adscribere ex lib. 17. Is cùm multiplices diuisiones, que erant in terra Aegypti, dinumerasset, Opus, inquit, fuit tam diligenter ac subtiliter locorum distinctione, propter continuas sinuum confusionses, quas Nilus auctus efficeret, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutando figuratas, & signa quedam reuelando, quibus proprium discernitur ab alieno. unde iterum, atque iterum mensurari oportebat: quare ab illis geometriam ortum credunt habuisse: quia quamus in Aegyptum dicta sint, cum bona pars Aethiopia eodem modo, & flumine irrigaretur, uerisimile est eisdem dimensionibus, quæ sinibus fieri solent, si os fuisse Aethiopes, quamus non tanta peritia, quanta Aegypti.

## Caput decimumnonum.

Noua.

O NVS Aegypti; ecce Iehoua uehi- tur super nube leui, & ingreditur Aegyptum, & mouebuntur idola Aegypti à facie eius, & cor Aegypti liquefiet in uiſeribus eius.

Et committā Aegyptios cum Aegyptijs,

O NVS Aegypti; ecce dominus ascē- det super nubem leuem, & ingredie- tur Aegyptum, & commouebuntur simula- lacra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius.

Et concurrere faciam Aegyptios aduer- sus Aegyptios, & pugnabit uir contra fra- trem

Vetus.

Noua

Vetus.

& uir contraria familiarem suum, & ciuitas aduersus ciuitatem, & regnum aduersus regnum.

Et euacabitur spiritus Aegypti in inti- mo ipsis, & consilium eius præcipitabo, & consilient idola, & incantatores, & Pytho- nes, & Gnostas.

Et concludam Aegyptios in manu do- minantium duriter: & rex rigidus domi- nabitur in eos, fidelis sermo domini Ieho- ua tæbaoth.

Et in præceps labentur aquæ de mari, & fluuii siccabitur, & arescit.

Et amouebuntur loco flumina, exhausti & exaruerunt riui Aegypti, arundo, & carectum siccata sunt.

Ripæ ad riuum, ad os riui, & omnis fe- mentis riui siccabitur, expulsa est, & non erit.

Dolebunt pifcatores, & lugebunt om- nes, qui proficiunt in riuum hamuni, & qui expandunt rête super facies aquarum, languebunt.

Pudient opifices linorum sericorum, & textores retium.

Et erant aggeres eius confusi, omnes, qui pro mercede faciunt stagna anima.

Profeclò stulti principes Tcoan, sapien- tes consiliarii Pharaonis, consilium infa- tuatum est, quomodo dicetis pro Pharaon- ne; filius sapientum sum, filius regum an- tiquorum?

Vbi sunt nunc sapientes tui? annuntient que tibi, & sciant, quid statuerit Ieho- ua tæbaoth super Aegyptum.

Stulti facti sunt principes Tcoan, dece- pti sunt principes Noph, errare fecerunt Aegyptum anguli familiarum eius.

Iehoua infudit in intimum eius spiritum uertiginum, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut erat ebrius in no- tu suo.

Et non habebit Aegyptus opus, quod faciat, caput, neque cauda, ramus, neque iuncus.

In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & trepidabit, & expauascat à facie agita- tionis manus Iehoua tæbaoth, quam ipse agitat super eum.

Et erit tellus Iehuda Aegypto in cir- cumagitationem, quicunque commemo- rauerit eam, super eum expauascat à facie consilii Iehoua tæbaoth, quod ipse de- creuit super eum.

trem suum; & uir contra amicum suum; ciuitas aduersus ciuitatem; regnum aduersus regnum.

Et dirumpetur spiritus Aegypti in uisce- ribus eius, & consilium eius præcipitabo, & interrogabunt simulacra sua, & diui- nos suos, & pythones, & ariolos.

Et tradam Aegyptum in manum domi- norum crudelium: & rex fortis dominabitur corum, ait dominus exercitum.

Et arescit aqua de mari, & fluuii deso- labitur, atque siccabitur.

Et deficient flumina, & attenuabuntur, & siccabitur riui aggerum, calamus, & iuncus marcescit.

Nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescit, & non erit.

Et morebunt pifcatores, & lugebunt om- nes, qui proficiunt in riuum hamuni, & ex- pandentes rete super facies aquarum eniar cescerent.

Confundentur, qui operantur linum, plectentes, & texentes subtilia.

Et erunt irrigua eius flaccientia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pifces.

Stulti principes Taneos, sapientes con- siliarii Pharaonis dedérunt consilium insi- piens, quomodo dicetis Pharaoni filius fa- pientium ego, filius regum antiquorum?

Vbi sunt nunc sapientes tui? annuntient tibi, & indicent, quid cogitauerit domi- nus exercitum super Aegyptum.

Stulti facti sunt principes Taneos, emar- cuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum angulum populorum eius.

Dominus misericordia in medio eius spiri- tum uertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & uomenas.

Et non erit Aegyptio opus, quod faciat caput, & caudam, incurvantem, & infre- nantem.

In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commo- tionis manus donini exercitum, quam ipse commouebit super eam.

Et erit terra Iudea Aegypto in pauo- rem: omnis, qui illius fuerit recordatus, pa- uebit à facie consilii domini exercitum, quod ipse cogitauit super eam.

In die illo erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes labio Canaan, & iurantes ipsi Iehoua tcebaoth; Ciuitas solis dicetur prima.

In die illo erit altare ipsi Iehoua in medio terra Aegypti, & statio iuxta terminum eius ipsi Iehoua.

Et erit in signum, & testimonium ipsi Iehoua tcebaoth in terra Aegypti, quod exalauerint ad Iehoua a facie præmentium, & miserit ipsis seruatorem, & magistrum, & eripuerit eos.

Et celebris erit Iehoua Aegyptijs, & cognoscet Aegyptijs ipsum Iehoua in tempore illo, & colet sacrificium, & oblationem: & uocebunt uotum ipsi Iehoua, & reddent.

Et consernabit Iehoua Aegyptum consternando, & sanando, & conuertent ad Iehoua, & exorabilis fiet eis, & sanabit eos.

In die illo erit uia strata ab Aegypto ad Assur, & ibunt Assyrii in Aegyptum, & Aegyptii in Assyriam, & colet Aegyptii Assyrios.

In die illo erit Israel tertia Aegyptiis, & Assyriis benedictio in medio terra, Cui benedixit Iehoua tcebaoth dicendo; Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrii, & hereditas mea Iraelita.

**I** Q UOD non omnia, quo hoc capite de Aegypto dicuntur; in Aegyptum conueniant, neque iuxta historiam de provincia illa intelligenda sint, uide Hieron. hoc loco. non dubium autem, quia Aegyptius typum gerat mundi, quem dominus in euangelio dicit se uicisse: hinc est, & non nulla de ueritate uerbi Dei intelligi debeant: certum quoq; est, & Aegyptum per Assyrios depopulatum fuisse: Super nubem leuem, id est, uelocem, ut supra iam dictum est, dicitur autem Deus uehi nubibus, non semel in scripturis, ut uelocitatem aduentus eius intelligent homines rudes, si hoc loco nihil nisi aduentum celearem designat. Liquefieri uero cor, Heb. est animo edere, uiribus corporis, at animi desituum: sicut enim Assyrii resistere non potuerunt, ita neq; predicationi uerbi, qua perierunt idola, & cultus eorum interiit. Animaduerte autem, ante liquefactionem cordis ponit idolorum commotionem, seu mutationem: nam cum demones interrogati silerent, & aduentu Christi fugarentur, quia faceret homo Deo destitutus, nisi trepidare, & illum timere, quem uidebat dij suis formidabilem? Hinc est, quod non nulli etiam hodie ad sanam mentem redeunt, cum collapsos deos suos Dei solius uirtute conficiunt: hic enim tendit illa liquefactionis cordis, quam dominus in hominum cordibus operatur, quando ad penitentiam adducere eos incipit.

Concurrere faciam, uerbum complicationem, & commissionem notat, instar ueprum, ut se mutuo pungant, ut cum acies aduersus aciem concurrat: committi dicunt Latini. quemadmodum dicit dominus in euangelio Luc. 21. Infurget gens aduersus gentem est. Quando autem hoc implerum sit, iuxta historiam scriptura non commemorat: at iuxta mysterium hoc illud est, quod dominus in euangelio dicebat futurum, & non semel factum scimus; frater in mortem tradet fratrem, & pater filium &c. ignem enim, & gladium miseri dominae in terram &c.

**3** Dirumpetur, dirumpi, seu evacuari spiritum, est obstupefcere: huic malo affine est perire, absorberi,

absorberi, seu deglutiri consilium (id enim notat uerbum בְּלֹא) ut neque consilium capere possint, neque si ceperint, quidquam proficiant, aut iuxta consilium efficiant, hac pena sepe puniuntur, qui Deum ignorant, aut Deo non fidant: hanc experti sunt infideles, qui ob contumaciam suam, Dei consilium spreuuerunt, & collum ingo fidei submittere recusarunt. Diuinos. Hebreum nomen ab arcane, seu secreto dicitur, quod arcanis, & secretis uerbis artem suam exerceant: magos reddere posses. de pythonibus autem, & ariolis, seu gnostis uide supra cap. 8. uer. 19. Nulla gens autem adeo barbara est, qua in aduersitatibus ad eos, quos deos putat, non sibi recurrentem esse existinet.

Aegyptum, id est, Aegyptios: hi, & quotquot Christo non paruerint, tradendi erant in manus dominorum, qui aperè cum ipsis agerent: qua traditione pleni sunt annales gentium. est & altera traditio, seu conclusio multò illa corporali peior, de qua est Paulo sermo 1. cap. ad Rom. In passiones ignominias, ut faciant ea, que non decet &c. Dominorum crudelium, uel dominantium duriter: nomen enim Αἴγυπτος aduerbum esse uidetur, ut 1. Sam. 20. Si responderit tibi pater tuus pertinaciter. & idem ferè est, quod sequitur. Rex fortis. ἦν, pertinax, durus, violentus, qui non flentius ad misericordiam, aut precibus cedit, sicut quo condonantur, & obdurantur: huic modo est principes huius mundi, qui imperium exercet in filios infidelitatis, sine inobedientia, cui similis etiam est humana voluntas, qua, si deo non seruiat, & tot ab ipso non pendeat, nullus reperiiri potest crudelior tyrannus. iustum autem est, ut qui non consentient ueritati, credant iniustitiae, & mendacio &c. ob hoc claudit sententiam, illis suis maximi ponderis uerbis, fidelis sermo domini Iehoua tcebaoth, id est, supremi illius Dei, qui est uniuersorum dominus, & potest commutare regna, & imperia &c.

Et arescit &c. hyperbolica sunt hec omnia, & figuris referita, in quibus hoc loco multis est Iesaias. Quia ex aquis tam maris, quam fluminis Nili pendebant omnes ferè res Aegyptiorum neque quidquam erat, quod sic eorum mentes posset maroce confundere, quam si aquae fluminis, & maris rubri exsiccarentur: harum defectu tristissima queque intelligit, atque denuntiat. Ego in uerione horum uerium, propriam significationem uocum, quantum potui, expresi: sensus autem ferè idem est, quem uulg. reddidit. Hic considerare iunat, quomodo Deus peccatores puniat in illis rebus, quas ipsis magnificauit: quod si Deo in promptu est flumen Nili arescat, & mare exsiccare, quid riuius nostris fidimus? o miseri?

**6** Aggerum. אֶגֶּר, à uerbo אָגַר, significat obsidionem, munitionem, atq; propugnaculum. Deut. 20. Eze. 4. Ponet obsidionem contra eam. Mich. 5. Ier. 52. quare non mali pro aggribus uertitur. nam qui obsident, aggeres excitant. infra 29. uer. 3. Erigam contra te aggeres. Sunt tamen qui per paronomasiā hic אֶגֶּר, pro אֲגָר, id est, Aegypto accipi potent, ab arcibus, munitionibus, ac ciuitatibus, quas ubique ad aquas habuit munitissimas, ut 2. Regum 19. Siccaui plantis meis omnes riuos, id est, Aegypti: quasi dicat, munitissima &c. quam sententiam secutus sum in uerione. Quiamvis ergo à filio Ham dicta sit Aegyptus διάστασις, congruit tamen cyrmon uocis à uerbo אֶגֶּר. Calamus. à uoce Hebreæ נִיר, tam Graci, quam Latinī nomen canna mutuarunt.

Nudabitur aliueus &c. sensum reddidit uulg. quasi ad uerbum reddendum foret, nuditates, seu euacuationes iuxta riuum, iuxta os riui, id est, aliue, & concavitates, que sunt ad ripam fluuij, atq; etiam ea, qua proxima sunt ori, uel litoris fluuij, & omnis semensis fluuij exsiccabitur. & expulsa, & quasi eradica, non erit. Sementis irrigua. hebr. semen riui, id est, sementes riuorum, qua prope riuos fieri solent, qui in Aegypto à magno illo flumine derivantur ad irrigandam terram, qua pluuiarum expers est.

**8** Piscatores. omne genus hominum enumerat, qui beneficio aquarum uitam degeant, & commodity omnia, qua Aegyptijs ex aquis proueniebant, enumerando, denuntiat defutura, & omnino abolenda, ut nemo sit, qui calamitatis fit expers, preter eos, qui dominum uenientem suscepserant.

**9** Qui operantur linum. cultores linorum, id est, qui summo studio, & diligentia linum nutrit, & educant, ut ex eo, qua necessaria sunt ad humanos, usus operentur. uerbum autem cultus, & seruitutis his opificibus tribuit, quod nibil sit ex terra nascentibus, quod tantam industriam requirat, quantam linum. Vox uero, qua sequitur לְנֵרֶשׁ, cum uoce, quam Latini usurpat, conuenit: serica, & Græcis αράβη. est autem sericum lana pretiosissima genus, que ex arborum frondibus, uel potius, ut hic nides, ex herbis depestitur: hinc puto usu mutuatū nomen ad uermiculi lanificiū, quod nunc sericum uocamus; quanquam ignorarent Latini, & Graci uocis huius originem: quida enim Seres populū Scythicum dixerunt, apud quē sericum oriretur; alij uermiculū apud Indos dictum ὄντε; unde sericum finixerunt, quod facere solent, qui aliquid se ignorare fateri uerentur: ego certè uo-

cem Hebream esse non dubito, uel Aegyptiacam; & mihi uerisimile est à sono, quem edit, dum contrestatur, aut disciditur, sic dici: quandoquidem & Hebreis קְרָב est sibilare. Nunc ad nos deferunt ab Indis quoddam lini genus, quod uocamus panum ex herbis, quod propriū sericum esse existimo, possumus ergo cum lino construere, ut ego uerti. Subtilia. יְתִיר sicut legunt Heb. pro חַוִּים, id est, foramina: atque retia interpretantur: nam רַי foramen est. possumus & foraminata non retia modo, sed quacumque feminæ ad ornatum efficiunt ex subtilissimis filis lini, in quibus sunt aliquot suo ordine perforationes, intelligere &c. unde non male uulgatus subtilia dixit. Sed cùm uideam nomen רַי in plurali nunquam ita accipi, sed tantum pro foraminibus, & cavernis, durior aliquanto mili uideretur interpretatio; aëster autem primo & octauo uideo accipi רַי pro candido, indumento scilicet, quo utebantur nobiles; unde & יְמִין, candidi ipsi nobiles, & ingenui dicuntur, de quo infra 34. libenter hic רַי pro candidis accipio, ut ad opificia lini referatur, quod intelligentes יְהֹוָה byssum uerterunt, potes & hoc referre ad texturam, qua sit ex candidissimis uulgulis ex fructibus, qua aquis gaudent. unde dicuntur Gen. 40. corbes, seu canistra רַי, id est, candoris, ubi uulg. farinam uertit: Hebr. non nulli perforata intelligent: sed non male, candoris, dicas: sunt enim candidissima præsertim, que panibus regis inferuerent.

10 Irrigua. uocem Hebr. תְּהֵנָּה uulg. à uerbo תְּהַנֵּה, id est, bibere, deduxit: alijs à uerbo רַי, & pro ijs, que ponuntur in imo, accipiunt, id est, pro saginis, seu naüs: ego libenter dicarem esse part. uerbogeminati תְּהֵנָּה, & pro aggeribus accipi, quod opponantur ad sustinendum, & prohibendum impetum aquarum. Lacunas ad capiendos pices. uox Hebr. סְכִּין iuxta diuersam prolationem diuersa significat: unde יְהֹוָה siceram dixerant: sed hoc loco cum finistro pungo existimo scribendam, eisque aduerbiū, id est, mercenariè, pro mercede, uocat autem Hebr. stagna animæ, uinaria, piscinas &c. Hæc quidem omnia in Aegyptum illam conueniunt, non quod aruerit unquam Nilus &c. sed his significat propheta post captiuitatem, summam inopiam, & terræ desolationem, que omnia facile fuerit ad alteram Aegyptum accommodare, quam dominus spiritu aliter debellauerit.

11 Quid iuxta historiam male sibi consuluerint Aegypti, euentus rerum satis ostendit. quapropter affirmatiuē accipio particularē יְהֹוָה, quam omisit uulg. quam stulti etiam sapientes mundi fuerint, qui stultitiam reputarunt predicationem euangelii, & uerbum crucis, res ipsa prædicat. in hoc enim conueniebant mundi sapientes, ut dicerent religionem Christianam cuessionem esse regnorum, & omnes male habituros, qui eam admitterent. Pharaoni. יְהֹוָה Hebreis sepe idem, est quod ad, & ita accepti uulg. neque desint, qui de sapientibus hoc diuersum uelint, quod quisque ex ipsis diceret Pharaoni se esse filium sapientum, & in maximo pretio habitos sapientes apud reges Aegyptiorum; quamobrem merito sibi fidem adhibendam à Pharaone. ego diuersam interpretationem affero, non quod eam præferam, sed ut Hebrei aliter posse intelligi, uideat Christianus lector: יְהֹוָה enim interdum accipitur pro deo, seu, pro, ut Gen. 20. Dixit Abraham de Sara, quod soror &c. adulantes enim Pharaoni sapientes, eius sapientum, & nobilitatem in celum extollebant: quapropter nihil sibi aduersi timeret, duraturumque eius imperium, quod antiquissimum esset, & sapientia summa stabilitum. In Timeo leges Aegyptios de sapientia summopere gloriari solitos.

12 Vbi nunc sunt. insultat tyrannis, & sapientibus mundi, quod non preuiderint, que super ipsis cogitauerit Deus: mundi enim sapientia non cognovit sensum domini: spiritus tantum Dei est, qui scrutatur arcana Dei. ad hunc locum alludit Paulus, dum ait; Vbi sapiens, ubi scriba &c.

13 Emarcuerunt. קְרָב est obri uerbis persuasilibus, & sophistis, & accipitur semper in malum. hoc uerbo uisa est Heua, Serpens decepit me, obruit me fallacijs &c. de quo infra 36. Non seducat nos Ezechias &c. Angulum populorum. non dubium, quin מִזְבֵּחַ angulum significet, non recessum, ut uulgo accipitur, sed flexum, seu aciem exteriorem edificij, à uerbo מִזְבֵּחַ, eo quod prostet, & sit in conspicuū, uel quod ad diuersa loca respicit. Quia uero in angulis ponuntur maiores, atque meliores lapides, qui duos parietes coniungant, substanteque adficiunt; figurat transferunt ad significandos principes, qui sunt ueluti anguli populorum, ut Iud. 20. & 1. Sam. 14. & ita hic accipiendo puto, & in nominandi casu; ad uerbum, deceperunt Aegyptum, angulus baculorum eius, id est, quisque angulus, & caput familie decepit familiam suam, atque ita tota Aegyptus decepta est. unde יְהֹוָה. Decipient Aegyptum per tribus: neq; insolitum est Hebreis nomen singulare cum uerbo plurali coniungere, præsertim si distributionem uelint significare, & nomine baculorum familias, & tribus designare: de qua loquendi forma iam supra locuti sumus. uel illi stulti facti, errare fecerunt Aegyptum, angulum familiarium eius, id est, angulos cuiusq; familiae.

14 Misericordia. יְהֹוָה uerbum Hebreum litteris congruit cum Latino misceo: significat autem infundere & supernis, ut ex cognatis uerbis apparet. Ps. 102. Potum meum cum fletu infundebam. de hoc supra cap.

cap. quinto. Vertiginis. nomen est plurale וְיַיְהָ à uerbo יְהֹוָה geminata prima thematis, incurvatuē, id est, uertigines: uertigo autem morbus est, quo qui laborant, omnia sibi uidentur circumrotari, seu circumferri; tandemque corrunt in terram. spiritum incurvationum dicere possumus, ut nibil rectum uadere, aut intelligere possent, ut omnia multò aliter euenirent, quā illi putarent, spiritum omnia peruertentem, atq; euertentem, ut sit quod apud Ez. 21. nomine יְהֹוָה ter repetito significatur; Incursionem, incuruationem, incurvationem, ponam eam: sed hoc non fiet, donec ueniat, cuīus est iudicium, & cui tradam illud, id est, inclinatio maior, atq; maior subinde erit, tam politia, quām sacerdotij, donec uenerit Christus. Sicut errat. sensum expressi cum uulg. uel iuxta errorem ebrj: eadem comparatio est Iob 12. uers. 25. Et uomens. Hebrei in uomitu suo, id est, sicut uolutatur ebrj in uomitu suo: uel, sicut errat ebrj, dum ore egerit ebrietatem, id est, perfectè ebrj, cui neque honesti, neque decoris cura est.

15 Caput, & caudam. potest & in nominandi casu uerti: neque magni, neque parui: nobiles, neque ignobiles habebunt, quod faciant: uel cum uulgato in accusatio, non habebunt, quod faciant, neq; rem parui momenti, neque magni, &c. id est, nibil remedij, nibil auxilij sperabunt; adeo omnia desperata erunt. Quid autem intelligatur his nominibus, uide supra cap. 9. uers. 14.

16 Erit Aegyptus quasi mulieres. Supra quanta mala persepsuri essent Aegyptij, narravit, deinde de eorum stultitiam, ignorantiam, atque exortatione multis uerbis exposuit: propter peccata enim affliguntur filii huius seculi, ac deinceps, si perfuerant, maioribus tenebris involuntur: Deus enim huīus seculi excusat mentes eorum, ut non fulgeat illis lumen euangelij, ut est apud Paulum: ex quibus rursum tenebris aliud malorum examen oritur: cuiusmodi sunt metus, & effeminatus animus, & cetera id genus. sed eiusmodi mala prophetæ commemorat, ex quibus ad mysterium facilior esset transitio. Super eum. in masculino genere legendum est relatum, quia nomen Aegypti pro habitatoribus, ut supra dixi, sicut & alia, que cum utroque genere coniunguntur. quapropter ego quoque in masculino transluli, quod necesse fuisse, uersu sequenti patebit.

17 In festiuitatem. fatetur quodam loco Hieron, errorem suum, quod pauorem uerterit, cùm festiuitatem debuisse interpretari, quod utrumque dictio significaret: sicut enim uerbum מִזְבֵּחַ licet propriè significet girare, circumagi, in orbem agi &c. transferunt tamen ad festiuitates, que celebrabantur in epulis, potionibus, choreis, & circumrotationibus: ita nomen מִזְבֵּחַ potest ad festiuitatem transferri, & si propriè circumagitationem designat: sicut מִזְבֵּחַ ego circumagitationem dixi ea ratione, quam iam iam exponam. Cum intelligerent Aegypti aduentum Assyriorum, non minus præ timore inepiti facti sunt ad bellum, quod si omnes essent femine, quod iratum aduersus Deum perciperent, quasi decreuerit Aegyptum totam ueluti in oblationem sibi offerti: est enim tacita allusio in nomine מִזְבֵּחַ ad ritum, & ceremonias legis, in qua quoddam genus oblationis Thenupha dicitur, quæ hinc, & inde in sublime agitatibus. quia autem Deus in Iudea colebatur, quod de agitatione manus Iehova, & pauro, qui agitationem illam consequebatur, dixerat; nominibus telluris Iehuda, & festiuitatis, & conflixi, quod Deus cogitasset, repetit, ut mysterio campum aperiret. Timor, inquit, ingēs uniuersam Aegyptum peruadet, timor, inquam, irati Dei: adeo ut Iudea (in qua felicit Deus colitur, & habitat, & unde ad ceteras orbis partes proficiuntur) sit Aegyptio festiuitas, seu circumagitation, id est, ut auditio nomine Iudea, & Aegypti circumprotentur, & hoc, atque illuc discurrent, sicut in festiuitatibus Iudeorum fieri solet. & si quis Iudeam commemoret, & populi Dei mentionem ingerat, super sic commemoraret, Aegypti expausecent, intelligentes quid Iudeorum Deus super ipsos statuerit. Hæc è admirabiliora erant, quæ reges Aegypti potentiores erant, & parui faciebant Iudeos. unde postea sub Iosfa, quem prelio uicerunt, Iudeam oppreserunt, & regem, quem uoluit, prefecit illis Pharaon. quamobrem non multo post tempore, per Assyrios ipsi opresi sunt. adde, quod mundum totum perterruit rex Iudeorum, & perinde imbecilles fuerunt ipsi Aegypti, ut uerbo Dei, & exercitu eius resistarent, ut femine in prelio agnoverunt enim esse agitationem manus domini, & expauerunt, proindeq; terra Iehuda Aegyptu fuit terrori, ex qua probabat tanta uirtus exercitus, & super narrantes, que in Iudea gesta fuerant, expauabant Aegypti, intelligentes consilium Dei esse, ut crucifixo cederent cultus omnes, & religio uniuersa; coruerentque, atque perirent dij gentium; sola autem religio à Iudea profecta, & per Apostolos annuntiata, obtineret: quod manifestus propheta mox aperit.

18 Lingua מִזְבֵּחַ labium, sed utrumque Hebreis pro loqua sumitur. Gen. 11: Labij unius &c. dicit autem labio Canaan potius, quām Hebrao, ut obscurior esset prophetia, & ne Iudei ad litteram acciperent, quod Hebrei lingua locuturi essent Aegypti, ac si de lege Mosaica & littera tantum decidente esset sermo: nihil enim aliud significabat, quām quod Aegypti à uiris terra illius, nempe dñe.

pus domini fidem Christi edebit, eadem crederent, eadem loquerentur, quae Cananei illi; quinimum & eisdem scripturis incumberent, & linguam Hebream addiscerent, ut scripturas melius penetrarent; puto autem significari, quod ex omnibus civitatibus Aegypti, quinque tota fidem Christi amplectentur, ut omnes habitatores earum Christiani essent. Turantes domino. uel quod illi fidem darent, ne unquam à suscepta semel religione deficerent, uel nomine iuramenti uniuersa religio intelligitur, ut saepe alias: per quem enim iuramus, eum pro Dō colimus: unde iurare per Ichoua, est Ichoua religionem amplecti, quasi dicere, non per alios deos iurabunt, sed per Ichoua: sed constitutio priori expositioni facit. Cuius solis, optimè uertit uulg. non enim legendum est. δην, sed δην, ut in margine annotatum inuenies in bibliis Hebreis. Miror autem Iudorum Rabinorum quoniam, inter quos est Rabi David, tam in lib. 1a, quam in commentariis, incognitam, qui aut δην, quasi non eni proprium retinentes, quos sequitur Pagninus, aut desolationem interpretantes, quae ciuitas destructionis dicenda esset, quae scilicet, credere nollet, quos sequitur Munsterus, non uident hoc esse signum, ne que posse intelligi unam illam, non esse ex illis quinque, quae fidem exceptura erant: praeterea cum docti inter Rabinos, qualis fuit Helius ille Germanus, sentiant lectionem, quae in margine habetur, esse germanam, & eam esse interpretandam, licet alter legendum sit: cui etiam si omni ex parte non assentior, hoc tamen indubiatum esse debet Christiano lectori, frequentius germaniorem esse marginalem lectionem, quam sit, quae in textu habetur & hoc quidem loco 11, non 11 legendum est: in quibus litteria magna est affinitas, & facilis lapsus, adde quod Chaldæus paraph. dominum solis dixit; quamvis destructionis, seu extictionis quoque meminerit. certè Hieron. in commentariis unam hanc lectionem tantum assert, neque alterius meminit. Sed cum sciamus inter precipias ciuitates Aegypti computatam Heliopolim (id est, ciuitatem Solis) quid moratur, quoniam hic ciuitatem solis legem dum putemus? praefertim cum sciamus ex probatis auctoribus, in ciuitate illa (qua supra Delta Aegypti sita est, ad leum Nili, per Nilum ascendentibus, teste Strabone) Studia scientiarum floruisse, & ibi gymnasia omnium disciplinarum extitisse: nam Herodotus Heliopolitanos omnium Aegyptiorum soleritatem sive restatur. sed audi Strabonem lib. 17. Hac, inquit, loca ipsius Delta proxima sunt, ibi est Bubastis ciuitas, & Bubaſtīa præfectura, supra quam est regia Heliopolitanita, ubi solis ciuitas est in agere ingenti posita, qua solis templum habet; nunc urbs deserta est: in ea est perpetuum templum Aegyptio more structum &c. atq; ubi struendi morem depinxit, addit, Heliopoli domos amplas uidimus, in quibus sacerdotes habitabant, immo dicunt hanc olim habitationem sacerdotum suis, hominum philosophie, & astronomie ditorum. ostendebantur itaque ibi sacerdotum domicilia, & loca ubi Eudoxus, & Plato habitauerunt. nam Eudoxus cum Platone eò profectus est, ambo cum sacerdotibus annos 13. sunt uersari, ut quidam uolunt, & plura bini modi. Quia igitur in hac florentissima scientiarum ciuitate erant sapientes, & sacerdotes, qui difficilius à patria religione deficerent, huius tantum ciuitatis meminit, & hanc primam futuram, uel unam (utroq; enim modo sumi potest nomen 11. 10.) qua religionem Christi amplectentur esset: quod qui crederet, non illi dubium foret, quin & reliquia religionem commutaturae uiderentur. Hic locus maximè commendat uirtutem crucis, & efficiaciam uerbi Dei: perinde est enim, ac si dixisset; quinque ciuitates Graecie uero fidei obedisse: de quarum numero fuerit ciuitas Atheniensis &c. Dicetur illi, id est, ciuitas solis appellatur prima, uel una, qua lingua Cananea locutura est.

19. Altare domini: manifestus religionem, cultumq; ueri Dei in Aegypto pullulatum ostendit: est autem in dandi casu nomen Ichoua: propterea pronomen addidi ipsi Ichoua, id est, Ichoua habebit altare in medio terra Aegypti, id est, intra Aegyptum, uel dedicabitur altare ipsi Ichoua, ut idem repetatur in posteriori uersus parte. Et titulus, ipsi Ichoua, iuxta terminum eius, id est, in extremitate altaris, uel Aegypti (titulum accipias pro monumento aliquo cum inscriptione, ut & Latinis interdum in usu est) scriptum erit, 11. 10. hunc enim dicit esse titulum. atque hic est germanus sensus iuxta vulgatum interpretem. ego tamen, ut interdum facio, aliam interpretationem attuli, tantum ut sciat, qui Hebrei ignorat, alium sub Hebreis uocibus posse subesse sensum (omitto interpretationem eorum, qui pro בְּנֵי non titulum, sed statuam uertunt, quod sepe haec vox pro statua accipiatur, a uerbo 11. 10., quod omnino prater rem eam esse existimet) certè nomen quidquid sit, significat, ut Ies. 6. dicitur de trunco &c. & de lapide eretto Gen. 28. & de tumulo 31. &c. Non dubium etiam, quin בְּנֵי forma masculina, & בָּנִית feminina, pro statione accipiatur, & praesidio militum, quod ibi positi sint, & stent parati ad propugnandum, ut 1. Sam. 14. & 13. de statione Philistinorum. sensus itaque est, quod in medio terra Aegypti Ichoua habiturus esset altare, & iuxta terminos Aegypti stationes dispositas, & praesidia, qua loquendi figura significabat propheta fidem, ac religionem non tanquam hostitem peregrinaturam in Aegypto, sed diu mansuram,

ram, & radices acturam; sumpta similitudine à subiungatione regnum, que qui pacata habere nolunt, praesidia disponunt in limitibus ad reprimendos hostium incursus &c. fauent huic interpretationi res ipsa, & nomina.

20. Erit in signum &c. sensus, quem in uestione expensi, planus est, scilicet quod altare, & monumentum, quod cultus, & propugnatores essent signum, & evidens argumentum, quod Aegyptij opresi clamauerint, & dominus eos exaudierit. qui locus sat is ostendit, quod non omnia, que procedunt, sint iuxta historiam intelligenda: sed quod opresi à diabolo ipsa sua in serua exclamauerint &c. de quo in Ps. Dominus de celo in terram aperit, ut audiret genitus compeditorum &c. cultus enim: exterioris, altaria, & cetera ecclesia caremonia, quibus uitur ab usque initio, testificantur, quod sui uis populus Dei Christiani essent de potestate tenebrarum, in regnum filii dilecti Dei: qui non propter operam iustitiae, qua fecimus, sed propter misericordiam, qua audiuit genitus compeditorum, misit nobis Salvatorem filium suum, &c. Hic locus contra hereticos cultum Dei externum commendat, ut qui ad gloriam ipsius Dei testetur, quod ab ipso sumus redempti &c. commendat & caritatem Dei, qui, cum opresi essemus ab peccata, misit filium, non qui iudicaret mundum, sed seruaret. ostendit quoque miseras hominum esse clamores in auribus Dei nostri. unde David, Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimite omnia delicta mea &c. unde fiducia nostra fulciri potest, qui scimus habere nos Deum, qui propter misericordiam inopum, & gemitum pauperum dicit, Nunc exurgam. Nec quominus hanc nostram uerionem probes, tempora uerborum, qua Hebreis futura sunt, te mōrentur: non enim possent eleganter dicere, quod nos in uestione dicimus, quam per sua illa futura: quod miror alios interpretes non animaduertisse. Et propugnatorem. 11. propriè & magnum in quibus re designat, & multum, unde, ni fallor, Hebrei hoc nomine uocant praefectum cuiuscunque actionis, seu artis tam belli, quam domi: sic magistrum coquorum Dan. 1. & magistrum eunuchorum 2. Reg. 21. & Dan. 1. &c. denique, ut Galli magistrum usurpant, non solum cum, qui docet, sed etiam herum, & dominum, & ducem, sic Hebrei; quinimo & Graci διδασκαλοι interdum auctorem uocant: hic pro duce, & imperatore, uel forte etiam pro doctore accipitur: ideo magistrum dixi, modò hanc uocem, ut Galli, & alia pleraque nationes accipiamus.

21. Colet eum in hostiis &c. sensum recte expofuit uulg. ego uerba seruauit, quod perspicua factis essent: uerbum enim 11. cum accusativo recte uertitur uerbo coleendi: sacrificium autem, & oblationem colere, est magnificare, & magno studio sacrificia, & oblationes offerre. est autem 11. sacrificium, hic in singulari; foris quod unico illi Christianorum sacrificio, quo quotidie sunna ueneratione sacrificium Christi iteramus, (in initio licet Lutheranis) maximus cultus debeatur: unde non sacrificiis colendum dixit, sed ipsum sacrificium colendum; quod Deus ipse sit nostrum sacrificium, & hostia. Suprad autem iam monui 11. propriè esse mactare, inde ad sacrificare transferitur: & nomen propriè de sacrificio dicitur: in quo quid mactatum offertur, De nomine autem, minibus, dixi supra cap. 11. uers. 10. Et uouebunt uotum. cùm de Christianismo sit sermo, impudentes sunt Lutherani, qui uota ab ecclesia eliminare conantur, ut sua parum Christiane, immo impure libertati pretextum aliquem afferant. hic uides non solum redditionem uotorum laudabilem, sed ipsum quoque uouere, inter cultus Christianorum anumerari; quasi non infimi ordinis cultus sit: qua autem sint, qua uouenda sunt, ex antiquis patrum traditionibus & usu ecclesiæ petere oportet, non ab istis peruersis innuatoribus, quibus, qua tantum qua carnis sunt, sapiunt, impossibile uidetur continentia uotum adimplere: sed soli tenebræ offendere minime poterunt.

22. Percutiet. 11. uebementiorem significationem habet, quam 11. 11: eam enim consternationem notat, qua sit magna ui adhibita: unde uerbo consternandi ferè semper redito. Plaga: ad uerbum est, ut ego uerti, consternando, & sanando: sed sensus hic est, quem uulg. reddidit. Et reuertentur ad dominum: non in media afflictione: nam tantum ad diuinos &c. proficisci ebanturn, & tandem suppeditati, extrema pauci sunt: sed de conuerione ad dominum, quando, scilicet fitur, & suscepunt, est sermo: unde uerbum 11. uerbo conuertendi hic reddidi; ut sepe oportet. Placabitur eis, uel exorabilis fiet. nam 11. propriè est suauibus uerbis orare pro rei aliacione imprecatione, amanter, ac familiariter supplicare domino, ut Ishac Gen. 25. & Manue. Iud. 13. in passu ergo oratione flebit, seu exorari. Et sanabit, uel medicabitur: id enim propriè sanat uerbum 11. hinc intelligimus, quantè sit necessitas, & utilitas orationis ad conuerionem cordis. nam sine oratione non sunt conuersi. cùm enim quis agnoscat errores suos, & tantum in Dō suam salutem sita esse; mirum quanta teneritudine animi preces fundit. quibus dominum se exorabilem praestare, uel ex hoc loco discere possumus, solisq; conuersis omnino mederi dominum: alijs enim licet interdum auferat calamitates; egreditudes tamen, & languores animorum non auferit, neque perfectam sanitatem confert. Quod si 11. qui ex inimicitiis ad amicitiam redeunt, Deus adeo

amanter exorabilis fit; quam suauem eum putas ab amicis, & familiaribus persentiri?  
 23 Via. nomen heb. ab sternendo dicta est: stratum dicere possemus, seu uiam peruagatam, tritam, & regiam. Seruient. supra uers. 21. hoc loco. uerbum τριγύμνω cum accusativo uerbo colendi redditur congruē. nam hic non de seruitute dura seruorum uidetur esse sermo, sed de cultu benevolentie, & concordie, quasi dicat, Aegypti, qui ante solebant, atque debebant (ut pote inferiores) timerre Assyrios propter examinam potentiam, iam deinceps eos non timebunt, sed potius coalent, magnoq; studio complecentur.  
 24 Tertius, id est, per quem amicitia inter Aegyptios, & Assyrios coalefecit: uel potius, tertia, aut tanquam tertia, et media quaedam benedictio: unde promanabat, ac deriuabitur omnis benedictio, id est, sanctitas, sive gratia spiritalis, non solum ad Aegyptios, & Assyrios, nerum etiam ad ceteras omnes nationes, iuxta illud, quod promissum est Abraham: In semino tuo benedicent omnes cognationes terrae. Ut pro codem sumamus tertium, & medium: quemadmodum etiam colorem medium, uel tertium indifferenter vocare solentes cum, qui, eti; differat ab extremis, tamen aliqd illis communiceat: uel participat. Item mediatorem, tertium vulgo dicimus: mediator enim unius non est, sed duorum, aut etiam plurium. Benedictio: cum hoc nomine benedictionis construxi in uersione mea nomen Αἰγύπτῳ: femininum namque est, ut supra, ubi uitulam triennem dixit Iesaias. In medio terra: hoc certe est, quod Abraham dictum est, Omnes tribus terra. nec dubitandum est, quin ad illam benedictionem allusserit propheta.  
 25 Cui benedixit &c. exponit, qua ratione dixerit Israelem fore benedictionem medium, seu in medio terra. Benedixit, inquit, Israeli Ichoua dicendo; Benedictus populus meus Aegyptius: & dicendo; Assyrius opus manuum mearum. Exspectaret fortasse quispiam, ut diceret propheta, dicendo, benedictus populus meus Israël. uerum cum exponere uellet, ut dixi, quo pacto foret media benedictio, & ceteri eius benedictionis futuri essent participes, dixit, benedictus pop. meus Aegyptius &c. infinitans ex benedictione Israëlis profectum, ut Aegypti essent benedicti, & Assyrii, opus manuum Dei dicentur; id est, omnes nationes terra, que ab Israële plurimum & animis, & religione erant separatae, ad Deum pertinenter, utpote facta populus eius, & in respectu habite, sicut opera apud suum artificem. Vi autem excellentiam Israëlis, à quo tota illa felicitas promangrat, significaret, addit, Et hereditas mea Israël. Assyrius opus manuum suarum nocet, quod habet suam dignitatem, & laudem: perfecta enim sui Dei opera, & que quisque facit, diligit, protegit &c. Aegyptios autem Dei populum appellat: beatus autem populus cuius Iehoua Deus est. at Israëlitas dicit Dei hereditatem, qui quasi quodam iure hereditario ad Deum pertinenter: dum enim cetera amittuntur, a quo animo ferimus: modo hereditas intacta maneat. Bene autem vulg. in hoc ultimo membro, nau, pro aduersatiua acceptit: hereditas autem mea Israël. nam inter Christianos, in quibus non est distinctio Iudei, & Graci, ut scilicet hunc repellat, quod Gracius, illum eligat; quod Iudeus, discipuli domini primum locum obivisit Deo dilectionis, in quos primicias spiritus sui effudit, & principes esse vouluit in regno suo. quamvis propter Christum dominum, qui erat ex semine Abraham, populus ille & benedictio, & hereditas domini dictus sit.

## Caput uigesimum.

Noua.

**A**NNO, quo uenit Thartan Azotum, (cum misisset eum Sargon rex Assyriorum) oppugnauit Azotum, & cepit eam:

In tempore illo locutus est Ichoua in manu Iesaiæ filij Amoz, dicendo; Vade, & aperi faccum de lumbis tuis, & calceamentum tuum extrahe de pedibus tuis. & fecit sic ambulando nudus, & discaleatus.

Et dixit Ichoua; Quemadmodum ambulauit

**I**N anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnauerit contra Azotum, & cepisset eam:

2 In tempore illo locutus est dominus in manu Iesaiæ filij Amos, dicens; Vade, & solue faccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit sic uadens nudus, & discaleatus.

3 Et dixit dominus; Sicut ambulanuit ser-

uus

Noua.

Vetus.

bulauit seruus meus Iesaias nudus, & discaleatus trium annorum signum, & portentum super Aegyptum, & super Aethiopiam:

Sic abducet rex Assur captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiarum, pueros, & senes, nudum, & discaleatum, & discooperit natibus, nuditatem Aegypti.

Et consternabuntur, & pudescient propter Aethiopiam fiduciam suam, & propter Aegyptum gloriam suam.

Et dicet habitator insulae huius in die illo; Ecce sic fiducia nostra, ad quam confugimus pro adiutorio, ut eriperemur a facie regis Assur; & quomodo evademus nos?

Et dicet habitator insulae huius in die illa; Ecce haec erat spes nostra, ad quos con-

fugimus in auxilium, ut liberaret nos a fa-

cie regis Assyriorum; & quomodo effuge-

re poterimus nos?

**V**X T A vulg. interpretem sensus prioris uersus suspensus est usque ad secundum, quasi nihil aliud faciat, quam tempus describere, quo facta fuerit hac reuelatio: potest tamen iuxta heb. perfecta esse sententia in primo uers. quasi significet propheta eodem ipso anno, quo dux ille Assyrius uenit, ut oppugnaret Azotum, eam oppugnasse, ac cepisse. nam de hac loquendi forma apud Hebraeos eleganti, qua praterita, uidentur à nomine regi sequente alio uero cum uau, iam supra cap. 6. uers. 1. dictum est. Azotum fortissimum fuisse oppidum Palæstinorū aūnt, eiusque expugnationem difficilem, necessariam tamen uolentibus Aegyptiū debellare: erat enim in ultimis Palestina finibus, Aegyptum uersus, prope mare. quanquam uero Gaza, & Ascalon magis propinquæ erant; capta tandem Azoto nihil supereat impedimenti ad alias capiendas. hinc sumpta occasione, super Aegyptum factus est sermo domini ad Israëlam. Azotum uocabant olim Hebrei, Asdod, postea Azotus dicta est à Græcis: s' enim ualeat, & dicitur.

2 In manu Iesaiæ: interpretantur plerique uiri docti, per manum, quod Iesaias fuerit, uelut instrumentum Dei. Vade, & solue, id est, abiens solue: nam Hebrei aperiri dicunt, quod Latini soluerunt, aut exuere. Saccum: uox communis est seruū omnibus linguis: sicut uero ex pilis bircorum, & usurpabatur in luctu. uidetur autem hoc uestis fuisse prophetis peculiaris, super quam alias uestes superinduebant, ne qui cateros ad penitentiam exortabantur, delicate uiuere uiderentur. Porro Hebrei non semper nudū dicuntur, qui nihil omnino uestimentū deferunt, sed ericiā qui summas uestes deponunt, ut quando David saltauit coram arca domini, si quis ergo intérieores uestes exueret, ex pallio tantum amictus incederet, nudus disceretur incedere: atque ita existimat Iesaiam nudum ambulasse: cui apparetur denudata crura, & excalceata pedes.

3 Trium annorum signum: tres annos, ut sit sensus; quemadmodum seruus meus tres annos ambulauit nudus, & discaleatus, signum, & portentum super Aegyptum: sic &c. Sed non ne admiratione dignissimum est, quod propheta uir nobilis Iesaias ita ignominiose incepserit, in hoc tantum ut signum esset captiuitatis Aegypti? non enim illius affectio, qui hoc in uisione tantum fuisse contendit, quo pacto, queso, signum fuisse, si nullatenus videbatur? & quidem de alijs signis, suis in locis quid sentiam, explicabo: de hoc autem, quod pre manibus habeo, aliud mihi persuadere non possum, quam quod supra dixi. Sed quid miramur, si pro salute hominum nudus, peperit in cruce Dei filius? profectò infidelibus nihil non necessarium est. itaq; ut a cordibus Israëlitarum inanem fiduciam, quam in Aegyptum & Aethiopiam habebant, extirparet dominus, & in Deum fiduciam eorum mentibus inserret; nudus incedit Iesaias, domini præcepto: qui seruus utitur ad gloriam suam, qua ipsi nihil antiquis habent, neque quidquam uebementius expectant, quam ut glorificetur Deus in suis iporum corporibus, sive per mortem, sive per uitam.

4 Iuuenem, & senem: heb. pluralia sunt; nudum autem, & discaleatum, singulare: sed hoc ad sensum parum facit, qui facilis est: ideo eosdem numeros seruauit. Discooperit natibus: non nihil hyperbole in his uerbis sufficit inesse, nam & nos cum quispiam semi nudus incedit, sic loquimur. Ignominiam Aegypti, nomen. mīnū propriæ nuditatem significat: sed quia nuditas turpis

M iiiij

est, & dedecoraſa, maximus in partibus uerendis, hinc Hebreiſ pro iſpis accipitur. Exod. 28. & 20. &c. hinc etiam ad alias res turpes, & fiedas transferuntur: quarum nos pudet, & quas teſtas effe uolumus, ut ſint infirmiora terra &c. Gen. 42. Nuditatem terra &c. quare non male iulg. ignorantiam dixit, quod appoſitiū dictum eſt: ubi ſub nomine Aegypti Aethiopiam quoque comprehendet.

5 Specia: ſpe ſua & gloria ſua: appoſitiones ſunt: Qui מִבְּרֹא respectum interpretantur (quod unl. ſpem uerit) uifum Hebrei ſemonis non bene tenent. quamuis enim uerbum נָגֵד (unde derivatur hoc nomen) reſpicer significet, ut ſuprā iam diximus, cùm etiam gemitum noſet, no-men iſpum ad mentem refertur, & respectum ſignificat, quem quis cùm fiducia habet ad perſonam, ſeu rem aliquam, ut ab ea adiuetur. quare ſpem, aut fiduciam dicere poſſimus: neque putauit Hieronymus eſe מַלְאָכִי, ut quidam falſo putauit: ſed ut peritus lingue ſenſum penetravit, & reddidit. Ab Aethiopia, uel propter: id enim interdum ſignificat. 15

6 Inſula: cùm exercitus Affyriorum terram illam, uelut mare, uel flumen inundaret, (ut ſuprā non uno loco prophetia hac eadem metaphorā fluminum, & inundationis ſignificauit) & Ierusalem tam remaneat, quiam non cepit, neque ingressus eſt; merito inſulam uocauit. non eſt ergo, cur propter hunc locum dicant Hebrei, & non nulli ex noſtris נְגָדָה prouinciam quoque ſignificare. nam & Iudei per Sargon Semacherib intelligent. De alijs nocibus iam ſuprā dictum eſt. Hic uides quorū tendere captiuitas ignominioſa Aegyptiorum, & potentium illud Iefaiæ, ne uidelicet ponerent carnem brachium ſuum, ſed in domino deo fiderent, ut fecit Ezechias prædicatione Iefaiæ, ſicut inſra uidebimus.

## Caput uigesimumprimum.

Noua.

Vetus.

**O**NVS deserti maris, ueluti tempeſtates per meridiem tranſeunteſ, à deferto uenit, à terra terribili.

Viſio dura indicata eſt mihi, depopulator depopulatur, & uafator uafat. Ascende Aclam, obſide Mede: omnem gemi-tum eius ceſſare feci.

Icīro impleti ſunt lumbi mei dolore: anguſtia apprehenderunt me, ſicut anguſtia parturientis: incurvatus ſum, cùm audiēt; con-turbatus ſum, cùm uiderem.

Errauit eot meum, tremor exagitauit me: crepusculum defiderii mei poſuit mihi in horrorem.

Ordina mensam, ſpeculando in ſpecu-lam comedere, bibe; ſurgite príncipes, & uingite clypeum.

In hunc enim modum dixit ad me do-minus meus: Ito, ſtatue ſpeculatorē: [qui] quod uiderit, annuntiet.

Et uidit currum bijugorum, currum aſhi, currum camelī: & attendit, attentione magna attentione.

Et clamauit leo ſuper ſpeculam, Domi-ni, ego ſto: ingiter per diem: ſuper cu-ſtodiā mea, ego ſto totas noctes.

Et

Et

Noua.

Vetus.

Et ecce iſte uenit, currus uiri bijugorum 9 reſpondit, & dixit: cecidit; Cecidit Babylon: & omnia ſculptilia deorum eius con-fregit in terram.

Tritura mea, & fili areae meæ, quod au-diui ab Ichoua tebaoth Deo Israel, indi-dicauit tibi.

Onus Idumææ. ad me clamat ex Seir; Custos quid de nocte? custos quid de no-cte?

Dixit custos; Venit mane, atque etiam 12 nox: si elicietis, elicit: reuertimini, ue-nite.

Onus in Arabiam, in ſylva ſub uesperam 13 pernoctabitis [in] ſemitis Dedanim.

In occurſum ſitientis adduxerunt aquas 14 habitatores terra Australis, cum pane ſuo occurrerunt profugo.

Quia à facie gladiorum fugerunt, à fa-cie gladij dimiſi, & à facie arcus calca-i, & à facie grauiſ prelij.

Quia ſic dixit dominus mens ad me; In 16 fra annū, quales anni mercenarii ſunt, & ceſſabit uiuerſa gloria Cedar.

Et relinquentur pauci arcus, p̄ualidi-17 filiorum Cedar pauci erunt, quia Ichoua Deus Israel locutus eſt.

**D**E S E R T I maris: tranſponda ſunt uerba, onus maris deferti, id eſt, Babylonis, que non, ut quidam uolunt, deſertum maris dicitur: ad quod frigidas rationes afferunt: ſed mare deferti, id eſt, mare, quod in deferto eſt, ad differentiam ueri maris. Babylon enim ob multitudinem horinum, & ſtrepitum gentium, amplitudinemque ciuitatis, atque etiam propter aquarum copiam non imperit mare appellabatur: de ferti uero dicitur, propter deſertum illud horridum, & uastum, quod iacet inter iſpam, & mare: neque dura eſt translatio, neq; infrequens Hebreiſ, ut per maria, & aquas gentium multitudinem intelligent. uide ſuprā 17. uerſ. 12. & Psal. 65. Compescite fre-mitum marium &c.

2 Sicut turbines. à uerbo נֶבֶל, quod ceſſare, uel finire notat, eſt nomen נֶבֶל, quod tur-binem, ſeu tempeſtatem omnia proterentem, ſeu deuastantem ſignificat. Ab Auſtro. אֲשֶׁר eſt Meridies, ſeu plaga meridionalis, ut ferè omnes affiſmant: ego dicerem primò ſignificare Auſtrum, ſeu Africum uentum, qui tempeſtates excitat, prefertim in Palestina. uidetur enim affinitatem habere cum uerbo נֶבֶל, quod conſernare ſignificat: deinde & pro plaga iſpa accipitur: ac demum pro lo-cis aridis, & infrugiferis, quid plaga Australis Palestina deſerta eſſet &c. hoc certè loco pro uento iſpo Auſtro, ſeu Africo accipio. Sicut turbines, inquit, ſeu tempeſtates in Auſtro, id eſt, flantibus uentis Australibus, quemadmodum Pſ. 117. Reduc captiuitatem noſtram, ſicut torrentes in Auſtro, id eſt, flante Auſtro pluviōſo, & tempeſtates ciente, quando torrentes aquas uehementes deſerunt, id eſt, celerrimè, & nemine prohibente reduc captiuitatem &c. A deſerto uenit, onus ſcilicet: de uifione enim eſt ſermo, ut mox explicabit. comparat autem reuelationem banc, quam ſu-per Babylone uiderat, turbini, ſeu tempeſtati Australi: unde à deſerto, & terra horribili di-cit aduentare.

3 Viſio dura. idem eſt onus apud prophetas, quod viſio rerum diffiſilium, & que uix tolerari poſſunt. Qui incredulus eſt. de ſignificatione uerbi נֶבֶל multa incerta tradunt Hebrei: ego, quan-tum coniugere poſſum ex ſcripturis, atque adeo ex modo conſtructionis cum mem, aut cum beth, arbi-tror ſignificare depopulari, graffari, excurrere, ſeu incurrere ad diripienda aliorum bona, & uim in-

- ferendam : uulg. sepe uerbo prænarrandi reddidit, hic aliter. uide .infrà 33. cap. ubi etiam uerbo uastandi coniungitur, sicut hoc loco. est autem hic participium bis possum, prius in figura emphatica חַבּוֹגֶן, quod tanquam nomen cum uulgato accipio, depopulator, graffator, qui in alios solet uicimis currere: posterior uero pro uerbo, quasi dicat, depopulatores depopulantur, uastatores deuastant, significans se uidere uelociissimos Medos, & Persas, qui excursionibus, & depopulationibus faciendis præstantissimi habebantur, in Babylonem properare. Quid si in prepositum nominibus illis motu nocte? certè tunc sic reddere potes, ad incipitorem incurso, & ad uastatorem uastator aduentus: sed priorem interpretationem magis probo, ut accipit uulg. licet in reddenda uerbi significacione uariet. Ascendit Aelam &c. ipse, quod dixerat, interpretatur, uidebat autem propheta Deum, tanquam summum imperatorem, Medos, & Persas aduersus Babylonios incitantem. Cessare feci omnem gemutum ciuius: uel quem Babylonij edere faciebant, uel gemutum Medorum & Persarum, quasi significet Medos, & Persas strenue dimicatores, & itineris laborem alacri animo deuoratores, ut sit idem, quod suprà cap. 5. uers. 26. & 27. Festina ueniet, non erit deficiens, neque laborans in eo. Poterimus etiam dicere, esse periphrasis crudelitatis eorum, ut sit, quod suprà, cùm de euersione Babylonis ageret, dicebat cap. 13. uers. 17. & 18. quòd interseruerunt parvulos, & discenderent uteros abique ulla miseratione. Quid si puncta negligas, & uerbum שְׁבָתִי non primam per sonam שבת, sed uerbi שְׁבָת in hypobol effe dicas: id est, redixi, reuocavi, uel reddidi: in qua significacione accipiunt Gen. 50. Rediendo redact nobis omne malum. effet itaque sensus, reddam Babylonij omnem gemutum eorum, ut gemant ipsi, sicut alios gemere fecerunt.
- 3 Impleti sunt lumbi mei &c. in seipso exprimit propheta, quam dura, quam difficultis, & quam terribilis fuerit illa uisio. qua, cùm damna Babylonis intelligeret, qua nihil ad Indeos affinitate pertinebat, adeò tamen eum conturbarit, & perterruerit. Voces faciles sunt, & frequentissime proprieatis in lucu, & tristitia: & earum propriam significacionem, quoad potui, expensi. Sequens quoque uersiculus ed tendit.
- 4 Emarcuit. τὸν uerbo errandi reddidit uulg. non uno loco, ut infrà 53. Omnes nos, quasi oues, erravimus: errare autem cor, est timendum; cuius oppositum est, inuenire cor, id est, audire. alijs, neque male, uerbo palpitandi hic reddit: sed ego propriam significacionem uolui retinere. Tenebrae ταῖς uulg. Job 21. tremorem uerit: atque ea est proprii nominis significatio, à uerbo ἔλει, quod semel tantum legitur, idque in quarta Job 9. Contremiscunt &c. Babylon. uulg. interpres οὐος nomen obscuritatis, seu crepusculi, figuratè pro Babylone hic ponit existimauit: neque desunt inter Rabinos, qui dicant, uersus hos dixisse Iesaiam, in persona Balthezaris regis Babylonis; qui grande coniunctione cùm ficeret, uidit manum scribentem &c. unde eum ingens horror inviatis &c. at nihil obstat, quominus hac omnia de Iesaiā intelligamus, qui describat, quam gravis, & horrenda uisio istac fuerit; dicatq; noctem desiderij sui, id est, etiam tempus otio, et quieti acomm. odatum; cuiusmodi est nocturnum tempus, unde & ab omnibus desideratum, uersum sibi fuisse in horrore: cùmque à diuturnis laboribus sepe quieti uellet dare, hac uisio maximè se perterritum. quemadmodum Job 14. Si dixero, Confundabitur me lectulus meus, & relevetur loquens mecum in statu meo, terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties, uel exagitabis me: id enim propriè significat uerbum νύκη, quo hic etiam iusus est Iesaias. Ceterum de nomine οὐος iam suprà dictum est, quòd tempus illud designet, quo aut tenebra luci, aut lux tenebris adueniens miscetur: hic ergo noctem significat parte protro sumpta, ut uel hinc videas, quam fuerint prophetæ à delicijs, & voluptatibus huius uita alieni; qui ne nocte quidem quiescere poterant, aliena mala cogitantes, & uehementer sentientes.
- 5 Contemplare in specula: in accusatio legendum puto, in speculum: illud enim, in prepositum nominis, motum significat: qui enim sibi timent ab hostibus, oculos frequentissime dirigunt in speculatorum, quos in speculis, & editio locis habent constitutos: & τοὺς alijs, atque alijs punctis uarie accipi potest; uulg. in imperativo: ego libenter in infinitum acciperem, & cum singulis uerbis coniungerem, pone mensam, speculando comedere, bibe speculando, quasi significet propheta Babylonij iam instare hostes, neque cibum sumendum absque sollicitudine, neque debere eos uel tantillum à speculator oculos detorquere: quod etiam magis exprimit, dum subito addit, surgite principes. illa ita que duo uerba οὐος, & ἀριτός in imperandi forma legenda puto: sicut & primum οὐος: sic enim sensus planus erit. Arripite: non dubium, quin sensum uoluerit reddere: nam uerbum ungere significat: ungebantur autem olim clypei, quando eundum erat ad prælium.
- 6 Dominus. οὐος οὐος ferè omnes interpretantur οὐος, ad me: nec dubium, quin ita interpreari possit. at cùm uulg. hoc omiserit, probable mihi uisum fuit eum pro nomine Dei, cum effixo accipisse, Deus meus. Iam nomen, quod sequitur, etiam esse cum affixo puto, οὐος, dominus meus. neque mihi obiectas punta, que sepe parui sunt facienda, reddit autem propheta rationem, quadrum principes

principes ad arma sic compellauerit, simulq; aperit manifestius, quæ nam fuerit uisus illa horrenda. per uisum ergo sibi uisus est Iesaias ex precepto domini speculatorum constituer, eiq; imperare, ut quidquid uiderit, annuntiaret. Et quodcumque: uulg. coniunctionem supplicuit, ego relatum subintellexi.

- 7 Currum: statim eandem uocem, ascensem, interpretatur: utrumque enim interdum רְכֵב significat à uerbo רְכֵב, id est, superuictus est, uel superferebatur. Duorum aquitum. רְכֵב est, quod Latinis par. טְרִמָּת uero dicunt sepius equites significare. itaque bac interpretatione uulg. uult, ut intelligamus currum unum, qui trahebatur ab asino, atque camelo; porro tam asinum, quam camelum, sumu habuisse uectorem. neque est, qui meritò banc interpretationem intuperet. At alteram adducere nemo probet, quam ut non priori prefero, ita in gratiam eorum, qui Hebraicè nesciunt, eam proponam; uidelicet quòd speculator uiderit currum, qui trahebatur ab asino, & camelo: unum autem uectorem habet currus, qui dicitur קָרְבָּן. continentur &c. Ter ergo in hoc uersu רְכֵב pro curru accipio, פְּרוּשִׁים autem pro animalibus ingalibus seu qua iugo iunguntur: id enim interdum significat uox, etiam si equi non sint. uide infrà cap. 28. quid de hac uoce sentiendum sit uers. 28. quod ergo prius dixit צְדָקָה currum bijugorum, id est, duorum animalium iunctorum, idem repetit exponendo, cùm ait, currum asini, currum camelii, id est, currum, qui ab asino, cameloque trahebatur. Latini dicunt, uidit bigam asini, & camelii. nam antiqui numero quoque singulari bigam dicebant: equi autem bigarum, bijugi appellantur, ideo currum bijugorum dixi, ne equos dicem, qui equi non essent, sed asini, atque camelus. significacionem autem, & causam huius coniunctionis uide uersu 9. Diligenter, multo intuitu: uulg. sensum exprebit, nisi quod ad sensum cernendi retulit. uidetur autem propheta significare, quod non solùm uidit currum, sed summa attentione attendit speculator, si quid audiret. Ut leo: uulg. suppletuit notam similitudinis, quod Hebrai eam interdum omittunt. uocavit, seu clamavit, ut leo, id est, ingenti uoce, & horribili: si quis tamen diceret, τόλμα pro nomine proprio speculatoris accipendum fecerit 70. qui, teste Hieron. ὅτι τοις hoc loco dixerunt, quem suprà cap. 8. testem fide dignum uocaverat, quasi eundem per uisionem constituisset Iesaias speculatorum; fortasse non ualde absurdam sententiam affirmaret, etiam si eam Hieronymus non probet.
- 9 Fui, inquit, super speculum, atque custodiā meā, & ecce iste uenit currus uiri biga, & respondit, id est, ecce qui uechabatur illa biga, quam uidi: respondit, &c. uerbum autem respondendi, Hebrais, præsentim si sequitur uerbum dicendi, aut simile, non semper est ad interrogata respondere, sed nouum sermonem subiicit, uel attire, quasi dicas, iterum dixit, uel, & subiiciens dixit: non enim puto ad speculatorum uerba, cecidit &c. referenda, sed ad uectorem. Contrita sunt: sensum exprebit: uerbum enim est singulare, confregit Deus, uel per hostis. sed quis erat hic, qui biga uechabatur, quam trahebat asinus, atq; camelus? Deum profecto hic vir designabat, qui per consociatos Persas, atq; Medos in Babylonem ferebatur. asinus enim, atq; camelus ad labores tolerandos apta sunt animalia, quibus indefessi milites Medorum, atq; Persarum dignificantur, de quibus supra uers. 2. dictum est. Sed cùm Babylonis euersio uitiorum Christi de mundo per crucem & euangelium figurari: uector quoque huic biga Christum dominum designabat, qui mundum uicit, uectus per universum orbem per indefessos Apostolos, qui non se, sed Christum dominum predicabant. unde hic non falcatos currus, non ferocios equos, sed mansuetu animalia, eaque imbellia audis currus trahere: infra ma enim elegit Deus, ut confundat fortia. uector hic ergo Christus est: qui in biederum usque diem Babylonem, & eius idola non cessat confringere, ecclesie sua moderator, & rector. nam uox similis cum superuictatione, etiam moderationem gubernationem, praesidentiam, & administrationem rerum publicarum notat Hebreis scriptoribus, quod nimur illi, qui uel ad regni administrationem accessendi, & inauictandi erant, aut qui iam rerum gubernacula tenerent, curru uehi non raro solebant, ut etiam mulo, uel equo, sicut cùm Iosephum gubernatorem Aegypti designauit Pharaon: David quoq; filium suum super mulam &c. 1. Reg. 1. aut etiam, quia ut uectores, seu rectores currum, seu alia iumenta habent pro arbitrio moderantur, ita illi citi consilijs, prudentia, legibus populum sibi subditum gubernent. unde & Deus uector calorum dicitur Deut. 33. id est, qui ubique, quaque patet celum, omnia gubernet. quare & scriptura rerum omnium administrationem, tanquam uehiculum, seu quadrigam adumbrat, ut in uisione Ezec. cap. 1. & 10. appetat, in qua, ueluti in quadriga, sunt quattuor animalia, & quattuor rota. & quidem supernè appareat firmamentum, quod super quadrigam, seu operimentum expanditur, & super tegumento est sella, seu sedes, in qua gloria Dei resedit, qui quadrigam uoce omnipotentiæ sua regit, moderaturque, in quattuor partes orbis, id est, quocunque uulnus pro mutu, & arbitrio suo agit, ad quem uectorem, & quadrigam Paulus ad Hebreos initio statim hand dubie alludit, cùm ait: Qui moderatur omnia uerbo potentie sua. nam si singula

- collatione perpenderis, similitudinem reperies: ut enim Ezech. gloriam domini dicit uobi super quadriga, atque uoce omnipotentia, eam moderari; ita Paulus Christum, quem uocat splendorem gloriae, moderari omnia uerbo potentia sua scribit: deinde uertit uocem Hebream נָבָלְתָה participio Graeco οὐπόν, quod hoc praecepit in loco non tam est portans, id est, baulans, quam agens, seu mouens, ac gubernans: si quidem ἀρχης Graecis dicuntur, qua impetu quodam agitant, sicut & Petrus in posteriore epist. cap. 1. ius est. Spiritu sancto agitati, seu impulsi: & ἀρχης, καὶ ἀρχης diciter, qui suo arbitratu moderatur aliquid, non aliter, atque Hebreis uerbum ράβον. regnum ergo Christi per euangelii uocem, per totum orbem diuulgandum, quod Ezechielis usq[ue] significabat, hic paulo alter Iesaiæ revelatum est: dum uider ruere Babylonem, & uniuersa idola eius confringi.
- 10 Tritura mea: sermo est Iesaiæ ad populares suos, quos uocat granum excussum, quod uideret ingentia mala, qua illis imminerent, quodq[ue] decreuisset dominus, eos, ueluti frumentum, conterere, ut infra copiosius dicetur: neque affectu compunctionis carent uerba haec: in commemoratione enim calamitatum baruum gentium, semper prophetæ animus ad populum Dei intentus erat: propter eos enim istæc omnia Deus reuelabat, & prophetas annuntiare compellebat; nunc ut sibi cauerent, nunc ut externis auxilijs non fiderent, sed Deo, qui esset uniuersorum dominus, & index, morem gererent. innuit ergo se esse speculatorum à Deo constitutum in populo, qui ei annuntiet, quo forent necessaria: que autem precesserunt, figurata esse, potest hic uersus & ad Babyloniis pertinere: sed prior sensus magis mihi placet. notus autem hebraismus est, filius areæ pro tritico &c.
- 11 Ad me clamat: tertia persona impersonaliter accipitur, id est, ad me clamatur: uel potius uidetur mihi audire clamorem ex Seir usque, in hanc sententiam; custos quid &c. significat itaque Iesaias se speculatorum, ut suprà dixi, & Idumeos, qui montana Seir habitabant, uel inde rogare se, quidnam uidisset, uel quid noctu de aduentu hostium percipisset: his respondet custos, seu speculator ille;
- 12 Venit mane, & nox: quasi diceret, cur ex Seir interrogatis, si quid obseruat, aut exploratum habeam? istud est hominum parum res suas curatium, aut minime creditum me posse, qua fixitura sunt, eis annuntiare. uenit mane, atque etiam nox: succedit nocti dies, & diei rursus nox: nihil aliud audire digni est: si uultis ex me uerum elicere, studios & diligenter elicere, numerum me convenientes, neque ex tam longinquu loco rem tantu momenti negligenter, & ositanter interrogare. hanc credo esse huius loci germanam expotionem. Possumus & per mane, ac noctem, prospera, atque aduersa intelligere, quasi dicat, video prospera, atque aduersa. si quis autem, quibus, aut quando prospera, rursus quando, & quibus aduersa ventura sint, ediscere uult, non ex Seir interroget: sed se si ueniat, accedat, roget, redeatque iterum &c. Quaritis. נַיְזָה est crux, seu elicere aliquis persona, seu re, quod latebat. est autem futurum, elicitis, id est, si uultis, si in animo statuisti elicere &c. Conuertimini, uel reuertimini, uenite, id est, iterum uenite. coniunctio non est in Hebreo. Quidam nihil duris hic in Idumeam loquatur; onus nibilominus, & uisionem gravem uocauit: quia imminentibus undique malis, illi magna securitate, quasi res sua non ageretur, perfruerentur, atque ex longinquu percunctarentur; num custos de nocte quidquem auimaduertisset.
- 13 In Arabia, uel in Arabiam. ενιμ utroque modo sumi potest: cum autem sit onus, id est, usq[ue] granis, & rerum aduersarum, non abs re fuerit pro in, seu contra, accipere. Dormietis: crediderim esse sermonem de Israelitis, qui ad Arabes ituri erant profugi, cum uastaretur Iudea, apud quos tamen nihil humanitatis experientur. quare & ipsi Arabes uastati sunt. ergo uers. 12. 14. & 15. causam calamitatis exposuit, non ipsam calamitatem. uide alteram expostionem num. 15. In Semitis: Hebr. non habet, in, sed rependum uidetur εν, quod præcessit in nomine, Sylua. Pernostabitis, inquit, in sylua, qua itur Dedanim, id est, populum, qui ex Dedan filio Cus, qui fuit filius Ham, genitus est. non ergo legendum Dodanim: hic enim filius fuit Iauan, à quo Rhabdos dictos arbitror: utrumque habet Gen. 10. Sunt autem Dedanim Arabes, qui desertam Arabiam incolebant, uicinam Moabitum, atque Amonitum: de quibus legitur Deut. 2. 23. & Noh. 13. Non præuenerunt Israelitas egredientes ex Aegypto cum pane, & aqua, ad quem locum hic alludit Iesaias, quasi eorum exemplum secuti sunt uicini Arabes. nam quod sequitur uers. 14. ironice accipendum est: quod tam ex nomine oneris, quam ex uers. 16. colligi potest.
- 14 Ferte: uerbum est נִזְבֵּח, uel נִזְבֵּחַ, quod anomalum est, & uenire significat, hic irregulariter in præterito tertia accipitur, fecerunt uenire, attulerunt: nam & uulg. in textia accepit: habetq[ue] iod mobile, pro ἡ finali, & primum ἡ abicit propter ἡ characteristicum conjugationis: ut autem potius accipiam in præterito affirmatiuè, ironice tamen, facit relatiuum, quod sequitur, occurreunt cum pane suo: quod uulg. omisit, secutus orationem imperatiuum, qua non multum alienum sensum generat. Austris, uel Meridiei: id enim uidetur significare נִזְבֵּחַ, ut Hier. & Chald. interpretati

terpretati sunt: quanquam rarum est hoc nomen: cum εἰ δίκη, & Iob 6. tantum legitur; cum nun autem frequentius נִזְבֵּחַ, quasi dextera pars mundi aspicientibus ad orientem, & Arabia, de qua est hic sermo, ad Meridiem est Palestine, forte est nomen proprium loci, utcumque sit, hospititas commendatur, & ut alieni malis condoleamus: unde & uersu sequenti miseriam auget.

- 15 Imminentis. נִזְבֵּחַ liberè dimittere rem, uel personam significat. hinc gladium dimissum intellige cedem grassantem absque lege, iure, & modo. Grauis prælij. grauem interdum uisitant Hebrei pro magno. מִרְנָה autem propriæ incisionem, & cedem significat, que gladio fit: unde reddere posses, a facie maxima cedis. quos autem non inanis metus fugat, sed ingentia pericula extra suos lares exfusilare compellunt, digni sunt, quorum aliq[ue] misereantur: in scillas uero calamitates, & clementia pericula, aut leuia, qua non nisi ignauis terrent; misericordia non commoueri non usque adeo inhumanum est. caritas tamen Christiana semper misericordia plena est. Possunt & hoc sic accipi: uos Arabes fugientes hostes, sub noctem pernoctabitis in silua uersus Dedanim, in occupatum fuggientibus uobis atulerunt aquas, & cum panibus suis habitatores terræ Tema occurrerunt uobis [præterita pro futuris:] nam fugiebat in facie gladiorum: uel certè in imperativo legendum cum uulgato, occurrere cum pane suo, id est, quo indigent: uel suo, qui eis ratione humanitatis, & hospitalitatis debetur. quibus significat fugam Arabum præcipitem, & ac celeratam.

- 16 In uno anno, uel dum adhuc annus, id est, infra unum annum. Quasi in anno mercenarij: est in plurali, id est, non ultra extendetur: quemadmodum mercenarij non patiuntur addi aliquot dies anno: pro quo conducti sunt. Cedar, uel Kedar, nepos fuit Abraham filius Ismaelis, à quo regio eodem nomine cognominata fuit Arabia Petree, & populus illius regionis Agareni ab ancilla Abraham Agar dicti sunt, qui corpore ob solis astum fusco, sagittandi artis peritiissimi, & pecoribus tantum, & rapto uiunt: נִזְבֵּחַ enim est obscurum esse. de his infra 42. & 69. sunt enim populi infernissimi populo Dei.

- 17 Et reliqua numeri: ad uerbum, relinquetur numerus arcus, id est, pauci: ita enim accipitur interdum nomen hoc נִזְבֵּחַ, ut suprà iam dictum est. potest ad uerbum sic redi, & residuus numerus arcus fortium filiorum Kedar, pauci erunt. nam נִזְבֵּחַ nomen collectuum cum uerbo pluradi constituit: huiusmodi sensum exprimit uulgatus: per Assyrios enim debellati sunt: uerum, quia credere huiusmodi gentem debellandam, que deserts affuet, cursu uelociissimorum equorum, hostes facile eludere solebat, neque ciuitates habebat, quia obserdi possent, non ita facile erat, addit confirmationem; quod dominus sit locutus, ad cuius iram uitandem nulla uires, aut artes ualent.

## Caput uigesimumsecundum.

Noua.

Vetus.

**N**VS uallis uisionis. Quid tibi est? hic, quandoquidem ascendisti uni uerba tu in te&t;a?

Vociferationibus plena est urbs freques, ciuitas exultans: uulnerati tui, non vulnери gladio; neq[ue] mortui [tui mortui] precelio.

Omnis duces tui aufugerunt simul, præ arci constricti sunt: omnes inuenti tui uindici sunt pariter, procul fugerunt.

Propterea dixi: Diuertite à me, ut amarus sim in fletu: ne properetis ad consolandum me super deuafatione filia populi mei.

Quia dies turbationis, & conculcationis, & distractiōnis domino meo Iehoua tebaoth, in ualle uisionis, diruens murum,

**N**VS uallis uisionis. quid nam quoque tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in recta?

Clamoris plena, urbs frequens, ciuitas exultans: interfeci tui, non interfeci gladio; neque mortui tui in bello.

Cuncti principes tui fugerunt simul, dureg: ligati sunt: omnes, qui inuenti sunt, uincti sunt pariter, procul fugerunt.

Propterea dixi: Recedite à me, amare flebo: nolite incumbere, ut consolamini me super uastitate filia populi mei.

Dies enim interfictionis, & conculcationis, & distractiōnis domino Deo exercituum in ualle uisionis, scrutans murum, & magnificus

N. fucus

Noua.

&amp; acclamatio ad montem.

Et Aelam tulit pharetram, in curru homino [animalium] ingalium, & Kir nudauit clypeum.

Et erit electas ualles tuas impleuerunt curratura, & equitatus, ponendo positi sunt ad portam.

Et reuelauit tegumentum Iudea, & respxisti in tempore illo ad armaturam domus sylva.

Et disfectiones ciuitatis Dauid uidistis, quod multiplicata sunt: & congregasti aquas piscinae inferioris.

Et domus Ierusalem recensuistis, & de moliti estis domus ad muniendum murum.

Et lacum fecisti inter duos muros pro aquis piscinae ueteris: & non respexitis ad factorem eius, & formatorem eius de longino non uidistis.

Et uocauit dominus Iehoua tecbaoth in tempore illo ad fletum, & ad planctum, & ad caluitum, & ad cincturam facci.

Et ecce gaudium, & latititia, occidere boves, mactare arietes, comedere carnem, & bibere uinum. Comedere, & bibere: quia cras moriemur.

Et reuelatum fuit in auribus meis, Iehoua tecbaoth nequaquam remittet iniquitatem hanc uobis, quousque moriamini; dic si sustentator meus Iehoua tecbaoth.

Ad hunc modum dixit sustentator meus Iehoua tecbaoth; Ito, ingredere ad apothecarium illum, ad Sobnam, qui est super domum.

Quid habes hic, & quem habes hic? quandoquidem excidisti tibi hic sepulcrum (excidit celitudinem sepulcri sui, constituit in rupe habitaculum sibi.)

Ecce Iehoua deferendum inuoluit te involucrum uiri, & operit te operiendo.

Cidarizando cidarizabit te cidari, quasi globum ad terram latam manuum: iste morieris, & istuc currus gloria tua, ignorinia domini domini tui.

Et depellam te a statione tua; & de statione tua euerterem.

Et tunc temporis vocabo ad seruum meum ad Eliacim filium Helcia.

Et induam eum tunica tua, & balteo tuo corroborabo eum, & potestatem tuam tradam in manum eius: & erit pro patre habitatori Ierusalem, & domui Iuda.

Et

Vetus.

fucus super montem.

6 Et Aelam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeum.

7 Et erunt electas ualles tuas plena quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta.

8 Et reuelabitur operimentum Iudea, & uidebis in die illa armamentarium domus salutis.

9 Et scissuras domus Dauid uidebitis, quia multiplicata sunt: & congregasti aquas piscinae inferioris.

10 Et domos Ierusalem numerastis, & destruxisti domos ad muniendum murum.

11 Et lacum fecisti inter duos muros, ad aquam piscinae ueteris: & non suspexitis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non uidistis.

12 Et uocabit dominus Deus exercitum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitum, & ad cincturam facci.

13 Et ecce gaudium, & latititia, occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum. Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.

14 Et reuelata est in auribus meis vox domini exercitum. Si dimittetur iniq[ue]itas haec uobis, donec moriamini, dicit dominus Deus exercitum.

15 Hac dicit dominus Deus exercitum: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum templi, & dices ad eum:

16 Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excedisti tibi hic sepulcrum: excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.

17 Ecce, dominus a sportari te faciet, sicut a sportatur Gallus gallinaceus; & quasi amicum, sic subleuabit te.

18 Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spaciosem: ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua, ignominia domini domini tui.

19 Et expellam te de statione tua; & de ministerio tuo deponam te.

20 Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helcia.

21 Et induam eum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitatori Ierusalem, & domui Iuda.

Et

Noua.

Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & claudet; & nemo erit, qui aperiat: et aperiet: & nemo erit, qui claudit.

22 Et infigam eum clavum in locum firmum, & erit in thronum gloria domini patris sui.

23 Et suspondent super eum omnem substantiam domus patris eius; egressiones, & genimina & omnia uasa parua; a uasis phialarum ad usque uasa naborum.

24 In die illo, fidelis sermo Iehoua tecbaoth; Auferetur clavis, qui fixus fuerat in loco firmo; & succidetur, & cadet, & concidetur onus, quod super ipsum erat: quod pepererat in eo: quia dominus locutus est.

25 Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloria domini patris sui.

26 Et suspondent super eum omnem gloriam domus patris eius, uasorum diuaria genera, omne uasa parvulum a uasis craterarum usque ad omne uasa musicorum.

27 In die illa, dicit dominus exercitum; Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli; & frangetur, & cadet, & peribit quod pepererat in eo: quia dominus locutus est.

**V**ALLIS uisionis: manifestum est, quod de Ierusalem sit sermo, quo cum non in ualle sita fuerit, ideo uallis uisionis dicitur, quod in eam, ueluti in ualem, uisiones prophetarum confluenter, & super Ierusalem multe uisiones factae fuerint prophetis: uel allusio est ad montem, in quo dominus uidit, seu prouidit sibi de uictima, qui Moriah dicebatur, in quo postea templum fuit constructum, quod scilicet iam indigna esset Ierusalem, in qua dominus aliam sibi uictimam prouideret, que matrari debet: sed ipsa Ierusalem funditus euerti ob sua scelerata mercatur, ut iam non mons uisionis, sed uallis dicenda esset. Sicut huic expositioni interpretatio vulgata, que in eo loco Genes. 22. Moriah, uisionem interpretatur, quasi esset a uerbo מְלֵאָה, mutata in iod, & per anticipacionem sic dictus sit mons ille, & nomen fortius sit posse a pronostice illa uictima pro Isaac: quam etymologiam non est, cum quis improbat: alias vide suo loco. Forte ad ipsum nomen Ierusalem est allusio, quasi uoluerit propheta nomen inuertere. nam, ut i. cap. dictum est, nomen Ierusalem dictum erat a celitudine, quasi conficiu Salem. nunc autem iam indigna uideretur hoc nomine, & uallis potius dicenda esset, sed uisionis, quia omnium ferè prophetarum esset, quasi subiecta materia, & scopus. Quidnam tibi: hic hebraicus, per uerbum, habes, optimè redditur. admiratur propheta sub uitia revum permutationem. estō; de ea uastatione sermo, quo sub Zedechia facta fuit in perturbationibus autem magnis, & tumultibus consueuerant ciues teat consendere, ex quibus possent, & melius percipere causas, tumultus, & tutiores esse. notum est autem plana fuisse teat olim in Palestina, & in calidis regionibus alijs.

2. Clamoris: nomen plurale נִזְבְּנָה est à uerbo נִזְבַּן, id est, repente irruit, obruit cum magno impetu, fragore, & strepitu. unde nomen sonitum, uociferations, tumultuationis certum est significare. hic autem puto incipere narrationem malorum; ursus frequens, ciuitas exultans, plena est tumultuationibus. Frequens: malui cum uulg. sic uertere, quam sonoram, garuulam, aut obstreperam, ut alij uertunt: nam quamus ha significationes conuenient cum radice נִזְבַּן, video derivatorum significationes latius patere: significat ergo נִזְבְּנָה frequentiam substantiū, & in plurimi ipsas turbas, ut Prou. 1. & est epitheton laudis, sicut, & quod sequitur, ciuitas exultans. Interfecti tui: extumultuationibus sequuntur cedes, et rursus ex cedibus tumultuationes oriuntur. noctem heb. et uulneratos, & imperfectos significat. nam uerbum נִזְבַּן significat in genere uim partis, uolentari, profanatum esse: unde nomen ad uulneratos, & imperfectos extenditur.

3. Cumcti principes: ita legitur ultima capite lib. Reg. et in Ierem. quod omnes uiri fortes cum regge aufergerint. Dureq; נִזְבַּן arcus est: unde non nulli coniungunt cum uerbo fuderint, quod ab arcu fuderint: alij ab arcu ligati sunt, id est, a sagittariis. ego mem, pro pre, & comparativa particula acciperem, quasi significet eos magis uirtutis, quam astringatur arcus: & bunc sensum expressit uulgatus. in gratiam tamen curiosi lectoris, aliam interpretationem adducam, quam est non sequor, existimo tamen merito reprehendi non posse. Est Hebreus uerbum וְנִזְבַּן, quod, quantum concire potui, est cursu capi, sem intercipi: nota autem est lex huic ordinis uerborum, ut in infinito. hanc habent formam, quam hic uides. unde sic uerti posset, à capiendo uirtutis sunt, id est, fuderint: sed ubi

N. 7

cursu intercepti sunt à Chaldais, uinci adducti sunt. de alijs autem, qui in ciuitate inuenti sunt, sequitur, Omnes inuenti tui &c. Procul fugerunt, id est, transuersi sunt: nam & id patitur uerbi בָּרוּ : & mem, hoc loco in dictione פְּרִירָה non habet nisi propositonis à, uel ab, à longe &c. sed absoluunt, longe, procul &c. ut infra cap. 23. uers. 6. & alibi.

4 Recedite. uerbum יְהֹוָה iuxta uariam constructionem, uariè reddere oportet, & quidem cum ablative mediante prepositione, mem, significat diuertere. Iob 14. &c. Amarè flebo: sensum op timè reddit uulg. ego uerba expressi, quod manifestus eset hebraismus. Nolite incumbere: sensum reddit: ego significationem uerbi retinui, ne urgeatis &c. Q uanto studio patriam suam ciuitatem Hierosolymitanam, & populum Dei prosecutus fui, his uerbis ostendit propheta: neque enim eum à fletu cohibebat, intelligere à Deo proficiuntionem, & uastationem illam; & hæc sunt sanctorum uisera etiam in punitionibus peccatorum.

5 Dies enim ultionis &c. hac est, inquit, maiestitia mea causa: constituit dominus meus Iehoua exercitum, cali, & terra moderator sibi diem, in quo Hierosolymitanos, ad quos omnes prophetarum uisiones diriguntur, conturbet, concubet, disperbat, ac dispersat: hunc diem ostendit mibi dominus. que autem sequuntur, sunt descriptio huiusc tumultus, ac distinctionis: per hypotyposim enim describit aduentum hostium, & que Ierusalem sit perpesta. sunt autem singularia pro pluralibus, figura Hebrei frequentissima. Adjunt, inquit, destructores murorum; clamores, seu acclamations ad montes extenduntur.

6 Peritissimi etiam adsunt sagittarij, neque desunt currus, aut qui ex eis praelientur uectores; scutariorum quoque militum non deest multitudine. Imperfectionis. uerbum מִתְבָּה turbationem proprietas; sed uulg. eam perturbationem, seu tumultum intelligit, qui fit, dum interficiuntur cives. Fletuum: uulg. deduxit nomen à כַּח; ideo fletum uerbi: est autem singulare, & deduci potest à נִזְבֵּן. Scrutans murum. קְרָבְנָה participium est uerbi geminati, quod formari uidetur à nomine יְהֹוָה, quod parietem, seu murum significat. Porro geminatum illud uerbum, ut non nulla alias secunda coniugationis à nominibus formata, significationem quodammodo contrariam habet nomine: quasi dices, expariet autem; hinc participium uice nominis pro ipsi, qui ex officio habent parietes, seu muros suffodere, in hac autem uastatione, de qua est sermo, muri ciuitatis diruti sunt, uide ultimum caput lib. Reg. Magnificus. non dubium, quin uulg. nomen יְהֹוָה à uerbo יָשַׁׁב deduxerit, sicut infra 32. opitulat, ubi magnificum uerbi uulg. potest autem esse & à uerbo יָשַׁׁב, quod uocem extendere significat, & pro acclamatione accipi: libenter ego hoc loco intelligerem illos, qui montes dirunt, & complanant ad expugnationes urbium, unde terram ad aggeres circa muros collando afferunt: uel pro ipsa acclamatione militum, que in montibus reboat. Aelam: non hic pro ipsis Aelamitis, sed Persis accipio, sed pro periustis sagittandi, eo modo, quo Arabi pro latrone accipitur Hebrei, si etiam accipio in hoc eodem uerbi יְהֹוָה pro Kireis; Kireos uero, non qui ex illa ciuitate essent Moabitarum, de qua supra in uastatione Moab dictum est, sed pro scutatis militibus, quod Kirei, ut aiunt, in eo genere armorum excellenter, sicut Persi in arte sagittandi, aut Parthi: sed quia יְהֹוָה etiam parietem designat, uulg. parietem dixit denudatum clypeo: pendent enim ex parietibus clypei, quod si priorem sensum sequaris, dicas clypeos seruari obiectos corijs, uel alijs operimentis: instante autem pugna nudari: possumus & uerbum יְהֹוָה pro euacuare accipere, quasi diceret, ciuitas Kir uidetur effusisse turbam suorum scutavorum.

7 Versus hic ad superiores etiam pertinet. Electæ halles &c. sensum expressit uulg. neque inerudit, ad uerbum in heb. est, electionem uallium tuarum impluerunt currus &c. ubi יְהֹוָה collectiū accipitur, & מִלְבָד pro equis, & alijs animalibus, que currus tradunt; & cum uerbo, impluerunt, coniungenda puto: uulg. pro equitibus accipit perasim, ut interdum uidetur accipiendum. Ponent fedes: sensum expressit non uerba; & uidetur hoc retulisse ad ingressum principum regis Babylonis, de quibus dicit Ierem. 39. Ingressi sunt omnes principes reg. Babylonis, & sedent in porta &c. possumus tamen hec de casu metatione illa intelligere, que fuit autem quād aperiretur ciuitas, quod audaciam, atque potentiam hostium significat, quod autem uerbi, ponendo positi sunt ad portam, nemini mirum uideatur: nam si sine casu ponatur uerbum יְהֹוָה, significationem neutralem habet, ut Ps. 49. Tanquam oves in inferno positi sunt.

8 Reuelabitur: optimè uulg. tertiam personam actiuam accepit, quasi impersonaliter. quid autem per operimentum, seu regementum accipiamus, non usque adeo manifestum est: quidam non indebet hoc ad thesauros referat; reuelabitur absconditum, seu reuelatum est, ut incipiat narrare, que ipsi obfici fecerint: ali pro antemuram i accepit, & ad hostes referunt: sed prior exposatio magis mihi arrideret; & sequentibus conuenit, nam inter alia, que, qui se humanis uiribus defendunt, pra occupatis habent, non inferiorem locum habent pecunias, que sunt bellorum nerui: intimi autem, & absconditi

diti thesaurois non solent parcere obfessi. Armamentarium: simul etiam armorum omnis generis rationem habent, nomen ποντία generale est ad omnem armaturam: neque dubito, quin hoc nomen Paulus Graec reddiderit παροπάντια, quod Ambrosius uertit, uniuersitas armorum, Eph. 5. Quapropter assumite, παροπάντια, ut possitis resistere in die mala, & onib[us] profligatis consistere &c. & postea species aliquot armaturæ huius enumerat, non aliter, quam Ezech. 39. ubi ponitur initio hoc nomen, postea ad eam species descendit, scutum, petram, arcum, sagittas, &c. ex eo autem loco, & Iob 20. & 1. Reg. 10. etiam hanc esse uocis significationem comprobatur. sed hoc non obest, quo minus pro ipso armamentario accipi posit. hic tanen pro armatura potius acciperem, qua reposita erat in eo loco, qui dicebatur domus sylius: uel quod reges ibi haberent arma, quibus uectabantur in navigatione: uel ob densitatem, & multitudinem armorum, domus sylius dicebatur. Ceterum quod ad etymologiam attinet, quidquid alijs dicant, ego cum sinistro puncto scribendum existimo, reclamantis licet Massoritis, quod à uerbo πόντος, id est, succedit ignem, deductum uideatur. unde Ezech. 39. alludens ad ipsam nominis originem, ait, quod accenderent ignem cum ποντία: ubi & eodem uerbo uisus est πόντος, neque alijs lignis opus foret: ratio autem in promptu est, quod bella, que armis geruntur, igne comparentur in scripturis: unde & ipsa armatura, qua bellum geritur, hoc nomine, quasi incentiuu illius ignis, meritò appellatur.

Videbitis: hebr. in præterito uidisti, id est, cumq[ue] uideretis rupturas murorum, & ipsius armis Tacionis distinctiones, quas hostes machinis bellicis faciebant, aquas congregasti, & domos demolisti &c. ad resicando muros &c. numeratio domorum ad hoc erat, ut iuxta numerum, & proportionem loci, quem occupabant, aut soluerent, aut etiam diuererent, quantum necessarium indicarent magistratus ciuitatis: denique omnia ab ipsis prædicta fuisse, que humana prudencia nec essaria uidicasset, insinuat. Non suspicxit. cum omnia facerent, que humana prouidentia facienda indicaret, Dei, qui conatus nostros, aut irritos reddit, aut finem optatum consequi facit, quem tanquam omnium actionum nostrarum finem, atque principium deberemus suspicere, Dei, inquam, in quo uiuimus, mouemur, & sumus, obliuiscabantur: neque eius auxilium implorabant, aut à peccatis, quibus iram eius provocauerant, abstinebant: ad quem, uel ob illam rationem respicere debuissent, quod is ipse diceretur constructor ciuitatis, & arcis illius, ubi etiam erat templum, cuius edificij ratio tota à Deo fuerat profecta. De longe, uel de longinquo, id est, ueterem, & antiquum, qui olim ciuitatem ipsam formauerat: cuius muros descriptos in manibus gererat, & tebla. Ego, inquit, dominus sum ciuitatis, & domorum: quid est, quod inconsulto me domos recensuisti, ac demolisti &c? Quid putas dicturum Deum in eos, qui ecclesiam Christi, quam sanguine suo fundauit, erexit, atque stabiliuit, deuauit? aut qui humana tantum sapientia fulti, distinctionibus, & rupturis eius obuiare uolunt; neque eum consulunt, quid fieri uelit; neque eum deprecantur, ut iram ponant, hostes profigent, diruta restaurent; neque à peccatis manus auertunt, quinimum illis ipsis sanguinetinis domum, ac ciuitatem Dei communire presumunt? ò cacas hominum mentes, ò inauditam temeritatem, ò skolidam sapientiam: ad factorem, ad formatorem eius, quoadusque non respicietis? Sed quid alijs uerbi in istos amentes homines, quam ipsius propheta inuebitur?

12 Vocabat ad, uel Hierosolymitanos ad fletum; uel (constructione Hebreis familiari) vocauit ad fletum, id est, compellavit fletum, ut scilicet, uenire. Vbi sunt heretici, qui fletum, & plantum, uitiumque plantum consentaneum, aperioremq[ue] uelut rationem damnant: neque de mente domini esse dicunt? quid spiritus dicat, non intelligenti delicati carnis auditores, & sensus mancipia. Non ne aperiatur significat propheta hostes instare, & omnia in circuitu ciuitatis hostilia esse, uoces esse Dei, quibus homines ad fletum provocat, & ad penitentiam inuitat? hoc tendunt mina: in hunc finem adducit hostes, & immittit aduersa, quisquis co tempore aliud facit, Deum non intelligit: spiritum non audit: Deo non obtemperat. Sed quid ciues Hierosolymitani?

13 Et ecce gaudium &c. hec, manefustum est, in aduersis domino districtere, & que sequuntur: ut quam iniqui sint noui heretici in delectum ciborum, uel ex hoc loco percipiatis pius, & fidelis lector: nam si cum opus erat dominum in lucu deprecari, ut hostes submoueret; indignum dicit dominus, quid comedunt carnes, & uino indulgerent; quis sane mentis non uideat institutionem spiritu sancto dignam esse, ut illis diebus, quibus aut passionem domini, aut sanctorum transitum celebramus, aut etiam quibus ante diuinam uitam deflere præceptum est, à carnis, & delicatis omnibus abstineamus? sed hæc in aliud tempus omittamus. Illud interim de uerbo mastandi, seu ingulandi admonendum duxi lectorem, quod וְיָמָה significat Hebrei non solum mastare, sed expandam pecudem mastare, ut sanguis largius effusat. huius indicium præbet participium significationis passim וְיָמָה, quod expandum significat, ut 2. Par. 9. Fecit rex Salomon ducenta scuta ex auro expansa. quo etiam uerbo uisus est Moses in sacrificio Isaac: ubi quasi in typo Moses hoc uerbo præmonstrare uoluit, quod Chri-

- 51 s̄is n̄ctima expansione in cruce mactandus erat, & sanguis eius copiosè effundendus in emundationem peccatorum nostrorum. De ceteris nocib⁹ satis suprā dictum est. Comedamus, & bibamus: infinita sunt in Hebr. sed uulg. quid uellent, optimè exp̄s̄it: quod & Paulus quoque in eundem modum interpretatus est. Hic mecum interim considera exortatem hominum, qui iuxta carnem uiuent: ex hoc enim, qd̄ postridie sint morituri, inferunt hodie genio indulgentiam: at spiritus domini, ne postridie moriantur, hodie abstinentia, & carnis macerationem suadet: cuius sensus, qui cum Paulo habent, ideo duriter uiuent, qud̄ mors sit in ianuā: & quia figuram, habitumq; mundi transire animaduertunt, non rident, non letantur: sed omnibus utuntur, ac si non uerentur.
- 14 Et reuelata est uox &c. uulg. dōtē admodum exp̄s̄it sensum, suppleo nomen uox: nemo enim putare debet, qud̄ de auribus domini sit sermo, ut quidam, qui s̄e putant hebraicē scire, putarunt: nimis, qud̄ punctis Rabbinorum absque iudicio addicti erant, quare nego herbum נָבָד in uoce paſua legendum est, sed actiū iechaper. facet hinc interpretationi Chaldaea, qui ait, dicit prophet̄, in auribus meis fuit auditum &c. Si dimittetur: manifestum est esse iurantis. Donec moriamini, id est, non prius moriemini, quān punianimi: uel idem est, quod totū uita nostra tempore non remittet iniuriam: quod alijs uerbis dominus in euangelio Iohannis ait: In peccato nostro moriemini. Quid si iniuriam, pro pāna iniurati debita, accipias, ut interdum capitur nōmen ηγη, perinde est, ac si dicat, perpetuū luctis pānas, quousque moriamini. Vide interim, quid apud dominum mereatur, genio indulgere, & ad dominum non redire, dum percūtimur, & fatigatio omnium oblitus.
- 15 Qui habitat in tabernaculo. quid propriè sit יְהוָה, neque ipsis Iudeis satis compertum est: non nulli Rabini thesaurarum interpretantur: ego tamen magis generalē uocis significationem existim: deducitur enim à uerbo יְהוָה, id est, conueniebat, conferebat, conducebat: hic puerilla illa, quae regi Dauidi inserviebat, & eius iam sensus curam gerebat, dicitur סִבְתָּה 1. Reg. 1. habebat ergo iste curam templi, ut prouideret quid factō opus esset ad reparacionem, sicut mulier illa curam habebat omnium, quibus rex senex indigebat. uirum ego apothecarium dixi, licet nōmen non omnino exprimat uim uocis Hebreæ: crediderim autem hanc uocem mox explicari. Qui est super dominum, uel praefectum domus, id est, templi. quod uero sequitur, & dices ad eum, quia omnino supplendum est, suppleuit uulgatus. Biblia, quae nunc habemus, non habent hac uerba.
- 16 Quid tu hīc? uel, quid tibi hic habes? quid hic tibi nego? est? profecto superfedere posse: rursum, Quasi quis hīc? uel, quis tibi hīc? id est, quem nam hic habes? his duabus interrogacionibus soleni Hebrei praestringere imprudentes, & eos, qui frustra laborant: neq; ea, que opus esset considerare, animaduertunt: nos dicemus; Quid caſſe habes, aut in cuius gratiam huic operi incumbis? possumus & sic accipere; Quid nam hic substantia habes? aut quis tuus hic heres eris? quasi significet, ipsum praefectum, inuersamq; eius substantiam, atque familiam illinc auferendam; ideoq; superfluum, & inanem esse eius curam excidendi sepulcri. Excidiſti in excelsō memoriale: uulg. mutationem persona noluit seruare, sensum tantummodo exp̄s̄it, ut obscuritatem uitaret, quod fidi interpretes interdum faciunt: ego uerba exp̄s̄i, in quibus uidebis transitum à secunda in tertiam personam, quasi conuens dominus ad prophetam, ut prophet̄ ad alios, affirmit ita factum, ut cum deridendum proponat. Hebreis ergo יְהוָה est participium cum iod paragogico, & per uerbum præteriti imperfecti reddi potest, quasi essent parenthesi inclusa in hunc modum; Quid tibi &c. quid excidiſti tibi sepulcrum (excidebat nempe celſitudinem sepulcri sui, constituebat in rupe habitaculum sibi) ecce dominus &c. est etiam יְהוָה participium cum iod paragogico à uerbo, quod constituere formam alicuius rei notat: uulg. pro aduersorio accepit.
- 17 Asportari &c. sensum exp̄s̄it: ego enim יְהוָה puto esse eorum, qui res, ut facilis deferrī posint, circumuolunt, atque constringant, meminisse autem oportet, quid feminis super capita maiora onera portent: at uiri, præterim qui magna itineraria conficiunt, parua admodum inuolucra humero deferant. unde sequitur, & obregit te operiendo, id est, iterum, atque iterum operiendo, deinde, iterum, atque iterum, quasi riara circumcingendo, atque constringendo, quasi globum &c. hinc esse germanum sensum puto. nam de gallo gallinaceo fateor me non intelligere, quid uelit uulg. interpres. quae etiam dij̄ de asportatione, uel exoneratione uiri, id est, fortis, dicunt, non placent hoc loco.
- 18 Coronans &c. non dubito, quin qua Hebreis est יְהוָה, & מֶלֶךְ, sit, quam capiti circumuoluebant in oriente reges, & sacerdotes, & iudices, ex filiis tenuissimi contexta: dicit ergo parsacnum, conuolutum, & obtractum asportari te faciet, tanquam onus uiri, & cidarizando cidariabit te cidari, id est, iterum, atque iterum te circumcinget, atque constringet, ut quasi in globum compactus, facile transporteris. Illud autem, ad terram latam, coniungendum est cum uerbo, tranportari te faciet: uel supplendum est uerbum motus, ut fecit uulgatus: ea enim natura est lamed, uel

- 52, quando iungitur uerbo, quod non significant motum. Et spacioſam: hebraismū docē uitauit: Hebrei dicunt latum manib⁹, uel manum, quidquid sinus, & recessus habet, sicut de mari, in Ps. spacioſim manib⁹, quae uulgo brachia appellamus. hoc uero dixit ad augmentum misericordie in exilio: non enim ita facile est redimi cum, qui in amplissimum regnum duclū est captiuus, sicut qui in parum, ubi omnes nō sunt, neque qui eos emere possint, in longinas regiones transferunt. Curru glorie tua, id est, glorioſi curru tui, in quibus glorioſius equitabas, iſus te deferent, non quod in eis abductus fuerit, sed quid propter illius fastus, & inanem gloriam illic captiuus abductus fuerit: estque perquam festinē dictum, ut curru glorie quempiam adducant ad ignominiam.
- 19 Deponante: in hebr. est mutatio perfonæ.
- 20 Vocabo seruum meum &c. quando hoc factum sit, non commemorat scriptura: ego non puto in uisionibus seruatū ordinem. suprā de uastatione Hierosolymitanā sub Zedechia uerba fecerat: hanc multo tempore puto præcessisse Sobna captiuitatem. certè cum Eliacob filio Helchiae missus est Sobna quidam ad duces regis Babylonis sub Ezechia, ut frā uidebitur.
- 21 Tunica. nōmen כְּנָתָה quod dupliſ formaliter legitur, sed eadem significatione, peregrinum uidetur: hinc puto Graecos mutuasse κινάτη, & Latinos conuersione litterarum tunicam appellasse: Cingulo tuo. etiam אֲנָכָת peregrina uox mihi esse uidetur: est balteus, cingulus militare; eretq; in militia sua stantum, præterim sacerdotum: qui mandato diuino utebantur duobus balteis. de pretioso qualis fuerit, habetur Exod. 39. de altero, qui erat lineus, legitur Leuit. 16. uisus autem baltei, uel ex hoc loco Iesaiæ habetur: cingebantur enim, ne uestes defluerent, & redderentur ad opera conficienda expeditiones, ac firmiores, constantioresque. unde buc alludens Paul. ad Timoth. primo, dicebat; Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo, quia fidem me extimauit, ponens in ministerio &c. robore enim opus est ministro Dei, & fide, illud dat dominus; hanc uero exigit, & uirum donum ipſius est. proinde figuratè pro fortitudine, & constantia sumitur, ut Ephes. 6. State lumbis circumcinctis balteo ueritatis. non tamen existimō sacerdotes tantum balteo usos fuisse: neque scio, an sacerdos fuerit Sobna: quantum mihi sit probable, quid qui curam templi haberet, sacerdos esset: nisi dicas, quid curam domus regie haberet, non templi, unde dicitur suprā uer. 18. Ignominia domus heri eius, id est, regis Iehuda: forte erat, qui in regia, post regem, maior est, qui tunica, & balteo utebatur, que erant, ueluti muneris quedam nota, quod exponens ait, potestatē tuam &c.
- 22 Clauem domus David: hic quoque locus uidetur innuere Sobnam ministrum regis fuisse. Super humerum: magnas claves solent claviculari super humeros deferre. non dubium autem esse debet iuro Christiano, & dobro, clauim nomine, in mea tota bac periphraſi, potestatē designari: ubique enim claves potestatē declarant, claves deuicti populi victori deferunt: claves quoque trā dunt magistratus eis, quos in possessionem legitimè introducunt. quapropter non erat, cur noui hæretici tenebant populo Dei offunderent, dum locum euangelij, Tibi dabo claves regni celorum, &c. eneruare uolentes, conantur persuadere indoctis, non ibi potestatē à domino concessam; sed de scientia esse sermonem, iuxta alium locum euangelij, Tullijs clauem scientia. Sed miror istorum hominum cœditatem, qui cum ex scripturis uolunt scripturas interpretari (ut aiunt belli interpretes) scripturarum locos, quos ad sui erroris confirmationem afferunt, non satis expendunt: quid, queso, in illo ipso euangelij loco, quem adducunt de clave scientia, aliud nomine clavis, quām quod nos dicimus, in tellexit Christus? certè illos increpabant, qd̄ neq; scientia ipsi habent, neq; sinebant, ut alij intelligeret, quod intelligere summopere necessarium esset. Facitis, inquit, ut neq; uobis, neq; aliis aditus ad scientiam pateat, uos, quod intelligitis, nō sequimini, c̄tisq;, ueluti si nō sciretis, neq; intelligeretis: prohibetisq; totis uiribus, ne alij ueritas pateat. an, queso, hoc est scientia claves appellare, et non magis potestatē clavem dicere? Quid aliud est, Quid uocula ligaueris, sit ligatum, quām quod hoc loco dicit, Claudit; neque erit, qui aperiat & illud, Quid uocula ligata sit solutum, quām Aperiet; & non erit, qui claudit & nam ligata appellat interdum hebraismū clausa, & aperta soluta. Quid uibus, quaso, uerbi Ioani in Apocalyp. omnimodam potestatē domino tribuit, nisi his; Hec dicit sanctus, & uerus, qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit? Quid aliud est claves abyssi habere, quām posse illuc mittere, quem uolat, & claudere, cui noluerit? quod eius est, qui habet imperium uita & mortis. Sed omīſis cœci istis, ad uerba prophetæ redeamus, de quibus hoc sentio, quid quia ad mysterium respiciebat Iesaias, domus David mentionem fecit, in qua regnaturus erat Christus dominus: quid faciunt & nomina, nam בְּנֵי־יְהוָה, est, Deus facit, & בְּנֵי־יְהוָה est portio Dei: sed interim historiam textit, & de Helchachim loquitur, qui in regia domo Ezechiae plenam habuit post regem potestatē: & hinc iam, cum uenerint Chaldei, uocat scriptura prefectum domus, seu qui erat super domum. Hic notandum uidetur, quid non solum reges domus deponant ē folio, aut institutū, sed & alios, qui post regem sunt, eorumq; rationem habeat: non

enim tantum regum mores recipi aut profunt, aut nocent, uerum etiam illorum, per quos regnant, & imperium in alios exercent. unde hic Helobias dicitur ciuibus Ierosolymitanis pro patre futurus, & tanquam pater eorum curam habiturus: cuius exemplum utinam noslri proceres settarentur.

<sup>23</sup> Figam illum. quemadmodum clavis firmo loco infixus sustinet, que ipsi suspenduntur, praesertim si clavis ipse, uel paxillus tenax fuerit; si autem auellatur, uel frangatur, que ab ipso pendebant, corrumpunt: ita quoque priuatus, & procerus plurima in se habent, que ab ipsis omnino pendere uidentur: que mortuis ipsis, aut a dignitate depositis corrumpunt, & ferre perirent, ut explicatur uersus ultimo. infigere ergo in loco fidelis est facere, ut stabilis sit dignitas ipsius, & ut multo tempore ex eo pendere possint res aliorum, & sive: cognati quoque eius, & amici, atque affinitate coniuncti, ad eum configuant, tanquam ad praesidium, & locum tutum, in quo res suas collocent. unde ait: Et erit in solum, seu thronum gloria domini patris sui, quod scilicet ad eum, ut columen totius familliae, & cognitionis, immo uero tanquam ad regem, respiciant. interdum enim throni nomen regiam dignitatem norat; omnibus quidem erit pater, suis autem honor, & gloria: neque si à Deo haec fiant, poterit unquam, que huiusmodi gloriam sequitur, inuidia, impedimento esse, quominus, qui si sit gloria domini patris sui, immo & ipsiusmet patris. An non Ioseph fuit in thronum glorie domini patris sui, qui fratribus fuit, & pro patre & pro rege?

<sup>24</sup> Omnem gloriam. certum est nomen כְּבָשׂוֹן, quod grauitatem uel honoris, & dignitatis, uel diuitiarum designat, interdum nomine substantia recte uerti, ut Gen. 31. Fecit Iacob ex illis, que sunt patris nostri, omnem hanc grauitatem: significat autem his uerbis propheta futurum Heliachim heredem omnium bonorum patris sui, ita ut nihil de tota hereditate periret sub potestate filii, quod inter laudes filiorum reputatur. unde dominus in euangelio ex eis, quos sibi pater tradidisset, non perisse quenquam gloriat, prater filium perditionis. Vasorum diversa genera: de sensu sollicitus uulg. interpres nominum non multum anxiem rationem habuit: sunt autem & ipsa satis obscura: sed ex aliis locis, & etymologijs illuftrari possunt. & quidem δύρες nomen gemitum plurale à uerbo δύρω, id est, egredens est, pro cuiuslibet rei propagine, seu progenie sumi potest, ut infra. de progerminationibus terra: Iob uero 27. de propagatione filiorum. at δύρες non alio in loco reperitur: tamen ex cognatis γένος, & γένεσις genimina interpretari possimus. his ergo nominibus intelligit propheta omnia, que uiuent tam ex terra orta, quam ex uentre animalium: nominibus autem vasorum cetera omnia inanima. Craterarum. λαβη. à rotunditate nomen habet, uel uas significat, quod circumscriptum est, phialas dicere possumus, est à βάσι. Muficorum. supra iam cap. 5. dixi de nomine βάσις, quod instrumentum muficum designet: significat etiam cetera uasa utensilia ex quauis materia, coriacea, uel fistilia &c. & forte hoc loco in genere pro uilibus uasis accipitur, qualia sunt figurina: habet autem appellationem à uacuitate: neque habent Latini nomem, quod illi respondet.

<sup>25</sup> Hunc uersum eleganter uulg. reddidit: ego significationem propriam uocum expressi. iterum de Sobna est sermo, quem confirmat duplice aseueratione: priorem nempe (fidelis sermo) referre possumus ad euisionem clavi, posteriorem ad confractiōem eorum, que ex ipso pendebant: ille pereat propter fastum, & superbiā: alij autem propter stultitiam, quod spes suas in homine collocabant, quem non in timore Dei videbant uitam degere, illumq; ornabant ob rerum abundantiam, atque potentiam, qui ob uitam, & mores indignus erat honore.

## Caput uigesimum tertium.

Noua.

Vetus.

**O**NVS Tyri. ululate naues Tharsis, quia uastata est intrinsecus [et] extremitas: de terra Cethim reuelatum est eis.

Silete habitatores insulae: negotiator Tcidonis, transfretator maris repleuerunt te.

Et

**O**NVS Tyri. ululate naues maris, quia uastata est domus, unde uenire confuerant: de terra Cethim reuelatum est eis.

Tacet qui habitatis in insula: negotiator Sidonis, transfretantes mare repleuerunt te.

In

Noua.

Vetus.

Et per aquas multas semen Nili, messis flumi-  
niuji prouentus eius: & facta est negotia-  
tio gentium.

Pudefas Tcidon, dicit enim mare, mun-  
tio maris dicendo; Nunquid non parturi-  
ui, & nūquid non peperi? nō ne adolescentes  
fecerunt iuuenes, augmentum capere uirgines?

Simul atque Aegyptij famam percep-  
rint, dolebunt iuxta famam Tyri.

Transite Tharsis, ululate habitatores in-  
sulae.

Hæcine est uestra tripudiatrix, cuius  
origo à diebus antiquis duducunt eam pe-  
des eius procul ad peregrinandum.

**Q**uis cogitasset hoc super Tyrum coro-  
natam; cuius negotiatores principes, mer-  
catores eius honorati terra.

Iehoua tcebaoth statuit hoc, ut profa-  
naret superbiam totius iucunditatis, & igno-  
miniam afficeret omnes honoratos terræ.

Pertransi patriam tuam, quasi riuum, fi-  
lia Tharsis, non est obfirmatio amplius.

Manu suam extendit super mare, com-  
mouit regna: Iehoua tcebaoth amandauit ad  
Chanaanum, ut perdat munitiones eius.

Et dixit: Non amplius exultabis defra-  
dustris uirgo filia Tcidonis: in Cetim surge,  
transi, etiam illuc non habebis requiem.

Ecce terra Chaldaeorum, talis populus  
non fuit: Assur fundauit eam nauibus: cre-  
xerunt munitiones eius: excitarunt pala-  
tia eius: posuit eam in ruinam.

Vlulate naues Tharsis, quia uastata est  
munitione uestra.

Et erit in die illa obliuioni traderet Ty-  
rus 70. annos iuxta dies regis unius: qui-  
bus expletis erit Tyro, quasi canticum me-  
retricis.

Sume citharam, circumciuitatem me-  
retrix obliuioni tradita: pulchre ludendo  
multiplicia canticum, ut memoria tui sit.

Et erit post septuaginta annos: uisitabit  
Iehoua Tyrum, & reuertetur ad mercedem  
suam, & meretricabatur cum regnis terra  
super faciem telluris.

Et erit negotiatio eius, & merces eius  
sancta ipsi Iehoua, non recondetur, neque  
reponetur: quia habitantibus in conspectu  
Iehoua erit negotiatio eius, ut comedant  
ad saturitatem, & ad contributionem du-  
rabilem.

In aquis multis semen Nili, messis flumi-  
niuji fruges eius: & facta est negotiatio gen-  
tium.

E rubescit Sidon: ait enim mare, forti-  
tudo maris dicens; Non parturiui, & non  
peperi, & non enatriui iuuenes, nec ad in-  
crementum perduxerunt uirgines?

Cum auditum fuerit in Aegypto, dole-  
bunt cum audierint de Tyro.

Transite maria, ululate, qui habitatis  
in insula.

Nunquid non uestra hæc est, quæ gloria-  
batur à diebus pristinis in antiquitate sua?  
ducunt eam pedes sui longè ad peregrinan-  
dum.

**Q**uis cogitauit hoc super Tyrum quon-  
dam coronatam; cuius negotiatores prin-  
cipes, institutores eius incliti terra.

Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraharet superbiam omnis gloriae, & ad  
ignominiam deduceret universos inclitos  
terra.

Transi terram tuam, quasi flumen, filia  
maris, non est cingulum ultra tibi.

Manum suam extendit super mare, con-  
turbauit regna: dominus mandauit aduer-  
sus Chanaanum, ut conteret fortes eius.

Et dixit: Non adiicies ultra, ut glorie-  
ris, calumniam sustinens uirgo filia Sido-  
nis: in Cethim confurgens transfreta, ibi  
quoque non erit requies tibi.

Ecce terra Chaldaeorum talis populus non  
fuit: Assur fundauit eam: in captiuitatem  
traduxerunt robustos eius: suffoderunt do-  
mos eius: posuerunt eam in ruinam.

Vlulate naues maris, quia deuastata est  
fortitudo uestra.

Et erit in die illa, in obliuione eris ò Ty-  
re septuaginta annis, sicut dies regis unius:  
post 70. autem annos erit Tyro, velut can-  
ticum meretricis.

Sume tibi citharam, & circui ciuitatem me-  
retrix obliuioni tradita: bene cane: fre-  
quentia canticum, ut memoria tui sit.

Et erit post 70. annos: uisitabit domi-  
nus Tyrum, & rediicit eam ad merces suas;  
rursum fornicabitur cum uniuersis regnis  
terra super faciem terræ.

Et erunt negotiaciones eius, & merces  
eius sanctificate domino, non condentur,  
neque reponentur: quia his, qui habita-  
uerint coram domino, erit negotiatio eius,  
ut mandent in saturitatem, & nestiantur  
usque ad uictusatem.

- T**YRIO S Iudeis uicinos aggreditur: ipsorum enim Iudeorum res agebatur in huiusmodi uiciniorum uastationibus, non modo ob generales rationes, quas supra artigi, sed & quia in his omnibus prouinciis, ac ciuitatibus quamplurimi Iudei habitabant. dicebatur autem Tyrus Hebreis ۱۲: quod in petra fuerit extructa, atque instar promontorij mari, & tempestatibus mariis fuerit opposita; aut etiam propter robur, munitiones, & firmitudinem: unde Sam. ۲۴. & Zach. ۹. & alibi fit munitionum Tyri mentio. Vastata est. video Hebreis non in uniuersum obseruari, ut nominibus urbium attribuantur uerba femininae formae, non dubium, quin hoc loco, Tcor, dicatur deua status: bene ergo uertitur in femininum, sicut supra de Ar Moab. Domus, unde uenire consueuerant, duet tantum sunt in hebr. uoces: ad uerbum dicendum esset; à domo, à ueniendo: quarum uocum coniunctionem, & acceptiōnem, cuiusmodi hoc-loco est, non ita paſim inuenies in scripturis. quare ingens est hoc loco interpretationum uarietas, dum quisque pro arbitrio suo, que uult, addit, aut supplet, pro ut in ipsorum libris uidere poteris: mibi certe simplicissima interpretatio, que nihil addit, solet placere. puto ergo has duas uoces cum uerbo, uastata est, esse conſtruendas, & nihil aliud significare, quam prorsus, omnino, funditus, ex omni parte, ut idem sit, quod Gen. ۶. Bituminauit eam extrinsecus, & intrinsecus. Exod. ۲۵. Extrinsecus tiges eam, & intrinsecus. sic accipiter etiam מְבָתָה Reg. ۱۱. & ۲. Par. ۲۳. Ceterum uerbum נַחַם, id est, uenit, quando conſtruitur cum uerbo נָחַם, id est, egressus est, frequentissime id est, quod Latini dicunt, domi, & foris, ubique, ubiunque, seu omnibus modis conuersari, officio fungi &c. Psal. ۱۰۵. Dominus custodiat ingredi tuum, & egredi tuum: primo Reg. ۳. Ego sum puer parvus; neque scio egredi, & ingredi, id est, nihil scio facere &c. & cap. ۲۴. uers. ۱۰. manifeste נַחַם ita accipitur clausa est omnis domus extrinsecus. non absurdum igitur erit, si hoc loco dicamus, à domo nihil aliud esse, quam ab interiori parte, unde est egressus; & à ueniendo, nihil aliud, quam ab exteriori parte, unde est ingressus, seu aduentus; id est, tam intra ciuitatem, quam extra; tam in dominis, quam in myris; ex omni denique parte, & funditus uastata est tyrus. De terra Cethim. puto Cithros esse Graecos, nempe Macedones uoce congruenti: dicebantur autem habere insulas, tum propter infinitas insulas, quas habebant in mari Aegeo sub suo imperio, tum etiam quia Hebreis insulae dicebantur protinencia ille, ad quas non nisi per mare erat transitus, non dum illistratis ex omni parte regionibus, an mari cingerentur, an minus: quinimum & Italos Graecis uicinos nomine Cethim alibi comprehenso inteligo. uide benedictiones Baalam. fuit autem Cithim filius Iauan, à quo Iones dicti sunt, frater Doda nim, ex quo Rhodii, & Tarsis, ex quo Tarsenses orbi putantur: ex his dictis scriptura habitatus fuisse insulas gentium. non multum itaque distat aīe in iuicem iste regiones, ut geographis compertum est. At Alexander Makedo Tyrum cepit, & continentem iunxit: neque obest, quod per Chaldeos quoque uastata prius fuisset: sive enim propheta altera uastatio unius regionis in mentem ueniebat, cum de altera eiusdem loquerentur. quare Tyrius de terra Cethim reuelatum hoc fuisse, id est, hoc malum prodidisse, apparuisse, seu reuelatum fuisse dicit. nam uerbum נַחַם cum nomine נַחַם conſtruendum est: quod si malis haec, ut plurima alia in sequentibus, de uastatione per Chaldeos intelligere, dicas à negotiatoribus Cithais nuntiatum fuisse Tyrius, quod Chaldaei decreuerint deuastare eas &c. sed prior sententia magis arrideret. Eodem uerbu naues Tarsis iubet ululare, significans, quod non amplius aduenirent ad Tyrum naues Tarsis, proinde mercatoribus, qui lucri gratia ad Tyrum uenire conſueverant, & naues mercium plena adducere, lugendum fore. Ego quidem naues Tarsis hoc loco, ut in Ps. Spiritus uehementis conterens naues Tarsis, pro nauibus magnis, quas onerarias uocant, accipio ea ratione, quam superius indicavi.
- T**acete, uel quiscite, habitatores insula: aut de ipsis Tyri intelligentiam est, (tunc autem uerbum tacendi ad luctum, & tristitiam pertinet, ut Thren 2. Desiderunt in terra: siluerunt seniores filia Tcion) aut nomen insulae collectiū caput, id est, insularum: ut quiescere insulanos omnes ueniant, uel etiam silere, & lugere, quasi sit ferè idem, quod ululare naues Tarsis. prior tamen expofitio sequentibus magis congruit. Negotiatio: incipit recensere felicitatem Tyri. negotiatores, sive mercatores Sidonij per mare ad te confluebant, dicunt autem mercatores סְדָרָה Hēbreis à circumeundo, seu circumferendis mercibus: & ad hanc etymologiam reflexisse uidetur dominus in euangelio, cum dicit scribis, quod circumirent mare, & aridam, ut facerent unum proflytum &c.
- I**n aquis multis. mare mediterraneum appellabam Hebrai, mare magnum: idem hic intelligo per aquas magnas, seu multas, & pro, per accipio. semen autem Nilii uocat frumenta, que Nili beneficio Aegyptius profert; & ad uerbum, repleuerunt, referendum est nomen seminis. non est ergo omittenda coniunctio, & per aquas magnas, uel multas. Fruges eius, cum נַחַם sit à uerbo נָחַם, id est, uenit, propriè uideatur significare, que singulis annis à terra proueniunt: prout uentum

uentum ergo refel dixeris. Meſis, inquit, fluij, id est, demefi fructus, qui riuius à Nilo deductis merito adſcribuntur. erant anni prouentus Tyri, adeò ut esset Tyrus negotiatio gentium, id est, emporium, quō omnes gentes negotiandi gratia conuenirent.

- E**rubeſce: tam frequens mutatio forma orationis ingentem, ac ſtupendam rerum uicissitudinem ſolet in prophetis comitari. deſcriperat ex parte felicitatem Tyri, ſubito ad Sidonios conuerit ſe, & Tyrum ipſam (quam & mare, & maritimam munitionem uocat, quod locus eſſet arte, & natura munitionis, & undequaque mari allueretur) loquenter inducit, ut ſimilia quoque ipſi ſperent, neq; amplius glorientur, immo tales ſe exhibeant, quales ſunt, qui pudeſunt, racent, abſconduntur, & dolent. Non parturiui. mihi omnino peruafum habeo. hoc loco interrogare, & affirmatiuam reſponſionem poſculare, ut Exod. 8. & Iob 3. ubi uulg. per non ne uertit, non ne filii &c. uerbum autem נַחַם propriè eſt doloreangi, ſeu cruciatuſiſci: ut nos, nomen, dolores usurpamus, pro doloribus partientiſ: ita Hebrei hoc uerbum partientiibus tribuunt, ut hic melius uertifere putem uulg. quād qui uerbo dolendi reddunt, quaſi dicat Tyrus, tanquam femina, non ſe ūerē mater & habitatores, et ciues mei, ſunt ne omnes exteri? non ne edidi filios electos ad bellum, qui ingenti amore pro patria pugnare? non ne nutrui uirgines, quas defendent uiri, & occumbere mallent, quād ſi nere, ut exteri hostes eas rapere? ſi ergo ego maris quoddam promontorium tam egyptiū munitionis, tor pugnatorum mater, hac paſſa ſunt, ne efferrari ſidon amica, quinimmo pudore afficiari, & mibi condoleas, uel generatio hac ad colonias, quas deduxerat, referenda eſt: Carthago enim Tyri orum erat colonia: Tyrum autem coloniam, & filiam uifis Sidonis existimo: unde, ut pudeſheret, dicit, neque ſe immunem putaret. nam ipſa quoque populo abundaret, & ciuibis, colonias etiam duxerit, nihilominus uastaretur. uide infra uers. 11.

Cum auditum fuerit in Aegypto: docte admodum uulg. ſenſum expreſſit: nam נַחַם interdum pro aduerbio tempora uidentur uti Hebrei. inquit ergo ad uerbum; quamprimum fama Aegyptijs, id est, quamprimum rumorem aure percepimus; dolebunt iuxta famam Tyri, id est, erit dolor fama ſimilis, & iuxta magnitudinem calamitatis erit, & triftia, & dolor Aegyptiorum.

- T**ranſite: ad ipsos Tyrios iterum conuerit sermonem. Maria: hic rufus eſt nomen Tarſis: de quo, cum tam uaria ceteri scriptores afferant, quid certi ſtatueri ego poſſim, non habebo. & quidem interdum nomen eſte proprium loci à Tarſis filio Iauam, uerifimile admodum eſt, de quo in ſequentiibus aliquando erit ſermo: ut aīe ſignificet, ut magna auſtoritas uiri ſenſerunt, non uisque adeo eſt maniſtum. certe ſi pro mari liber accipere, non contempnenda eſt etymologia nominis, quaſi ſit aīe uerbo נַחַם, quod electum, uel deſtitutum eſſe ſignificat: unde nomen נַחַם deſtitutus, paſper, ut ſit epitheton mariis, quaſi dicas, inhoſpitalis: ut dicantur naues Tarſis, ſicut uolucres c. li, pecora campi, pifces mariis: non tamen ſigſificet uis mare magnum, altum, uel mediterraneum, uel oceanum: per quod naues magnae nauigant (que נַחַם dicuntur) & in hoc diſert aīe, quo etiam lacus, atque multo minores aquarum collectiones dicuntur: ego ramen uocem iſam retimebo, qua cum uerbo motus coniungitur, habet נַחַם in fine, ut hoc loco, fugam ergo, & luctum inducit Tyrijs, uel captiuitatem ultra magnum, ac profundum mare. uide infra uers. 10. & 12.

**N**unquid non: an bac eſt, haccine eſt نַחַם uerba: hebr. uobis, ſed optimè reddidit: habet autem apud Hebreos, ut etiam apud nos Lufitanos, hac forma loquendi magnam uim in irruſionibus. Q uia gloriabatur. nomen eſt deſtitutum aīe uerbo נַחַם, id est, exultauit, tripudiauit, gefſit pia gaudio: placuit autem hic ad tripudium, & ſaluationem reſerre propter uerbum, quod mox ſequitur נַחַם: eſt enim in eo occulta uirona ualde uenusta, nam ſignificat cum mora, & pompa ducre, deducere &c. at hic pedibus iſius tribuitur, quod eam ad peregrinandum procul deducere &c. A diebus prieſtis in antiquitate ſua, uel antiquitas eius, id est, cuius antiquitas, ſeu potius origo eſt a diebus antiquis: aliquando enim נַחַם aduerbiuſ, aliquando nomen eſt. non ergo mutatio, non diuitia, non honor, quem cetera nationes ei deferebant, non delicia, non tripudia, non nobilitas obſtare potuerunt aduenienti calamitati: hoc etiſſe luce eſt clarus; animales tamen homines indigent uerbi, ac uerborum figuris, ut hoc tandem intelligent quapropter & figura iam loquendi mutata, dum ipſe ſecum admiratur, alioſ ad eandem admirationem prouocat.

- Q**uis cogitauit. uerbum נַחַם uerbo confundiſſo ſolet reddi, quod aliud commodius non reperiatur: hic reddidit uerbo cogitandi, quod conuenire rei uidebatur. ſenſus eſt, Q uis ſecum ſtatuerit unquam, quod ita futurum eſſet de Tyro? quis unquam ſit ſtatuerit de Tyro? Coronatam: alijs coronantem, quod particiū ſit ſignificationis actua: ſed certe pronomine ponitur, ut pleraque alia, nempe pro corona: Tyrum autem corona, coronatam, recte dixit uulg. uel certe cum monitionibus particiū ſignificationis paſſim notandum fuit: Tyrum ergo tanquam reginam altiarum uerbiū commemorat, quod magis deglavar, cum eius mercatores principes dicit, quod dupliſſer intel-

ligitur, uel quod qui alibi essent principes, apud Tyrum essent negotiatores, neque degnarentur mercimonia in Tyro exercere: uel potius, quod Tyri negotiatores, & mercatores adeo essent diuites, & potentes, ut principibus aliarum prouinciarum nihil inferiores essent. Infatores. יְהוָה הַלְאֵת חֶם fuit, à quo terra illa, quam possederunt Israelita, nomen est fortis: quia autem populus huius terrae deditus fuit mercature, & negotiatione, hinc ipsum nomen sèpe pro mercatore, interdum & pro mercatura accipit, Osee 12. Zop. 1. &c.

¶ Vt detraheret &c. respondet sibi per subiectiōnē. נִמְלָא in secunda, est profanauit, commūne fecit, niolauit: sensum ergo exp̄s̄it uulg. opponit enim uerbo וְנִמְלָא sanctificauit. uide infra 43. Profanabo principes sanctitatis: hic opponit superbie, cuius est se, quasi sanctum, segregare ab alijs, ne contaminetur, & alios indignos reputare, qui ad se accedant. Superbiā autem uniuersi iucunditatis uocat ipsos superbos Tyrios, qui iucundū, & suauiter uiuebant: ipsamque Tyrum, que erat iucunditas aliarum nationum. De uoce autem וְנִמְלָא dictum est supra cap. 13. ubi Babylō dicitur iucunditas regnum. Ad ignominiam deduceret. manifestum est יְהוָה, & opponi; ut supra cap. 9. dictum est: hoc de granitate honoris substantia, uel ponderis dicitur; illud de alienatione. potest ergo non de honoratis tantum ignominia affici endi, intelligi, sed & de diuitiis ad paupertatem redigendis, ut totum hunc uersum mater domini in suo illo cantico, cum dixit; Depositus potentes de sede, et rursum, Diuites dimisit inanes, expressissime uideri posse: hoc enim est alleiare grates, quare sic quoque hic reddere possemus, & diuites inane, seu alleviatus redderet.

¶ Transi terram tuam: cum Tyrum hic filiam maris uocet, ut mox dicam, quod totam se marinis transiessionibus dedidisset; non dubitū, quin terram eius, seu patriam eius, dicat ipsum mare, filia maris, cùm sis, transi mare, perambula patrīam tuam: nihil tibi durum precipere uidebor. irrisio- nem ergo, non inueniūstam in hac noce inclusam intellige. Filia maris: hic rursum habes nomen Taris: ex quo mihi uerisimile sit Taris esse nomen maris, ut supra uer. 5. annotau. Cur enim dicetur Tyrus filia Taris? nam quod quidam dicunt, Taris esse Carthaginem, uel ex hoc loco falsum esse conuinicuit: quomodo enim filia Carthaginis dicetur Tyrus, cùm potius filia Tyri esset Carthago & certè etiam si uerisimum sit Tarsum Cilicia à Taris filio Iauan nomen accepisse, nihilominus sic appellatum mare alcum tandem existimabo, quandiu probabilem sententiam alii non attulerit. si quis tamen dicere Taris esse Tarsetum in Hispania, unde Phoenices infinitam multitudinem auri, & argenti olim (si historijs fides adhibenda est) deferebant, cùm uox consentiat, mibi non absurdam affere sententiam uidebitur. Quando autem cum וְנִמְלָא motus inuenitur, credo idem esse, quod ultra mare; sic Jonas ultra mediterraneum mare fugere constituerat, ut sunt Græcia, Italia &c. & naues, qua ad oram marii rubri conficiebantur, per mare rubrum in oceanum Indicum proficiscabantur, quod pertransientes applicabant ad Ophir, & litora alia orientalia: unde aurum &c. deferebant. Cingulum. nomen Hebreum propri obſervationem significat, licet transferatur interdum ad signi- candū balteum, quo firmantur renes: ego liberant pro muro, quo cingebatur Tyrus, acciperem: uel per ablationem cinguli nuditatem, seu spoliationem notat, quasi in metaphora perseueret, quasi dicat, ad natandum iam apta es, discincta es, transi mare, transiata mare mediterraneum, quasi riuum quempiam.

¶ Super mare: hac omnia de Tyro intelligo, quam supra quoque vocavit mare, cuius habitatores erant Chananei, id est, mercatores; cuius quoque munitiones dominus decreuerat deuastare: possunt & de Phoenicia tota intelligi, & de tota Chananite, cuius regna communis potentia Chaldaeorum etc. sed priori interpretationi subscrivo, & conturbationem, seu commotionem regnum intelligo prouoca- tionem: excitauit enim dominus, & quasi ad iram prouocauit exteris reges, ut aduersus Tyrum con- surgerent. Mandauit aduersus: sensum exp̄s̄it: ego ad uerbum reddidi, et q̄ phrasis eastrensis, id est, exercitum confispsit, et misit, ut Tyru oppimerent, quasi regnis commotis mandatum dederit Iehoua contra Chananeum, ut sic uertere posis; manum suam extendit Iehoua uerbus mare, commo- uit regna, amandauit [scilicet ea] ad Chananeum, seu mercatorem, ut perderet munitiones eius.

¶ Calumniam sustinens: uocem, ultra, additam à quopiam puto; & uirgo, legendum eius loco, id est, defraudata, & præter spem tuam à gloria tua detruja, transi &c. ita ferè omnes, quos uidi, in significatione paſtua accipiunt. Ceterum cum alijs punctis, significationis actiua esse posse, à uerbo וְנִמְלָא in secunda, & mercatoribus familiare sit alios defraudare, omisit Rabinorum punctis, non uideo, cur defraudatricem, aut calumnaticem dicere non possumus Tyrum, qua tota mercatura uacabat. Sunt enim qui gloriantur, & exultant, cùm quempiam defraudarint, ut est in Ps. 73. ubi uerbi est uoce וְנִמְלָא ab hac radice, quod nomen rem ipsam interdum fraude partam significat: unde 70. interpretes, Dominus uoluit dissoluere omnem contumeliam gloriantium, uerterunt. Filia Si- donis

donis: de ipsa Sidone intelligi possunt hæc, quod uidelicet ipsa gloriaretur in afflictione Tyri, quasi aliena esset ab illa tempestate, quam supra, ut erubesceret, seu pudeceret, si uidebat Tyrus: nunc autem, quod candem formem subitura esset cum Tyro, denuntiat propheta. possunt nihilominus et de Tyro intelligi, quasi antiquior fuerit Sidon Tyro, & Sidoniam eam edificari. Scio quidem dubium, controvrsijsq; esse apud probatos auctores, utra fuit metropolis Phœnicie: neque certum est, utra antiquior fuisset: mibi probabile est, Sidonem, qua in continentia erat, antiquiore fuisse Tyro, que in insula sita erat: sed hoc ad rem parum facit, prior sensus planus est. Non erit tibi requies, tibi quoque, scit & Tyro, accidet, ut in Cethim captiva ducaris. quod si hanc interpretationem sequaris, supra hebr. 10. de tota Cananide intellige, aduersus quam dominus prouocauit regna, ut pre- cipuas ciuitates eius Tyrum scilicet, & Sidonem perderent, id est, munitissima loca. Vbi uides non iuventas semper manere mercatorum fraudes, dominumq; eos, qui alienis bonis per uarias, ac non bo- nas artes se ornarunt, ut supra dixit, alleuiare, & manes reddere. ubi quoq; animaduerte, q; in re- gnorū uasatiōnib; quasi fatu, aut casu eueniunt, non licet nobis delicios, & fraudulentis esse. hoc etiam non prætreundū putari, quod uideatur Ioh. in Apocalypsi cap. 7. Antichristianorum ciuitatē per Tyrum intelligere; etiamq; eam non nominat. Vnde, inquit, ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretijs eius, quoniam una hora desolata est.

¶ Ecce &c. quid mirum, inquit, si Phœnices deuastentur? Chaldaei ferociissimi, ac ditiissimi popu- li, qui suas quoque munitiones habebant & turres, perseverunt, & dominus Babylonem subuertit cum turribus, & palatiis eius: quid si Phœnices mercionis gentem non ita bellicosam debet? si qua pre- ceßerunt de uastatione Tyri, ad tempora Alexandri referas, memineris hoc loco ab eo quoque deletum. Per Jarum, Assyriorum, & Chaldaeorum imperium. Talis populus: cum uulg. ita maluī uerte- re, tum quod sensum aptum facret, tum etiam quia multiplex usus pronominis: ita haec acceptio- nem non respuit. In captiuitatem. וְנִמְלָא coniunxit uulg. sequentibus, quasi sic uertisset, ad naues surgere fecerunt robustos &c. id est, in captiuitatem abduxerunt. & fuscitare uel excitare, non pro adficere accepit, sed iam domos adificatas subuertere: qui enim domorum fundamenta in lu- cem edicunt, excitare uideatur. Hec annotauit, ut nemo non bene expensis omnibus, audat uulg. interpre- tem reprehendere; & alium sensum apposui, qui non reiiciendus mibi uideatur: Assur fundauit eam nauibus, id est, aptam nauibus stationem: cùm enim ingentibus fluminibus alluatrig Tigri, & Eu- frate, ibi ingentem triremum numerum habebant Chaldaei: quibus uerisimile est, eos mare Persicum, atque Indicam oram annauigasse. nam infra cap. 43. legis Chaldaeos nauibus ouantes: & Babylon ipsa: dicitur cap. 21. mare desertum &c. וְנִמְלָא autem pro nauibus accipi, uide Dan. 11. & cum simplici iod, Num. 25. & Ezech. 30. huius nominis se Hieronymus hoc loco etymologiam non legisse dicit, neque Rabini assignant: uerisimile autem est sic naues a fiscitate (qua hebr. dicitur וְנִמְלָא) appellatas, quod sint in mari fixa, uelut insule. De alia acceptione dixi supra cap. 13. Robustos. nomen בְּחֹנוּ בְּנֵי וְנִמְלָא, id est, probauit, munitiones designat, quasi probata sint aduer- sus oppugnationes hostium: scribitur per iod, sed ut uanu proferendum. Domos, uel palatia: 70. turres, dixerunt: est nomen a uero וְנִמְלָא id est, eleuauit, subleuauit &c. Posuerunt eam: in hebr. est uerbum singulare, & ad Deum referendum. cum talis esset populus, cùm sit antiquissime ciuitas, cùm munitiones, & palatia haberet &c. tamen dominus demolitus est eam, & in ruinas re- degit. In hoc uerbi uicem, quā parum solliciti sim Hebrei de numeris, & genere.

¶ Vlulate: conclusionem repetit, quam iam supra protosuerat primo uerbi. Fortitudo. no- men וְנִמְלָא locum natura, uel arte munitionem designat. duplēcē autem habebat portum Tyrum, alterum apertum, alterum clausum, ut est apud Strabonem. uel igitur de fida statione nauium loquitur, uel de arce, qua naues defendebat &c. sed ego de statione, & portu intelligo, ad quem naues confu- gientur à tempestate, & uentis tutæ erant.

¶ Verbi 13. exemplo rei magis incredibilis ostendit posse Tyrum destrui, ex quo, quanta sit cæcitas, quam res prosperæ inueniunt, discere possumus, qui uideamus neceſſe fuisse exemplo ostendere ruinam contingere posse Tyro. hinc quoque quis sit usus casuum, & fortitorum cœuentum, quos alia regna. & prouincia expeririunt, habemus: ex uastatione enim Babylonie posset Tyrus, & Sidon, & aliae urbes sibi consilere. Alexander autem, qui Tyrum cepit, Babylonie prouinciam quoque subiungauit: Quod si de uastatione per Chaldaeos est sermo, exemplum quoque ad rem facit. nam & Babylon à Persis caſta est, atque diruta: cùm eam tamen florentissimam posſedissent per multos annos Assyri ab uxore Nini edificatam. uide Strabonem, apud quem etiam uidebis nauium usum in Babylone, & quo modo Alexander nauibus partim ibi consecuit, partim ex Syriaco mari plicatilibus per terram ad Eu- fratem adueniit, & in Babylone compactis, Arabes inuagisit, ex quo auctore dices. Tyrum terram noti-

bis licet ferè totā colapsam, & ab Alexandro obsidione captam, calamitatis omnes euicisse, & seip-  
sam nauigando instaurasse: naualis enim eius potentia, & apparatus signum est multitudine, & ma-  
gnitudo coloniarum: quas ad Iberiam usq; emisit. sed nescio, an de hac restaurazione hic sit sermo.  
Quid si cum populo Dei capti, & eodem tempore redempti sunt? certè propheta à restauratione uis-  
ibili ad inuisibilem per Christum statim transit, ut mox uidebis. Sicut dies regis unius: pauci-  
fimos enim resperias ultra septuaginta annos regnasse: adde, quod Hebrei atatem totam regis 70. an-  
nis circumscriptam uolunt, quid hanc excedere non soleant reges. Post septuaginta autem annos:  
sensum exprefit. Hebrei ad uerbum, à fine 70. amorum: ubi accipe expressum antecedens  
pro relatio, ut sèpe solent: quare reddidi, quibus explicet, ne opus sit particulari ullam supplere.  
Velut canticum meretricis, seu, canticum uelut meretricis, id est, dulciter, & suauiter canet,  
ut ad se alliciat gentes: ubi uides mercaturam rei meretricie comparari: habent enim maximam inter-  
se similitudinem concupiscentia carnis, ac diuitiarum.

16 Canc. יְמִינֵי de simphonie dicitur: est; sonare in instrumento musico, & Ps. 68. distingui-  
tur cantores à יְמִינֵי, qui sunt musici instrumentales: & de Davide dicitur 1. Sam. 18. David so-  
nabat manu sua &c. ergo hic cum sit infinitus secundus, reddere possumus, pulchritudendo: mul-  
tiplica, uel frequenta canticum, ut scilicet utrumque genus musica exerceat. est & quoddam mu-  
sicæ genus, quo alienatum à nobis Deum reuocamus, dum pectus, sceleris conscijs, pulsamus, gemitus,  
& lacrymas fundimus: ille uero nostri menor, cor contritum non despicit, & auribus percipit lacry-  
mas nostras; & rufus in amplexum meretricium, & peccatorum ruit amabilis illa puritas, qui &  
conuinium facit, & simphoniam adesse iubet redeunte ad se filio prodigo.

17 Visitabit: iam dixi multò augustioris significacionis esse Hebr. uerbum וְיָמֵן, quam Latinis ui-  
standi uerbum: hic curam habere, ac rationem dicere possumus: non enim in perpetuum irascerit  
Deus. Ad merces suas: credo legendum mercedem. nam uox Hebr. וְיָמֵן est à uerbo יָמֵן,  
id est, mercedem dedit, uel donum pro opere turpi, ut solent amatores iniiciem merendo tribuere:  
estq; synonimum cum יְמִינֵי, & וְיָמֵן, ut ex Ezech. liquido constat: & quamvis de mercibus,  
earumq; commutatione sit sermo, erat tamen metaphoræ seruanda: quod & mox explicat. Super  
faciem terræ: non est inueniusta Hebrei hac redundantia, & supplent participium uerbi substanti-  
ui, existentibus, uel qua sunt super faciem terra: ex omnibus enim regionibus orientalibus ad Ty-  
rum merces deferebantur, atq; inde in totam oram maris mediterranei, & contrâ. Vi igitur nobilita-  
tem temporij, & multititudinem negotiatorum significaret, pleonasmu usus est.

18 Mercedes eius: hic rufus merces in significacione superiori accipienda est: atque eadem noce-  
bū uti uoluit Iesaias, qua uis fuerat Moys. Deut. 23. quando prohibuit, ne merces meretricis infer-  
retur in domum Dei, non solum, ut de qua mercede loqueretur, insinuaret, uerum etiam propter my-  
sterium, ut scilicet adesse significaret, qui sanctificaret omnia immunda, & regnum Dei meretricibus,  
& peccatoribus patefaceret. Quo pacto autem lucra ex mercatura domino sanctificarentur: mox  
explicat: quod scilicet essent in uis seruorum Dei, cui opponit recondi, & reponi: hoc enim est au-  
rorum, qui in hoc seculo thesaurizant, neque sunt in Deum uiuant, quorum  
curam suscipit, etiam si sunt negotiatores, & à mercatura non abstineant; eam tamen sanctissimè per  
tractant, & iuxta consilium Apostoli, facile communicant uiuas suas, & in sinum pauperum eas  
malunt recomdere, quam ubi arugo & tinea uim suam exercere possunt, & fures effodere, & furar-  
i. Hic, quo, considera Christiane lector, quād liberali loquendi forma uis sit propheta.  
Erunt, inquit, habitantibus coram domino: illi erunt, ueluti illarum facultatum domini: ab alijs qui  
dem uelut iporum ministris acquirentur: sed ipsarum uis cedet seruis Dei, ministris domini, qui ei  
assistunt, qui domino perpetuo famulantur: neque illis est otium ad ea comparanda, que humanae uite  
sunt necessaria. ubi animaduerte in regno Christi illas facultates domino Deo sanctificatas dici, que  
in uictum, & uictuum seruorum Dei, & ministrorum domus eius expenduntur: & hec præstare Tyr-  
rios, postquam Deus eos uisitat, & illorum habet rationem: ut uel ex hoc loco conuincant heretici,  
qui præter mentem Dei esse, afferunt, atere homines; qui in ecclesia Dei die, noctuque domino assi-  
stunt, ac ministrant: cum ad saturatem usque arcas diuitium patere uelit spiritus Christi famulus suis:  
& quidem eos decet uicu, & quibus tegantur, contentos esse: at qui ea acquisiverunt, paratos ad satie-  
tatem usque illis suppeditare. Et ueliantur usque ad ueruflatem. ad uerbum, & ad operi-  
mentum durabile, id est, ut nunquam eis desit operimentum. quem sensum nequaquam reiçio: sed  
licet uerbis Hebreis ea significatio, quam omnes hic afferunt, tribuat, non alia est adhibenda interpre-  
tatio: non enim uictis diu duraturas significat; sed potius habituros seruos Dei ad manum, quo ue-  
simenta semper coemant: nihil enim hic frugale legis, sed liberalitatem spirant uerba. Ceterum alias  
interpretationem attuli, quam à nemine obseruatam hactenus uidi, ut sciat lector Hebreæ eam quo-  
que

que admittere, & ut ego quidem sentio, non contemndam. est ergo Hebreis uerbum וְיָמֵן anni-  
merauit, collegit, additionem fecit; & opponitur uerbo יָמֵן, id est, de summa, seu multitudine  
dotraxit, adeò ut hac duo uerba, duas primas arithmeticæ species, additionis, & subtractionis signi-  
fient: ab illo autem uerbo est nomen וְיָמֵן eiusdem significacionis cum וְיָמֵן, id est, annumeria-  
tio, additionis, collecta, collatio, contributio. Exod. 12. & Num. 27. quare si puncta auferas, hunc  
sensum subesse posse nemo uir doctus dubitabit: erit negotiatio eius ad comedendum ad saturitatem, &  
ad contributionem, seu collectam, seu collatione durabilem, qua non exhauiatur: sed semper habeant,  
unde eis necessaria suppeditentur. Similes uolebat Paulus collectas, & collationes, q; fiebant in sanctos;  
qui erant Ierosolymis, amplas, liberales, non ex tristitia, aut necessitate, neque parcas; sed que  
abundè sarcirent inopiam sanctorum: & uerisimile est ad hunc locum allusisse in epistolis suis, cùm  
de collectis in sanctos loquitur.

## Caput uigesimum quartum.

Noua.

Verus.

**E**CCE Iehoua euacuat terrā; & dis-  
sipat eam, & feedat faciem eius, &  
dispergit habitatores eius.

Et erit, sicut populus, ita sacerdos: si-  
cūt seruus, ita herus eius; sicut ancilla ita  
domina eius; sicut emptor, ita uendor; si-  
cūt qui dat mutuū, ita qui mutuū acci-  
pit; sicut oppressus debitor, ita qui irruit  
in eum.

Euacuando euacuabit terra, & diri-  
piendo diripietur: Iehoua locutus est uer-  
bum istud.

Luxit, emarcuit terra, excisus est, emar-  
cuit orbis: excisi sunt proceres populi ter-  
rae.

Et terra polluta sub habitatoribus suis:  
quia transgresi sunt leges, mutauerunt  
statutum, labefactauerunt pacium sacculi.

Propterea imprecatio ab lumpis terram;  
& abominabiles fuerunt qui inhabitau-  
erant: propterea adulsi sunt habitatores ter-  
rae, & relieti sunt homines pauci.

Luxit mustum; excisa est uitis; ingemu-  
erunt omnes lati corde.

Cessauit gaudium tympanorum; desijt  
streptus exultantium; cessauit gaudium  
citharae.

Cum cantico nō bibent uinum; amara  
erit sicera bibentibus ipsam.

Perfacta est ciuitas inordinationis; clau-  
sa est omnis domus extrinsecus.

Clamor est super uinum in plateis; oc-  
cidit omnis latititia; disparuit gaudium ter-  
rae.

Remansit in urbe solitudo stupenda, &  
ruina contudit portam.

**E**CCE dominus dissipabit terram,  
& nudabit eam, & affliget faciem eius,  
& disperget habitatores eius.

Et erit, sicut populus, sic sacerdos; & si-  
cūt seruus, sic dominus eius; & sicut ancil-  
la, sic domina eius; sicut emens, sic ille,  
qui uenit; sicut fenerator, sic is, qui mu-  
tuum accipit; sicut qui repetit, sic qui de-  
bet.

Disipatione dissipabitur terra, & dire-  
ptione prædabitur: dominus enim locutus  
est uerbum hoc.

Luxit, & desfluxit terra, & infirmata est;  
defluxit orbis, infirmata est altitudo popu-  
li terra.

Et terra infecta est ab habitatoribus suis;  
quia transgresi sunt leges, mutauerit ius,  
dissipauerunt foedus sempiternum.

Propterea hoc maledictio uorabit terram;  
& peccabunt habitatores eius: ideoq; infa-  
cient cultores eius, & derelinquentur ho-  
mines pauci.

Luxit uindemia; infirmata est uitis; in-  
gemuerunt omnes, qui latabantur corde.

Cessauit gaudium tympanorum; quietuit  
sonitus latitantum; conticuit dulcedo ci-  
tharae.

Cum cantico non bibent uinum; amara  
erit potio bibentibus.

Attrita est ciuitas uanitatis; clausa est  
omnis domus nullo introeunte.

Clamor est super uino in plateis; deser-  
ta est omnis latititia; translatum est gaudiu-  
m terra.

Relicta est in urbe solitudo, & calamitas  
opprimet portas.

Quia sic futurum est in intimo terræ, 14  
in medio populorum, quemadmodum ex-  
cussio oliuæ, quemadmodum racematio,  
postquam confundata fuerit uindemia.

Isti leuabunt uocem suam, congratula- 15  
buntur in magnificencia Iehouæ, hinnient  
a mari.

Iccirco in cavernis honorate Iehouæ, in 16  
insulis maris nomen Iehouæ Dei Israëlis,

Ab extremo terra psalmos audiuiimus,  
iucuditate iusto, & dixi; Secretum meū 17  
mihi, secretum meum mihi, ua mihi: ex-  
cursores excurserunt, & excursione excus-  
fores excurserunt.

Panor, & fouæ, & laqueus super te ha- 18  
bitator terra.

Erit autem: qui effugerit uocem pau- 19  
ris, incidet in foueam; & qui ascenderit è  
medio fouæ, capietur laqueo: quando-  
quidem fenestrae de excelso aperta sunt, &  
commouebuntur fundamenta terra.

Depastione depasta est terra; excisione 20  
labefactata est terra; amotione amota est  
terra.

Motione mouebitur terra, sicut ebrius; 21  
& amouebitur, sicut pernoctatorium;  
& grauis erit super eam transversio eius;  
& cadet, neque iterum surget.

Et erit: in die illo requiret Iehouæ su- 22  
per militiam excelsi in excelso, & super re-  
ges terra, super terram.

Et colligentur collectione uincti in carce- 23  
re, & claudentur in claustro, & post mul-  
tos dies uisitabuntur.

Et auertit faciem suam Luna, & pude- 24  
siet Sol, cum regnauerit Iehouæ tcebaoth  
in monte Tzion, & in Ierusalem, & in con-  
spectu seniorum suorum honor.

**V**AE in hoc cap. continentur, de uiuendo orbe intelligenti Rabini, quos sequuntur non nulli ex  
nostris: at res ipsa clamat, & uerba ipsa satis ostendunt de Iudea esse sermonem. mos autem est  
omnibus feri gentibus, cum de patria sua loquuntur, quod bene, aut male habeat, terram absolute  
nominare. in ea certè tempora hac conuenient, quando Israël, & postea Iehuda in capiuitatem du-  
eti sunt: in sequentibus enim dicitur, quod relinquendi essent paucissimi &c. multò autem magis qua-  
diunt in postremam uastationem. Disipabit. participium est hebr. פְּנַיִם uerbi פָּנָא, id  
est, evanescere: per præfens reddidi: nam præsentí quoque utimur, cum de re futura loquimur, quando  
iam rem inflare significamus. aliud etiam participium mox sequitur בְּנֵי uerbi, cuius tantum parti-  
cipia reperiuntur. at, ut ex Chaldaicis, quibus rei clause apertioñem significat, & ex cognatis uerbis  
conicimus, significat confringere, seu disipare, ut aliorum iniurijs pateat, uel murum, uel oppidum,  
uel uineam &c. uale, transposuisse uidetur significata, dum dicit, Disipabit, & nudabit, ordinem re-  
rum fecutus: Affligit. ego propriam significationem expesi: dicit ergo ciuitates, & muros dis-  
sipando; populum in captiuitatem abducendum; fædandum formam terra propter excisæ arbores,  
exustas

exustas segetes, uineta, & olineta; reliquos dispergendo per orbem uiuens. quæ an Iudeis conue-  
niant, quis dubiter?

2 Sicut populus &c. nulla condicione ratio habebitur: eadem fors, eadem calamitas, sacerdo-  
tes, & populum; dominos, & seruos; diuites, ac pauperes inuoluer. Sacerdos. uerbum נָבָּא non  
melius redire possumus, quam sacerdotio fungi, ministrare in sacris: hinc מֶנֶּה sacerdos, neq;  
propriè aliud notat. & quidem abusiuè interdum non est ecclesiastici officij, sed dignitat, & honoris  
nequaquam tamen principem abolutè designat, ut mentiuntur non nulli Rabini, Christi hostes; sed eos  
tantum, qui erant regi secretissimi, ut 2. Sam. 20. de Hira Lairiba, quod effet מְנַדֵּד David: & 1.  
Reg. 4. de Zabud: & in plurali 2. Sam. 8. filij David dicuntur: כָּהֲנָתָן: pro quo 1. Par. 18. habetur,  
filij David erant primi ad manum regis, id est, ad officia regis. qua ratione autem ad saculares mini-  
stros transferatur, vide infra cap. 61. Hic interim considera, quam indignum sit ministros domini ean-  
dem cum populo fortem subire. usurpant autem Hebrei notam similitudinis in utroque extremo, quan-  
do mutuam comparationem, & omnitudinem collationem explicare uolunt, quasi dicant, erit populus,  
sicut sacerdos; & sacerdos, sicut populus. Sicut qui reperit &c. sensum expedit: ego priorem  
uocem pro debitore, & oppreso accipi puto: posteriorē uero pro repetente, & opprimente. nam po-  
sterior construitur cum א: uerbum autem propriè irruere significat; & sine regimine pro, oppres-  
sum esse, accipitur. infra cap. 41. Situ oppresa; & Ierem. 51. Obruta, seu oppresa est fortitudo eo-  
rum: cum א autem significat irruere in aliquem, ut feneratores facere solent exigendo credita,  
& in debito esse duriores, sicut dominus eorum ingenium depingit Math. 18. atque in hoc modo si-  
gnificandi accipit interdum א pro א, ut hoc loco uides. Ex his propheta uerbis colligit Christi-  
anus lector, quam meritò parvi sicut à prudentibus, ac sapientibus uiris speciosi isti tituli ac digni-  
tates, quibus alii alios desideramus antecellere, atque ea omnia; quæ a nobis uel iniurias tolli pos-  
sunt: illa autem bona meritis magni fieri, quæ nemo perturbare, nemo auferre potest, quæ scilicet  
animo constant, non fortuna, aut lingua, aut opinione hominum. alios itaq; virtute antecellere, stu-  
dium sapientis erit.

3 Defluit. de ijs rebus dicitur uerbum נָבָּא, que amittunt succum, uiorem, uim, sensum &c.  
ulg. uolunt seruare paronomasiā, quæ in Hebreis uerbis est ablāb, nablāb: ideo dixit, luxit, de-  
fluxit. Infirmata est altitudi. uerbum est plur. cum nomine singulari, quod collectuè capitū;  
& accipitur pro nobilitate, id est, nobilibus, & regni proceribus: hos excelsos, seu eleuatos uocare  
solet scriptura: hic eleuatos populi, id est, qui in populo sunt, quasi proceræ arbores alii brevioribus  
comparati. nec quominus hec de Iudea intelligas, te conturbet nomen orbis: nam א supra 13. de or-  
be Babylonico dicitur, & 14. similiter de particulari orbe.

4 Infecta. uel polluta: nam פְּנַיִם ut iam supra dixi, est rem aliam speciem preferre, quam  
antea habuerit: nostri uerbo contaminandi, aut polluendi reddere solent: infici autem sub aliquo He-  
breis est, ideo pollutam rem reddi, quod id super se habeat: sicut sub aliquo contremiscere terram,  
est insolutum, & importabile quid, & indignum perpetrare, quod nequeant homines ferre. Prou. 30.  
Sub tribus contremiscit terra, sub seruo dominante &c. ita contaminari sub habitatoribus est, uel eo  
tantum nomine pollui terram, quod tales habeat habitatores: unde uulg. ab habitatoribus, alii pro-  
pter habitatores: ego hebraicum retinui, quod significantius est. Leges. supra dixi de nomine  
פְּנַיִם, quod latius pateat, quam nominlegis. פְּנַיִם etiam statuta in generi significat; sœpe tamen  
pro riubus, & ceremonijs capitū: ego hic nomine פְּנַיִם in plurali pro פְּנַיִם accipio, id est,  
pro politice constitutionibus, & legibus, quibus uita humana conservatur, & tranquillitas in rep-  
qua præcepta iudiciale vocant scholastici: at פְּנַיִם pro ceremonijs, ut dixi; בְּנֵי uero pro deca-  
logo: hic enim peculiari fæderis, seu pacti nomine censetur: terminatio autem illa לְמִנְיָה, id est, sa-  
culi, seu antiquum, ad singula membra referenda est. uniuersam itaque legem dicit ab illis uolari, &  
iudicia quidem, & leges politicas, quæ sunt, ueluti repugna quedam, & ualla, ne in illicita prouum-  
panus, dicit transgressos, ueluti indomita animalia, & petulantæ pecudes: ritus autem, & cultus,  
quæ statuta firma, & certa esse oporebat, dicit mutasse, conuulsisse, abrogasse, tanquam irreligio-  
nos, superbos, ac uerbi Dei contemporares; at fædus, quod cum Dœo ferierant, quod sanxerant, in quo  
fides utrinque data fuerat, & conuentiones declaratae, dicit illos labefactasse: est autem labefactare  
fædus, irritum facere; ita loquitur Paulus ad Gal. 3. Lex non facit irritum testamentum, id est,  
fædus. singulis ergo nominibus propria uerba accommodare proprie uidebis: atque eos dannare, tan-  
quam in Deum proteruos, superbos, atque fadifragos, & perduelles. Ceterum quod פְּנַיִם non  
tempiternum dixi, sed pro antiquo interpretatus sum, id preter autoritatem scripturae non est: nam  
Gen. 17. dicitur, Data terra Chanaan in possessionem פְּנַיִם, id est, diu duraturam. & Deut. 32.  
Recordare dierum seculi, id est, priorum. Malach. 3. Grata erit oblatio sicut in diebus seculi, id  
o iiij

est, olim; ne Iudei putent ex hac uoce posse se probare, aut circumcionem, aut alia legalia in aeternum fore obseruanda. Nota quoque hoc loco, quod supra dixit terram euacuatam, deformem, luetu, & marore confectam, & marcidam; hic unico vocabulo pollutam dicere, quod enim in hominibus faciunt sceleram, hoc in terra ipsa, & regno faciunt scelerum punitioes, & paue, ut sunt inundationes, siccitates, terrae motus, & huinsmodi mala, que, nisi fallor, Apostolus dicit gemitus, & ueluti parturientis dolores, quibus plenus est orbis, non quod id natura sua habeat, sed propter hominem: is enim culpa sua fecit, ut terra perpetua spe melioris condicioneis laborare uideatur, quando uidelicet homo plene restituit, toti creaturae suam pulchritudinem, & gratiam restituat.

6 Est in Hebreis paronomasia non inuenista, alab, aclab, maledictio deuorauit, absumpit &c. Maledictio. נָא propriè adiuatio est, qua quis cum imprecatione mali astingitur: & quia in huinsmodi imprecationibus ingentia mala solemus imprecari, crediderim non nunquam pro ipsis malis sum, ut hoc loco, & Ieremi. 29. Tradam eos in imprecationem, & uastitatem &c. quanquam in hoc Ieremia loco esse in imprecationem sumi posset in hunc modum, Faciam, ut cum quis alteri malum ingen uoluerit imprecare, dicat, Veniat tibi, quod uenit illis &c. sicut dare in benedictionem hunc sensum habet. addo, quod in pacto siebant imprecations, ut dicitur Deut. 29. & Ezecl. 16. Impropereat dominus, quod despiciunt imprecations, & labefactassent pactum. barum uigil impetrationum, que erant in lege, in labefactantes pactum meminit hic prophetas, quod scilicet terra in desolationem ire iuste imprecations pacti. Peccabunt: ego propriam uerbi significationem retinui, quod non tam peccare, quam propter culpam, uel panam esse affilandum, exhibilandum, ac proinde abominandum, uel propter penam significat. quare uerbum peccatoris hoc loco in uulg. ad reatum refer, & panam, id est, pro peccatoribus, & reis habebuntur, & abominatione erunt, uel potius fuerunt: quia coniungitur uerbo proteriti deuorauit. Insanient. uerbum נְנִינָה aduiri propriè significat: hinc ad ardorem irae transfertur, in qua significacione uidetur uulg. accepisse: ego pro adiustione simpliciter accipere, sicut quando Iob 30. hoc uerbo usus ait; Os meum adiustum est siccitate. comparatur autem calamitas in scripturis igni, uerbis tantum ergo differre existimo, quod praecepit, maledictio deuorauit terram, & adusti habitatores eius. Derelinquentur homines pauci: hebraismu[m] merito uitauit: relinqueret homo paucus. Hoc uerius, & sequentibus aperiit uideare licet, qui sint fructus, & effectus transgressionis, & fractionis diuini fæderis, ut cum talia experimus, cauam non ignoramus, aufert enim sua beneficia ingratis Deus, & ut est apud alium prophetam, liberat lanam suam, panem suum, & uinum suum, tanquam ab iniustis possessoribus, & tyrannis; & eis relinquit, que ipsos decent, tristitiam, luctum, clamores, ciuiliatus, & similia.

10 Attrita est: uerbum propriè est frangere, & de dissipacione murorum uidetur esse sermo. Vanitatis: hic illud nomen est, quod initio Genes. inanem dixit uulg. Terra erat inanis: & iuxta etymologiam intellige inanitatem, seu uanitatem, qua dictur de re, qua aliqui ordinem debitum rerum habere posset, illoq; caret: dictur autem initio terra fuisse inordinata, indigesta, non redacta in ordinem, ut que non montibus, non uallibus, non pratis, non hortis, non sylvis, non agris esset distincta; sed rudis quedam, indigetaq; moles. hic ego ciuitatem inorditanam, & ruidem accipio; quod gubernatione, magistratibus, iudicis, mercionis, cultibus, & sacrificiis, ceterisq; huinsmodi rebus, que in florenti reip. Statu certis locis, temporibusq; peraguntur, careret ad solitudinem: unde mox addit, Clausa est omnis domus &c. quod accidit propter pestem, bella, & huinsmodi calamitatis. Nullo introcunte: sensum expreſſit, ut potuit uulg. interpres: nam quod alij uertunt, Ne quis ingrediatur, est non intelligere hebreis, de quo cap. superiori uers. primo, sicut enim utuntur Hebrei a domo, pro intrinsecis; ita & ab introiendo, pro extrinsecis. quando autem dominus ab interiori parte clauduntur, habitatores habent, neque est in ciuitate solitudo: quando ab exteriori parte clausa sunt, indicium est manifestum solitudinis.

11 Clamor super uirum: inopiam esculentorum, & poculorum notat, nomen clamorem, qualis est queritorum, significat, seu uociferationem, que excitatur, quando plures simul capere, uel emere uolunt eandem rem, ut sit famis tempore: uel intellige querimoniam, que fieret propter uini inopiam. Deserta est latitia: אַבְגָּד uerbo aduersa pascendi recte uertas. Iud. 19. & Sam. 17. notat itaque gaudium. quasi cursu suo peracto, ad finem usque deductum: sicut enim dicitur de die, quod ad uesperam tendit, & de sole, quod occubuit, uel occidit; sic quia gaudium diuinum luci comparatur, dicitur gaudium occidisse, & ad occasum peruenisse. sensum ergo expreſſit uulg. nam נְבוּנָה desertum quoque designat, quod, tanquam nomen, accepisse uidetur.

12 Oppresit. manifestum est uulg. hic uerbum נְבָבָה in actua uoce accepisse: neque enim tunc Biblia punctata erant: at nunc legunt Hebrei puncta uocis paucissime, & supplet prepositionem in, id est, contusa est iama in ruina, uel tumultu: mihi tamen magis placet lectio uulg. quod ruina continuatur.

derit portam, seu portas. sensus idem est. Planum est autem in portis suis propugnacula, & turres: has dicit collapsas, & munitiones omnes ruina communatas. hic de ciuitate Hierosolymitana dicta non dubito. Pro solitudine dixi suspendam solitudinem, ut aliquo pacto exprimerem um uocis Hebreice: de qua cap. primo, & sepius iam dictum est, quod notet gestum horrentium, abominantium, seu admirantium.

13 In medio: Iudea in scripturis sape dicitur medium terra: nec dubium, quin iuxta dimensione geographorum Palestina in medio, uel circa medium habitati orbis esse uideatur: uel dicitur futurum in medio terra, & in medio populorum pbrai Hebrei, id est, in regione, cui nihil deesse posse uideatur, et plaga orbis hominum ferociissima, nempe Iudea: a qua uideatur impossibile, homines posse exterminari, & tantam fore solitudinem, ubi erat hominum maxima frequentia, iuxta promissionem Abraham factam, ut maiori admirationi esset oratio; sicut si diceret, futurum est, ut in mari non repariantur, nisi tres guttula aqua, aut in litora maris paucissima arcule. Quomodo si pauca: uulg. paraphrastem egit hoc loco: ego uerbum uerbo reddidi, quod non obscura effet oratio: excusione enim olio uocat hebraismus baccas oliuarum; que post excusione, que in orbem, & circumquaque fit, remanent in extremitibus ramorum; quemadmodum & racemationem uocant racemos, qui oculos, manusq; uindemiantur effugerunt. Fiet, inquit, excusio generalis, ac uindemia uniuersalis in Iudea: & immensa hominum multitudine interibit: pauci autem non nulli, qui remanserint, isti excutientur, & deracemantur. de quibus reliqui mox sequenti uerbu loquuntur. Certè in uastatione Iudeæ sic prosis sese res habuit, præserit in ea, que per Romanos facta est. Memineris autem hic lector non tantum corporalis deuastationis, sed illius etiam spiritualis, quam fecit infidelitas, ac peccatum: ex immensa enim illa strage pauci, & reliquia quedam salua facta sunt. de quibus iam dixi esse apud hunc prophetam frequentem sermonem, immo esse totius libri præcipuum argumentum, & ueluti scopum. Ut autem intelligeremus de uastatione ultima prophetam loqui, ait 5

14 Hi leuabunt &c. hinnient de mari, id est, ab occidente: ita enim sape occidentalem plagam uocat scriptura, quod mare mediterraneum ad occidentem esset Palestina. At quando, quoque, reliqua Iudeorum ab occidente laudarunt Deum? non de Assyria, non de Caldea dici potest, quod ad occidentem essent. certè uastata Iudea, reliqua eorum trans mare mediterraneum in Greciam, Italianam, Germaniam, Galliam, atq; Hispaniam translate sunt. Cum glorificatus &c. ad uerbum reddidi. In magnificientia Iehoua, hanc autem magnificentiam, seu glorificationem dicere possumus fuisse, quando imperium Romanum iugo Christi collum submisit; tunc certè reliqua Israelitici populi Apostoli, Apostolicq; uiri, & quos ipsi primos conueterant, letabundi glorificabant Deum, & congratulabantur gloria Christi; & gentes, quas ad ueritatis agnitionem adduxerant, ut plauderent manu, invitabant, & uiblarent Deo in uoce exultationis, quod subiecisset populus ipsis, & gentes sub pedibus ipsorum. quod enim gaudium fuisse putamus seruorum Dei, cum Romanos rerum dominos, seruos Christi effici uideant?

15 Propter hoc, uel super hoc, super hac re, nempe quod Iudeos perdidit, & eorum reliquias seruauerit, que esent ueluti semen fidei, in toto orbe; Honorare Deum, Barbaræ nationes, & qui à Iudea, & uita instituto, & toto orbe dissidentis. Certè mysterium intellexit Iesaias, ut mox uidebis: et Iudeorum ruinam reparationem gentium, & eorum diminutionem, diuinitas mundi esse praedit. In doctrinis: hunc subesse sensum putauit uulgatus, Postquam ita à domino factum est, ut uos pauci Israelita in regione gentium dispergantur, ibi dominum agnoscentes, docete gentes, & doctrina uestra dominum glorificate. uocem enim דָבָר solet doctrinas interpretari, quod lux sit doctrina. uox autem hoc Hebreis cognitionem habet cum derivatis à uerbo נְבָבָה, qua doctrinam, & institutionem notant: ita etiam interpretatur יְהוָה in pectorali sacerdotis, non quod non intelligeret uocem, luces significare, id est, lapides lucidissimos, sed mysterium olfaciens, intelligebat per luces, & perfictiones, seu integrates, doctrinam cum uitæ integritate coniunctam à sacerdote requiri, ut nemo sit tam argutus, qui dum non uult à imperitorum Rabinorum, uel latum unguem, discedere, uirum doctum, & sanctum Hieronymum statim audeat reprehendere, quasi à Iudeo quopiam deceptum, cum planū sit hos ipsos censores nullibi non à Iudeis, qui scripserunt, seductos: nisi non turpis sit à scribente, quā tecum colloquente decipi. Sed ad rem redeo. Ego aliam interpretationem attuli, quod non interpretata est, & נְבָבָה non pro nullibus accipio, sed pro caueris, que luce carent, quasi opposita significacione sua radici: quanquam posset esse ab נְבָבָה, ut ferè idem notet, quod nomen נְבוּנָה, id est, caueria, de quo supra cap. 11. intelligo ergo cum quadam uiro docto, Troglodytas, qui נְבוּנָה, id est, specibus, in quibus habitant, nomen sortiti sunt: de quibus uide Plin. lib. 5. cap. 8. huinsmodi homines olim sub Aegypto uersus mare rubrum habitabant, supra modum barbari; per hos autem intelligit propheta ceteras barbaras nationes, quibus mox iungit insulas maris, id est, ex-

- tremos quoque populos, & toto orbe diuisos, quales erant Europei respectu Iudeorum, & quales sunt nunc habitatores noui orbis, qui ad occidentem est; qui nunc quoque Deum laudant ad fidem Christi conuersi. intellige ergo moribus, & situ à Iudea longè remotas gentes.
- 16 A finibus terræ &c. innitauerat gentes ad celebrandum Deum, & Dei misericordiam; nunc ita factum esse significat. Ab ala, inquit, terra (sic enim finem, & extremitatem vocant Hebrei) audiimus decantari psalmos, qui iusfo illi Christi domino uocundissimi sunt. mos enim fuit omnium Christianorum primis illis ecclesia temporibus psalmos, & hymnos Christo domino decantare, præfertim in antelucanis cætibus; qui mos tantum apud ecclesiasticos nunc retinetur. vide Tertul. in apologetico. hos psalmos, has laudes per appositionem vocat prophetæ incunditatem, quod res esset domino acceptissima: & quos per caernas, & insulas maris intellexerat; hos nunc extremi habitatores orbis vocat. Secretum meum: ita malui transferre secutus uulg. & paraphrasten Chalda. quād cum alijs macilentiā, aut maciem: nam licet ἡγεμονία macrōsēre significet, & in usū sit hæc formatio, ut à uerbis in την de finibus fiant nomina mutata in Iod: ad rem tamen, de qua est sermo, magis appro secreto. nam neque ἡγεμονία pro macie alibi reperitur. at Chalda in usū est ηγεμονία, & ηγεμονία pro secreto: & Hebreis in usū est nomen ηγεμονία, cuius etymon ignorant Rabini, & principes uerunt, quod tamen, ut ex locis, in quibus reperitur, coniicitur, non simpliciter principes notat, sed eos, qui post reges sunt, qui secretis consultationibus principum adhibentur, & à secreto appellationem habent. sunt ergo hæc nomina à radice, que non est in usū ηγεμονία, id est, secretum fuit. Rabi quoque Ioseph, & Rabi Salomon cum uulgato sentiunt; & quia bis hic ponitur, duo secreta Iesaiæ reuelata dicunt, ultionem uidelicet, ac salutem: quod à Chalda in hoc loco mutuati sunt. Neque duobus dicit, non semel ab conditum fuisse prioribus generationibus; illis autem temporibus revelatum fuisse Apostolis, gentes uidelicet esse heredes, & comparticipes &c. neque dubito; quin ad hunc locum Iesaiæ respexerit: qui ait, se hoc in secreto contineat, & sibi tantum id indicatum esse, quasi dicat, non uult dominus hanc rem palam omnibus fieri, sed inuolatam permanere: nos diceremus, tacere uolo, silere uolo: quod solemus dicere, postquam aliquid copiis aperire, quod tamen silentio premerre oportebat: uel precipitur mihi, ut taceam; precipitur mihi, ut taceam, & ne exponam, quid sit psalmos audiri à finibus terra, & gratissimos esse psalmos gentium iusto. Sed non potest se contineat prophecia, quin dolorem suum prodat ob perditionem populi sui: unde ait; Vnde mihi, heu me miserum, quod expounens R. David, licet inimicus mysteriorum Christi, non animaduertens quid diceret, ueritatem fassus est. Quando uentur am, inquit, uidi ultionem in Israele tempore redēptionis; quando confabuntur, & non remanebunt nisi iusti; pinguedo carnis meæ macrūt: (nam ηγεμονία pro macie accepit) propterea ua mibi, quia multi sunt inter eos prevaricatores, qui consumendi sunt uniuersi. De uerbo autem ηγεμονία, quod est excurrere, uel incurrere ui, & iniuria, seu direxere aliorum, suprà dixi cap. 2. repetitione autem nominum, & uerbi multitudinem peccantium, & quod ex animo peccatis, & iniurijs dedici essent, designat.
- 17 Formido, & fouea &c. his translationibus solent Hebrei seriem malorum se inuicem excipiētiū significare: quorum qui quedam uult fugere, in alia, & fortè maiora incidit, ut Latinis. Incidit in Scyllam cupiens uitare Charybdis: estq; paronomasia in his uocibus, qua solent gaudere prophetæ: cuius uenustatem Latinis non possumus exprimere, pahad, uapaha th, uapah; pavor, & fouea, & laqueus.
- 18 A facie: in Hebreo est, à uoce; sed apud Ieremiam, ubi eadem sententia legitur, est à facie. idem ergo est. pauorem uero, uel terrorē, quem hostes terram ingredi incusserunt, intelligere possumus. Cataracta. nomen παράσημον est foramen à uerbo, quod insidiari, uel ex insidijs erumpere, uel proficere significat: dicitur de camino Osee 13. de columbarum fenestris infra 60. de fictijs autem fenestris in calo, seu aere, quas uulgo dicimus tempore diluvij, & ingentium imbrum fieri, seu aperiri, dicitur Gen. 3. & 2. Reg. 7. & hoc loco. hic ergo, ueluti forma proverbiali, dicitur apertura fenestrarum celi, & commotio fundamentorum terra, pro grauiſſima tempeſtate, & maximis periculis, qualia sunt in magnis inundationibus, uel in terremotibus. His itaque magnis calamitatibus, periculis comparantur illa, que Iudei perpessi erant à Romanis: de quibus usque ad finem capituli etiam loquitur.
- 19 Confirmatione &c. infinitum sunt cum uerbo proteriti, aut futuri positi, Hebraico idiotismo, tum ad confirmationem rei, de qua loquuntur, tum etiam ad augmentum, & amplificationem, depascendo de pesta est terra, porest etiam reddi, male habendo, male se habuit terra. nam & hanc significacionem habet uerbum γέγοντι, quando absoluēt ponitur; estque tam culpa, quād pæna. sed hic de pena est

- est sermo. uulg. rem exprefit.
- 20 Auferetur, amouebitur: de habitatoribus, & de ornatu Iudeæ intellige. comparatio autem per noctatorij continet non solum facilitatem, seu celeritatem in re, uerum etiam nullum doloris sensum in auferente, & diripiente, seu in captiuitatem ducente, quasi rem consuetam, & que ut sic fieret, ex spe etare uidebatur peragat. Grauabit eam. hic, quoq; lector uide uenustam antichesim, tanquam res leuis, & parui momenti, aut ponderis auferetur: grauatur autem transgressione, seu defectione: grauitas enim, & pondus peccati eam leuem, & transportationi aptam redditur. in his quoque uerbis grauabitur, & cader. altera similitudo latet: tacite enim comparatur iumentis plus aequo onus, quæ sub onere labuntur. Tanta, inquit, fuit terra iniquitas, & noxa, ut non ualens pondus sustinere, collapsa sit. Non adjicet ut resurgat: non iterum surget, stabit, consulet de ciuitate Ierusalem non iterum adificanda, & Iudea ad suum splendorem, & dignitatem non ultra restauranda sub Iudeis principibus, intelligere oportet, uelint, nolint Rabini.
- 21 Militiam cali, uel excelsi. quando nomen οὐρανός coniungitur nomini excelsi, uel celorum, dicitur uel de militia Angelorum, ut 1. Reg. 22. uel de sole, luna, stellis, ut Genes. 2. uel figuratè de ministerio, seu cultu in templo, infra 34. & Dan. 8. quo pacto etiam hoc loco accipio, pro militia scilicet, & ministri templi: qui, sicut Angeli in calo Deo, ita illi ipsi domino in templo & assistunt, & ministrant, nam & ingredi in militiam est peculari phrasij fungi ministerio ecclesiastico. Num. 4. & alibi. quod autem templum, & propitiatorium in scriptura celum dicatur, manifestum est. Deut. 26. 1. Reg. 8. &c. In excelsis: supple existentibus: sicut mox super reges in terra, qui scilicet sunt in terra: de quibus pleonaſmis iam suprà dictum est. Hic interim uide, quantum praefit dignitas sacerdotalis regia: illi enim in excelsis habitant, reges super terram: illi similes angelis dicuntur; isti homines mortales &c. qua propter si illi in homines degenerant, maiori periculo ruant, necesse est: uerum, quod dicitur de regibus, facit, ut membrum superius pro sacerdotibus accipiat. Super utrosque ergo tam principes ecclesiasticos, quād secularies requiruntur se dicit dominus, & rationem eorum habentur, ut pro meritis paenas luere faciat, quasi impunitas, qua hacenus abusi fuissent, non nisi ex indulgentia, & quasi inaduentia domini coniuentis accidisset. hoc indicat uerbum τρόπος.
- 22 Congregatione unius fascis. nomen οὐρανός uinculum notat simpliciter: hinc uulg. pro fasce accepit, qui uincitur, & constringitur; & nomen οὐρανός, ac si esset in forma regiminis, accepit, (nam interdum etiam in reg. ηγεμονία non uenit in την) sensum potius, quād uerba uolens exprimere: ego ad uerbum reddidi, nisi quod nomen singulare οὐρανός in plurale mutauit, uincti. nam collectiue illo utuntur Hebrei, ut supra 10. & infra 42. In carcere. recte uulg. ἡγεμονία pro, in, accepit, ut Gen. 27. In gladio tuo uiues: & infra 38. Psalmos nostros psallemus in domo domini. Post multis dies uisitabuntur: hac enim est uia prepositionis τοῦ, ut preposita nominibus temporis significet, post. Hic locus torſit plurimos, eos praefit, qui hoc caput de uastatione seculi in die iudicij accepterunt: hinc Millenarij, hinc Origenista decepti: ego certe, cūm figuratus sermo sit prophetis adeò familiaris, ut raro absque figuris loquantur, non video, (praefit cūm id non exigat series precedentium uerborum) cur hanc collectionem, seu congregationem uincitorum regum, & sacerdotum non accipiamus de conclusione tam corporali, quād spirituali sub peccato infidelitatis, sub quo uicti detinentur, quoque ingrediatur plenitudo gentium.
- 23 Et erubescet Luna: hanc luna erubescientiam, & solis confusionem intellige ob excellentiorem gloriam, splendorem, & maiestatem regnantis Christi, quād significet occultandum luminarium cæstrialium splendorem, propter splendorem Christi; quemadmodum splendente sole lumen stellarum delitescit. hunc itaque defectum metaphorice erubescientiam, & auersionem oculorum vocavit. Hic habes gloriam euangelij, gloriam regni Dei: quam Apostolus Paulus sepe commemorat, quod magis splendeat, quād facies Moysi; quodque tanta sit domini IE SV gloria, ut Apolloli eius gloriam, ueluti specula, excipientes ob ingentem uitutem, & efficaciam gloria illius in claritatem, & ipsi quoq; transformarentur, essentq; lucidissimi, ueluti soles, in ore. disparet profecto omnis alia claritas, omnis alia maiestas, si cum maiestate & gloria illius conferatur: quia Deus cum esset, maiestas est in carne, iustificatio est in spiritu; apparuit Angelis; prædictus est gentibus; creditus est mundo; assumptus est in gloria. uolent ergo propheta nullam alterius rei gloriam huic esse comparandam significare, elegantissime id confusione luna, & solis significavit, quod maius lumine esset Christus dominus luminaribus illis magnis.
- In monte Sion, & Ierusalem: nemo hic cum Iudeis, aut Millenarijs decipiatur: hic enim nominibus uelabam prophetæ quæ dicebant de regno Christi. Senum suorum: manifestum est, hoc nomen tam in singulari, quam plurali interdum non tam etatis esse, quād dignitas, & officij publici in administratione cum economicis, politica, & ecclesiastica. Verba autem Hebreæ cum sensum generant, quem uulgatus exprefit: ego uerba uerbi reddidi, Et

in conspectu seniorum suorum gloria , uel honor . quando uidelicet dominus fuerit gloria , id est , glori-  
osus coram senioribus suis , primis illis ecclesie principibus , Apostolis domini : uel si supplex uer-  
bum substantium , hic erit sensus ; & in conspectu seniorum erit gloria , quasi eam semper specula-  
turi sint : neque facies . auertent , etiamque gloriam solis excedat : non erunt , sicut populus Iudaicus :  
non ponet dominus super faciem suam uelamen : seniores eius , ueluti aquile , aciem oculorum in gloria  
eius figent ; ut ad hunc locum alluscerit Apostolus , in illis uerbis , que supra apposui ex epistola 2. ad  
Corinth. cap. 3. Hic locus facit ad consolationem piorum , quod non despondant animum , neque admis-  
tentur inanem gloriam regnorum mundi , sed malint ad regnum Christi pertinere , quod , sicut non est de  
hoc mundo , ita eius gloria , splendor , dignitas , & magnificencia , iste omnia pudeſcere facit , &  
disparere . hic quoque animaduerte , quod cum de gloria Christi sit sermo , eum uocet nomine Iehoua :  
quod nunquam , nisi uero Deo , tribuitur , testibus etiam ipsis Rabbinis .

## Caput uigesimumquintum.

Noua.

**I**EHOVA Deus meus es tu , extollam te : celebro nomen tuum ; quia fecisti ardua confilia à longinquu , fidem , ueritatem .

Quia posuisti ciuitatem in tumulum , urbem circumunitam in ruinam , palatiū alienorum ne sit ciuitas , in aeternum non adificabitur .

Iecirco honorabunt te populus obſtrutus : ciuitas gentium praevalidorum contient te .

Quia fuit munitio exhausto , munitio egoen in angustia constituto , protecțio ab imbre , umbra ab æstu : quandoquidem spiritus praevalidorum est , ueluti repentina inundatio [ in ] parietem , ueluti æstus in siccitate .

Fremitum alienorum humiliabis , æstum umbra nubis : palmes praevalidorum opprimitur .

Et faciet Iehoua tcebaoth omnibus po-  
pulis in monte hoc conuiuum pinguium ,  
conuiuum uinorum aſſeuatorum : pin-  
guum medullatorum , uinorum aſſeuato-  
rum .

Et præcipitabit in monte hoc faciem in-  
uioluci inuoluci super omnes populos ,  
& tegumentum , quod expansum est super  
omnes gentes .

Præcipitabit mortem uictoriosè : & ab-  
ſterget ſuſtentator Iehoua lacrymam ab  
omni facie ; & opprobrium populi ſui auferet  
de uniuerſa terra : quia Iehoua lo-  
catus est .

Et dices in die illo : Ecce Deus noster iſte , bic

Vetus.

**D**O MINE Deus meus es tu : exal-  
tabo te , & conſitebor nomini tuo ;  
Quoniam fecisti mirabilia , cogitationes  
antiquas fideles amen .

Quia posuisti ciuitatem in tumulum ,  
urbem forte in ruinam , domum alieno-  
rum , ita ut non sit ciuitas , & in sempiter-  
num non adificetur .

Super hoc laudabit te populus fortis : ci-  
uitas gentium robustarum timebit te .

Quia factus es fortitudo pauperi , fortitudo  
egeno in tribulatione , spes à turbine ,  
umbraculum ab æstu : spiritus enim robu-  
storum , quasi turbo impellens parietem .

Sicut æstus in siti tumulum alienorum  
humiliabis : & quaſi calore sub nube tor-  
rente propaginem fortium marcescere fa-  
ciones .

Et faciet dominus exercitum omnibus  
populis in monte hoc conuiuum pinguium ,  
conuiuum uinorum aſſeuatorum : pin-  
guum medullatorum , uinorum aſſeuato-  
rum .

Et præcipitabit in monte isto faciem  
uinculi colligati super omnes populos ,  
& telam , quam orditus est super omnes na-  
tiones .

Præcipitabit mortem in sempiternum :  
& auferet dominus Deus lacrymam ab omni  
facie ; & opprobrium populi ſui auferet  
de uniuerſa terra : quia dominus locutus  
est .

Et dices in die ; Ecce Deus noster iſte , exspecta-

Noua.

Vetus .

hic , intenti ipsum exspectauimus , & salua-  
uit nos : hic Iehoua , intenti ipsum exspe-  
ctauimus , exultabimus , & latabimus in fa-  
lute ipsius .

Requieſcet enim manus Iehoua in mon-  
te hoc , & atteretur Moab sub eo , sicut te-  
ritur palea in madmena .

Ex expandet manus suas in medio eius ,  
quemadmodum expandere solet , qui na-  
tat ad natandum : & humiliabit superbiam  
eius cum perforatione manuum eius .

Et munitionem exaltationis murorum  
tuorum prostrabit , humiliabit , deiſciet in  
terram usque ad pulu-  
rem .

exspectauimus eum , & saluauit nos : iſte  
dominus sustinuimus eum , exultabimus ,  
& latabimus in salutati eius .

Quia requiescat manus domini in mon-  
te iſto , & triturbabit Moab sub eo , sicut  
tertrunt palea in madmena .

Et extendet manus suas sub eo , sicut ex-  
tendit natans ad natandum : & humiliabit  
gloriam eius cum allisone manuum eius .

Et munimenta sublimum murorum  
tuorum concident , & humiliabuntur , &  
detrahentur in terram usque ad pulu-  
rem .

**D**E F L E V E R A T ruinam patriæ , populique sui perfidiam , & non nihil hac in re carni-  
indulſſe nidebatur propheta . iam tempus erat , ut perfectum uirum ageret , & quomodo ſe ha-  
beant in huicmodi Dei indicij ſeru domini , in ſeipſo exprimeret . Exaltabo te . uerbum propriè  
in altitudinem euehere eſt , corporis primū , deinde ad alia , que etiam prouehuntur , transſertur , ut  
cum ad dignitates quempiam ascendere facimus , aut laudibus euehimus &c. de laudibus hic sermo eſt .  
Mirabilia . q̄d singulare eſt , ſed paſsim collectuē capit , & rem ardiam notat , quam homines  
arte , aut ratiocinatione aſſequi nequeunt : de quo non nihil ſuprà cap. 9. ubi uulg. Vocabitur ad-  
mirabilis . Cogitationes : uox non nudas cogitationes & ſimplices notat , ſed eas , que in nobis ma-  
nent post deliberationes , que ſunt , ueluti ſtrata , & fundamenta , ſuper que actiones , quaſi adi-  
camus : ſunt ergo ueluti conſultationum conſluſiones : confilia dicere poſſe : nos etiam in uulgarifer-  
mone cogitationes , ipſa confilia , ac ſententias uocamus . per appositionem autem ardua illa , & mira-  
bilis opera , que Deus feciſſet , uocat confilia antiqua , uel ut eſt in hebr. à longinquu , id eſt , que à  
multo tempore deceverat facere : quod Paulus dicit ante tempora ſecularia , id eſt , antè quām eſſet  
& tempus , & ſeculum , aut mundus ; ſic etiam accipienda puto nomina , que ſequuntur fidem , uerita-  
tem , id eſt , fidei , & ueritatis plenißima . in hunc enim uſum abſtrahit utuntur Hebrai ; quod &  
uulg. aſſecutus eſt , cogitationes antiquas fidelas , amen , id eſt , ſtabiles : ſeruauit enim uocem hebr.  
qua interduum eſt approbantiſ : eius autem propria significatio eſt ueritas , firmitas : ſed pro aduerbijs  
utuntur nominibus Hebrai frequentiſimè , ut ſit interduum idem , quod uerò , ut in euangeliō Amen di-  
co nobis . epitheta ergo diuinarum cogitationum , ſeu confiliorum ſunt antiqua , fidelia , ueracia , pri-  
mum leuitati ; ſecondum inconstantia ; tertium mendacio , aut certè inuictus crediderim opponi . hac  
omnia in eſſe iudicij illis , que admiratur Paulus ad Rom. oportet fideles fateri : iuxta qua factum eſt ,  
ut Iudei laberentur , & gentes ad dignitatem eorum adiſcerentur : de quibus eſt in hoc capite prope-  
tæ ferme .

**I**am que ſint ardua illa , & ſtupenda , que dominus fecerit , aperit . Posuisti ciuitatem :  
hebr. posuisti ex ciuitate , in &c. credo eſſe phrasim , qua nos uitur , Ex ciuitate aceruos lapidum fe-  
cisti . Tumulum . h̄i eſt in genere conuolutio , ſeu uoluto , ſeu res ipſa , que uoluitur : dicuntur de  
aquis frequentiis ; hic de lapidibus in aceruos redactis , uideatur dici ; recte per aceruos , aut tumulo-  
lapidum uertas . Hec ciuitas Ierusalem eſt , qua fortis , & circumuitta erat muris . Domum  
alienorum , uel palatum : eſt enim à uerbo τοῦ , quod celſitudinem notat : habitationes autem  
principum excelfores ſunt ceteris : ipsam uero ciuitatem hoc nomine uocat , quod tota eſſet regia , &  
superbè adiſicata ; alienorum uerò , ſeu extraneorum , quod a uero Deo alieni eſſent , poſtquam legiti-  
mum regem , ac dominum negarunt , & ſe ab eius regno per infidelitatem extorres fecerunt . unde eos  
uineam alienam , & filios alienos , & non filios ſcriptura uocat . Ut non ſit ciuitas : ad uerbum  
ex , uel à ciuitate , quaſi phrasim cum uulg. ferè omnes accipiunt . poterit & alter ſubiffe ſenſus , hanc  
contemnendum ; poſuisti palatum , ſeu domum alienorum à ciuitate , id eſt , ciuitate priuati , ut ad tuam  
ciuitatem nihil pertinerent ; totam infidelium domum , ac familiam damiſti , ne ciuum tuorum confe-  
rentur nomine : non ad domum Iſrael , non ad ſemen Abraha , non ad ueram ciuitatem Ierusalem per-

tinerent: sed cum filiis serua, que in seruitutem generat communerarentur. hinc sensu furent phrasis, & sententia. In aeternum non &c. uerba non coniunctum non rediscandam Ierusalem, nam tempus quoque finitum designant: at alijs sunt loci, ex quibus id colligitur, ut superiori cap. uer. 20. &c. faciunt tamen aduersus Iudeos, qui ex hac uero uolunt probare legem Moysis esse perpetuam, quia Deus vocavit legitima sempiterna, iusus hac uocem non sicut.

3 Laudabit. Hebreis כבב honorabunt, honorem deferent, iudicium tuum comprobantes; quod digni malos malè perdidis, & uincam tuam alijs locaueris &c. Populus fortis, ciuitas gentium robustarum: ego proprias significations apposui: sensus idem. de ciuitate fidelium est ferme tam ex Iudeis, quam ex gentibus collecta, qui ad fidem Abraham pertinent: quia amplexati sunt semen Abrahæ Christum, inverti in bonam radicem ex misericordia, qui cum essent non populus, non gens, gens stulta, ut vocat Moses, cum essent pauperes, debiles, claudi, ad mptias filij Dei vocati sunt, & ciuitate donati, ut essent iam non hostites, & aduenæ, sed cines sanctorum, & domestici Dei. isti ergo cum illis, qui non cecidérunt, neque scandalizati sunt, Iudeis, quibus non fuit Christus in ruinam, sed in resurrectionem, qui non fuerunt rebelleri lumini, laudabunt, honorabunt, & perpetuò colent dominum, qui se indignos vocauerit in regnum dilecti filii sui, & in fortem sanctorum.

4 Fortitudo pauperi: ecce quos vocauerit fortis, & qua ratione facti sint præualidi. erant pauperes, ut dixi ex euangelio, & extra ciuitatem, cœci, ac debiles ante quam vocarentur: erant exhansti (nam id propriè sonat nomen Hebraum) ut quibus nulla suppeditabant uires, quibus ueras dinitias possent apprehendere: erant egeni, omnium rerum indigentes, ut qui perpetuè desiderijs diuexarentur: (id enim sonat nomen נבכ ) præda patebant, & ducebant à demonijs, quo uolebant: denique tales, quales Paulus ad Ephes. & alijs multis locis depingit: hos vocatos honestauit, ditanit, ab iniurijs liberauit, & de potestate tyrannorum eripuit: infiper, & fortis, ac præualidos reddidit, ut non solùm in tuto ipsi essent, sed & bellum inferrent illis, a quibus captivi teneantur; & in celum rapuerent. In tribulatione: ad uerbum, in angustia illi, id est, que illi, que illum premebat: uel in qua ipse erat: ego sensum reddidi, egeno in angustia constituto. Spes à turbine. non protectionem, seu latibulum propriè designat, & interdum ad spem, seu fiduciam transfertur. Et quoque id, quod repente, & precipitanter irruit, significat: dicieturque de uebementibus imbris, & de ijs, quas efficiunt, inundationibus. uulg. de uento intellexit, qui turbinat, & repente fertur. pro imbre hic primo loco uidetur accipi, mox pro inundatione. Turbo impellens parietem: participum impellens supplevit uulg. Sunt enim tantè duo nomina ירְאֵל repentina inundatio parietis, id est, in parietem: explicat enim quid nō vocauerit imbretem repentinum, & astum: de hominibus, inquit, loquor: spiritus enim hominum præulidorum, eorumque superbia, & fastus, quo inflati in alios feruntur, non minus alijs damnos est, quam impetus aquarum ex repentinis imbris collectorum, parieti, in quem fertur: neque minus fratribus molestis sunt iniusti isti, & violentie amici, quam astus in locis aridis, in quibus neque aqua ad extinguendam sitim, neque arbores umbrosæ, que umbra astum temperent, reperiuntur: damnois ergo sunt, & molesti, ac graues.

5 At dominus fremitum superborum, & frementes tyrannos humiliat: astum quoque, & efflantes ipsos, ac molestantes, siue protegendo uclit nubes, asefert, & eorum posteritatem delet: credentes in Christum ex Hebreis præde patebant incredulis: diuexabantur ab ipsis, proscribabantur, carceribus, & morti trahebantur: at eorum ciuitatem succedit Deus, superbos humiliavit, molestias, & iniurias abstulit: & hanc ob causam ingentes gratias domino retulerunt servi Christi. Possimus & hec omnia aliter accipere, quod ceteri populi, & ciuitates uidentes, que passa esset Ierosolymitana ciuitas, timerunt Deum, & eum glorificauerunt, & ab iniurijs absoluuerunt, cum uiderent, atque intelligentes Dei ingenium, qui pauperibus subuenit, & superbos deprimit: pauperes protegit, & eos, qui eos aduovere solent, opprimit: ut factus es, idem sis, quod esse soles. hic sensus planus est: at superior mysterio plus quadrat. Illud, Sicut astus insiti, ad uersum quartum puto pertinere, ut alter incipiat, Tumultum &c. & est supplenda dictio aduersativa, quam sive omittunt Hebrei, res ipsas tantum oppositas opponentes: quasi dicat, isti quidem istis rebus similes sunt, & non minus noxijs, atque metuendi: at tu domine tumultum, fremitum &c. Humiliabis: hebr. facies curvari, & ad animum refertur. Quasi calore sub nube torrente: uerba Hebreæ hunc habere sensum posunt, quem uulg. expreſſit ea sequentibus coniungendo: possunt nihilominus sic quoque uerti: astus in umbra nubis, id est, calor inter umbrosas nubes, quasi dicat, affliges propaginem præulidorum astu, seu calore, qui è medio umbrosarum nubium prodiit: solaribus enim radiis non late diffusis, sed ueluti condensatis, & medius nubibus vibratis in unum locum, sol uebementis dicitur aduere, hunc sensum affectus uidetur uulg. non ergo inconfiderat flagellantus. Poteris quoque tria membra facere

facere, ut uides in interpretatione mea: comparauerat enim tyranos inundationi, atque astui: de primo dixit, eorum tumultum humiliabis: at astum in umbra nubis, id est, auferes nubis beneficio; palmites quoque, & eorum filii, ne patrum mortem vindicare uelint, aut patres imitari, opprimentur.

6 Non sunt in hoc, & similibus locis audiendi Rabini, quandam ciuitatem dixerat destruclam, & nunquam rediscandam, nempe materialē illam; alterius uero nempe fidelium meminerat, Ierusalem scilicet nouæ ex nouis creaturis in Christo adunatis, à qua ablegauit omnes incredulos: hanc nunc uocat sanctum montem Tzionis, & hanc omnibus patre significat, atque in ea dicit dominum coniuio laetissimo excepturum omnes gentes. Certè hac est illa cena dominica, ad quam admissi sunt gentes, postquam dominus iurauit, quid nemo uirorum illorum, qui uocati erant, gustaret cenam suam. coniuum autem dicit constare ex pinguis, & medullatis carnibus, atque ex optimo uino, que duo sunt in coniuiis potissima, per quae certea intelligi prophetæ: quibus etiam aduibrat spiritales cibos, & mensas, que paratae sunt in ecclesia Christi ad fidelium alimoniam, & spiritales delicias: inter que primum locum habet sacramentum corporis, & sanguinis domini. Vindemia: nomen est hebr. quod singulari caret סִמְרָה, & a custodiendo derivatur: significat autem uini reliquias in dolio, que & suaves, & odoriferæ sunt. ego asseruatum uinum dixi, quid non aliud nomen haberem: neque enim est uinum, quod Latinus faciat uocant, id est, ex facibus expressum, sed quod immediatè supra fecerit. est autem in hoc uerbi uenustissima paronomasia in uocabus Hebreis, quam hic litteris Latinis uolui apponere, ne quis horridam, & infuam lingua Hebraam putet; faciet dominus in monte hoc miste semaniam, miste semarim: semaniam, memuhaim, semarim, mezukakim.

7 Præcipitabit. uerbum יְרַדְּךָ precipitationem quandam notat, sed eam potissimum, que sit in ab sorptionibus, & in deuorationibus, seu in deglutiendo: hinc ad aliarum rerum precipitationem transfertur: iccirco hic uertere posse uerbo absumenti. Vinculi וְיַחֲזֵק hic in eadem omnino formabis ponitur: at uulg. primo loco uinculi secundo, dixit, colligati: est autem à uerbo, quod inuoluere, seu uelare significat, ut inuolucrum dicere posse, uel uelamen: neque alibi inuenuitur hoc nomen in scriptura in hac significatione: & quidem non nulli Rabini secunda loco, ut participium accipiunt, cum uulg. neq; malè: sensus autem id est. R. Dauid nescio, quid de regum mundi felicitate hic somnit: neque mirum: non enim intellexit mysterium Christi; Et adiuc uelamen super cor eorum postum est. ego certè idem, quod secundo membro repetit, existimo hic significari: & faciem inuolucris uel inuoluti, nihil aliud uocare, quam inuolucrum multarum facierum, id est, quod expansum plurimum spaci occupat: hoc mox dicit tegumentum, quod expansum est super omnes gentes. Precipitanter auferet, inquit, dominus, ac subito disperare faciet inuolucrum, quod inuolutum est super omnes populos, id est, quo omnes populi obvoluti sunt, seu uelamen uelatum super omnes populos, id est, quo uelati sunt omnes populi. Et telam: est nomen מִצְבָּה à uerbo צָבָה, quod fundere significat: & sicut Latinus fundere ad liquidis transfertur ad non liquida; (nam & fusum exercitum, id est, sparsos hostes, & fusum aerem, uaporem, uelamen, & cetera dicunt) ita hebr. & aliquanto audacius hoc uerbum ad solidam, que quoniam docunque expanduntur, seu extenduntur, transferunt: hinc nomen ipsum ad operimenta, & stragula transfertur: ut interdum sit idem, quod operimentum in genere: uulg. itaque non reclamante origine uocis, telam dixit: nam & ab hoc ipso uerbo est nomen, quod lictorium, seu peltinum textorum, per quod fila flunt, significat מִצְבָּה. iccirco etiam quod sequitur, appositum uerbit, Quām orditus est: quam fudit, quam expandit: est enim participium significationis paſtus eiusdem uerbi. תְּנַסְּבָּה, quasi dicat, telam expansam, fusam: nos tegumentum expansum aperte uertimus: nam obscurum erat, quis effet orditus telam. Sed habemus de grammaticis significationibus, quas omnino prius tenere oportebat: nam earum ignoratio in obscuris locis sacre scriptura uiros alioquin doctos precipites dedit: & ne ab eadem similitudine longius recedamus, ut mea est sententia: cum nihil sic faciat homines ruere, aut precipitari, quam implicatio, obscuritas, operimenta, & ipsa denique cæcitas: cum de ablitione harum rerum per dominum montis Tzionis propheta loqueretur, aptissime eodem uerbo usus est, dicit enim: Dominum precipitaturum ea, que ad precipitatum gentes adducebant, nempe ignorantiam, seu cæcitatem, qua, ueluti quodam uelo, seu amplissimo tegumento per omnium nationum animos diffuso, non erat qui, quæ eundum esset, posset intelligere; neq; erant, qui Deum aut agnoscerent, aut sicut Deum glorificarent: in monte autem illo, dato per dominum discipulis spiritu sancto, a quo edociti posset docere omnes gentes, disciendum est uelamen: non tam enim fecit dominus salutem suam, & in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Frequens autem in scripturis est uelamin ad ignorantiam declarandam similitudo: nam & uelamen super cor Iudeorum adiuc positum dicit Paulus, & auferendum, cum conuerſi fuerint ad dominum 2. Corin. 3. Negue discissio illa ueli in templo aliud, credo, notabat, quam de domini mortem sanctissima & occultissima queque omnibus patre; neque in cæcitate mansuros, nisi qui uelamen suis manibus iterum su-

per oculos ponerent, aut sese Deo huūis faculi, cuius est mentes excācere, ne fulgeat hominibus splendor euangeli, tradarent: de quibus Paulus ad Ephes. 4. Testificor, ne iam ambuletis, sicut gentes, tenebris obscūratum habentes intellectum, alienati à uita Dei per ignorantiam, que est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, non erat autem in postremo loco hoc beneficium Christi collocandum. Quod si quis de regno peccati uult intelligere, quod regnauit super omnes, nam & Chalda. hic principatus meminit, qui erat super omnes nationes, non repugno.

- 8 Precipitabit. de uerbo יְהָיָה superiori uerbi dīstūm est, quod precipitantiam notaret, præsertim in cibis etc. quare Paul. 1. ad Cor. 15. uerbo absordēti reddidit hac ipsa uerba Iesaiā: ubi pro in perpetuum, reddidit, in uictoriā; quem secūtū sum in uerbiō. nam uerbiō יְהָיָה, quantum coniūcē possum, significat urgere, instare, perducere operas uictoriōs, magna animi contentione ad finem usque: hinc יְהָיָה uictor, triumphator, epitheton Dei gloriōs. 1. Sam. 15. Uictor Israēlis non mentietur &c. id est, Deus Israēlis est talis, ut cuīcat ac persicat, si quid semel decreuit, & quod dixit, opere exequatur. hinc etiam nomen, quod cum uerbis est aduerbiū, quod significat actionis, uel rei, de qua dicitur, uictoriā, seu excellentiā. affinit autem sepe יְהָיָה à fronte, ut hoc loco, id est, ad uictoriā, in finem, perpetuo, prorsus: habak, primo; Non peruenit ad uictoriā iudicium, ad executionem, seu finem: sicut Paul. ad Heb. 7. dicit nihil ἐπελαστήριον, id est, ad finem adduxit lex, id est, ad executionem, atque consummationem. & hunc Iesaiā locum sic uerbit: absorpta est mors in uictoriā, uolens significare, quod absorpta morte uicerit, & præualuerit, regnetque, & triumphet uita, atque adeò quidem, ut nullum amplius ius, siue imperium habeat mors: uel absorpti mortem uictoriōs, omnino, seu in perpetuum. sic 1. Theb. 2. peruenit autem in illos ira Dei in finem. Quid si uocem hanc ad modum, quo mortem uicit, referas, quod uidelicet instando maximē operi, & summo nixu, torisque uiribus operi redēptionis infestis, quoniam tandem eam ab nobis propulsauerit, surgendo ipse quoque à mortuis? absorbere ergo mortem uictoriōs, est animo ad uincendum parato operi redēptionis incūmbere, quo delenda, & absorbenda, erat mors: ob quod dicebat dominus, se coarctari, donec persiceretur. ut sic quoque accipiatur illud Ioam. In finem dilexit eos, id est, tanquam qui uincere ceteros amore decreuisset, & ad finem usque amoris pertingere. Et auferet. יְהָיָה est abstergere, seu abſtergendo delere, & loco mouere. restituī itaque mundo uitam, & eam uitam, qua non finiat: uita enim gratia, uita eterna dicitur: & qui dominum audiit, & eius uerba seruat, mortem non uidebit in eternū: transit enim per mortem ad uitam. Neque hoc tantum p̄ficit nobis dominus; sed ut tranquillam, letanij uitam ducre possemus, ut qui suos illis bonis contentos faciat, qua nulla uis auferre posīt. hoc significat lacrymarum abſterſio. Opprobrium: nullum maius excogitari potuit in toto orbe, quam Dei creaturas, honorem creatoris lapidibus, & lignis, immo & immundis spiritibus tribuere, hoc opprobrium ablatum est. Suprà quoque cap. 3. dixi nomen מִזְרָחַ de opprobrio dici, quod in re, aut opere consitit, id est, deformatione, defloratione, deuastatione, & corruptione &c. qua sit per gladium, per famem &c. ut Ierem. 5. & Ezech. 36. qua interpretatio huius quoque loco conuenit, modò spirititaliter intelligatur: qua enim hic patiuntur serui Christi, ea non opprobria, non deformitates, & damna reputant, sed laetitia, sed gloriam. Quia dominus locutus est: haec, inquit, ita, ut dixi, futura sunt. nam dominus ea futura dixit, nequa alia indigent confirmatione.
- 9 Et dicet, id est, eo tempore dicetur, & paſsim in ore omnium huiusmodi uerba sonabunt. Ecce Deus noster &c. qua abhuc uila controversy continent congratulationem ob filij Dei in carne praesentiam. Ecce Deus noster iste. dupliciter potest reddi pronomē יְהָיָה: primò, ut accipiatur relativè, simul & demonstratiuè, ut solet, quando postponitur, Ecce Deus noster, iste est, quem exp̄ctauimus: sic accipitur Ps. 74. Montem Tzion illum, quo habitasti &c. & Ps. 104. Locum illum, quem fundasti &c. & Prou. 23. Obtempera patri tuo illi, qui te genuit &c. uel simplicius, ut nibil aliud sit, quam uerbum adest. Ecce Deus noster adest: nam pro uerbis substantiis sp̄rpat frequenter: priorem tamē uerionem probō, iste est, quem intentis oculis, animisque prestatolamur: nam uerbum יְהָיָה gestum quoque notat; qualis est nimis anxie exp̄ctauimus, translatione facta à perspectiua, ut supra iam annotauī, & infra 28. dicitur. Et sanauit nos: in præterito legendum est, quomodo cuncte Hebrei puncta apponant; ita ut exp̄ctauimus, iuxta nostram sp̄m, ita factum uidemus. Iste dominus, uel hic est Iehoua; hic, quem uidemus oculis carnis nostra, est natura, atque essentia Deus: priori enim loco vocauerat Helōm, quod nomen creaturis quoque tribuitur; ideo diuinatis nomen Iehoua ei statim tribuit. Sustinuimus eum: est idem uerbum, quod hoc ipso uerbiō uerbo exp̄petandi reddiderat. Exultauimus: uerbum יְהָיָה tam in prima, quam in tertia propriè dicitur, cùm quis reuelat gaudium cordis externi gestibus: uerbum Grecum ἔγχων, non multum ab Hebreo diffonat, quo utitur Luc. cap. 1. Exultauit pro gaudio infans &c. Et exultauit sp̄ritus meus

meus &c. neque aliud habemus, quo aptius reddamus. Iustum, inquit, est: gestiamus, exultemus, & tristitiam omnino à nobis abigamus: quorum expectationi Deus noster adeo satisfecit, ut cum uide-re, eius praesentia frui, eiusq; salutem oculis cernere, manibus contrectare, auribus audire, ore gurgitare concessum est. Quod audimus, inquit Iohannes, quod uidimus, & manus nostra contrectauerunt, de uerbo uite &c. neque video, qua tristitia obrepere possit animis, beneficium redēptionis dignè considerantibus. Abcant Iudei aut dicant, quomodo, quibus ueerbis manifestius potuisset pro pheta salvatorem Deum, hominemq; significare, si uoluisse. nam si quæ procedunt, de coniuicio, de opprobrio, aſſerendo de lacrymis abſtergendi, de morte precipitanda, seu abſorbenda, non de Messia dicta contendint, indicent, quo, nobis, in quem hac conueniant. quod si de tempore Mefistoe intelligenda sunt; quomodo in illa die dicetur, iste est, quem exp̄ctauimus; iste est Iehoua; hic Deus noster, si Deus non est? quid signis ostensionis opus est, si non possent ostendere? si de calo per hominem tantum saluauit, sat fuisse dicere, Sic uis exp̄ctauimus, ita saluati sumus; gaudeamus, Deo gratias agamus &c. Sed cœos omittamus. In salutari, uel salute: infra 49. In die salutis adiuui te: & Gen. 49. pro salvatore, seu salute accipere licebit, Salutare tuum, uel saluatorem tuum exp̄ctabo: loquitor enim de Christo. nam & Simeon ad hæc uerba Iacobis reficiens ait, Viderunt, oculi mei σωτηριον tuum.

10 Requiesceret manus: manus domini esse super aliquem, dicitur tropo hebr. pro gratia, & favor, ut Esdr. 7. Dedit ei rex, iuxta manum Iehoua Dei sui super ipsum, omnem petitionem eius, id est, pro magno illo favore, quo persequebatur Esdrām Deus, siue per Dei gratiam: ita usurpat Esdr. 8. & Ps. 80. Sit manus tua super uirum dexterā tua, id est, appareat uirtus tua, siue auxilium tuum ad nos liberando &c. manus autem non nō est quiescere manum domini in aliquo, uel super aliquem: quo etiam uerbo uitiori scriptura 2. Reg. 2. Confedit spiritus Helia super Heliūm, quem nunquam postea deseruit. accipe ergo hoc loco perpetuitatem favoris, auxiliū, & uirtutis domini in ecclesiis filiis Dei, ut sit, quod dominus in euangelio promisit; Ecce ego nobiscum sum usque ad consummationem saeculi. neque solum ut faueat protegendo, sed ut hostes quoque debellat, ut mox aperit. Hic tamen in terim considera hanc quoque esse exultationis cauſam. nam dicere possem, qui Christum non uiderunt in carne; Vos qui uidistis, exultate; sed nobis qua causa letitia? his respondent, Manus domini quieuit in monte hoc; consedit in ecclesiā sua; hic in eternū manet, ibi adest; nobis quoque est ea-dem letitia ratio: beati enim qui, et si non uiderunt, tamen crediderunt. Triturabitur Moab: intellige omnes hostes populi Dei: nam tempore huius prophétie res erat: cum Moabitis, quos subegit Ezechias: & huiusmodi nominibus exceccantur in prophétie Iudei. In Plauſtro. quod תְּמִימָה plauſtrum dixit, nemo uitio uertat: nam sentientiam tantum reddere curauit interpres. est autem יְהָיָה Sterquilinium seu finuctum, quasi quod in silentio, seu quietem redactum sit, à uerbo יְהָיָה, ueluti denominatiū, quidam deducunt predictam uocem: neque alibi legitur hoc nomen in scriptura. Construō autem exigit Hebrei aliud uerbum motus, sicut tritūratū in Sterquilinio, id est, sicut stramentum communū, quod in Sterquilinio mittitur, non defuit tamen, qui מְרוֹמָה dicant esse nomen urbis, Moab. Ierem. cap. 48. dicitur. מְרוֹמָה, quod certè nomen est urbis Moab: cuius nomen interpretatur ibi uulg. silens, foris ut exprimeret allusionem ad nomen: nam propheta id innuere uidetur, cum dixit, Madmen conticescit, uel tacebit, מְרוֹמָה: que sane interpretatio mihi arridet: uerisimile autem est, quod ad Moabitas uerba faciem propheta urbis Moabitarum meminerit: uerum cùm de palearum tritūratio agitur, farū semper de ea est sermo, qua sit, dum frumentum exsūtitur: uel de ea, que in uero erat in Palestina, & in oriente: quam com memorat Hieronymus hoc loco ob fœni panuriam: quo sit, ut uulg. merit plauſtri meminerit. Interpretationem de Sterquilinio inuexit R. Daud: cuius tamen pater, ut ipse ait, pro nomine proprio hic accepit.

11 In medio eius, seu in intimo: perseverat in metaphora natantium, & Iudeam, id est, ecclesiā comparat mari: in qua Moabit, id est, hostes populi Dei, rari imbellis, & in periculo, undique aquis circumdati reperiuntur: que condicō in seruos competunt, & seruitutem crediderim his loquendi formis, ac figuris significari. addē, quod est gestus sepe humiliantum, & se deuictos fatentium, toto corpore, brachijs extensis prosterni. fortè etiam allusio est ad quoddam gentilicium denotionis genus, qua etiam apud quādam barbaras nationes in usu est, ut currui, quo uenit idolum, sepe in via prosternant, ut medi⁹ præſtantur rotis currus. qua re se Deo gratissimum obsequium præſtare arbitrantur. Cum allusione manuum: est hoc loco magna varietas: neque constat uel ipsis Iudeis de significatione uocis מְרוֹמָה: est quidem de radice constat, que infidili signifcat seu insidias struere: atque hinc deduci nomen מְרוֹמָה, id est, foramen, de quo 24. cap. uers. 18. Quid igitur impedit, quominus hic pro perforationibus accipiamus? neque aliud est, eum

perforationibus manuum eius, quād quod uulg. dixit cum allisōne manuum eius: quāe enim collidunt, perforantur. hoc est simplicissima interpretatio. Vir tamen quidam doctus, quia radix insidiari significat hoc nomen, predationes interpretatur. Quid autem alii afferant, uideat apud ipsos, & iudicet prudens lector: ego uulg. reflexti uertisse arbitror: nam hēc locutio conuenit cum ijs, que precesserunt, tritetur ab eo; expandet manus suas in medio eius &c. quid si puncta negligas, ut interdum opus est, aliis sensus his uerbis subesse potest, à superioribus longe diverlus, sed non propterea contemnendus is sic habet. Et humiliabit superbiam eius populus insidiarum manuum eius, id est, populus, qui battenuis infidijs Moabitarum erat expositus, nempe Israelite: dy enim, certum est, populum significare cum altera motione. cetera patent.

<sup>12</sup> Concidit: in hebr. est oratio affīna, & in singulare, ut interpretatus sum. sensus idem est, & in uerbis uideatur esse gradatio. curuabit, seu curuari faciet, humiliabit, deiecit: yū autem est tangere, & in tercia attingere facere: nos diceremus faciā, ut osculetur terram, sic Ezecl. 13. Attin gere faciam eū ad terrā: ubi uulg. adaequabo eū terra, & est sermo de pariete: id Latini deiecerū dicunt. & illud; Vsq; ad puluerē, omnimodam diectionem designat, ut non maneat super faciem terra lapis super lapidem. Notus quoq; hebraismus est, munitionem exaltationis murorum, pro munitione sublimum murorum, ut dixit uulg. Ceterū sicut Moabitas hic intelligi hostes ecclesiæ; ita per eorum munitiones & muros altitudinem extollentem se aduersus scientiā Dei intelligimus, & munitiones illas, quas Paulus affirmat suis se armis destruerre, ut in captiuitatem redigat omnem intellectum in obsequiū Chri sti 2. Cor. 10. qui locus ita hunc explicat, ut ad hunc allusisse mibi uideatur Apostolus. Sed de hac captiuitate, ac uictoria plura in sequentibus. His autem omnibus conuenit ultima illa interpretatio uerius superioris: populus enim ille, qui infidijs infidelium initio uidebatur expositus, armis illis, quæ commemorat Paulus, mundi superbiam deiecit; & omnes mundanas sublimitates subuertit: quandoquidem imperium Romanum cum Roma mundi dominia illis cessit. quam uictoriā animo uolens propheta, simul & novam Ierusalem animo contemplatus, uastata illa impiorum hominum & homicidarum ciuitate, canticum prophetico more annexit.

## Caput uigesimum sextum.

Noua.

Vetus.

**I**N die illo cantabitur canticum istud in terra Iehuda, Vrbs obsfornata [est] nobis: saluator ponet muros, & propugnaculum.

Aperite portas, ut ueniat gens iusta, fidelites seruas.

Cogitatio firma: seruabis pacem, pacē: quando in te speratum erit.

Confidite in Iehoua assiduè, assiduè: quia in Iah Iehoua est petra saeculorum.

Quia incuruauit habitatores excelsi, ciuitatem altam humiliauit: humiliauit usque ad terram; deiecit eam usque ad puluerem.

Cōculcabit eam pes, pedes inopis, plan ta exhaustorum.

Semita iusto, aquitates: rectam orbitā iusto regulabis.

Quanto magis semitam iudiciorum tuo 8 Iehoua intenti te exspectauimus, ad nomen tuum, ad commemorationem tui, desiderium animæ.

Anima

**I**N illa die cantabitur canticum istud in terra Iuda, Vrbs fortitudinis nostræ: saluator ponetur in ea murus, & antemurale.

Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens ueritatem.

Vetus error abiit: seruabis pacem, pacē, quia in te sperauimus.

Sperasti in domino in fæculis aternis, in domino Deo forti in perpetuum.

Quia incuruabit habitantes in excelsi, ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam usq; ad terram; detrahet eam usque ad puluerem.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

Semita iusto recta est, rectus callis iusto ad ambulandum.

Et in semita iudiciorum tuorum domine sufficiuimus te; nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.

Anima

Noua.

Vetus.

Anima mea desiderauit te de nocte; immo & spiritu meo, in intimo mei diluculo quæram te: iuxta iudicia tua erga terram iustitiam discent habitatores orbis.

Consequatur improbus misericordiam, nequaquam iustitiam didicit: in terra re-stitudinum iniuste aget, & nequaquam uidebit magnificientiam Iehoua.

Iehoua eleuata est manus tua, ne uideat: uideant, & pudeant zelantes populi, insuper & ignis hostes tuos absuimat.

Iehoua colloca pacem nobis: quandoquidem omnia opera nostra tu quoque operatus es nobis.

Iehoua Deus noster subiugarunt nos domini præter te: tantum in te commemo-ramus nomen tuum.

Mortui non uiuent; gigantes non surgent: ad hoc requisisti, & aboleuisti eos, & abiluisti uniuersam recordationem eo-rum.

Addidisti genti Iehoua, addidisti genti: gloriosus factus es: longe amouisti omnes fines terra.

Iehoua, in angustia requirunt te: effundunt oratoriam [ quando ] castigatio tua eis.

Sicut granida [ quæ] appropinquabit ad partū, dolet, exclamat in doloribus suis; sic fuimus à confitu tuo Iehoua.

Concepimus, parturiuimus, ueluti pe-perimus sp̄iritum salutum: nequaquam con-fecimus terram; neque ceciderunt habitatores orbis.

Viuēt mortui tui; corpus meum resurget: expurgescimini, & ouate cohabitatores pulueris: quia ros matutinus, ros tuus, & terram gigantium ruere facies.

Abi popule mi, ingredere in penetralia tua, & clande ualas tuas per te: abdere circiter modicum momentum, donec transseat furor.

Ecce enim Iehoua egreditur de loco suo, ut requirat iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suos, & non operiet ultra super interfectos suos.

**H**O canticum dicit decantandum in terra Iehuda: est enim fidelium canticum; & quorum est ueritatem, quam agnouerunt, & corde crediderunt, ore ad salutem confiteri. Vrbs fortitudinis nostræ, id est, habemus urbem fortissimam, obfirmatam, munitissimam: Hebr. hanc orationem per dandi casum cum uerbo, quem supp. afferunt: urbs obfirmationis nobis, filicet est, nostra

P ij

Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane uigilabo ad te: cūm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.

Misereamur impio, & non disset iustitiam: in terra sanctorum iniqua gesit, & non uidebit gloriam domini.

Domine exaltetur manus tua, ut non uideant: uideant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

Domine dabis pacē nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Domine Deus noster possederunt nos domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui.

Morientes non uiuant; gigantes non resurgent: propterea uisitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

Indulsisti genti domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

Domine, in angustia requiescerunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Sicut quæ concepit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis; sic facti sumus à facie tua domine.

Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus, sp̄iritum: salutes non fecimus in terra; ideo non ceciderunt habitatores terra.

Viuēt mortui tui; interfeci mei resurget: expurgescimini, & laudate, qui habbatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus, & terram gigantium detrahes in ruinam.

Vade popule mi, intra in cubicula tua, clande ostia tua super te: abscondere modicum ad momentum, donec transseat indignatio.

Ecce enim dominus egreditur de loco suo, ut uisitet iniquitatem habitatoris terra contra eum: et reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

civitas est obfirmata, & munitissima. Sion: etiam si Te cione sit sermo, aliquis nomen apposuit, neque in emendatis codicibus legitur. Saluator. de nomine יְהוָה uide supra usq. 9. ueroque modo hic reddi potest, & sensus idem est: salus ponet muros, uel saluator. uulg. uerbum Hebreum accepit pro paſtuo ponetur, quod ipſe metu saluator efficit murus &c. est autem explicatio fortitudinis, seu obſtrutionis: uis ſcire, quām obfirmata fit noſtra ciuitas? ipsa ſalutis muris, & propugnaculis eam ciuitatē: uel Deus ſcilicet poſuit ipsam ſalutem, muros, & propugnacula. nemo autem est, qui ipſi ſaluti, & incolumenti poſuit incommode: rebus quidem, que ſalutem nunc habent, cratina die ſalus auferri potest: at ſalutem ipsam quis labefactabit? nec aliud est, quod inſra cap. 60. legitur. Et uocabis ſalutem, muros tuos, portas tuas, laudationem. ubi uulg. Occupabit ſalus muros tuos &c. ut qui ſalus, & incoluntis effe uelit, hoc faciat, ut ſciliat, ad te configat. Quid aliud, quoſo, est? Porta inferi non præualebunt aduersus eam? Antemurale: lingua Punicā barboca dicitur, teſte Galeoto Marcio in libr. de doctrina promiſa: hinc uulgo barbacan: quantum autem ex uoce hebreā coniūcere poſsum, propugnacula puto significari, que ē muris prominent, certis quibusdam ſpacij diſtincta: ex quibus latera eorum, qui muros ſubruere uolunt, petuntur. habet autem appellationem ab strenuitate, que in labore, exercitio conſtituit. forte quid ibi conſtituantur strenui milites.

2. Aperite: hac apostrophe aperit Iefaias affectum ſuum ſuper multitudine noui populi Dei ad eccliam, & sanctam ciuitatem properantis: neque dubium, quin alluſio fit ad psalmum Davidis: ubi ait; Aperite portas iuſtitiae, ingressus in eas confitebor domino, hac porta domini, iuſti intrabunt per eam. nam & ibi de ecclia, & ſanctorum ciuitate eſt sermo. Gens iusta: ſugillatio, & tacita reprehensio eſt eorum, qui hac tenus ingredi fuerunt: quibus auferendum erat regnum Dei, & dandum alijs, qui facerent fructus eius. Cufodiens veritatem: numero multitudinis hic eſt, אֲסֵדָה: carere autem Iudeos יְהוָה dixerat multò ante Moſes dicens; Natio peruerſimma eſt filii, in quibus non eſt יְהוָה fides. quan phrasim imitatus Paulus uocat filios difidentis, incredulitatis, inobedientie. his opponit gentem iustum, ſeruantem fidelitatem, id eſt, fideliſimam, & fidei, atque obedientię tenaciſimam: que ſunt epitheta noui populi, quem Apoſtolus uocat gentem ſanctam &c.

3. Vetus error abiit: neminem reperi, qui huic uerſionis mihi rationem redderet: cum tamen omnes multò aliter uertant: sed nemo meaſentia ſenſum Hebreorum uerborum fideliuſ reddidit: quod maniſſum reddere non adeo diſſicile fuerit. quis enim ex Hebreis dubitet יְהוָה cogitationem, ſenfigmentum humani cordis, formationem, ſeu ſictionem, que animo cogitantis fit, ſignificare? exempla paſtū ſunt, & inſtituta in lexicis inuenies. Genes. 8. uulg. eriam cogitationem reddidit, que prona eſt ad malum &c. At יְהוָה quis negabit eſt paſtū significationis paſtū à uerbo יְהוָה, quod iuſtentare, ſe confirmare interdum ſignificat? ergo יְהוָה יְהוָה eſt cogitatio firma, ſuffulta, ſtabilis: qualia ſunt ea, qua iuſtentantur deſuper, ne decadant, aut conuallantur, & fluctuantur: ſic de corde dicitur hoc ipſum paſtū Ps. 112. ſuſtentatum cor eius: uulg. conſirmatum eſt cor eius, non commouebitur &c. & Ps. 111. de mandatis Dei, quod ſunt: conſirmata, ſeu ſuſtentata in omnia ſecula. ergo hoc in loco ſi ſuppleas ſuſtantium uerbum, quod ſepiſtū omittunt Hebrei, hic ſenſus eſt; firma, certa, ſtabilis eſt in nobis hec cogitatio: hoc certò ſtatutus, ſirmiter credimus, quod tu domine conſerues pacem, quia in te ſperamus: non ultrā fluctuabimus; neque erit animus noſter in dubio; non errabit, ut hac tenus fecit: abiit hic error noſter: firmi in hac cogitatione ſamus &c. iam credo, uides, quid uelit doctus interpres. Quid, queſo, reprehendat interpres, qui hanc orationem, certus ſum, reddat bac, non dubito, aut contra: hic certū locus ſufficeret naſciuſ quibusdam cenſoribus, qui non niſi ſua probant ad eleuandam aliorum auctoritatē, ut deinceps non tam faciles eſſent in damnando ueterem interpretem, praeternam cum ipſi ſuis ſequenſi uerſionibus pro ſenſu ſiruitus ſancti ſua afferam ſomnia, & Christianis lectoribus imponant, dicentes ſe Hebraicam ueritatem reddere: cum tamen toto celo à ueritate denient. Ceterū ego malem hic formam orationis non nihil mutare. ſit hec firma cogitatio, uel uetus error abeat, nemo poſthac in dubio ſit; ſed hoc ſirmiter apud ſe ſtatut, quod tu domine pacem conſerues, incolumentem, felicitatem, & omnium rerum abundantiam dones, (id enim nomen: מֶלֶךְ comprehendit) quando in te ſperatum eſt &c. Sperauimus: paſtū significationis paſtū בְּרֹא ſperatum, conſiſum &c. & יְהוָה pro, quando, non raro accipitur.

4. Speratius: eisdem litteris, licet diuersis punctis, conſtat tertia pluralis praeteriti, & ſecunda plural. imperatiui, ſperarunt, ſperate: uulg. forma praeteriti accepit, & perfonam mutauit: at in imperatiuo facilis eſt ſenſus: nam & praecedentia ita uidentur exigere. In ſaculis aternis: יְהוָה ultrā, & ultrā, afſiduē magis, afſiduē afſiduē: quod non ſolum ad tempus referri potest, ſed etiam ad ipſam actionem. In domino Deo forti. eſt hic nomen Iah, & nomen Iehoua, & no-

men יְהוָה, id eſt, petra, quod interdum eſt nomen Dei; & Hebreuſ habere ſenſum poſſunt, quem uulg. expreſſit. ſed cum uideam Hieronymum in commentarij ſecutum ſiuſ temporis hebr. qui no-men Iehoua יְהוָה ineffabile dicebant, adeo ut dicat ſignificare Deum, prout eſt ineffabilis, & hu-in rei nulla ſit probatio praeter Rabinorum ſuperſtitionem, & nomen eſſe à uerbo יְהוָה, ita ut, explicante ipſo domino in Exodo, ſignificet eum, qui eſt, cuius eſſe eſt eius eſſentia, per quem cetera habent illud eſſe, quod habent: Iah etiam eſſe ciuſdem nominis quandam abbreviatiōnem, non poſſum non ſubſolacere myſterium, ut putem Iah Iehoua eſſe, ac ſi dices Deum de Deo, aut filium Dei: ita habet ſuprā cap. 12. uerf. 2. Fortitudo mea, & canticum meum eſt Iah Iehoua, id eſt, filius Dei: & Ps. 68. dicitur, quod in Iah ſit nomen Dei. quare hoc loco ita liberetur interprētor, Conſidite in Deo afſiduē magis: quia in filio Dei eſt petra ſeculorum, ſirmitas, tranquillitas, ſecuritas: quia beneplaci-tum fuīt Deo in diſpentiōne plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Christo, que in celis, et que in terra ſunt, ut inquit Paulus ad Eph. 1. & ad Colof. 1. quod in ipſo condita ſunt univerſa, in celis, & in terra uiſibilis, & uiſibilis, ſive throni, ſive dominationes &c. & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſtant: & ipſe eſt caput corporis ecclie. in filio ergo Dei eſt petra, & ſirmitudo omniū ſeculorum, tum quantum ad creationem, tum etiam quantum ad reſtaurationem, ut ſolim illi poſſint conſiſtere tam ex priori ſacculi hominibus, quam noſtri, quam futuri, qui iſti petra innixi fuerint. Cum ergo Deus habeat huicmodi filium, quem daturus eſt mundo, inquit Iefaias; Spera-ze in Deo afſiduē, afſiduē; magis, ac magis; ultrā, & ultrā.

5. Quia incurauit: inter cetera, qua commemorat Dei opera, ob que ſit Deo conſidendum, eſt uafatio ciuitatis impiorum. Intellige hic uictoriam Christi non ſolim per euangelium, quo altitudinem ſuperiorum deprefit &c. Sed etiam uindictam de hoſibus, & perfidis Iudaicis ſumptam. Huius autem uerſus intelligentia ex ſuperiori capite potenda eſt, ubi uoces quoque ſingula explicantur. priuum temporibus.

6. Conculcabit eam pes &c. hic uerſus cum ſuperiori coiungendus eſt, & ad deiectionem illius ciuitatis inſidelium facit, & de pauperibus euangelici intelligitur, qui uiuēſam mundi gloriam, & ſuperbiuſ calcarunt, non ſolim quia eam nibili fecerunt, ſed etiam quod a ſuperbiis ciuitatibus ſe tantum, non ueluti deoſ quodam, adorari fecerunt, quo initio, ſicut mundi reiectione (ut qui pauperes eſſent, & quibus omnia deſſent) habebant. Quid ſi de terrena illa Ieruſalem bac uelis intel-ligere, ſicut cetera coiuncte poſſunt, quam Deus uaffauit, & cuius faſtum humiliauit; hec ſigniſcant non fore paupertorū hominum, & ignobilium, ut certè factum res ipſa comprobat. tunc ſancte illud uerbum διαβολος conculcare non erit contemptus, ſed, ut in ſcripturis ſapientia accipitur, omnium animalium, que pedibus ambulant, & terram pedibus quatiunt, ut ſuprā cap. 1. de illis, qui frequen-tabant, & pedibus paumenta templi terebat: atque hanc arbitror germanam expoſitionem.

7. Semita iuſtirecta &c. exemplum adduxerat uerf. 5. & 6. quo comprobabat Deo eſſe conſidendum nam etiam diſſerve uideatur impiorum uindictam; ſuo tamen tempore nouit, & juos eripere, & ijs, qui eos uexant, uicem reddere, atque ita erga Iudeos ſe geſiſſe. Iam nunc opus hoc Dei, & cetera omnia commendat argumento à minori ad maius in hunc modum, Semita, quam quiuſ iuſtus am-bulat, reſiſtima eſt; nulli iniurias eſt; equitatem redolent more iuſti; nibil in eius uita ratione tor-tuosum reperitur, aut praeter iuſtus, & equum factum; dñeque ipſe aquitates ſunt uiro iuſto uia: atque hanc ipſam reſiſtitudinem tu domine illi preſtas: ſemitanus eius tu regulas: tu lineaſ ducis, & ſigna in itinere figis, ne deuiae poſſit: quid igitur ſentiendum fuerit de nia tua; de iudicio tuis? quanto, putas, reſtor erit, & maioriſ aquitatis plena? quantum enim diſtat calum à terra, tantum diſtant uie ipſius à uis hominum &c. certo ſeo, quid uiri docti hanc elucidationem proprobant. Reſta eſt. מִשְׁמָרָה aquitates, reſiſtudines, id eſt, reſiſtima. Callis. διαβολος ſignificat uiam tritam plau-fstro, & que orbitas habet. Proi. 4. hoc nomen cum hoc ipſo uerbo habetur. Regula actum pedis tui; Regula actum ſtūdiorum ſit. tranſerunt ergo ad uitę rationem, quam reſiſtima eſſe oportet, ſi Deo placere nobis in animo eſt, iuxta prædicationem Ioannis Baptiſta. Reſtas facite uitias eius &c. ut in-frā dicetur. Ad ambulandum: in Hebreo eſt ſeconda perſona futuri διαβολος regulabis, id eſt, regulariſ ſoles: ponit autem Hebreo more hic antecedens pro relatiuo: reſtum: actum iuſtu in regulabis, pro uia iuſtu reſta eſt, quam tu regulariſ ſoles: cuius uniuersa à te uno eſt.

8. Et hebr. יְהוָה, huicmodi particulas difficile eſt aliena lingua reddere: hanc ſancte impetum animi notat, & iuxta exigentiam loci ſic quoq; reddenda eſt. quidam hanc nocant augmentatiuum, etiam, quoque, in ſuper &c. uulg. uarii quoque reddere ſolet: inſra uerf. 9. reddit, ſed &; hic per coniunctionem & certe in ſentientijs, in quibus ſit rerum collatio, ſi affirmativa fuerit, ualeat,

quādū magis , uel multō magis ; si negatiuā , multō minus , ut Iob 4. Quādū magis , qui habitant domos luteas . Et ita ibi uerit uulg. & Ezech. 15. quare nemo mihi uito uerat , quod sic uerterim , praeſertim cū ſententia ſit apifīma , & illud in , non ſit in Hebr. ſed ab interpretibus addatur , ut ſequentiibus coniungant . unde mox infert , Domine ſuſtinuimus te . digna eſt autem hæc uox Apostolis , & primū illis Chriſtianis , quos perſequebantur inſideles Iudei ante urbis uafationem : eſt & omnium piorum , quando aduerſis premuntur , ad quorum ſolatium editum uidetur canticum iſtud , Nomen tuum . hebr. יְהוָה ad nomen tuum , ſic quod ſequitur , ad memoriale , memoriam , commemorationem , ſeu recordationem . Auditio , inquit , tuo nomine , uel ad lecum tui commemorationem , ſeu recordationem , ardens deſiderium tui mox in animis noſtris excitari ſolet .

9. Sed & ſpiritu meo : in reſto poeſt non male uerti : immo ſpiritus meus in precordijs meis , id eſt , quandiu ſpiritus hoſs reget artus , quoad uiuam , te ante lucem conueniam , te queram ſummo ma- ne . Mane uigilabo : una diſcio , unumque uerbum eſt Heb. ſecunda coniugationis יְמִינָה , ſummo mane aliquid facere . Si uerbum fingeremus , diceremus atq; auroræ . Pro. 7. Aurora uia faciem tuam : ſummo mane te conueni . Iob 8. Aurora Deum , ut interdum omnino uidetur idem eſſe , quod nobis Lufitanis matinar , id eſt , facere , ne quis de nocte dormiat : & interdum idem eſt , quod manicare ſummo mane ſurgere . Iob 24. Manicantes ad rapinam , poeſt ergo hic ſubſeſſus ; ſed & ſpiritu meo intra me te excito , te ſolicito : non committo , ut ſinam te dormire : perpetuò ad te clari ſpiritus meus intra me &c. noctis memini , quid id tempus orationi apifīmum ſit : ſed & antelucanum tempus ceteris preſtare indicatur . Cum feceris &c. ſenſus reddidit : ego uerba uerbis , ſecundum quod iudicia tua , id eſt , iuxta normam iudiciorum tuorum , qua in homines exerces , illi quoque iuſtiā addiſciunt , ut talia uidelicet iudicia exerceant , qualia te exerceere uident : uel quid tunc iuſtiā ſtudent mortales ; & eam colunt , cū te animaduertunt in iniuſtos ſeuſrum . Huinfmodi affeſſus uidebis paſſim in Dauide : Memor fui nocte nominiſt tui domine , & cuſtodiū legem tuam : me mor fui iudiciorū tuorum antiquorum , & conſolationē accepi : deſtēto tenuit me pro peccatoribus &c. buc denique facit totus ille oſtonarius , ſemperque Dauid peccatorum perditionem celebraſe reperitur : nam id maximum momentum habet ad iuſtiā adiſciendam ; neque dominus relinqueret uirgam impiorum ſuper ſortem iuſtorum diuiniſ ſolet , ne extendant iuſti ad iniquitatem manus suas . unde ſequitur ,

10. Miſerearum . in heb. eſt tertia persona futuri : aſſequetur , uel aſſequatur improbus miſericordiam , ſen gratiā. finge , inquit , improbum non puniri , quinimo bene habere , & benefiſiū affici , auctum eſt : ſcito nunquam ad ſanam mentem rediſtrum : hanc certitudinem preterito expreſſi : nequaquam didicit iuſtiā , non eſt , quid ab eo ſferes unquam iuſtiā . Hic mecum conſidera , quādū Dei pietati conueniat improbus punire , cū ad ſalutem , ſum ipforū , tum aliorum hoc unum ſit ſalubre re medium . In terța ſanctorum : crediderim ſic Iudeam uocari : in heb. eſt rectitudinum ; ſed pro concreto accipi poeſt : Iudei enim filij ſanctorum dicebantur : & in Iudea tantum erat uera Dei cognitio , iura , & leges diuinae : erat ergo terra rectitudinum . dicit itaque prophetæ etiam ſi parceret Iudeis ; nihil tamen meliores redderentur , quinimo cū in terra ſancta , quam à ſanctis patribus , ueluti ſanctificata , in hereditatem acceperint , iniuſtē agent ; ius eſt , ne uideant magnificientiam , ſeu maiestatem Dei . Et non , id eſt , ne ergo uideant : eſtq; ſermo de gloria , quam dominus ſibi per predaſionem euangelij peperit . Quanto igitur , & leſtor , maiora merebitur ſupplicia , qui filium Dei concuſſerit , & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit ?

11. Exaltetur manus tua : eſt in preterita , exaltata , uel eleuata eſt manus tua , id eſt , prop̄ eſt , ut eleuetur , aut magnificetur , & glorioſus ſit filius tuus : uel prop̄ eſt , ut intelligent gentes , quantum paſſis , quanta fit tua uirtus , atque potefas . Domine , ne hoc , queſo , uideant inſideles Iudei : indigni enim ſunt , qui eius gloriam uideant , quemq; ſit impium , ignominia effeſerentur . Poſſimus et רַמְאָה , ut participium accipere , mutato accentu ; eritq; ſenſus planus , ut totus locus ſic transferatur ; in terra rectitudinum iniuſtē agent : ne ergo uideant maiestatem Iehoua : Iehoua eleuat am manum tuam ne uideant &c. Videant : correſio eſt iracundia , & zeli plena . Quid peto , ne uideant , immo immo uideant futuram ſit , ſed pro optatiuō . & multo uehementior eſt oratio , quam ſi futuriſ ſredderes . Zelantes populi : ad uerbum , pudefiant zelus populi : ubi zelus collectiū pro zelantibus ponitur : ut doſtiſime uulg. zelanteſ uerterit : zelanteſ autem populum , ſeu zelotypum uocat Iudeorum geniſ , qui cū tantum ſibi Deum uellent , iniquo animo ſerebant gentes fieri Dei , & benefiſiū eius particeps : adeo ut ingredi nolent in domum paternam , in qua ſtructum uidebant coniugium fratri prodigo , qui perierat , & à benigniſimo patre amanter uifcipiebatur . Dixit autem in abſtracto zelum populi , quid nullā gens magis hoc uito laborauit : uel hebraismo non inuifato , zelum populi di- xit pro populo zeli : non dolebant autem tantum de conuersione gentium , quantum de exaltatione , & gloria

gloria domini I E S V , quam in dies propagari uidebant . pudefiant ergo homines iſli , & pre inuidia dirumpantur eorum uiscera . Et ignis : hic rufus eſt diſcio illa augmentatua , de qua uerſ. 8. q̄s , inſuper &c. ſed &c. quinimo , ignis hoſtes tuos abſumat : nam iuxta euangelium ciuitatem corum ſuc- cendit , poſtquam nuptia implata ſunt diſcumentum : dominus enim I E S V ſ confirmato regno , inimicos ſuos ad occiſionem requiſiuit . Deuoret : uideſt in heb. eſe ſecunda perſona futuri δέσμων . quare ſic quidam religiosi nimis uertere uoluerunt ; etiam igni hoſtium tuorum deuorabis eos : quorum interpretationem eſti non danno ; nam ignis hoſtium dici poeſt crudele incendium , & inextinguiſibile : puto tamen eſe tertiam perſonam femminam . nam nomen ignis Hebreis , utrinque ge- neris eſt , immo frequentius in femino reperiſtur .

12. Dabis , uela da . נְדֹב eſt ponere , ſeu collocare quidpiam inter certos limites : collocare autem ſic pacem eſt firmare pacem , & firmatam conſeruare : nomine uero pacis reliqua ad felicitatem perti- nentia intellige . eſt autem uox piorum , qui perdiſt hoſtibus Dei , atque ſuis , certò ſperant , & poſtu- lam , quid refirare paullum poſſunt , & tranquillam uitam agere : idque eō confidentius precantur , & firmius ſperant , quid ſe magis diuinis beneficiis cumulatos uident . per manus autem Apoſtolorum faciebat Deus ſigna inaudita , quibus gloriā ſibi , qua cruciabant aduersarij , parabat . Quid ſupereris , inquit , niſi ut deletis hoſtibus nobis pacem reddas ? immo uero qui ingentia illa & admi- randa opera patrariat , qui gratis redemerat ; qui indigens ad regnum filij ſui vocauerat , dato pro- prio filio ſuo , quid ni & cetera donabit ? adde , quid neque eſt nouum , neque inauditum , aut eum , qui magna accepit , plura poſtulare , (nam ingenui animi eſt , cui multum debeas , ei plurimum uelle debet ) aut qui magna dedit , plura in dies maiora preſtare : eos enim magis in dies diligimus , & no- Stra eos beneficentia ex alienis noſtris faciunt .

13. Poſſederunt nos . uerbum יְהֹוָה eſt generali ſignificatione magno animi ardore ſuper re ali- qua ferri , ut ea poſtare : adeo ut interdum uerbo ambiendi , ſeu adamandi reddere oporteat , ut Malac. 2. Adamauit filiam Dei noſtri , & in frā cap. 6.2. quem modum ſignificandi hic libenter amplecterer , niſi de tyrannis uideretur eſe ſermo : quaſi dicant pij , & fideles ſerui plures alios dominos ambijſſe ſuum amore , ( nam uarie fuerunt ſeſta , & religiones , quarum ſectatores in ſuam opinionem ceteros adducere conabantur ) ſe auſte tantum ueri Dei praeconia ſemper ceciniffe . qui ſenſus non eſt contem- nendus : uulg. tamen ſequor , ut dicant fideles ſerui domino Deo , alios dominos preter ipsum ſe ex- pertos uifſiſe : ſed niuiliſ illorum , niſi tantum Dei ſui laudes ſe annuntiatiros . Tam enim ſupradixi de uerbo יְהֹוָה , quid in terția ſit annuntiare , predaſare &c. Te inquit tantum , nomenq; tuum prediſtabim⁹ . commandant igitur hoc loco ſuam fidem , quid non ſin ingenio ſeruorum , qui pre- teritos dominos ſemper laudant , preſentes incuſant : uel quid ſub aliorum dominorum iugo agentes , nun quā ab ipforū memoria Deus uerus exciderit , ut illud futurum , commemorabimus , poſitum ſit pro commemorare conſueuimus , ut ſope ſolent Hebri . futura uifſpare : ſitq; ſimile illi , Hec omnia uene- runt ſuper nos : neque obliſ ſumuste &c. Interim quoque memineris , quantum Iudei diſciplulos domini perſecuti ſint .

14. Morientes , ſeu mortui : tyrañi iſli , qui nos ſubiugauit , qui ſeruos tuos morti tradebant , ne- quaquam iterum uiuent : nam reuurreſtio eorum non erit ad ueram uitam , atque felicem : unde perpe- tuò mori dicuntur , & mors depaſſet eos . Gigantes : nomine à ſanitate deriuato appellabantur olim gigantes propter ſanitatem , & rectam corporis habitudinem , qua pollebant : ſic uocare uideſt quosbiſtyrannoſ . Propterea . יְהֹוָה icircu enim , uel ad hoc enim eos aboleuiſti , ne rufus con- ſurget &c. hic quoque uerba hac conſuetudinem notare uidentur , non rem aliquam geſtam . icircu eos , inquit , require ſoles , & eorum memoriam extingue .

15. Indulſiſtent : uerbum יְהֹוָה tam in prima , quam in terția interdū in malū accipitur , ut Ps. 120. Quid addet tibi longa dolosa ? & paſſim in imprecaſionibus : ſic addat Deus &c. eſt ergo inſerre malum : accipitur autem in hoc modo ſignificandi conſtructum cum dativo , & י : at cum יְהֹוָה , in bonum , ut Ps. 115. Addet Iehoua ſuper uos , & ſuper filios ueſtros , id eſt , cumulet uos bonis : hic autem eſt cum יְהֹוָה : uulgatus tamen in bonum accepit . Nunquid glorificatus eſt in hebri . nunc nulla legitur nota interrogatioſis , ſed tantum uerbum glorificatus eſt : quaſi inſtruit Deum ingentem ſibi gloriam ex perditione impiorum peperife : quemadmodum de ſe dicit , quid glorificaretur in Pha- raone , & in omni exercitu eius : uulg. intelligit , beneficia Iudeis preſita , non ceſſife in gloriam Dei , ac propterea eos amouijſe longiſſime . Elongati , uel longe amouijſi . ego nomen יְהֹוָה , id eſt , gentem repenteſtū puto ; & illud , omnes fines terra , ut aduerbiū , accipiendo , longiſſime , ultra omnes fines ter- ra uir tamen quidam doſtus , terminos terra longe amotus , id eſt , propagatos intelligit , quid hac fuerit Dei gloria , non intra Iudeam tantum coli , ut idem effent fines , & orbis , & imperij . quam interpre- taſionem , niſi durinſcula uideretur & libenter amplecterer . Quid ſi hanc additionem in bonam

partem uelis accipere in hunc modum, non inepit poteris, ut sit idem, quod in euangelio habetur de homine, qui distribuit bona sua seruis suis, & abiit in regionem longinquam accipere regnum, & reuerti. illud enim, addidisti addidisti, distributionem uidetur notare bonorum: illud etiam, glorificatus es, ad gloriam resurrectionis referri potest: elongasti uero, uel procul factus es ultra fines terrae, ad ascensionem, & regnum patris accommodatus: ita ut eo euangelij loco uideatur ad hunc facta allusio. parabola enim tota statum ecclesie notat inter ascensionem, & aduentum ad iudicium: atque in hunc modum, que sequuntur, aptissimi connectuntur.

**16** Domine in angustia: hoc est omnium pitorum proprium, ut in afflictione ad Deum currant, nec dubito, quin discipuli domini ablato sponso in afflictionibus, quas singulis pene momentis patiebantur, frequentissime orationes funderent, ut ex actis Apostolorum, & Pauli epistolis manifestum est. In tribulatione. uulg. יְהוָה, ut nomen, accepit: repetito autem וְ ex nomine יְהוָה dixit in tribulatione cum Chalda, ut sit sensus, cum premuntur, & queruntur, doctrina tua ansuctant, & eius rationem habent, & tribulationibus eruditur. nam יְהוָה est disciplina, & quod Gracis παιδεία, & tam ait, quām pauciū similitur: competit enim tam ei, qui corripitur, arcteturque à peccatis per doctrinam, minas, castigationem &c. quām ei, qui corripit, docet, castigat &c. non est ergo abiencia uulgati uersio. At וְ incantations, & obmurmurations, seu compositas arte, orationes notat, id est, effundunt querulationes, seu orationes aperte concinnatas: quando uidelicet disciplina tua, & castigatio tua ad eos accedit. quamvis autem uerba sint in præterito, consuetudinem notant interdum, ut futura.

**17** Sicut qui conceperit: hic uersus, & sequens continent illas querimonias, atq; obmurmurations, quas solent pīj homines fundere. Cūm appropinquauerit: uulg. doct̄lē nūtāit hebraismū, qui tria futura coniungit, que ego per præsens uerti: is enim uisus est futurorum. In doloribus suis: uox proprie funes significat: transfertur autem ad uehementissimos dolores, quibus non minus constringimur, quām funibus, & ex quibus noſmetis explicare non possumus. uide supra cap. 13. nos eadem metaphorā uitim: dolores illam constringunt. A facie tua. hebraismus, est, id est, propter te; & sequentibus potest coniungi. Hac est illamet querimonia, quam adducit ex Danide. Paulus Rom. 8. & in se, & discipulis adimplatam significat: Propter te mortificamur tota die; & astimatismus, sicut oues occisionis: exurge, quare obdormis &c.

**18** Concepimus, parturiuumus &c. grauidis, & parturientibus, atque parientibus merito comparari possumus: partus tamen nostri spiritalis sunt; laboramus non minus, quam granida; geminus, & dolemus non minus, quam parturientes: simili cura angimur, quasi matres erga infantu los suis: at salutes non fecimus in terra: nihil enim dignum tua misericordia egimus: propter ahdūc persistunt in sua infidelitate habitatores orbis. Hac est lectio uulg. interpretis, & hunc sensum elicet Hieronymus ex Hebreo in commentarijs: supplenda est ergo prepositio. וְ Super, uel וְ In, salutes non fecimus super terram: nam in hebr. nihil est eiusmodi. quam interpretationem tantum ab est, ut abiciam, ut eam dībīs Apostolorum facile confirmari posse putem: adduco tamen alteram, quā nihil supplet, sed uerbum herbo reddit: quam nemo eorum, qui ueritatem hebraicam s̄e uertere affirmant, reprehendere merito poterit: Hebreo enim respondet, & precedentibus cohæret. Et quidem uocem יְהוָה non pro uento, ut multi à Rabini edočli, hoc in loco accipio, sed cum nomine sequenti coniungo יְהוָה, spiritum salutum. Quamvis inquit, similes simus grauidis, parturientibus, & parientibus; propter dolores, curas, & sollicitudines, quibus angimur, patienter ferimus: maledicimus & benedicimus: blasphemamur, & obsecramus: nulli malum pro malo reddimus; immo spiritum saluterrimum, & gratissimum spiramus: Christi enim bonus odor sumus. postea uerbum יְהוָה ( cuius amplissima est significatio, seu, ut uerius dicam, acceptio, & uarius uisus) pro confidere, seu comprimere, non pro facere, absolute accipio. Sopb. 3. Ecce ego conficio omnes affligentes te &c. & Ezech. 23. Ibi compreserunt, uel confecerunt ubera uirginitatis eorum. uulg. Prædicta sunt mammae &c. & Sopb. 3. uerbo interficiendi reddit. inquietum ergo pīj, non compresimus, non confecimus, non confregimus terram: neminem leſimus, neminem corruipimus, neminem circumuenimus: ne quem uestrum grauemus, pro his, quibus indigemus, manibus nostris laboramus: lucrari omnes uolumus, & ad salutem perducere; homines querimus, non eorum bona: flemus cum fletibus, gaudemus cum gaudientibus: denique imperium non exercemus in homines; neq; terram nobis subiugimus. Tandem illam uocem יְהוָה non pro, Ideo, aut, Propterea, sed, ut manifestè sonat, pro, Et non, seu, Neque, accipio. Neque inquietum, ceciderunt habitatores orbis: non de sua possessione eieci sunt; neque eos deleuimus, aut interfecimus: uel potius יְהוָה accipendum pro. Non tamen, ut sit sensus, illi nos premunt, nos persequuntur immeuentes: nos contrā, spiritum salutis spiramus; illis non nocemus; neque bona eorum diripiimus: tu tamen domine, hac cum scias, finis eoq; uiuere, & re-

gnare;

gnare. non cadunt habitatores orbis. que querimonia, et si omnibus, qui pīj uiuunt, conueniunt, maxime discipulis domini, postquam in celum confundit, ante Ieroſolymorum euerſionem. unde uerū sequenti eos confortatur dominus.

**19** Viuent mortui tui: illi, quos nunc tyranni interficiunt, ueluti oues, aut arietes, rufum uiuent, ac resurgent ad ueram uitam, non sicut ip̄si tyranni, de quibus supra uers. 14. Interfecti mei: tui sunt, ac mei: estisque ueluti correctio, quid tuos dico? mei, mei, inquam, sunt; meorum ego rationem habebo: nolite ergo tristari; neque timeatis eos, qui tantum occidunt corpus: ego quoque Deus mortuorum sum: apud me uiuent, iterumque uiuent. Notandum tamen uidetur, esse hic non men singulare נִבְנָה, quod non dubium, quin corpus exanguis, & anima vacuum significet, ac uitæ munis carens, & collectiū uidetur capi, sicut Psal. 79. Dederunt cadaver seruorum tuorum uolatili in escam. manifestum est astem, quod de corporibus interfectorum erat sermo. quare hic non male uulg. interfectoris uerit. uir tamen quidam doct̄lē, mysterium hoc loco officit, quod corpora fideliū collectiū corpus suum vocavit, quod omnes sint corpus Christi, & tanquam membracum capite Christo sint resurrecti: ideoq; nomini singulari addidisse uerbum plur. corpus meum resurgent.

Qui habitat in puluere: ita defunctorum corpora vocat, in puluere, & cineres iam redacta. Ros lucis. יְהוָה lux est, hic legitur יְהוָה numero multitudinis forma feminina, quod tam Rabini, quām nostri olera interpretantur: cuius non habent aliud signum, quam uerba 2. Reg. 4. Egressus est unus in agrum, ut colligeret יְהוָה, pro quo Chal. dixit יְהוָה קָדוֹשׁ, id est, uiridia. à gratia ergo sic dictas herbas existiunt, & que uiridia sunt, metaphorice hoc nomine appellantur: sunt enim iucunda, & grata oculis: at יְהוָה nomen est refocillatio, gratia, letitia, uita, adeoque omnis boni; neque lucem tantum hanc, quam uidentur, designat. quare licet hoc loco uertere possemus, ros olerum, uel uiridum &c. id est, qui olera recreat, & herbis gratissimus est: malū tamen pro lu ce cum uulg. accipere, & rorem matutinum dicere, ut significacionem, & numerum aliquo paſto exprimerem: que ueratio cundem sensim habere potest, quem altera. Ros, inquit, qui super te deciderit, & quo irrorabitur puluis tuus; erit, sicut ros matutinus: quo uidelicet excitantur olera, herbe, & uiridia omnia, atque reuiniscunt. Quid si sit allusio ad locum Psal. iuxta heb. Ex utero aurora & ibis iuentus tua? quo in loco propheta agit de exercitu, & electa iuentute per Christum ad destruendum imperium Satana, & propagandum euangelium per totum orbem: quam iuentutem comparat rori matutino, tum ob gratiam, & uirtutem, tum etiam ob copiam, & discernit sine errorib⁹ certe si hic locus non de iam mortuis, & cadaveribus intelligatur; sed de ijs, qui tanquam mortui reputantur, & cum descendantibus in lacum, & in puluere habitabilibus communiantur ob continuas afflictiones, & mortem, quam pīe oculis semper habere uidentur: cuiusmodi erant discipuli domini; non fuerit hanc nimis uiolenta interpretatio. Tua iuentus, ô mi popule, erit ueluti ros matutinus, qua terram gigantum detrahat in ruinas, patriam gigantum uaste, violentorum tyramiden delect. adde, quod India ( quam superiori uerū dicebat ubiq; stare, neq; eius habitatores corruisse) ideo uastata est, quia Iudei predicationem Apostolorum recipere noluerunt.

**20** Intra in cubicula. יְהוָה penetrat, seu concluē internum, & secretum est. Super te, uel per te: tuis ip̄se manibus, ubi ingressus fueris, conuersus ad ostium, claudē ianuas: quod est eorum, qui se domum recipiunt, & nolunt a quoquam interpellari, sed quiscerē, aut quidquid secreto facere, aut aliorum alicuius se non inimisci: neque aliud hic commendat Deus suis, nisi ut quieti sint, neque desperatione, aut diffidētate, despondent animū, utique in silentio Deum totū cordis affectū deprecentur ( eisdem enim proprie uerbis in euangelio dominus orare docens suis erudiebat) atque ut actionibus, ac negotiis aliorum abstinentur; neq; soliti essent de quarum uis rerum uisibilium facie, aut uiciuſitudine, aut transmutatione, sed de Deo, cuius prouidentia omnia dispensantur. Modicum ad momentum: ego uerba exp̄s̄i, eodem tamen sensu, circiter modicum momentum, Latini, tanisper diu &c. significat interdum dura pati probos propter improborum uiciniam: immo uero cum hac ijs, qui ab alijs uexabantur, ditta sint, manifeste uel ex hoc loco appetat ex domini indignatione interdum profici, ut improbi probos affligant: ex Indignatione, inquam, qua ad uindictam improborum commouetur. Non est autem leue ultioris genus, adeo deprauari rationalem creaturam, ut innocuis iniuriam faciant: sed bene est, quod audiuimus licere probis uel in mediis afflictionibus, perinde tutis, & quietis esse, atque ijs, qui intra penetralia, clauso ostio, in ueramque aurem dormiunt. ubi quoque uides quamcūque calamitatē patiatur uir pius, uel ab alijs, uel quia inter improbos degit, quos Dei fame, peste, aut bello diuexat, non fore diuturnam, sed ad modicum momentum tantum durare. nam si filium pater a seruo uerberari præcepit, qui fieri potest, ut diu disimuleret? abibit ne in forum, aut aliud quidpiam negotiū faciet oblitus, tandem se filium uerberari iussisse, quoad ip̄se aliud significaret? minimè gentium. Ingrediamur igitur penetralia, & consilium domini

sequamur, & momentum, brevissimumq; tempus omne afflictionis esse putabimus. hic fortè respexit Apostolus, cùm lene, & momentaneum tribulationis dixit, in foro autem commorantibus, tepidis, & orare ad Deum ne scientibus, nihil mirum, si longum afflictionis, ac tempestatis tempus apparereat.

21 Egedicetur: mos est scriptura affingere Deo actus humanos. egredietur, inquit, ut uisitetur, re quirat, seu recenseat, & rationem ducat iniquitatum infidelium Iudeorum, & aliorum, qui seruos suos male trahabant, atque accipiebant. Sanguinem, uel sanguines, id est, homicidia. quare mox idem repetens interfector dixit. idem autem est operire super interfectorum, & operire interfectorum: utroque enim modo loquuntur Hebrei. Psal. 85. Operiū omne erratum eorum, & Pro. 10. Super omnes transgressiones operivet caritas, id est, experimentum extendet: quam sententiam sic reddit Petrus Apostolus 1. epist. cap. 4. Caritas operit multitudinem peccatorum. est autem operire interfectorum, conniuere, dissimilare, non punire. significat uero bis uerbis tunc manifestum fore, quantam eadem fecerint improbi; quot, quantisq; iniuriis seruos Dei affecterint: neque erit ullus pretextus, aut excusatio: nam & muta elementa aduersus impios testabuntur. intellige autem hoc de uastatione Iudea, qua fuit typus quidam postrema illius totius orbis.

## Caput uigesimumseptimum.

Noua.

Vetus.

**I**N tempore illo uisitabit Iehoua gladio suo duro, & magno, & forti super Leuiathan serpentem teretem, & super Leuiathan serpentem uectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum; & occidet draconem, qui est in mari.

In die illo alternis canita uineee turbidi. Ego Iehoua conseruo eam, singulis momentis irrigo eam, ne fiat uisitatio contra eam, nocte, ac die cingo eam.

Murus nullus mihi est: quis dabit me sicut spinarum ad bellum? transgrediar contra eam, succendam eam pariter.

O si apprehenderet munitionem meam, faceret pacem mihi, pacem faceret mihi.

Venientes radices agerent Iacobita: florent, & germinaret Israëla, & replecent superficiem orbis prouentu.

Nunquid iuxta plagam percutientis eum percusfit illum? aut iuxta interfectionem interficientium, eum interfecit?

In mensurando, in dimittendo eam corpories eam: ingenuit in spiritu suo duro in die Subsolani.

Iccirco hac cōdīcione expiabitur iniquitas Iacob: & hic omnis fructus auferre eratrum eius, modò ponat ipse omnes lapides altaris, quasi lapides calcis contritos, nec erigantur luci, & solaria.

At ciuitas muris cincta erit solitaria, paucum dimissum, atque derelictum, sicut desertum: ibi pasceretur uitulus, & ibi accubabit, & consumet prominentias eius.

In

**I**N die illa uisitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem uectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum; & occidet certum, qui est in mari.

2 In die illa uinea meri cantabit ei.

3 Ego dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei, ne forte uisitetur contra eam, nocte, & die seruo eam.

4 Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam, & ueprem in pœlio: gradiar super eam, succendam eam pariter.

5 An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.

6 Qui egredientur impetu à Iacob, florebunt, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis femine.

7 Nunquid iuxta plagam percutientis se, percusfit eum? aut sicut occidit interfectorum eius, sic occisus est?

8 In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam: meditata est in spiritu suo per diem astus.

9 Iccirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus; ut auferatur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci, & delubra.

10 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur, quasi defertum: ibi pasceretur uitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.

In

Noua.

Vetus.

In ariditate palmites eius confringuntur, mulieres uenientes succendant eos: quia non est populus intelligens: iccirco non miserebitur eius, qui fecit ipsum, & formator eius non gratificabit eum.

Et erit, in die illo excutiet Iehoua à culmo flumij usque ad flumen Aegypti; & uos colligemini unus post alium filii Israel.

Et erit in die illa increpabit tuba magna: & uenient, qui ablati erant in terram Afur, & expulsi in terram Aegypti; & supplicabunt Iehoua in monte sancto in Ierusalem.

**I**N uerbis hac annotanda sunt, Leuiathan dicitur à uerbo לְתַהֵן, id est, additum fuit, & membra, & squamae sibi cohærent &c. eius descriptionem habes apud Iob 40. Vécem, ego hic teretem dixi. nam Iob 26. Et hoc loco ubi de serpente dicitur, scribitur sine iod, & alijs punctis: unde non leui conjectura ductus, existimo esse nomen adiectiuum, ut sit idem, quod teres, seu lubricus: quo sunt serpentes epitheta, & cum significatione radicis conuenient. Tortuorum: serpenti tribuitur, uel quod in gyros torqueatur, dum serpit, uel quod orbiculatus quiescat. non solum autem figuram significat, sed quietem, immo & confidentiam in astutia, & uiribus suis. Cetum. δράκων draco est tam terrestris, quam marinus: de terrestri dicitur Exod. 7. & Ps. 91. de marin Iob 7. uide Plinius lib. 9. cap. 3. Manifestum est autem, quod tam Leuiathan, quam Timus typum gerant Satana, & Antichristi, & regni, quod in mundo habebat: nam sicut mundum scripturam mare, sic & mundi principes magnorum piscium nomine appellat. Ps. 74. Tu conculasti capita Leuiathan; id est, principes Pharaonis regis Aegyptiorum. interpretationem tamen corum, qui hoc loco regem Assyrium, et Aegyptum intelligunt, quorum alter ad Nilm, alter ad Euphratem imperabat, non probo. nam sicut superiora de uastatione Iudea propter ineruditatem intelligenda sunt; ita hac de electione principis huius mundi accipienda existimo: qui predicatione uerbi Dei, quod est penetrabilius omni gladio accipiti, post uastationem Iudeam de imperio cecidit. nam idolorum cultus per euangelium interiit, & discipuli domini serpentes tollebant, & calcabant super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimicii.

2 Vineae meri: puto in hac uoce consistere bonam partem intelligentia totius huius capituli, quam asequi non ita facile est. Verbum מִזְרָב turbidum esse, seu luculentum esse significat: unde beamer nomen, quo unum rubrum uocant Hebrei, quod olim in pretio erat, ut appareat ex Deut. 32. idem quoque unum ex tropo Hebreis familiarium symbolum erat calamitatis, afflictionis, & vindictæ diuina, ut appareat ex Ps. 75. ubi dicitur, quod dominus propinabit peccatoribus calicem, in quo unum est rubrum, seu turbidum &c. cùm ergo de uastatione populi Dei superius uerba fecisset; iam unum quam nobis cassum haec mala immisuris effet Deus in populum suum, explicare decrevit prophetia cantico, prout prophetis mos erat, quod alternis iubet decantari: uineae populi Dei, quam uocat uineam turbidi: quo nomine quodammodo ludit. nam que uini pretiosi ferax fuerat, quod turbidum, seu rubrum dicebatur, unum turbidum de calice diuina in ea effet exhibitura. Pro cantare dixi, alternis canere: quia haec est acceptio uerbi interdum cum dandi casu construisti, ut Nym. 21. Ascende hebrei, respondete illi; id est, alternis canite. & 1. Sam. 21. Non ne huic respondebant in choris &c.

3 Ego dominus, qui &c. negare non possunt uel ipsi Rabini, uulg. interpretationem hoc in loco Hebrei reddidisse: nam iuxta eorum distinctiones, & ab eis assignatas interpretationes singula reddidit. dicunt autem esse ueluti dialogum quandam Dei secum colloquentis, qui nunc propensum se ad misericordiam, nunc ad iram ostendit: sed cùm (ut ingenue fatetur) non intelligerem, qua ratione partes humani colloqui cohererent, & uarietatem interpretationem (qua difficultatis mihi est sape signum) conficerem, atque conferrem; has planè, quoque ab alijs punctis, ac distinctionibus, rem mecum, ac cum Deo tacitus capi expendere: tandem altera mihi interpretatio affulgit, quam hic apponere uoluisti.

Q

non ut eam uulg. aut aliorum commentariis preferam, sed in gratiam p̄i; ac diligentis lectoris. exstimo autem esse dialogismum, cuius uelut titulus, in quo argumentum continetur, est. Alternis canit uineas turbidi. Hoc autem tertio uerbi, qui est primus cantici, Deus loquitur, ad hunc modum; Ego Iacob seruo uineam hanc, uel conseruator eius sum: qui rego, qui protego, qui curam eius gero; ad singula quoque momenta irrigo eam: hic mihi mos semper fuit, semper ad populum meum misi prophetas, atque doctores, qui cum, tanquam uineam, celestis doctrina imbris rigarent. 3.7. momen tum est, numero multitudinis cum 4., ut hoc loco, est ad momenta, id est, singulis momentis, seu frequentissimè. Ne forte uisitetur &c. neq; his, inquit Deus, beneficiis contentus, non animalia, aut fures eam deuasent, can die, nobisque cingo, circumeo, non minus intentus, ne quis irruat, ut noceat, quam qui obsidet ciuitatem, ne quis elabatur, aut in auxilium veniat. potest enim esse hoc futurum à multis uerbis, præsertim si puncta deicas, mibi placuit iste sensus, cui fauori uerba Rab, Imman. in illud Psal. Tu formasti me: uel potius, inquit, obseidisti me, id est, circumdedisti me, unde quaque scientia tua instar exercitus, qui manet in obfatione contra ciuitatem, et circumdat eam, ne fugiantur, et evadant homines ex ea. significat ergo dominus, quod pro muro, et custodibus illi populo fuerit: ne uisitetur, inquit, contra eam: uel ne recenseatur, id est, ne quis secum rationem ducat ei nocendi. hæc est enim uis uisus constructionis, ut supra cap. 2.4. Requirat contra militiam cali, et supra uerbi primo, Super Leviathan, uel contra &c. Malu autem uerbi cingendi reddere propter uerbum, ne ui sitetur, aut reuiratur contra eam: uigiliis enim, et huiusmodi circumitionibus obuiare sollemus, et praecare repentinae irruptiones: has auertebat dominus a populo suo.

4. Hoc secundo cantici uerbi inducitur ipsa uinea loquens in hunc modum: Murus non est mihi, quis daret me sentes, et spinas in bello? qua certè uerba sunt et ingrati, et infidelis animi, qui spreto Dei favore, et Dei protectioni disfidebant, humana auxilia anxius querit: qui morbus adeò Iudeorum peculiaris fuit, ut iux sit in scripturis pagina, qua eorum ingratitudinem, atque diffidentiam non coarguat: loquitur autem populus sub nomine uineæ, idcoque in eadem similiudine perseverans, ubi sibi deesse murum dixit, fenticetum, seu uerpicetum optat, quo circumunirunt solent uineæ. vide supra cap. 5. uers. 5. et cap. 8. uers. ultimo. populus ergo Israel non satis muris, et munitionibus ciuitatum suarum fidens, auxiliaria copias hastatorum, et sagittariorum sibi adesse optat: quibus posset bellum tempore hostibus resistere, et Romanos, aut quosvis aliis propulsare. Supra cap. 10. uers. 17. uidebis his ipsi nominibus spinarum, et uerpium significatas militum acies. At quis ignorat, הַנְּתָן alijs, atque alijs punctis, solem, sacerdotum, iram, atque murum. significare non dicit autem, quis dabit mihi, sed me, nempe, quod totus optaret in armatos milites converti. Quo sequuntur autem in eodem uerbi uerba sunt domini. Transgrediar contra eam: succendam eam pariter. hec est diffidentia, et ingratitudinē Iudeorum pena. Transgrediar, inquit, contra eam, id est, transferam me ad hostes; hostium posthac iam partes agam, et aduersus eam pugnabo. Hec est uis uerbi, וְעַד כִּי בְּכֹסֵרְךָ: quod si in uerbi, et spinas tota uerba sit, succendam eam pariter, ueluti ignis, qui senticetum depascat. Hic mecum considera Christiane lector, quam iniquo animo ferat bonus Deus nosfer, si oblatum ipsius auxilium (quod certè omnibus p̄i, et in se confidentibus certè promittit) respuentes, aliunde nobis uires, et alia nobis, propugnacula paremus: quod comprobant historie lib. Reg. et caput huius prophetæ 7. &c. Nota quoque est illa maledictio Ierem. in eos, qui ponunt carnem brachium suum, et a Deo recedunt cor eorum.

5. Etiam hoc uerbi, et sequenti uerba sunt domini. 18. utinam, o si apprehenderet munitionem meam [o si] pacem mibi, uel mecum faceret: pacem, inquam, mecum faceret. Quantum, inquit, præstisset populum hunc firmiter, ac tenaciter meam munitionem apprehendere, o quam bene sibi consulisset: o si non alium murum, non alios milites, quam me uoluisset: o si mecum pacem uoluisset facere: o utinam pacem mecum stabilem seruare uoluisset. Sequenti uerbi sequitur, quid inde luci consequeretur. similis locus est Tf. 5.0. Utinam populus meus audierit me: et Israel in iis meis ambulasset. ubi repetenda est particula optantis, et futurum eodem modo accipientum, ut hoc loco. 19. hic accepi, sicut supra 2.3. ubi dicitur de Tyro, quod esset munition maris: 2.5. quod dominus fuisse munition inopi, et mille alijs locis. Supra autem uers. 3. dominus dixerat, quod eam seruasset, et cinxisset &c. de hac munitione hic ergo sermo est, hanc certè apprehendit Isaphat, quando in oratione dicebat, hoc tantum residuum sibi esse, ut oculos suis ad Deum dirigenter &c. atq; etiam sancti uiri hoc nomine וְעַד sepe Deum suum uocabant. Tf. 37. 31. et 27. Dominus munition uita mea, a quo trepidabo. hanc mentem igitur illis optat benignissimus pater, quem habent p̄i omnes. insuper ut cum Deo uoluissent pacem, non bellum; hanc quoque dominus flens super Ierusalem Iudeis optabat, cum diceret, O si cognouisset et tu Ierusalem, quæ ego noui; certè in hac die tua, quæ ad pacem tibi necessaria forent, comparares, fidem uidelicet in filium Dei, et agnitionem visitationis diuinæ. huc quoq;

quoque facit, quod ex euangelio habemus, prudentem regem, qui pauca ore habet copias, legationem de pace mittere ad eum, qui cum multo maioribus uenit: uerum etiam si qui Dei adiutorium despicit, Deum non sibi tantum redderet inimicum, adhuc tamen imprudentis conuinceretur. Quid si ad hostes hac ipsa dissidentia eum transire compellimus? illa quoque pacis repetitio indicat, quantum hanc pacem optarit piissimus Deus. Non dubium, quin, cum de uastatione populi Israelitici hic sit sermo, filius Dei dominus I E S U S sit illa munition, quam apprehendere, et pax, seu pacis auctor, per quem reconciliari uelle debuissent.

6. Qui egredientur. quia, iuxta interpretationem nostram, hic uerbi à superiori pendet, quo explicatur, qua bona consequentur Israelite, si cum Deo pacem facerent &c. futura per subiunctionem, quo carent, uertenda duxi: quod quia plerique interpres non animaduertierunt, secuti Rabinis participium וְאֶבֶן, id est, uenientes, temporis esse dixerunt, et nomen, dies, de suo supplant, nescio qua auctoritate. at uulg. interpres וְעַד in secunda coniugatione accepit, in qua eradicare significat, et pro egredientes eradicatoribus Jacob, dixit; Qui imperio egredientur à Jacob, id est, qui ab eo resiliunt, et infidelitatem aliorum sequi nolunt, facient scilicet pacem mecum. Ego, eam, quam ceperit, interpretationem, fecutus, participium uenientes cum nomine Jacob, proinde etiam cum uerbo singulari, radices agit, construendum putauit. Abiuntur autem uerbo uenienti sapientissime, pro continuationis, aut pro temporis particula, Tandem, paulo post: uenientes uenient cum exultatione, id est, paulo post uenient, tandem uenient, sicut supra cap. 2. pro agite, seu adeste dixit, Venite, et ambulemus, ita accipere possemus hoc loco, Tandem radices ageret Jacob. nam וְעַד in tercia est radicare, radices suas, et impluit terram. Radices, inquit, agerent filii Jacob, non irent in capitulatatem, sed stabiles essent in patria: florarent etiani, seu prospere agerent, ut fuit in diebus Davidis, et Salomonis: germinarent quoque, et fructus suauissimos producerent; uinas, non labruscas; iustitiam, non clamorem; fidem, et misericordiam, non perfidiam, et immanitatem: insuper et totum orbem prouentu, seu fructu implerent, supra modum multiplicarentur, et per totum orbem colonias possent deducere. similis usus est futurorum in eo loco Ps. quem supra adduxi, Utinam Israel audierit me &c. cito citius inimicos illorum humiliabo, et super oppresores eorum reducam manum meam, id est, humiliarem, reducerem &c.

7. Nunquid iuxta &c. chorus loquitur, dixerat iratus, Transgrediar contra eum, succendam eam pariter: interrogatur ergo propheta, nunquid ita offendenter, ut caderem? nunquid repelleret dominus populum suum? num funditus delere decreuerit? nunquid percussit eum iuxta plagam percutientium Israel? id est, num dominus percussit Israel, ut eum percutere solet percufores eius? uel sic nunquid ita interficiendus est totus Israel, quemadmodum occisi iam sunt plurimi ex eis? Hunc sensum uidetur secutus uulgatus: alij aliter aliquantulum: iuxta variationem enim punctorum, uarie quoque reddere potes, sed eodem ferè sensu; an scilicet, plaga inimici, ut alibi ait, percussit Israel? ego certè phrasim quandam Hebreis peculiarem hic esse existimo, quæ interdum et nos utimur, an percussit eum, quasi percuteret eum? id est, percussit ne eum, quemadmodum percutit is, qui ex animo percutit, et nihil aliud uult, quam percutere est aut ita interficit, et eo animo, quo hostes cum battenuis interficerent? qui nihil aliud uolabant, quam delere, et impotenti animo satisfacere? nam וְעַד duersa punctuatione actuum, aut pauciorem est: ipsi enim Hebrei in his uariant, ut manifestum sit, non eandem omnibus, et invariabiliter fuisse prolationem, et vocales non olim apotitas fuisse in Biblicali, quod ideo Sopius repetimus: qui ex hac una re explicationem difficilium locorum pendere uidemus.

8. In mensura contra mensuram, id est, ut mensuravit, sic remetietur ei, hunc sensum putauit uulg. latere in duplicato nomine וְעַד, quod duplicatum fit וְעַד וְעַד: quasi dicat, in mensura mensuræ, sed dicere possumus esse uerbum secunda coniugationis à nomine וְעַד dedicatum, quod mensuram aridorum notat, quam existimo in euangelio uoce confusa satum dici. hinc uerbum duplicatum pro mensuare sato. Respondeat ergo propheta, Non repulit populum suum, non plaga inimici percutit, non quasi ex animo, ac delere uolens, non simul effundet omnem iram suam: sed tu domine castigabis eum, atque corripies in mensurando, in dimittendo, id est, implendo mensuram, atque effundendo eam: similis in castigando eris mensuranti sato triticum. quo significat, neque omnino delendos, neque omnino à castigatione super sedendum: sed adhibito modo, et regula quadam, ut post flagella, alia flagella congermet, quasi qui non punire ex animo uelit, sed iustum iudicium exercendo ad penitentiam adducere. Quid autem uerbum וְעַד, id est, nūst, etiam de effusione dicatur, vide Job 5. Mittit aquas super superficiem platearum &c. unde quod hic non nulli afferunt ex Rabinis, ut וְעַד sit fructus bortorum [praterquam quod misquam] in singulari, sed semel in plurali reperitur וְעַד, id est emisiones, seu planta Cant. 4.) ridiculum est, et nihil ad rem facit, cùm Q. ij

non nocendum bortis, sed civitates exurendas, & terram uastandam hoc cap. non obscurè significet. est ergo infinitius cum affixo feminino, & ita accepit vulgatus, qui ueritati proprius semper accedit. Tunc hic Munsteri uerionem, quam rectius corruptionem dixeris, apponere. Iudicabis illam. יְהִי non solum dicitur de ea contentione, quæ fit uerbis, de disceptatione, nidelicit, & lite, sed interdum de ea, qua scilicet, & operibus conflat, ut Ind. 11. & Genet. 26. Hic etiam sensus hoc loco esse potest, in mensurando, in dimittendo litigibus cum ea, id est, ex quo iure cum ea litigabis. Sed prior interpretatio simplicior est. Meditata est: de populo Israelicu intelligenda sunt hac: est que rursus nox chori. Ingenuit Israel in spiritu suo illo duro, ac pertinaci, quem ad penitentiam flittere uix quisquam potest: iam dolet, iam penitet: uel iam propter doloris gemens spiritum difficulter trahit, cum spiritu difficulti gemit. sicut accidere solet, dum flat uentus Subsolanus, seu orientalis, qui in aestate est calidissimus: sic Israël, dum affligitur, dum uirut, ingemiscit. & de ipsi dicunt, qui ad cognitionem erroris, & infidelitatis sua peruenient ex consideratione diuinæ uindictæ.

9. Iccirco: respondet propheta, sigitur propter hoc ipsum, quid sic ingemiscit, & dolet, expiabitur eius iniustitas; immo hic omnis fructus est: nihil aliud Deus illa correptione uolebat, quam auferre erratum eius: non percutiebat, ut percuteret, sicut hostes faciunt; sed ad hoc percutiebat, ut auferret peccatum adducendo uidelicet Israelem ad penitentiam, quam ueram esse hac una re comprobabit, si redigat lapides altarium, que in honorem falorum deorum exercerat, in puluorem, quemadmodum lapides calcis; nec postib[us] luci, aut simulacra erigantur, aut confiant. & hanc puto germanam expositiōnēm huīs loci. Super hoc. תָּמִימָן in hoc, id est, hac una re, & hac una lege, seu condicione, nempe si doleat: uel in hoc, id est, propter hoc, quod sic doluit, Dimitetur iniustitas. כֶּרֶב, ut iam dixi, propriè est oblinire, uel rem quamplam pice, bituminē, calce &c. tegere: hinc (quia quæ non uidentur, & occulta sunt, non puniuntur) transfertur ad expiationem, seu emundationem, ut appareat ex Ezech. 43. Accipies de sanguine eius, & pones super quattuor cornua eius, expiabisque illud, & expurgabis illud. & Leuit. 16. non semel: hanc translationem eleganter insinuauit Iacob, cùm ait, de muneribus, que mittebat at fratri suo אַכְפָּרָה faciem eius munere: Operiam, inquit, faciem eius, id est, faciam muneribus his, ut erga errata mea sit, ueluti obiecta facie, & immemor sit omnis iniurie. hoc ipsum crediderim Abimelech uoluisti significare Gen. 32. quando mille argento, quos dabat Abraham, uocauit operimentum, seu uelameū oculorum Sarra, & omnium domesticorum ipsius, ut omnes illi condonarent iniuriam, tanquam qui oculos uelatos haberent, & nihil criminis uidissent. quare non male hic uero dimicendi, condonandi, aut expiandi, reddere poterimus. Et hic omnis fructus; hunc solum fructum castigationis sua habere uult dominus, auferre erratum eius. Quid manifestius ad commendandam nobis diuinam bonitatem, adeoq[ue] ipsam Dei iustitiam dici posuerit? Cūm posuerit: ad uerbum, in ponere ipsius, id est, si ponat ipse: uel modo ponat ipse: uel ablatio peccati in hoc consistit, si ponat ipse lapides &c. Hic nota non sufficere gemitus, suspitia, & dolorem animi, nisi etiam tollantur peccati & signa, & incitamenta, & sius Deo honor reddatur: dum uidelicet nihil eorum, que oculis diuina maiestatis displicant, stare ultra conficiunt: quo facit uehementis illa hyperbole, ut lapides altarium in puluorem redigantur: quemadmodum & Moses uulnus aureum in puluorem communitum, in potum dedit, ut in secessum mittetur, nullaq[ue] impetratis uestigia remanerent: quod quandiu non sit, neque dimisum erratum, nobis confidamus. Delubra: iam suprà dixi propriè esse solis simulacra: sed credo pro alijs idolis etiam accipi. Hoc autem nomina lucorum, & simulacrorum solent c. eccl. Index imponere, ut hunc, & similes locos ad tempora I E S V non referant: cūm, ut iam suprà non semel annotauit, uocibus obterrent prophetæ sua oracula: per ea autem intelliguntur auaritia, inuidia, superbia, ceteraque huiusmodi peccata, quas colement Iudei, & ab eis recedere nolentes, à Deo percussi sunt: neque eius uindictam unquam evadent, nisi qui penitentiam egerint.

10. Ciuuitas enim: ego hic coniunctionem, ut sepe alias, uim aduersatiuam habere existimo, quasi dicat, at non ita futurum est; non aget penitentiam; non auferetur ciuis peccatum; non destruet aras &c. non igitur florebit, non germinabit &c. sed ciuitas munita desolata erit &c. ciuitas autem collectiū, pro ciuitatibus accipitur, estique sermo de uastatione Iudea tam temporali, quam spirituali: simul enim utraque contigit. Ciuitates, inquit, ad quas solent ex pagi confugere propter muros &c. erunt solitaria. Speciosa. nomen την πασίν in scriptura pro loco ameno, gramineo, & pascuo accipi uideas: deinde & pro rure, adeoq[ue] & pro ipsis, qui ruri habitant, accipitur Ps. 68. cūm ergo ciuitates dixisset in solitudinem redigendas, loca amena, & pascua dicit quoque de relinquenda, ut tam ciuitates, quam uillulae sint desertis similes. Ibi pascetur uetus: hic iam figurat. Ticum designari puto Vespasiani filium, qui summitates, seu prominentias omnes, & quidquid, excelsum quidquid eminet, quidquid ueluti à corrosione, & consumptione tutum uidebatur in populo

populo illo; immo quidquid fructiferum, cuiusmodi sunt uineæ prominentes palmites, corositi, decerpiti, atque absumpsi, sicut si uituli uineam depaserent, ad metaphoram itaque uineæ reddit.

11. In fuscitate. בְּ, id est, cum: est autem hebraismus, quo nos quoque Lusitanū uimur, id est, præficitate; cum frigore, id est, præfrigore. Mesis illius. de nomine, & acceptione נַצְרָע uide suprà 18. quod decurtationem, putationemq[ue] significet, & aliquando palmites ipsos, qui amputantur. Docentes eam. participium נַצְרָא, est a uerbo נָצַר, quod in biphil significat illustrare, illuminare, lucidum facere: quare non mirum, quod uulg. pro docere accepit, præfertim cum mox appellat populum insipientem: que est autem maior insipientia, quam à feminis doceri? sed perseverando in uineæ metaphora aliis sensus est, quem in uerione expressi. Solent enim femina colligere fratras uites, & ramusculas, ut ignem succendant. comparat itaque synagogam, immo totam Iudeorū remp. uineæ, cuius palmites præ ariditate franguntur, quos in ignem colligunt solent. hunc locum illustrat ille Ioan. 15, ubi dominus se uineæ comparat, nos palmitibus: ubi tandem ait; Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescit, & colligent eum, & in ignem mittent &c. cùm ergo maxima Iudeorum pars exciderit, & aruerit; igni apios eis esse declarat, ut ad hunc locum allusio dominum existimet. accipitur autem hic participium נַצְרָא, sicut uerbum ipsum Ps. 18. Tu illuminas lucernam meam: ascendis &c. Non est populus sapiens: non hoc tantum loco, sed & alijs plurimi tribuitur Iudeorum perditio ignorantia. nam Deus hiū facili, ob ceccant mentes eorum, ne fulgeret illis euangelium gloriose. Dei beatissimi: Videntes non uiderunt, & nouissima non considerauerunt, neque agnoverunt tempus uisitationis sue &c. non apprehendentes ergo Christum, neque munitionem Dei; immo reprobantes eum, & Casari uolentes subiecti esse, à Cesare uastati sunt. nam, quia oblii sunt Dei, & eum, qui ipsos fecerat, non cognouerunt, tradidit eos dilaniando abque misericordia &c. neque eos gratificare uoluit, id est, in gratiam recipere, atq[ue] illis reconciliari: sed proiiciens repulit, iratus contra eos uehementer, ut est in ultimis lamentationum Ieremias verbis,

12. Percutiet. uerbum בְּנֵי propriè est excutere cum quadam succiōne, ut fit in excusione frumentorum, unde & uerbo terendi reddi posset. Ab alio: nomen in genere significat, dictum, actum, cūsum, seu fluxum, secundum eius rei, de qua dicitur, condicione. hoc certè loco נַצְרָב ipse fluvius Eufrates dicitur, qui, ueluti quedam semita, suo alio fertur placidus: quia uero de triturazione erat sermo, uenustè ludit in uerbis: culmi enim cum spicis, qui eadem noce Hebrei dicuntur, triturantur, quāsi significat habitatores Eufratis triturandos, ueluti frumentum; ut ex illis, ueluti ex paleis, educat Israëlitas, ueluti grana: idem intellige de fluvio Aegypti, id est, Aegyptijs: per utroque autem intellige omnes hostes populi Dei, qui dinexerant seruos Dei: è quorum tyrannide, cùm domino uidetur, eripiuntur pijs; immo intellige uniuersas gentium nationes, inter quas erant dispersi filii Dei, quos ante mundi constitutionem Deus in regnum filij sui prædestinauerat: qui sunt ueri Israëlitæ, qui sectantur fidem patris sui Abraham: quos uenit filius Dei, ut congregaret in unum, ut est apud Ioan. quā diffensionem, atque collectionem se Iudei intelligenter, nequaquam in peccato morerentur. Cūm ergo propheta uisitationem uineæ Dei descripsisset, & abiessionem populi electi, causas etiam apophysis, decantasset; more propheticæ, quo nam pater promissiones fathe patribus, adimplenda forent, non potuit tacere: & de sanctis reliquijs, quas totius prophetæ sua bonam partem suprad. esse diximus, inserit sermonem: paucitatem autem fernandorum explicat illa loquendi forma. Unus & unus: uel, ut est in hebr. ad unum unus, uel post unum unus: quod non dicitur, nisi ubi est electio, & paucitas. unde has reliquijs, electionem uocat Paulus ad Rom. neque aliud in his uerbis triturationis, & collectionis hoc loco intelligas, quam electionem filiorum Dei ex medio nationum.

13. In tuba magna: iam quod obscurè dixerat, planius effert, quod scilicet per prædicationem euangelij facta fuerit illa trituratio, & electio: habere enim uentilabrum in manu dicebat Ioan. ad permundandam aream suam &c. eandem rem alijs uerbis significans: conciuntur autem mentes prædicatione euangelij, & manifestantur consilia cordium; & præordinati ad uitam fidem adhibent, ut est in actis Apostolorum; ceteri uero indurantur; & duobus, qui in uno lecto sunt, alter assumitur, & alter relinquitur. Verum enim uero, quia terenti, seu excutiendi uerbum, durum aliquantulum uidetur, possentq[ue] dicere homines: Si ego palea sum, non est, quod triticum effici possem: me fecit Deus in contumeliam; non possum esse uas in honorem: quid commerui? omittit propheta illam metaphoram, in qua non nisi efficaciam uerbi, & dignitatem filiorum Dei uoluit significare; & nomen tuba inducit, cuius clangor ab omnibus auditur: sed non omnes obedient euangelio, ut ciuiisq[ue] uoluntatem præcipuum indurantur, & derelictionis causam insinuaret, non domini ordinationem. Ceterum τὸν tubam in sacris litteris, non cornu, ut quidam uolunt, significat; habet autem appell.

lationem ab expansione, seu diffusione clangoris, qui formatur impreßione, cùm spiritus, tum manum: & ipsa radix ἔψη explicationem notat; & uerbum, quocum constituitur, impreßionem. Adorabant in monte &c. nominibus montis sancti, & Ierusalem non possunt decipi, nisi increduli Indei, qui restitucionem sue reip. expectant: nos autem scimus esse ecclesiæ nomina, que est in uertice montium; extra quam non est pax, aut felicitas, sed neque morum sanctitas.

## Caput uigesimum Etauum.

Noua.

Vetus.

**V**AE corona superbæ, ebriosis Ephraim, & florib[us] marcescenti, iucundati decoris eius; qui est iuxta caput uallis pinguedinum; qui cōquasflantur à uino.

Ecc[us] pertiaax, & uehemens à domino, ueluti imber grandinis: horror euulsionis, sicut imber aquarum copiosarum inundatum, qui deiecit in terram cum manu.

Pedibus concubantur corona superbæ ebriosorum Ephraim.

Et erit flos inardus, iucunditas decoris eius, qui est iuxta caput uallis pinguedini, sicut primitiū ante astatem, quod uidebit uides, dum adhuc ipsum in uola sua deglutiit illud.

In tempore illo erit Ichoua tcebaoth in coronam iucunditatis, & in flosculum decoris residuo populi sui;

Et in spiritum iudicij sedenti super tribunali, & in fortitudinem reducentibus bellum ad portam.

Verum isti quoque in uino aberrarunt, & in sydera errauerunt. sacerdos, & propreta aberrarunt in sydera; precipitati sunt à uino; errauerunt à sydera; errauerunt in uisione; errauerunt iudicium.

Omnis enim mensa plena sunt uomitu, & forde absque loco.

Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactati [sunt] à lacte, translati ab uberibus.

Quandoquidem mandatum post mandatum, mandatum post mandatum; linea post lineam, linea post lineam; modicum ibi, modicum ibi.

Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur ad populum hunc:

Ad quem dixit. Hæc quies date quietem defatigato; & hæc requies: & noluerunt audire.

Et erit eis uerbum Ichoua; Mandatum post

**V**AE corona superbæ ebrijs Ephraim, & florib[us] decidenti, gloria exultationis eius; qui erant in uertice uallis pinguisimæ, errantes à uino.

Ecce ualidus, & fortis dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terrâ spaciofam.

Pedibus concubabit corona superbæ ebriorum Ephraim.

Et erit flos decidens, gloria exultationis eius, qui est super uerticem uallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cùm asperxit uidentis, statim, ut manu tenuerit, deuorabit illud.

In die illa erit dominus exercitum corona gloriae, & ferrum exultationis residuo populi sui.

Et spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

Verum hi quoque præ uino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. sacerdos, & propheta nescierunt præ ebrietate; absorti sunt à uino; errauerunt in ebrietate; nescierunt uidentem; ignorauerunt iudicium.

Omnis enim mensa replete sunt uomitu, sordiumque, ita ut non posset esse ultra locum.

Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à latte, translati ab uberibus.

Quia manda remanda, manda remanda; exspecta reexspecta, exspecta reexspecta; modicum ibi, modicum ibi.

In loquela enim labijs, & in lingua altera loquetur ad populum istum:

Cui dixit; Hæc est requies mea; reficie lassum; & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.

Et erit eis uerbum Ichoua; Mandatum post

Noua.

Vetus.

post mandatum, mandatum post mandatum; linea post lineam, linea post lineam; modicum ibi, modicum ibi, ut abeant, & labantur retrorsum, & confringantur, & illaqueantur, & capiantur,

Iccirco andite uerbum Ichoua uiri illustrationis, dominatores populi huius, qui in Ierusalem.

Quandoquidem dixistis; Percussumus fedus cum morte, & cum inferno fecimus prouisionem. flagellum inundans quando transferit, nō inuidet nos: quia posuimus mendacium receptaculum nostrum, & infallacia absconditi sumus.

Iccirco sic dixit dominus Ichoua; Ecce ego fundator in Teion lapidis, lapidis probati, angularis, pretiosi, fundamenti fundati. qui crediderit, non pudebit.

Et ponam iudicium ad lineam, & iustitiam ad librantum: & amouebit grandio receptaculum, mendacium; & absconditione aquæ inundabunt.

Et piaculum erit feedus uestrum cū morte; & prouisio uestra cum inferno non erit stabilis. flagellum inundans quando transferit, tunc eritis ei in concilacionem.

Quando transferit, auferet uos: quando summo mane transfici de die, ac de nocte; & erit. tantummodo fola uexatio intellectum dabit auditum.

Quia abbreviatum est stratum, ita ut non sit extenso: & experimentum angusti, ut fiat collectio.

Quoniam sicut mons Perasis stabit Ichoua; sicut uallis in Gabaon irascetur ad faciendum factum suum, alienum factum suum, ad colendum cultum suum, noctum cultum suum.

Et nunc ne illudatis uosmetipos, ne inualefaciant castigationes uestra: quandoquidem consumptionem, & excisionem audiui à domino Ichoua tcebaoth super uniuersam terram.

Auscultate, & audite vocem meam: at tendite, & audite dictum meum.

Nunquid tota die arabit arator ad semi nandum? apertet, & uastabit humum suum.

An non cum adæquauit superficie eius, tum disperget gith, & cymimum? & sparget, & ponet triticum mensuratum, & hordeum, miliū, & uicium in finibus suis?

Et erudit illum ad iudicium: Deus suus docebit illum.

Quia

Q. iiiij Non

manda, manda remanda; exspecta reexpecta, exspecta reexpecta; modicum ibi, modicum ibi, ut uadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueantur, & capiantur.

Propter hoc audite uerbum domini uiri illuſores, qui dominamini in populū meū, qui est in Ierusalem.

Dixistis enim; Percussumus fedus; cum morte, & cum inferno fecimus paclum. flagellum inundans, cùm transferit, non uiet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

Iccirco hæc dicit dominus Deus; Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem, lapidem probatum, angularis, pretiosum, in fundamento fundatum, qui crediderit, non festinet.

Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuertet grando spē mendacij; & protectionem aqua inundabunt.

Et delebitur feedus uestrum cum morte; & paclum uestrum cum inferno non stabit. flagellum inundans cùm transferit, eritis ei concilacionem.

Quandocunq[ue] pertransierit, tollet uos: quoniam mane diluculo pertransibit in die, & in nocte: & tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditum.

Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat: & pallium breue utrumque operire non potest.

Sicut enim in monte diuisionum stabit Ichoua; sicut uallis in Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, alienum opus eius, ut operetur opus suum, peregrinum opus eius ab eo.

Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur uincula uestra: consummationem enim, & abbreviationem audiui à domino Deo exercituum super uniuersam terram.

Auribus percipite, & audite uocem meam: attendite, & audite dictum meum.

Nunquid tota die arabit arans, ut secat? proscindet, & sarriet humum suum?

Non ne cum adæquauit faciem eius, seret gith, & cymimum spargeret; & ponet triticum per ordinem, & hordeum, miliū, & uicium in finibus suis?

Et erudit illum in iudicio: Deus suus docebit illum.

Quia non rastro tritubatur gith; neque rota plaustrum super cymimum circumducetur: quandoquidem uirga excutietur gith, & cymimum in baculo.

Triticum communictur: uerum non per petuò terendo teret illud, & strepitus rotæ plaustrum ipsius, & iugati eius non communiquerunt eum.

Hoc etiam à Ichoua tcebaoth prodijt, qui excellens fecit consilium, qui magnificaret effectiōnēm.

Non enim in ferris tritubatur gith; nec rota plaustrum super cymimum circumducitur: sed in uirga excutietur gith, & cymimum in baculo.

Panis autem communictur: uerum non in perpetuā trituras tritubabit illum; neque uexabit eum rota plaustrum, neque unguis suis communiquerunt eum.

Et hoc à domino Deo exercituum exiuit, ut mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

**H**OC capite, mi fallor, utriusque regni Israeliciti uastationem describit ob cecitatem, ignoratiam, & alia peccata, ex quibus hæc oriuntur: & primò de regno decem tribuum uerba facit. Coronae superbiz: uia regno Ephraim, (nam hoc nomine vocabatur regnum decem tribuum) cuius initio mox superbiam commemorat: plurimum enim suis uiribus confidebant, & regnum Ichuda despicebant. Secundò ebrios vocat Israelitas, quid dediti essent coruptionibus, & gule, ut ex alijs prophetis appareat, existimo autem hic ciuitatem metropolim designari, que erat opulentissima, & deliciis dedita, ac deciuista, sita in capite uallis pinguisima; quod ad felicitatem ciuitatis plurimum facit. significat quoq; regnum illud, aut ciuitatem regiam ex ebrios confitare; immo per coronam, coronatos principes, ac nobiles intelligit, qui & superbii, & deliciis dediti erant. uide infra uer. 3. & 4. intelligentiam, & constructionem harum uocum. Et flori incidenti, de significatione iam supra dictum est: uero marcescendi optimè redditur, cum de flore est sermo. comparat autem gloriam regni Israeliciti flori marcescenti, quid parum duratura esset. Gloria exultationis, id est, cuius incunditas, & decor est similis flori marci, seu marcescenti; qui flos est in capite uallis pinguisima, id est, qui habitant in initio uallis pinguisima: qui à uno solent conuassari, dum huc, atque illuc iactantur, & ruunt. Qui erant: suppliciū præteritū imperfictū vulgatus: possumus & præsens supplicere, qui sunt, uel habitant: relativum autem ad florem, uel decorum referuntur: ego propriae significaciones, quantum potui, reddidi: sensus est, quem uulg. exprefit. Errantes, uerbum δημ uerbo quassandi, seu conuassandi non male reddidit: supra 16. Ps. 74. est, autem partipium significatio pax tua, & reddi potest, conuassantur, uel conculcantur à uno: quasi sit ratio, quare flori marcescenti comparantur. Quis enim decor, qua gloria, qua incunditas illis esse potest, quos unum contundit huc, atque illuc collapsos & paraprasitē ergo sic reddere possit: O vos, mihi, quantum uerba coronati, & superbii sitis, o temulenti Ephraite, uesta incunditas; decorque uester similis est flori marcescenti: uia inquam, nobis, qui habitatis in capite uallis pinguisima, & semper nino repleti, nunc hunc, nunc illuc collapsi conuassamini.

**E**cce: aperit compiñerationis causam. Dominus: est nomen Adonai cum articulo la-med, qui interdum ualeat, a, ab, de. epitheta autem illa יְהוָה, פָּתַח, פִּתְמָן uidentur esse adiectiva nominis, hebraismo non inuicato prophetis, pro ecce imber pertinax, & uehementis [ uenit ] tanquam imber grandinis &c, est autem בָּרוּךְ repentinus fluxus, seu imber rapidus; deinde inundatio impetuosa, qua ab huicmodi imbribus fit. Turbo confringens, יְמֵנָה horrorem propriè significat, & profecto accipit. Pro. 23. cum puncto dextro; at cum sinistro pro horrore. Ezech. 32. Job. 18. quia autem ingentes tempestates consequitur horror hinc uulg. pro turbine. Ceterum יְמֵנָה significat euulsionem, id est, lucem subito euellentem, qualis est pessis, aut apoplexia, mors subitanæ &c. Deut. 32. Ps. 91. Ab euulsione, qua uastat in meridie. cum alijs pñctis, Osee 12. Vbi est mors euul-sio tua. quod Apollonus 1. Corinth. 15. uertit וְכֹל, ad significandam uictoriosam euulsionem. Hieron. morsus: alijs aliter. certè ex cognatis uerbis, quam apposita, significatio probabilitatem habet. Emissarum. וְכֹל uulg. accepit intransitu, & supplex relatiuum, ut sive solent heb. quasi scriptum esset, qui se dimittit super terram &c, ut alijs non indolè uertunt. significat autem propriè quiescere facere: at quiescere facere ad terram, est deiçere in terram; manifestum uero est inuocationes præualidarum aquarum omnia prostertere. Spacioſam: uulg. בָּרוּךְ, id est, cum manu, coniungit cum nomine terre: dicitur autem tam mare, quam terram habere manus Hebreis. uide supra cap. 22. uer. 18. Terram autem cum manu accepit pro terra spacioſa: alijs manum pro ui, & violentia

uiolenta accipiunt, & cum uerbo conſtruunt: ac si superflua effet prepositio cum. Possumus etiam dicere effe phrasim, qua nos Lusitani utimur: cum enim quidam uolumus significare absque illa difficultate translatum alibi, ubi placidè quiescere uideatur, dicimus, manu situm, aut collocatum. facere ergo quiescere ad terram cum manu, est ita diciçere, ut immota maneant, & quasi manu illi sita, ac collocata, idq; facil negotio. qui sensus quia non est durus, hebraismum uolumi retinere. Hæc autem significant hostium aduentum, qui uniuersum regnum Israel deuastaturi erant.

**P**edibus conculcatur: gloria, dignitas regni illius; ipsi principes, & coronati occisi, & pedibus conculcati, at in captiuitatem duelli sunt, lege librum Regum. hic autem uerius indicat in primo uerbi coronam effe ebroforum, atque ita conſtruerendum.

**E**t erit flos decidens &c. hic quoque uerius indicat bas uoces נֶבֶל תְּפָרָת in primo uerbi per appositionem effe accipiendas in hunc modum, & na flori marcescenti, incunditatē decoris eius, id est, uia incunditatē decoris, que est similis flori marcescenti: quod quasi exponens ait: וְאֵת, qui inixa caput uallis pinguisima conuassatur à uno. illi erant principes, & nobiles, qui in metropoli regni Samaria habitabant, deliciis & gule dediti: hos dicit prædam futuros cum tota regni gloria, & dignitate, quam elegantissimè comparat præcoci fructui, quem audiſsimè deuoramus: neque diutius in manibus tenemus. Quid cum aspicerit uidens &c. qui hic וְדַי pro ramo accipiunt, decipiuntur: nam affixum est masculinum: at בְּכָר femin. & in hoc genere respondent affixa aliarum uocum addo, quid וְדַי non ramum designat, nisi cum וְנִ in fine וְנִהְיָה supra 9. & Iob 15. uulg. doctissimè hebraismum uitanit, quem ego retinere uolumi, tum quid facilis esset, cum ut etiā ueritas uulgari interpretis magis conspicua esset. de uocibus autem huius uerbi iam in superioribus dictum est.

**C**orona gloriae: sensus idem est: heb. in uel ad coronam. Sertum. מְרִיאָה hoc nomine appellant Hebrei folliculum, qui primo in arboribus, quasi protruditur. Ezech. 7. Prodit folliculus, floruit uirga, germinauit superbia. ego flosculum dixi: nam solent floculi manu deferrri propter gratiam & odorem. est autem וְנִהְיָה manicare, maturare: dicit ergo propheta dominum regno Iude post uastationem decem tribuum futurum ornamentum, & gloriam; atq; incunditatem Iudeis: quod & factum est sub Ezechia. Chal. suo more de Meſia interpretatur: quod amplectiver, nisi obſtarer uer. 7. & quis se quintur. certum tamen nihilominus est, uerba hæc ad felicitatem seruorum Dei pertinere, quibus in hac etiam uita Deus ipse est pro ornamento, gloria, suauitate, incunditate, pro omnibus denique, qua solent magnificari ab omnibus: ut fanum consilium furvit, illud unum bonum semper amplecti, in quo sum omnia bona. Pro. 8. Qui inuenit me, inuenit uitam; & deponit benevolentiam à Ichoua, id est, dominus erit ei promptuarium: ex quo accipiet homo quidquid sibi placuerit.

**E**t in spiritum iudicij: non solū, inquit, erit incunditas, & ornamentum, sed faciet, ut domini, ac militia; in pace, atque in bello bene habent: nulla autem re magis indigens in pace, quam recto iudicio; ut unusquisque suo fruatur pacifice: ad hoc autem indigent, qui iudicis presunt; iustitia uirtute, q; non est nisi à domini spiritu. Erit, inquit, in spiritum iudicij: insigabit ad ius reddendum in illis: faciet, ut intelligentiudices, quid rectum sit; deinde ut quid iustum indicauerint, exequantur. Super iudicium. וְכֹל pro ipso iudicium tribunali uidetur accipi: aut certè pro ipsa ordinazione, sanctione, ac ministerio publico, ut sedentes super iudicium sint, qui iudicis presunt, & iuri dicendo. Reuertentibus de bello. uulg. participium intransitu accepit, & prepositionem supplexuit, & sensus planus est. at בְּכָר in tertia transitum ferè semper est, & significat reducere, renocare, conuertere &c. inter ceteras ergo expositiones, quo hic adduci possunt, alteram è dnabus tantum eligerem: uel quid Deus sit uirtus, ac robur prælium reparantibus, atq; reintegrantibus usque ad ipsorum inimicorum portas, id est, dabit fortitudinem, ut minquam satientur hostium cede, sed iuxta benedictiones patrum, usque ad portas ciuitatum hostes persequantur: neque desistant à victoria, quousque hostes intra suas ciuitates includant: uel, ut reducentes, seu reuocantes ad portam bellum, fit periphrasis stationariorum, seu præsidiorum militum, qui in propugnaculis portarum semper aderant ad colligendos suos à bello redeuentes, & hostes a ciuitatibus arcenos. isti renocabant, renouabant, seu reparabant prælium ad portas: his uirtus, & fortitudo maximè necessaria erat. sed prior expositi phrasibus Hebreis innuitur, & mihi magis placet: parum enim erat in sequentes hostes ante portas re primere; at à campis ad portas ipsas hostium prælium reducere ardum magis, & promissionibus Dei dignius. igitur dominus suos in pace iustos in bello fortis, ac uictorioſos reddit.

**C**um de felicitate regni Ichuda ageret propheta, uastatio iam Israele, subito uidit Iudeorum in peccatis similitudinem cum Israelite, & totam Iacobī posteritatem eadē cœcitatem inuoluendā non solū regum tempore, sed multò magis in Meſia aduentu, quare subito utrorumque cœcitatem detestatus, eorum perditionem denuntiat. Prae uino nescierunt. non dubium, quin hæc interdum sit uis

apud Hebreos, præ, propter &c. planum quoque est ταῦτα significare, errare inscinter. Leuit. 64. Num. 15. Iob 6. &c. nemo igitur uulg. merito hoc loco reprehendorit: ego hebraismum retinui, quod alium quoque sensum posset significare. nam quia qui errat, modò huc, modò illuc properat; hinc fit, ut interdum pro incedere, degere, uersari accipiatur, ut Prou. 5. In amore eius errat insister, id est, incendas, te uertas, noliteris &c. & Prou. 20. Derisorum facit unum, & turbatorem sciera: & quicunque errat in eo, non erit sapiens, id est, quicunque inter compotationes uersatur &c. idem quoque usus est herbi ταῦτα, quod errare etiam notat, ut Gen. 37. Ecce errans erat in agro. uulg. in proveribus redditum loc ipsum uerbum, uerbo delectandi, quid sensus idem est? In amore cius delebare iugiter &c. uide infra 30. uers. 28. quare hic affectuatem, & studium in epotandis calicibus obiecti Iudeis intelligere possumus: unde sequitur ebrietas, et hebetatio sensuum, ac mentis; quam mox eisdem uerbis constructis cum prepositione, à, significat; errauerunt à uino &c. id est, unum eos errare facit, & precipites fert. ludat itaque in uerbis propheta hanc inueniunt: ut sicut in uino errabant, ita in uino quoque errant &c. Absorpti sunt à uino: iam super dictum est de uerbo γένεται quod propriè de precipitatione cibi dicatur in stomachum: inde ad alia transfertur. cum ergo unum ab ebriosis absorbeatur, hic non illepidè à uino eos absorberi, deglutiiri, seu precipitari dicit: nam mentem, & sensum eripit, ut non iam homines uideantur. Nescierunt uidentem. ταῦτα, id est, in iustione errauerant. nam ταῦτα hic, & Genef. 16. uisionem uidetur notare: at si contendas uocem non nisi uidentem significare, possumus διὰ pro, in, accipere, quod propheta errarent contra uidentem, id est, contra Deum, in quo prophetæ solent uidere ea, qua uident: at falsi prophetæ dum Deum ignorant, multa à Deo profecta afferunt, qua à Deo non sunt. sed prior expofito simpliciter est; ut ταῦτα pro ἀρχῇ positum uideatur. propheta ergo sensu destituti præ ebrietate, incerta pro certis afferebant: at sacerdotes, quorum erat de rebus sanum iudicium ferre, & sententiam instam in omnibus proferre. Errabant iudicium, uel enomebant, id est, tam turpiter, tam inconsideratè, tam impetuū iudicium ferebant, quām ebriosi, qui in stomacho habet, egerit. persecutæ autem in metaphorâ ebrietatis, uulgatus. Nescierunt dixit, ad sensum magis, quām ad uerba attendens. ego quia uenustate plenam uidi metaphoram, Hebreæ utcunque exprefsi; nam uerbum πρὸς uerbo depromendi, auferendi, desumendi reddi potest: immo & uerbo eruſtandi, ut hoc loco, quasi inter rūculi, iudicium quoque de rebus ferrent. hinc, quale esset iudicium, coniūcere nobis licet. Locus bic satis indicat, quām indecorum sit sacerdotibus, & ministris uerbi Dei, uino indulgere:

Hanc turpititudinem adhuc describit, cum uerbi 8. mensis omnes, quibus aſſiderent, aut accumberent tam sacerdotes, quām prophetæ, plena uomiti, & folidibus aut, uomitu folido, uel uomitu egestionis affirmat. hoc autem solet consequi longas compotationes, ob quas non nulla nationes malè audiunt; quarum turpitudines in mensis non huic loci est commemorare. Hic tamen locus lebore Christianum, commonefacit, ut attendat, qua ratione factum sit, ut illæ nationes, quarum nomina taceo, in tantam hebetudinem mentis, & cæcitatem deuenerint, ut pro uerbo Dei somnia ebriosorum hominum, ebriosi ipsi secuti sint: & tam turpe iudicium bodie de rebus ferant, ut inconuolum ecclesia tot millionum annorum autoritatem, tot doctissimum, pariter & sanctissimum patrum unanimi consensu confirmata uellicantes, furiosi cuiusdam hominis iudicia illi præferant, & eius sensu, qui nunquam sibi constituit, amplectenda esse pro ueris, & certis contendant. certè si in uino, & sycrea non dies, noctesque agerent, sed sobrie sacras litteras pertransirent, non in uisionibus adeò errarent; non huicmodi iudicia eructarent. caueant igitur ceteræ nationes ab huicmodi uitijs, si ab erroribus cauere uolunt. Quām incepta autem uasa sint ebriosorum mentes, ad sensa spiritus sancti percipienda, iam audiamus; si prius tamen monuerimus illum laconismum, absque loco, uulg. recte elucidasse, ut non esset ultra locus, qui scilicet uacuus esset a folidibus.

Quem docebit scientiam &c. si etiam Iudei dediti sunt crapule, & ebrietati, quos nam, inquit propheta, docebit dominus? qui nam futuri sunt auditores uerbi Dei? quibus nam significabit, quidfacto opus sit? quis minas eius timebit? quis consilia eius auscultabit, & uoluntati ipsius parabit? si nemo est, abum est de populo: tandem enim superstes est regnum, aut respub. quādū in ea sunt, qui timorem, obedientiam, & fidem Deo præstant. nam apud Ieremiam dicebat dominus, ut circumirent plateas, & uicos Ierusalem; & quererent uirum unum iusti, aquilam amantem, ut illi posset parcere. at si omnium mensa uomiti plena sunt; quis erit capax doctrinae Dei? Auditum uocant Hebrei, uerbum, doctrinam &c. que auribus percipiuntur. Ablactatos a lacte? uulg. sensum interrogatione exprefsi, quās dicat, istos ne docebit, qui non differunt a puerulis recens ablactatis? minime gentium: indigni enim sunt, quos instruat Deus: immo perciperem non poterunt scientiam domini. ego Hebreæ exprefsi: ablactati a latte, supple, sunt, translati ab ueribus, id est, similes sunt istis, & tam inepiti ad percipiendam doctrinam.

Manda

io Manda remanda: tanquam uerba accepit uulgatus: nam & in imperativo cum defectu η inuenitur ταῦτα non semel. ad uerbum dicendum erat, manda mandando: id per remanda exprefsi uulg. eodem quoque modo accepit uoces ρῆτη ρῆτη, quasi diceret, expæcta exspectando, expæcta reexspecta. quid autem intellexerit per hac uerba, uidere potes. apud Hieronymum in commentarij in hunc locum, quid videlicet sint uerba Iudeorum irridentium prophetas domini. Rabini multo alter interpretantur, quos tamen non omnino affectos mentem prophetæ existimo. Quantum autem coniūcere possum tum ex contextu, & significatione uerborum, tum maximè ex loco Apostoli 1. Corin. 14. qui optimus est prophetarum interpres, Iefaias hoc loco Iudeos pueros esse sensibus affirmat, & incapaces doctrinae celestis; ut qui nec prima ipsa rudimenta, qua cartis puerilibus continentur, ualeant percipere. Crediderim autem temporibus illis hac uerba fuisse uulgatissima, & quasi proverbum paſsim in ore omnium circumferri στυράτος ταῦτα, ρῆτη ρῆτη, ταῦτα: quibus admonebantur tam præceptores, quam discipuli, ne simul omni uel tradere, uel percipere uellent; sed mandatum post mandatum, & lineam post lineam, pedentimq; & docerent pueros, & ipsi quoque addicerent, que uerba cum in ore essent puerorum, & suo more ea preferrent sepius syllabatim, ac mox coniunctim, ferè in proverbum abijsse uidentur, ut pro puerorum lectione, doctrina, atque prolatione accipiuntur: ut apud nos Lusitanos, ba, be &c. cumq; aliquem, ueluti puerum, nibil sciēre uolumus significare, dicimus, nescire b, a, ba. quare eti uoces iste Hebraæ significative sunt, & ea significant, que in interpretationibus uides: hic tamen non ut significantes accipi puto; sed ut sint ueluti mimicum exemplum, quo propheta puerorum nuper ablactatorum prolationem balbutientem exprimit, quando prima illa elementa addiscunt: unde & uoces repetit, nam quām uulgo non repeterentur; pueri tamen, dum legevè incipiunt, bis singula proferre a præceptoribus, anter etiam coguntur. primò enim singula elementa dictionis singulatim, deinde syllabatim, mox coniunctim efferunt. cum ergo superiori uerbi diceret, similes esse ablactatis pueris, iam eorum uoces effingit, ταῦτα, ταῦτα &c. id est, pueri sunt, & pueris similes, quandoquidem puerilia tantum eos decent: sunt ueluti pueri, qui addiscunt prima elementa, a, b, c &c. Quid autem haec mimis, seu imitatione uoluerit significare, iam explicat.

ii In loquela enim labijs, uel in balbutio labijs: est enim ταῦτα subsannare, & gestum notat. hinc nomen, quod sannam, subsannationem, irrisiōnem &c. significat: unde in plurali pro subsannatoriibus. Ps. 35. Cum hypocritis subsannatoriibus & paſtiū hoc loco pro subsannationib; labijs, id est, balbutientibus labijs, quod uitium subsannationis subiectum est, accipit: pro quo Apostolus sensum considerans, & uerba transponens, dixit Labijs alijs, ut pro eodem accepit, balbutientis labijs, & linguam alteram: ut non hic linguam peregrinam, sed immutatam prolationem, qualis solet esse eorum, qui cum balbutientibus uolunt balbutire, accipiunt: quemadmodum dicebat Paul. ad quodam, qui ad infantiam redierant; Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis: uellem autem esse apud uos, & mutare uocem meam.

ii Iam quid balbutientibus labijs, id est, quid tanquam prima rudimenta, eis commendauit, ostendit, nempe quietem date lasso, uel reficie laſſum: breuiſſimam sanè lectionem uobis addiscendam propono, hoc quies, hic quietendum, hic fit pauſa. hac, inquam, requies; hic quiescite: nolo mentem uestram longa mandatorum serie uexare: hoc unum uobis commando. Reficie laſſum, subuenite oppreſo &c. Hic dilectionis proximi præceptum intelligito, quod qui adimpler, legem implent, teste Apostolo. uulg. pronomina addidit. de ſuſ, Requies mea, meum refrigerium, quod dilectione proximi tanquam suauissimo sacrificio Deus quiescat, ac reficiat. qui sensu nequaquam est contemnendus: nam ex euangelio habemus, quod misericordiam uelit magis, quam sacrificia: & diligere proximum, mains sit omnibus holocaustis, & sacrificijs. Et si alia horum uerborum interpretationem haud contemnenda, quod dominus dixerit populo illi, quod tunc quietem habet à laboribus, & afflictionibus, & diuinis castigationibus, si ipſi quieti quoque concederent afflictis: & tunc in refrigerio, & consolatione agerent; si tales etiam se erga fratres exhiberent: ut hoc refixerit dominus in euangelio, cùm ait; In qua mensura mensi fueritis &c. pater meus non remittet uobis, nisi remiseritis unusquisque &c. haec interpretationem confirmat, quod infra dicit capite 58. Cum effuderis esurienti animam tuam &c. et requiem tibi dabit dominus Deus tuus ſemper &c. Refrigerium τηγανητοῦ requiem propriè designat; sed ea quoque notat, que quietem habentibus non defunt, ut est mentis tranquillitas, & animi complacentia, seu satisfactio &c. Et noluerunt audire, id est, obediere, obtinere &c. pro quibus uerbis Paulus loco citato; Et ne sic, exaudient me, dicit dominus. que uerba Pauli hunc mihi locum prophetæ planum fecerunt: nempe quid Deum dicere. Reficie laſſum, sit Deum loqui ad populum illum balbutientibus labijs, & lingua altera: & hoc rurſus idem sit, quod ταῦτα, ταῦτα &c. ut mirum sit, quod cum dominus ad populum suum breuiſſimam, eamq; faciliſſimam lectionem, tanquam pueros prelegerit; idque, quod natura ipsa præcipit.

cōmendarit ne scilicet afflictos affligerent, sed compaterentur afflictis, atq; in paupertate degentibus: nec tam audire voluerint, adeo indociles, bebetis, & immorigeri fuerint. hoc facit, quod primo capi te eis dicebat, si subuenient oppreſſo, poſſent cum Deo iudicio contendere. Locus autem Pauli in hunc modum ſi habet: cūm fuaderet, ne malleum loqui linguis, quām prophetare, quod erat intelligentis, & intelligere facientis; loqui autem linguis abfq; prophetie dono, id eſt, doctrina, eſſe pānē barbarorum, & modica admodum utilitatis; maximē uero curandum, ut intelligerent, ſubinfert; Fratres nolite pueri effici ſenſib⁹, ſed malitia paruuli eſtote; ſenſib⁹ autem perfecti eſtote: in lege enim ſcriptum eſt, Quoniam in alijs linguis, & alijs labiis loquar populo huic; & nec ſic exaudient me, dicit dominus, quaſi dicat, ne ſitis, quao; illis ſimiles patribus ueſtris, de quibus in legi uolumine ſcriptum eſt, quod adeo eſſent indociles, & idiotæ, ut neque balbutientem dominum, & doctrinam capacitatē eorum attemperantem aſcultare voluerint, & mentem ipſius capere: non igitur admittenda eſt expoſitio coram, qui i. uerſum, tanquam aſteram communionem, accipiunt, quod per alterius lingue homines illis colloquutus eſſet in pānē ſue cæcitat⁹ &c. nam illud, Et noluerunt audire, & illud Apost. Et nec ſic exaudient me, indicant, quod praeceſſit, indulgentia uifſe, non pene.

13. Et erit, uel & fuit, ut uan illud (ſicut uocant grammatici) non ſit conuerſiuſum. Noluerunt, inquit, audire, ſed illud breue uerbum domini, quod tanquam balbutientis eos docuerat, fuit eis tanquam balbutientiū puerorum ſermo: deriſerunt, & ſubfamarunt, & deflexerunt illud, quemadmodum ſolent deridevi, ac defici balbutientis fermones, ſeu cartulæ pueriles cum doctriñā, & rudimentis, que in eis continentur, tanquam uirū indigna. quod igitur tanquam beneficium offerebatur, & ſecundū indulgentiam tradebatur, (cūm enim magiſtri eſſe debruiſſent, facti erant, quibus laeti opus eſſet, non ſolido cibo) in peius illis ceſſit; & balbuties, que inuare poterat, ob militiam eorum ſcandalis illis fuit. quare ſequitur, ut uadant, & cadant, id eſt, quo factum eſt, ut abeunteſ laberentur, confringentur, illaquearentur, & caperentur. hic eſt ſenſus planus iſtorum uerborum, ut uerba illa 12 &c. non ſignificatiuē accipiantur, ſed ſint a parte praedicti (ut loquuntur Logici) tanquam materialiter, ſeu proverbialiter ſumpta. quod quia Rabini non intellexerunt, ubi ex priori nodo ſe explicuiffent, q; ſeiliſet mandatum poſt mandatum illis tradi deberet tanquam pueris: hic iam prorsus harent neſcien‐tes, quid fit, Erit eis uerbum domini, mandatum poſt mandatum, ut cadant &c. quare facilius locus bic intelligeretur, ni fallor, ſi uerba ipsa non uerterentur, ſed ſic legerentur, Erit eis uerbum domini tcau latcau, tcau latcau, kau, lakaū &c. Sed ne quid omittere uideamus, uerba ipsa examinemus. Et erit: potest refiri, ut dixi, ad illud praeceptum, quietem date fatigato; uel ad alia etiam Dei uerba. Exſpecta: potest eſſe imperatiuū; ſed nomen uſitatiuum eſt, ſicut & uerbum יְהוָה, cuius propriam ſignificationem, cūm plerique tam Hebrai, quām noſtri ignoren, plures ei tribuunt, ut ſolent: ego propriam uanam tantum habere exſtimō, ut cetera ferè omnia uerba hebraica, nempe lineas ducere intenta oculorum aſcie: quod eſt proprie perspectiua & geometria. quare ubi in Genesi uulg. dixit, Congregentur aqua in locum unum, ſic intelligi potest, ratione quadam, ueluti geometri‐ca, circumſibilantur aqua in loco uno; & illud Ieremia 3. Congregabuntur ad eam: nos dixerimus, reſta, ueluti per lineam, tendent ad eam omnes gentes. hinc quia qui aliquid exſpectant magno anima desiderio, ſimile ſunt menſoribus geometricis, quod animum intentum habeant in rem, tempora, lo‐caque menſurantes &c. transferunt ad eam animi applicationem ſignificantam, in qua ſignificatione frequentiſſim ſuſcipiuntur. at nomen יְהוָה non niſi ſuniculum ſignificet, eum potiſſimum, quo menſores, & fabriliarij, & latomi uituntur: unde pro menſura, & pro dimenſo uituntur, ut pre‐ceptum fuerit praceptoribus, ne onerarent puerorum memoriam longis lectionibus &c. ſed lineatim, ex certa dimensione &c. Modicum ibi &c. id eſt, per interualla temporis, ut non nihil temporis in uno precepto, & non nihil in altero inſumerent. uerū, ut iam dixi, non ſignificatiuē hac accipienda ſunt, ſed primo loco pro mimica expreſſione puerilium rudimentorum: hoc autem loco pro deriſione, cui balbutientis prolatio ſubiecta eſt. Ut uadant &c. id eſt, quo factum eſt, uel que fuit: nam ex contemptu uerbi Dei orta eſt perditio Iudeorum; perditio autem ſignificatur uerbis, que lapſum, conſratioñem, illaqueationem, ac captiōnem ſignificant. uide ſupra cap. 8. uerſ. 15. dixit autem re‐troſum cadere, propterea quod periculoflor lapsus iſtis, & in eis impleri prophetiam hanc ſignificauit Euangelista cūm ad uocem domini, Ego ſum, cecidiſſe retroſum Iudeos commemorat. huiusmodi autem ruina designat eos non aduertere, in quo mala collapsi ſim. deinde confratatio irreparabilem re‐pub, labefactationem designare uidetur: illaqueatio uero non ſolum complicationem ſcelerum, uerū etiam ammorum perplexitatem, in qua perpetuo degunt, neſcientes quid sequantur, aut cui credant, cūm non regem, non ſacerdotem, non prophetam habeant. at captio designat omnimodam potestate, atque tyrannidem, quam in eos exercet peccatum, & diabolus: dicit enim infideles, quod uult nam ſunt ſerui peccati, & que patiuntur auicula in manib⁹ puerorum, qui eas laqueis ceperunt, multoque grauiora,

grauiora patiuntur ipſi à peccato, & diabolo. Hoc quoque animaduertat cetera peccatorum turba, qui quia contemnunt uerbum Dei, ſimilibus malis ſubiecti ſunt, eruntque perpetuo.

14. Cūm precepit diuina diſpicerent, tanquam puerilia rudimenta; & prophetis, qui eis comminabantur, negotium faceſſerent; non poterat non indignari dominus. ſed quia quod hanc indignationem conſecutum eſt, maximē diuinam bonitatem illuſtrat; antē quām ſententiam Dei promat, noluit prope‐ta eorum irriſiones exprimere, quibus certe nulla poterant eſſe grauiores, aut moleſtiores. Qui do‐minamini: ne quis ad uulgus hac pertinere putaret, dominatores, ſeu principes populi compellat. iſi enim fuerunt, qui deridebant uerbum domini, ut in euangelio legis de ſcribis, & Pharisaïs, & principibus ſacerdotum: nam ad iſtorum tempora iam prophetia reficit, ac de iſis iam nobis quoque futurus eſt ſermo: qui cūm eſſent auari, de eleemosynis in pauperes ergo anders differentem dominum de‐ridebant: quorum ingenium exaltissimē uerſi ſequenti prophetia depingit.

15. Dixiſtis enim, uel quandoquidem dixiſtis: ſuſpenda enim eſt ſententia uſque ad uerſuſsequen‐tes. Percuſimus ſecus: cūm prophetæ & dominus iſiſe Iudeis flagella, mortem, & diui‐nas alias ultiones imminere ob iſorum auaritiam, inhumanitatem, falſamq; doctrinam denuntiarent, iſi contra irridentes, quod ueluti inane minas eſſe putarent, ex inſidelitate dicebant, ſi non uerbo, ſaltem opere; Non timemus mortem: pepigimus enim fadus cum morte; etiam uenerit, non nobis nocet: fruſtra ergo nobis mortem minamini. ubi cūm rem omnino impoſſibilem preteuant, nempe cum morte, & inferno pationem; friuolas, inane, ac mendaci plena comminationes eſſe significa‐re uolunt. Fecimus pacum. τιμή eſt uidere, prouidere, ſeu prouidere. hinc nomen, quod pro‐uisionem, deinde etiam ea, que in futurum prouidentes nobis tanquam neceſſaria comparamus, notat. eſt autem locutio ſimul conuuentum, aut ſimul nauigare uolentum, quia autem hoc non faciunt niſi ſederati, & amicitia coniuncti, uulgatus facere pacum dixit: ut idem ſit, quod ſuperiori membro, at uehementior mibi uifa eſt ironia, ſi prouisionem ſe cum inferno, ſeu mortuorum ſtatu feciſſe dice‐rent, quaſi dicant, nihil magis à tuis minis nobis metuendum eſt, quām ſi cum morte percuſiſemus fadus, & tanquam ſimul nauigaturi, aut una domo uicturi cum morte prouisionem feciſſemus. Fla‐gellum inundans: paronomasia eſt in uerbis Hebreis ſcot, ſcotef. dicebant enim prophetæ & do‐minus ingentes calamitatis, tanquam flumina inundantia, imminere toti Iudeæ. Non ueniet ſuper‐nos. rara eſt conſtructio beb. uerbi נִתֵּן (id eſt, uenit) cum affixo, aut accusativo, ut hoc loco: ſi quē tum tranſiūtum, & uerbo inuadendi reſt uertitur, ut Ps. 36. Ne inuadat me per ſuperbie &c. Mendacium: credo hic Iudeos ironice iuſtiūtam legi abſque fide (quam ſic tam iuſtiūtam, atque hypocriticam appellant prophetæ, & dominus) mendacium appellare: quaſi dicent, nos iuſti ſumus, & iuſtiūtam legi cuſtodiūmus; quaſi uos, ſuperbie admodum ac mendaciter, mendacium dicitis: his nos teſti, ac tuti ſumus: hoc unicūm nobis recipiūlum in inundationibus, quas comminamini: huc nobis abſconſio à tempeſtate: non enim ſuo dominus deseret; neque hostium prādam eſſe patiuntur eos, qui legem eius obſeruant, id Moſes, id Deus iſiſe ſemper nobis pollicitus eſt. Hanc aptiſſimam huius loci expositionem exſtimō, & ſequentiibus maximē conuenire. fateor tamen poſſe de mendaciis iſipſis, frau‐dibus, & imposturiſ intelligi: quibus diuines erant Iudei, quibus ſidebant poſſe ab hostiibus tutos eſſe; ſimplices autem, ac mansuetos, & qui conſilia domini amplectentur, inuiria, ac præda hominum patrē: ſibi fraude & dolo in hostes eſſe utendū: hiſ armis ſe ceteris nationibus præſtare: non ergo aliam protectionem ſibi neceſſariam &c. Et mendacio. aliud hic nomen eſt à ſuperiori nempe ηρωή, quod proprii falſum, ſeu falſitatē, ſeu fallaciam notat, & additur prepoſitio η, id eſt, in, uel cum uerbum autem proprii abſcondere ſignificat, quaſi ſe fraudibus, uel fallacijs abſcon‐dendos, tanquam latibulo, dicant: aut per fraudes, & dolos euafios uniuersa pericula. Vides hoc loco ſuperbie improborum? uides proterviam, & peruvicaciam? uides contemptum, & inanem fi‐duciam, & quod maximē dolendum eſt, quanto ſidentiores uideantur, & audientiores ad perferenda pericula, atq; aduersa, (cūm tamen uera ſpe deſtituantur) quām pię, & boni uiri, qui Deum habent pro ſe ſed bene eſt, quod iſtorum ſpes eſt inanis, & ueluti nebula, aduentante ſole, euaneſcit: ſpes au‐tem iſtorum inconcufa manet, & gaudijs plena eſt, ut ſcriptura non uno loco afſiormat.

16. Mitto. τοῦ proprii eſt fundare: uulg. ſenſum uertit, & tanquam partipium, ſeu nomen accepit, ſicut alijs fundare in Tcion lapide eſt fundare Tcion in lapide, uel ſuper lapide, phrasij Heb. familiari: neq; cuiquā dubiū eſt debet, quin lapis hic Christus iſit, ut ex euangelio, & Paulo, & epift. Petri ap‐pareat. nā hic eſt lapis factus in caput anguli, & nemo aliud fundamentum poſſet ponere præter id, quod poſtum eſt &c. Hunc primō dicit lapidem probationis, id eſt, qui probatus, tamen duritiam ſuam, ac firmitatē ſeruat: unde inſra comparatur ſaxo durifimo &c. quām examinatus autem, et quā proba‐tus fuerit dominus, atque tentatus per omnia, eſſe hominem, qui ignorat, arbitror neminem. ſecun‐do angularem, quod duos parices conneſſat: fecit enim unum ex duobus, diſſoluens inimicitarum ma‐

ceriem, tertio pretiosum: quid enim conferri potest cum homine Deo? quartu*m* uocat fundamentalem: nam fundamenti fundati, uel fundamenti fundamenti, iumfundamentum designat, id est, super quod totum adsiduum construitur. Qui crediderit, non festinet. non dubium, quin uerbum, ut festinare significet: at Paul. ad Rom. 10. & Petrus cap. 1. epistola secunda uerbo prudendi reddiderunt, quemadmodum & Græci interpres. & quidem si mens prophetæ non esset commendare fidem in illum lapidem, dum affirmat, qui in eum fideret, nunquam pudefendum, ut ex Apo stolis colligitur, facile esset nulatum interpretem cum Apostolis conciliare, quasi nul. interpretis hec sit sententia. Quid si credi, ne festinet, scilicet, uidere, quod hic pollicetur dominus: quia non statim id futurum est, immens, quod si festinaret, pudeficeret, non reperies quod se inueniturum putabat. ergo si in Apostolis futurum pudefet, pro pudeficiat, accipiamus, idem erit sensus: sed, ut dixi, hic commendatur fides. quare non alia conciliatio mibi probabilior appetat, quam si dicamus Hebreos uerbo festinandi in tertia uti, sicut nos Hispani uerbo currendi, pro erubefere, seu pudefieri: nam qui erubescunt, sepe abdere festinant. redderemus ergo Hispaniæ, Qui credit, scilicet, in eum, (ut supplex Apostoli) non se correra, quasi diceremus, non sepe proripet à conspectu hominum. nam & uerbo fodendi, ut iam supra annotauimus, pro pudefendi, etiam eadem ratione Hebrei utuntur. Ex quibus iam appetat, quovsum dominus hac de lapide adduxerit. qui locus Dei misericordiam sumopere nobis commendat. nam cùm illi irridentes dixissent se mendacio, & fallacia satis operatos, atq; tuos; addidit dominus, Audite ergo uerbum domini &c. At quod, quos, uerbum sufficiari quis posset dominum dicturum, nisi quod infra sequitur? Immo flagellum inundans inuaderet nos: neque uos tutabatur protec*t*io mendaci &c. at non sic dominus, sed illis illusoribus prius promittit Messiam, in quem unum si fidem habere, si cum amplecti, ac recipere uellet, fore, ut nunquam pudefierent, etiam si calamitas inundaret uniuersam terram: sin minus, tunc futurum, ut perderentur. Sicut in euang. cum occiso herede dominus interrogasset, Quid pauci digni essent homicida, & illi respondissent, Malos male perdet &c. quid aliud futurum putabamus? at dominus aliam parabolam proponit, in qua illos prius per Apostolos uocandos significat, ut fructum illius sanguinis, quem ipsi fudiissent, uellet percipere; quos si non audirent, tunc perdendi forent: ita hoc loco singe misericordiam dominum dicere: Doleo uicem uestram, d' Iudei, qui mendacio, & fallacia tuos nos putatis, aduentante Dei uindiæ: transfe*r*e aliò spem uestram: ego iacio pro fundamentis nouæ Tzion lapidem &c. fidite in ipsum; illi nos tradite: accipite filium meum; amplectimini eum; ad ciuitatem, quam ipse construit, confugite, & tui eritis: nihil enim damnationis est, qui sunt in Christo I E S V &c. Quid si scire uis, quare non pudefient, qui in Christum crediderint, audi.

17 Ponam iudicium in mensura &c. persuerat in metaphora lapidis, & anguli, ac fundamenti. Rationem, inquit, uera iustitia terris afferam; faciamque, ut homines uerò iusti sint, adamus in*q* iustitiam colant. Hic intellige eam iustitiam, quam Paul. ad Rom. depingit, qua apud Deum iustitia est, non apud homines tantum: cui comparata legis, seu Pharisæorum iustitia, iniustitia reputatur: quam dominus in evangelio à suis exigebat, cum diceret; Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum, & Pharisæorum, non intrabit in regnum calorum. Hæc à fide proficiscitur, sive aliter, caritatem comprehendit: minima illa precepta, qua Pharisæi non curabant, qua animo adimplentur, non concupiscere, non uidere ad concupiscentium, non irasci fratri suo &c. exactissime exequitur: deinde hanc fidem iustitiam appellabimus, quod à fide ortum habeat, & quod cum fide in Christum terris collata sit per eius gratia, hac una qui prædictus est, potest in omnibus aduersis tutus esse, confidens, quod non propter se orta sit tempestas, sed patri, qui in calis est, curèt, hunc esti quamvis fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruine, at qui hac desituti sunt; experientur, que ueribus sequentibus continentur. In mensura: hic est nomen, de quo supra uers. 13. nempe ἡρ, quod lineam significat: quia uerò linea, seu funiculo latomi, fabri, aliquæ opifices in mensurando utuntur, pro mensura sapientiæ capit. ponere ergo iudicium ad lineam, seu funiculum, est rectissime, & summa equitate ius reddere. hoc semper Deus ipse fecit: homines uerò id faciunt dono ipsius. In pondere. uerbum ἡρ propriæ est librare in libra: inde ἡρωδιū libramentum, regula, adamussis: idemque est, quod priori membro dixit, nempe exacta ratio iustitia &c. non solum in iure reddendo, sed in tota uiuendi ratione: utrumque nomen 2. Reg. 21. coniungitur; Extendam super Ierusalem funiculum Samarie, & adamussim domus Achab: ubi pro instrumento illo, quod fabrilignarij, & cementarij regulam uocant, uidetur accipiendum, reddi ergo potest, & iustitiam ad regulam, seu adamussim. uel certè est instrumentum aliud, in quo ex filo pender pondusculum, quod lapidem quoque uocat scriptura: ubi est quedam libratio, ut cum radice conueniat significatio nominis, ut recte reddere possimus, & iustitiam ad perpendicularium. Virtuus enim lib. 7. ait; Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularium, anguli ad normam respondentes exiguntur. possunt & hoc habere

bere alium sensum, nempe, se in istum futurum erga Iudeos, ut eos iuxta merita puniat &c. sed au*g* stior est prior interpretatio, cui sequentia conuenient, praesertim uers. 20. 18. Et delebitur: supra de uerbo יְמִיתָן dictum est: significat enim abscondere, ita ut non ultra res videatur. sensum ergo uulg. recte expressit, dicere posse, expiabitur, id est, tanquam placulum amuebitur, ut nusquam amplius appareat. nam mors illos iniuria erat, tanquam non federatos, & foeda, seu inferni eos deorum, ut quo<sup>s</sup> alios, non sibi amicitia conciliatos. quod autem supra: dixerat ἡρ, hic ab eodem uerbo dicit ἡρ. Et flagellum &c. ecce quod pacto non confiteret, neque firmum erit pactum: nam supra dixi, facere prouisionem esse idem, quod pactum facere. 19. Quandoque pertransierit: recte hebraicum molluit, qui sic habet, à transire ipsius, uel suo. Quidam mane diluculo: heb. in mane in manu: quod potest accipi, ut uulg. id est, summo mane, ante lucem: potest quoque distributiu*m* accipi, sicut Exod. 16. Collegerunt illud in manu in mane, id est, quilibet mane, ut sit sensus, quando uenerit, quocunque manu uenire, siue in terdiu, siue noctu uenerit, auferat, suppl. vos. Et tantummodo sola: altera ex his particulis addita uidetur: in hebr. & erit tantummodo, id est, futurumque est, ut tantummodo ueratio intellexit. Etiam de uerbo γένεται, id est: mons se, est nomen γένεται, commotio. Deut. 28. & pro uexatione accipi potest: ponitur enim pro diuinis castigationibus, ac flagellis, quibus commota mens, & expergicata audiuntur, id est, uerbum Dei interdum auscultat, eiique obedit, quod antea deridebat, cum ergo prophetæ significat Iudeos, Christo domino non credituros, & occiso denudandos esse, & ab hostiis exercitu de terra inuentum auferendos: (quod per Romanos factum non uimus) hanc castigationem tamen non nullis profuturam prædicat. uel potius nihil aliud significat, quam quod ipsa malorum experientia, ipse hostium aduentus, ipsa ciuitatis succensio, ipsa Iudeorum captiuitas factura essent, ut intelligerent, quam uera essent diuinæ comminationes, quas ex ore domini. & per prophetas, & Apostolos Iape audierant: quod incredulitatem eorum, & cæcitatem potius notat, quam conuersionem: quasi diceret; Neque ante ea credem uera esse, que dominus comminatus fuerat, quam diuinam uidetur experiantur. 20. Coangustum, uel abbreviatum est: elegantissima similitudine strititiam infidelium Iudeorum, atque adeo omnium, qui peccatis gaudent, patet facit. Spem lecto, ac pallio, seu oportamento comparat, qua quiescimus, si eam appreheudimus: eaque suffulti non despondemus animum, neque impetu calamitatis rapimur. nam qui nullam spem habent, sunt, ueluti illi, qui tempore tempestatis, aut frigoris post labores non lectum, non oportumentum, non aliquod receptaculum, quod sepe recipient, habent. superest ergo, ut algeant, & pereant &c. quidem qui Deo fidunt, & ueram iustitiam, quam uero depinxerunt, amplectuntur; amplissimum habent stratum, in quo quisque, in quo se extendant: quoque se uertant, in tuto sunt: sua egreditur, sua ingrediantur, pescua inueniuntur, suntque ueluti arbores uexta fluxum aquarum, que no[n] timent, quando uenit astus &c. ut est apud Ierem. scriptura etiam tota commendatione huius spei plena est, quam non nisi iusti, & p[ro]b[us] habent. Qui uero hypocriticam iustitiam, qualis erat Pharisæorum, seellantur, & hac sibi placent, ut decem ille uirgines fatuo, aut qui diuitijs suis, aut etiam sapientia carnis fraudibus, & imposturis fidunt, breviissimum habent stratum, in quo neque se uertere, neque se extendere possunt. nam qui coram hominibus tantum iustus est, si ab hominibus abstrahatur, & ad Dæi tribunal deferatur, quid anima in eo erit? idem cogita de diuitijs, qui destituti diuitijs spes sua decidunt, immo in ipsis quoque diuitijs, extendere se non possunt. denique futile, & inanis est eorum omium spes, ad pauca, & ad brevissimum tempus tantum utilis. Hac igitur similitudine notat Iudeorum strititiam, qui in laudem illum, firmissimum, pretiosum, angularem fidere voluerunt, neq; iustitiam fidei amplecti: spem autem suam, mendacio, & fallacia definerunt. unde factum est, ut flagello inuidante perierint. Ita ut alter decidat: ad uerbum, ab excendendo se, id est, ut extensiō neque fieri, nempe neque strati, neque eius, qui in eo iaceat. quia uero stratum breve, plures non recipit, uulg. dixit, ita ut alter decidat. Vtrunque operire non potest: ad uerbum, secundum colligere se, id est, ut quis se colligat, & eo se circumvoluat. Vtrum & nos Lusitani uerbo colligendi, pro ad somnum se operiendo, preparare, & ita hoc loco uidetur accipiendum. 21. Sicut in monte: heb. sicut mons, eodem sensu, id est, sicut contigit in monte. Diuisionum, τετραrupta, seu diuisio est Hebraic. inditum est autem nomen monti, iei enetu, quem habes 2. Sam. 5. ubi fudit hostes Philistæos David, sicut diuiduntur aquæ. estq; sermo de secessu victoria, quam eodem loco obtinuit David, pugnante ante eum domino grandine: ibique dictus locus est Baal, δαλ, qui dicebatur uallis gigantum. Totam ergo historiam nomine montis Peratim hic reducere in mentem nos uult propheta, que ualde erat celebris, insinuans, quod tam terribilis Iudeis aduenturus sit, quam olim Philistæis. eodem modo. accipe, quod sequitur; sicut uallis in Gabaon;

*Caput vigesimum nonum.*

Noua.

Vetus.

**V**AE Ariel Ariel ciuitas, [in qua] re-  
fedit David: addite annum super an-  
num: festivalia decidantur.

Et pressuram faciam Ariel, & erit im-  
pulsio, & impulsio, & erit mihi, ueluti A-  
riel.

Et confidebo quasi circulus circa te, &  
cingam contra testationem, & erigam con-  
tra te munitiones.

Et humiliaberis, è terra loqueris, & è  
puluere reflectetur dictu tuum, & erit quasi  
Pythonis è terra vox tua, & è puluere di-  
ctum tuum stridebit.

Et erit, uelut puluis tenuis, multitudo  
comprimentum te; & ueluti gluma trans-  
iens, multitudo praeualidorum.

Et erit, subito repente à Iehoua tceba-  
oth requiretur in concusione, & commo-  
tione, & uoce magna turbinis, & tempesta-  
ris, & flamma ignis absumentis.

Et erit, sicut somnium uisionis nocturnæ,  
multitudo omnium gentium militantium  
contra Ariel, & omnes militantes, & insi-  
diantes, & pressuram facientes ipse.

Et erit, quemadmodum somniat esu-  
riens, & ecce comedit, & euigilabit, &  
uacua est anima eius: & quemadmodum  
somniat sitiens, & ecce bibit, & euigilabit,  
& ecce lassus, & anima eius excurrens; sic  
erit multitudine omnium gentium militan-  
tium contra montem Tzion.

Interturbemini, & obstupescite; reprimi-  
te nos, & represi sitis: ineibriati sunt, &  
non est uinum: agitati sunt, & non est ly-  
cera.

Quoniam effudit, super uos Iehoua spi-  
ritu soporis, & compresist oculos uestrorum;  
prophetas, & duces uestrorum uidentes ope-  
ravit.

Et facta est uobis uisio omnis, sicut uer-  
ba libri obsignati, quem dabunt scienti lit-  
teratum dicendo; Lege, quæso, hunc: &  
dicet; Non possum, quia signatus est.

Et dabitur liber ei, qui non nouit lit-  
teraturam; dicendo; Lege, quæso, hunc: &  
dicet; Non noui, litteraturam.

Et dixit dominus meus; Eò quod acce-  
pit

**V**AE Ariel Ariel ciuitas, quam expu-  
gnauit David: additus est annus ad an-  
num; follemnitates evolutæ sunt.

Et circumuallabo Ariel, & erit tristis,  
& mærens, & erit mihi, quasi Ariel.

Et circumdabo quasi sphærani in circui-  
tu tuo, & iaciam contra te aggerem, & mu-  
nitione ponam in obsidionem tuam.

Humiliaberis, de terra loqueris, & de hu-  
mo audietur eloquium tuum, & erit quasi  
Pythonis de terra vox tua, & de humo elo-  
quium tuum stridebit.

Et erit sicut puluis tenuis, multitudo ué-  
tilantium te; & sicut fauilla pertransiens  
multitudine eorum, qui contra te præuale-  
runt.

Eritq; repente confestim, à domino ex-  
ercituum uisitabitur in tonitruo, & com-  
motione terra, & uoce magna turbinis, &  
tempefatis, & flamma ignis deuorantis.

Et erit, sicut somnium uisionis nocturnæ,  
multitudine omnium gentium, quæ dimica-  
uerunt contra Ariel, & omnes, qui milita-  
uerunt, & obsederunt, & præualuerunt ad-  
uersus eam.

Et sicut somniat esuriens, & comedit:  
cū autē fuerit expergefæctus, uacua est ani-  
ma eius. & sicut somniat sitiens, & bibt,  
& postquam fuerit expergefæctus, laetus ad-  
huc sitit, & anima eius uacua est; sic erit  
multitudine omnium gentium, quæ dimica-  
uerunt contra montem Sion.

Et obstupescite, & admiramini; fluctua-  
te, & uacillate; ineibriamini, & non à uino  
mouemini, & non ab ebrietate.

Quoniam miscuit uobis dominus spi-  
ritu soporis, claudet oculos uestrorum: prophe-  
tas, & principes uestrorum, qui uident uisio-  
nes, operiet.

Et erit uobis uisio omnium, sicut uer-  
ba libri obsignati, quem dederit scienti lit-  
teratas, dicent; Lege istum: & respondebit;  
Non possum, signatus est enim.

Et dabitur liber nescienti litteras, dicen-  
turq; ei; Lege: & respondebit; Nescio litteras.

Et dixit dominus; Eò quod appropin-  
quat

Noua.

Vetus.

sit populus hic ore suo, & labijs suis glorifi-  
cat me: & cor suum procul remouit à me:  
& fuit religio eorum erga me, mandatum  
hominum edictum;

Propterea ecce ego addam facere admiri-  
rari populum hunc ardua, & ardua: & au-  
feretur sapientia sapientum eius, & intelli-  
gentia prudentium eius abscondetur.

Væ profundantibus à Iehoua ad abscon-  
dendum consilium, & sunt in obscuritate  
opera eorum: & dicunt; Q uis uidet nos,  
& quis nouit nos?

Versio uesta si quasi lutum figuli reputa-  
bitur, quando dicet opus factori suo, Non  
fecisti me? & figuramentum dixit formatori  
suo, Non nouit?

Non ne ante breuissimum tempus con-  
uertetur Libanus in Carmel, & Carmel pro-  
fyla computabitur?

Et audient in tempore illo surdi uerbalia  
bri, & de caligine, & de obscuritate oculi  
cæcorum uidebunt.

Et addent inopes in Iehoua latitiam, &  
egeni hominum in sancto Israel exulta-  
bunt.

Quoniam defecit præualidus, consum-  
ptus est illusor: excisi sunt omnes uigiles  
concupiscentia.

Errare faciebant hominem in uerbo, &  
arguenti in porta laqueos complicabant, &  
declinauerunt in inordinationem instum.

Iecircu in hunc modum dixit Iehoua ad  
domum Iacob, qui liberauit Abraham; Non  
modò pudebit Iacob: neq; modò fa-  
cies tuas auerterent.

Quia cùm uiderit filios suos opera ma-  
nuum mearum, in intimo sui sanctificabunt  
nomen meum, & sanctificabunt sanctum  
Iacob, & Deum Israel, præualecere fa-  
cient.

Et scient errantes spiritu intelligentiam,  
& infamatores discent doctrinam.

**D**e ciuitate Ierosolyma est sermo, quam Ariel vocat, quod esset ueluti leo fortis, non so-  
lum quod munitissima esset, & inexpugnabilis, sed quod uicinas gentes subiugasset, & quasi  
leo eo tempore, quo in ipsa residebat David, populos decerpisset. nam בָּנָי decerpere est, &  
בָּנָי leo; בָּנָי uero potens, fortis. unde 2. Sam. 2. dicitur Banaias occidisse duos Ariel Moab,  
id est, duos leones fortissimos Moritarum; credo duos uiros fortissimos intelligi. uide uerbi sequen-  
ti. At arx Tzion peculiari nomine ciuitas David vocabatur, quam ille adiucavit munitissimam:  
cum eam Iebusais eripuissest 1. Par. 11. &c. Additus est: potest esse in preterito, & imperati-  
vo, et si in præterito legas, accipe pro futuro, & sensus idem est: Addite annum super annum, id est,  
post non multos annos, numerate paucos annos. Sollemnitates. 1. Par. est gyrate, agi in orbem:

R. iiiij

binc ad festiuitates transfertur, que celebrantur epulis, & choreis, & circumrotationibus: uel quod euoluto anno rufum redibant: estq; festum agere, uide supra 19. uers. 17. binc in festiuitates frequenter in scripturis: quod nomen tamen Rabini non nulli, quos sequuntur & nostri, pro agnis hoc loco, & Ps. 118. acipiunt: quam recte, docti uiderint. ubi nos habemus, Constituite diem sollemnem in condensis, ad uerbum, Vincite in funibus usque ad cornua altaris: ubi pro frondibus festinalibus capi putarem: sicut etiam hoc loco, decendant frondes festinales uno, atque altero anno: repetendum enim hoc est ex priori membro, id est, euoluantur festiuitates, ut dixit uulg. sensum doctissime reddens, nam quod ramos praecedent ad festiuitates ecclesiasticas, ut etiam hodie facimus, ex libris Rabinorum intelligere poteris: sed & uersio illa Graeca psalmi, & historia euangeliaca id satis ostendunt: quod etiam praeceptor meus Angelus Caninus in libello De uocibus Hebreis noui testamenti, in uoce, Osana, annotatum reliquit. Ciuitas, nota nomen τύρος esse in reg. & rege repterium νόμον, que forma redditur aut per nomen, ciuitas residentia Davidis: aut suppleto relativo in qua &c. cuiusmodi locutio non infrequens est Hebrais.

2 Tristis, & marenis: duo nomina sunt hic ad eadem radice, scilicet τύρος, quod est aliqua gravis de causa ad luctum impelli: in secunda fit transtituum, impulit, adegit: quare uerti hic potest, cum uulg. tristis, & morens, uel impetus, & impetus: sicut Thren. 2. Multiplicavit in filia Iuda impetus, & impetus. quo geminatio multiplicitatem, & distributionem notat, quasi dicatur: binc inde necessitas, seu impulsus erit &c. Et erit mihi quasi Ariel. duplicitate hoc accipi potest, primò quod ipse dominus se leonis forti comparat, & cuitatem preda, quasi dicat, eritq; mibi quasi Ariel, id est, tu, que alijs eras leo fortis, & alios decerpbas, preda eis mibi, & ero tibi decerpator: secundò uel ludat in nomine Ariel; quod etiam altare figuratum significat, ut Ezech. 43. quasi dicat, in te, tanquam in altari ingulabulo habitatores tuos, & eru sacrificium domini: ut alibi loquitur scriptura, Sacrificium domini in Bozya &c. dicebatur autem altare hoc nomine propter mactationem, & ingluuium uictimarum.

3 Et circumdabo: hic illud idem uerbum est, quod in primo uersu reddidit uerbo expugnandi. nam interdum est uerbum castrense, & plerunque uulg. uerbo castramendi reddidit: ut in primo uersu reddi posset, ciuitas quam circumfedit David, ut eam, scilicet caperet. Hoc tamen manifestum est, quod, construclum cum τύρῳ uerbo obfendi recte ueritur: obfidebo te, uel cingam te, ueluti circulo: uel circa te ueluti circulus confidebo. sensus idem est. Aggerem, uel stationem, seu propugnaculum, in quo in obfitione stant milites, ad hunc locum, & qui sequitur, respexit dominus, quando flens super ciuitatem dicebat, circumdabim, te inimici tui &c. familiare autem est Deo sibi tribuere eas actiones, que sunt hostium, quando hostes per Deum immittuntur.

4 Humiliaberis: in euangelio dicit dominus, Ad terram prosterne te, & filios tuos, qui in te sunt. De terra loqueris: hac omnia exultit uocis significant: que signum est non solum agreditudinis corporis, sed & animi magnis calamitatibus fracti. uide de hac uoce supra cap. 8. uers. 9. Audietur. τύρῳ incuruatum est: at incuruari, seu recuruari eloquim, quid est, nisi refleti sonum &c. uulg. sensum uertit.

5 Feri omnes interpretes hos quatuor uersus de hostium populi Dei subuersione, intelligent, & hunc esse morem prophetarum dicunt: sed quam appositis, apud ipsos uideas, ego certè obscura esse fateor, que hic dicuntur, & hostibus Israels maximè Assyriis, qui ab Angelo domini percussi sunt, posse aptari & si superficiem uerborum attendas, non dubito: obscuritatem tamen à propheta effectatam existimo: ut post hos uersus uidebis: & hoc, ut pro hostibus, & contra Ierosolymam, dicta accipio. Dicit ergo multitudinem hostium futuram, ueluti tenem puluorem: familiare est enim scriptura, pulueri multitudinem innuivabilem comparare. Genes. 13. Si poterit aliquis numerare puluorem terre, etiam se men tuum numerabitur. licet ibi sit alia uox. Ventilantium te. τύρῳ interdum ualeat, constringere, comprimere: & hic modus significandi hic mihi placet: alij pro extraneis acipiunt: sed affixum, ne ita acciperem, fecit supra cap. 1. hoc uerbum habens, Vulnera non compresserunt, id est, non sunt compressa. Et sicut fauilla: idem hic significatur, quod primo membro, nisi quod hic celeritatem quoque hostium, & celarem eorum adventum puto designari: nomen autem glumam propriè designat, quam uentus ab area excutit: hic ad alias quoque quisquilia transferuntur, que uento, facile contorquentur. significat ergo, quod hostes, uelut nebula quedam pulueris, terram operirent, neque praefarentur, & famam suam praeuenirent. quod de exercitu Romanorum sub Tito, & Vespa. uerum fuisse narrant historie.

6 Eritque repente confestim: magis mihi haec uulgati interpretis distinctio, quam Rabinorum placuit. sunt autem Hebreis due dictiones eiusdem ferè significacionis; & tanquam nomina, & tanquam aduerbia capi solent. Eritque in repente caso, uel citissime, admadum repente. Visitabitur.

tur. τρόπῳ potest esse aut secunda persona masculina, aut tertia feminina: sed ne in secunda accipiā, facit uerbum, Humiliaberis, & loqueris, que feminina sunt, & que praecesserunt. Erit mihi quasi Ariel &c. & quamus de ipsa ciuitate Ariel posset dici, quod visitaretur; ego tamen malem: impersonaliter accipere, ut magis incertum maneat, de quo propheta loquatur: ut sit sensus; eritque à Deo repentina visitatio, seu requisitio. In tonitruo & commotione: his nominibus, & que sequuntur, turbibus, & tempestatis &c. cum quibus dicit futuram visitationem, satis indicat, quod genus hominum esset illud, & quale visitationis genus futurum. significant enim hec dinun iram in scripturis, punit nanque Deus per creaturas, & terrorem incutient commotiones cali, & terræ, & tempestates aeris: cui addit, & flammam ignis, ut perfectam defolationem Ierosolymorum intelligamus.

7 Sicut somnii uisionis nocturnæ: quomodo hostes comparent somniu uisionis nocturna; id est, uisioni, que in somniis fit, explicat ueru sequenti, nempe quod erunt ueluti somniantes ipsi hostes, ut mox explicabimus: uel aduentum hostium somnio comparat, quod præter spem uenerint, remque citissime confercent, moxque omnia disperuerint, tanquam somnum. Et qui obsederunt. τύρῳ est rete, seu sagena Eccles. 9. uidetur ergo accipendum attue, pro insidiis: Insidia eius, id est, insidiantes ei, uel infidiales eius. uulg. sensum expressit.

8 Sicut somniant: explicat comparationem, quod hostes Iudeorum sint, ueluti qui famelici, & fitibundi somniant se comedere, & bibere: reuera autem enigantes adhuc esuriunt, & sitiunt, id est, ita facilè perdent populum istum, ita nullo negotio devorabunt, ac si in somniis id fecissent: quasi dicat, non expletis famem eorum; nihil se fecisse arbitrabuntur, cùm uos deleuerint &c. Vacua est: secundo loco, aliud est uerbum, quod excurrere propriè significat πάσω: qui autem sit, buc, atque illuc excurrit, ut quod bibat, inueniat &c. Vacuam autem esse animam, Hebreis est frustrari desiderio, nam ψαλμος interdum est desiderium: sumitur & pro corpore uiuentis, unde facilius, sic uertas: est stomacho vacuo, & inani. Contra montem Sion: ecce quam uocauerat Ariel, hic dicit montem Tzion, ut dicere possumus, ἡρών id est, quod ἡρών, id est, mons Dei, sicut apud Ezech. loco citato, pro eodem ponitur ἡρών, & ἡρών. significat autem & ipsam arcem Davidis, que propriei nomine, ciuitas Davidis dicebatur, simul & altare, quod erat, uelut monticulus quidam Deo dicatus. cùm autem dicit, Erit mihi ueluti Ariel, pro ara accipiatur, at si hac aduersus hostes dicta sunt, quo pacto adhuc anima eorum vacua manit & nisi dicamus, quod que animo constituerant, fuerint ueluti somnia: reuera autem non expugnauerint &c. priorem tamen expositionem amplector, qua & sibi perpetuo constat, & superioribus, & sequentibus cohæret: quam etiam ex parte alij interpretes attингunt: sed nequam uisque ad finem persequuntur. Omnia igitur de Romanis dicta accipe; quod & sequentia probant.

9 Cum propheta uastationem Ierosolymorum describeret, subito uidit ea, que dicebat, sicut neque alia tam sua, quam aliorum prophetarum oracula, Iudeos nō intellexerūs. unde iā de hac cecitate incepit sermonem. Obstupescite: uerbum geminatum τύρος, cuius non est usus, nisi in quarta (quod quidem uulg. interpres Gen. 19. uertit uerbo dissimulando, & Gen. 43. Si non intercessisset dilatio, & alibi alter.) ego ex his locis, & alijs colligo, esse uerbum deliberantis, disputationis, seu interturbati animi, & distracti in re aliqua, quod credo Luc. 10. dictum παραπομπή distractabatur circa multa &c. & Ps. 119. Paratus sum, & non sum turbatus. uerbo ergo interturbandi reddi potest. Possunt autem uerba huius uerbi alijs, atque alijs punctis in præterita, & imperativa, legi: interturbati sunt, uel interturbemini: sensus tamen idem, nam in imperativo id futurum ex iusto Dei iudicio tantum significat, & uehementis est oratio. Et admirans, τύρῳ obfupuit totus animi turbatione, & distractio: quod maius est, quidam admirari. Fluquare: uerbum geminatum γύρων, de quo supra cap. 11. dictum est, & cap. 5. uers. 7. est, quod nos dicimus: demulcere, blandire & suauiter tractare, contrectare amanter, atque constringere: in quanta autem absolute possum, est, se palpare, sibi blandiri, seque ipsum adulando decipere, reddere possumus. cum quodam Rabino, uiro docto, obceccare uos metipos: uel in præterito obceccati sunt. Vacillare. τύρῳ est simplex, à quo superius compositum est, & iuxta uariam constructionem uarie redditur: hic absolute possum, puto accipi, sicut infra 32. cap. non repremitur (seu restringentur) oculi uidentium &c. id est, obceccare, & caci sitis. quod si malis in præterito reddere, sensus non erit ineptus: interturbavunt semetipos, & Stupefacti manserunt: obceccauerunt semetipos, & caci manserunt, quia uero semetipos sibi blandiendo constrinxerunt, constricti, & caci remanserunt: & quia humana sollicitudine, & multipli actione exteriori voluerunt sibi prouidere, & poshabita fide iustitiae legis settari uoluerunt, in legem iustitie non peruenirent; sed Stupefacti manserunt, cùm nibil sibi suam sollicitudinem profuisse uiderunt. adde, quod multiplex ad negotia temporalia distractio, que Iudeorum propria effientis stupiditatem illis quoque induxit. Inebriarunt, uel inebriati sunt, & non à uino hebrei.

¶ non ilium erat, scilicet, id est, absque uino, & absque temeto agitati sunt, seu moti sunt. de motu cibiorum est sermo: neque scio, an sit alia gens in toto orbe, qua ad intelligentias res spiritalis ( quorum notitiam ipsi profertur ) stupidor, & cæcior sit.

10 Miserit spiritum soporis: de uerbo τόπῳ dixi supra cap. 25, quod de liquidorum effusione, & aridorum expansione dicitur, qui autem profundè dormit, à uisione longè absit. Stertunt autem Iudei ad diuinam tum suo ipsorum peccato, tum iuste Dei iudicio, qui dona sua immixtis, præservit his, qui se se induarunt, & obsecrant, sapientiè denegat: neque alia res necessaria est ad hoc, quod Stupor, & sopor obrut mortales, quam quod tenebras, quas sibi ipsis offundunt, non discutiat Deus. illæ enim, qui deus huic facili appellatur, & potestas tenebrarum, cuius rei cura habet, ut nunquam data huicmodi occasione defuerit. Hoc igitur, quod conueniente Deo fit, ( connuit autem propter scelerâ nostra ) suffici ad hoc, ut dicat scriptura, Deum induare, obtenebrare, soporem immittre &c. unde & se induare dicitur Pharaon, & se excacare dicuntur Iudei. Deus quoq; huic facili princeps tenebrarum dicitur illos obsecrare apud Paulum: & ipse Deus benedictus dicitur induare Pharaonem, & fibrum hic sopori effundere. vide supra cap. 6. Et claudet. parum refert, siue futuro, siue præterito uertas: siuora enim omnia hac erant, & iam facta sunt. propheta quoq; indifferenter temporibus istis utinam. Verbum autem δύο confirmationem, condensationem, seu corroborationem notat. corroborare ergo oculos, consolidare, seu comprimere, est immobiles reddere, & ueluti congelatos ad uidendum prouersus inutiles. uulg. sensum attendit. Prophetas uestros: hoc per appositionem accipio: sunt enim prophetæ oculi populi, per quos uident; quemadmodum sol dicitur mundi oculus, per quem uident omnia tellus. est ergo iactu Dei signum, ut sope in scripturis dicitur prophetas auferre; & quod populus doctore carcat; neque minus id hominibus molestem esse deberet, quam corporis oculis priuari. Iam quod sequitur, aliud est membrum; & idem ferè est, duces uestrorum uidentes operiet. Principes uestrorum: hebr. capita interduum dicuntur principes, ratio manifesta est, non solum quia in eminenti loco, & in dignitate constituti sunt, sed quia toti populo propiciunt, ipsiusque moderantur &c. Frequens autem erat in illo populo, ut duces, populi uisiones quoque, & reuelationes à Deo haberent. Dixit etiam, operiet, persistens in metaphora capitis: qui enim obuolutum totum habent caput, nihil uident: ergo pro peccatis populi, prælati; ac principes obsecrantur, non intelligent, que toti corpori, id est, reip; prouidere oportebat. Qui ergo errores principum notant, & illis obsecrant, consuuius ageant, si peccata sua deferent, ex quibus obtenebratio principum ortum sope habet.

11 Et erit, uel fuit, seu facta est, uiso omni &c. poterant dicere, Sufficiunt nobis libri legis, & prophetarum: sufficiunt nobis antiqua oracula &c. huic obiectioni occurrit dicens, quod legem, & prophetias nequaquam intelligentem tam legis doctores, quam qui litteras nunquam didicerunt; sicut librum signatum neque docti, neque indoliti legere possint. uelamen enim, quod super uultum ponebat Moses, super cor eorum postuum est usque ad hodiernum diem, ut inquit Paulus. Quomodo hoc factum sit, infra aperiet propheta. Hic mecum lector confidera ex peccatis, ueluti nebulam quandam ascendere, que intelligentiam sacra scriptura impedit, ut necesse sit futuri unum, eundemque hominem, qui purus ab humanis affectibus scripturam aliquam intelligere posset, si in impuritatem lapsus sit, & uero Basilius loquitur, habeat mentem curis uita & carnis affectionibus obtenebratam, eandem illam scripturam non magis intelligere, quam uerba libri signati: ut uideas, quam tetras exhalationes generent, peccatorum mentes lacunis uliginosis persimiles.

13 Dominus, uel dominus meus: iam causa obsecrationis Iudeorum aperit, quod uidelicet exterrit tantum iustitiam persequerentur: cordis autem, quod Deus primum respicit, sanctificationem, nihil curarent. & hæc ipsa causa est, quam Apostolus ad Rom. afferr, quare Israël in legem iustitiam non pertinet. Appropinquat. hoc differunt Hebrais ωντος, quo hic uitur, & οὐτος, quo Latinus accedere, & appropinquare. Ceterum his uerbis solet scriptura cultum, & ministerium significare: estque hoc loco allusio ad legem, in qua non semel nomine appropinquantium Deo, intelligentur ministri domini, ut cum orta est contentio inter Cor, & alios, quis summo sacerdotio dignus esset, dixit Moses Num. 16. Mane ostendet dominus, qui sunt sibi, & sanctum appropinquare faciet ad se, & quem elegerit, appropinquare faciet sibi. Leuit. 8. Appropinquare fecit filios Aaron. Ezech. 42. Sacerdotes, qui appropinquant Iehoua. sermo ergo hic præcipue ad sacerdotes est; quod si ipsorum sanctitas reicitur, qui speciali nomine sancti dicebantur, quid de reliquo populo sentiendum est? Timuerunt me: manifestum est, uerbo timendi sope Hebrais cultum & religionem significari: uulg. sensum exprefit. nomen hoc loeo in Hebreo infinitu accipitur, fuit timere eorum me: & hoc rursum nomine reddendum est: fuit timor, cultus, religio eorum erga me. Cultus, inquit, quo me coheruerunt, fuit mandatum hominum. Mandato hominum: aliquando mandatum, seu institutio hominum in malum accipitur, eaq; tunc notat mandata, que nihil habent diuinum: neq; ex lege, & institutis

institutis Dei pendunt, neque quidquā ad pictatem conferunt, qualia propè infinita habebant Iudei; sed sunt mera humana inuentiones. hac reicit hic locus. nam alias obediens præpositis inbet scriptura: qui tamen non nulla præcipiebant olim, q; in scripturis non continentur, ut ex epistolis Pauli manifestum est: ne putent noui heretici uerba hæc prophetæ, aut euangelij, quidquam peruerso illi dogmati patrocinari, quo horum uincentia statuta nituntur conuelleret, ut sine iugo maneat tam ipsi, quam eorum discipuli, & ad omne genus flagitorum liberis: hoc tamen ingenui fatebor, quod etiam illa hominum statuta, qua exteriore tantum cultum reficiunt, & sunt à sanctis patribus commendata, & obseruata, si obseruentur, posthabita fide, misericordia, & iustitia, ceterisque uirtutibus, que bonum in interiorum in oculis Dei decorum reddunt, non magnificat Deus. festos enim dies, & sacrificia, que dominus præcepit, eò quod manibus jangvinolentis offerretur, se odisse dicebat dominus: que tamen suscepisset, si iudicarent puerillo &c. ut in primo capite dictum est. Nolle ergo, dum blasphemam Lutheranorum doctrinam, qua sanctas patrum constitutiones, ac traditiones, ut hominum inuenta reiciunt, ut dignum est, abominatur; plus aquo extrema iustitia, & specie tantum pietatis contenti effemus, quinimum labi, & corde Deum glorificaremus, ut pū faciunt: qui psallunt, spiritu psallunt, & mente. Et doctrinis: manifestum est hunc esse sensum ex ipsis Euangelistis: nec dubium quoque est, quin de traditionibus Rabbinorum sit sermo, quibus plenus est liber Talmud ipsorum, quarum licet non nulla, præservit antiqua, sanctitudinem redolent, plerique tamen superfluitate sunt. ego uerbum uerbo reddidi. πνεύμα participium est significacionis paucula, generis feminini, docta, edocita. Osee 10. Ephraim uirtute edocita; & cum πνεύμα hic construitur. Tota, inquit, istorum religio mandatis, & traditionibus, quas docuerunt homines, continetur: relinquunt autem præcepta Dei propter traditiones has, ut est in euangelio: sed quid inde?

14 Addam, ut admirationem faciam &c. sensus est, quem uulg. exprefit: ego uerbum uerbo reddidi proper hanc hypocriticam rationem colendi Deum: faciam ardua, & ardua, id est, multa, que hominum mentes transcedunt; faciam prodigia, que populus hic admiretur, & in quorum contemplatione obstupescat. Dixi autem in plurali ardua, & ardua, cum hebr. sint singulare δέρι καιδι, quid nomen hoc (ut nomen enim, posthabita Rabbinorum punctuatione, accipio utrumque) ferè semper in singulari collectiu accipiatur: non male tamen hic cum uulgato in singulari redderetur: uerbum autem addo, Hebrais cum altero uerbo sope frequentiam actionis notat. Peribit enim: est certè hoc prodigiiorum non minimum, immo & præcipuum, ut scilicet sapientes in diuinis scripturis omnino nihil intelligerent: quod eò maius portentum est, quod nec se sapientia, & scientia substitutos esse intelligent. Hanc autem partem miraculi, & alteram non minus stupendam exponet uerf. 17. & sequentibus:

15 Profundi estis corde: corde, addidit uulg. hebr. uia qui profundatis, uel profundant, id est, profundum facitis: uel uia qui profundamini à Iehoua, id est, qui usque metropoli abditis, ueluti qui specus, & terræ cauernas ingrediuntur, ut lateant. Hic modus constructionis hunc sensum facere solet hebr. quasi duo essent uerba, quod explicat dicens, Ut abscondatis consilium: quasi dicat, ua nobis, qui in intima penetralia conuenitis ad deliberandum, & ut quid agere debeatis contra dominum, & eius decreta, statuatis, tanquam si latrere posset Deum uerba consultatio. Certè cum sapientes Iudaorum intelligerent dominum I E S V M esse heredem à Deo missum, cùm aduentus ille eis displiceret, tanquam si Deus errasset, possentque ipsi sua inani prudentia, Dei decretis subuertere, consilium inierunt, ut cum occiderent, quid hereditas ab eorum manibus nunquam auferretur. De consultationibus ergo aduersus dominum, & aduersus Christum cuius est sermo, in quam stultitiam eos prolapso intelligit, ob hypocriticam iustitiam: specimen enim iam sua cœtitatis, atq; ignorantia, uel hac una exhibebant. Quorum sunt in tenebris opera: docti, & eleganter hebraismum uitauit, quem ego retinui, quod manifestus esset, quasi dicat, sicut battens operibus tenebrarum (id est, quæ, indignum est, ut in conspicuū hominum siant) incumbebant, putantes sat sibi esse, quod hominibus ignota forent, adeoque de Deo nihil Deo dignum cogitabant, ut quia nullus hominum eos uidebat, aut quid agerent, mouerat, dicere solerent, Q uia uides nos, aut quis nouit, quid agamus? ita iuxta eandem impietatem contra dominum I E S V M à Deo missum consultabant: uel hoc unum non considerantes, quod si uera erant promissiones de Christo uenturo, uera quoque forent, neceſſe esset, que de ipsis regno predicta erant: sed diuturna peccata, præservit si non desit species pietatis, sequi solet mentis beatitudine, & impie de Deo cogitationes.

16 Peruerba est hæc uerba cogitatio: hic infinitius est pro nomine: uulg. pro peruertere accepit, & cogitationis nomen addidit, ut rem illustraret: ad uerbum iuxta hunc sensum sic reddi potest, peruertere uerba (id est, peruersitas uestra) certè quasi lutum figuli cogitabit, id est, cogitaret &c. atque hunc sensum reddidit uulg. neque inleganter. Potest etiam habere sensum, quem exprefit, ut

- 18 pro si, & id pro quando accipiatur: si uertere uestrum, id est, uersto, si formatio uestris est, ueluti uersto luti in manu figuli, si non alter reputari debet; quando, queso, confuerit lutum, seu opus lutum dicere factori suo, Non fecisti me &c. nam qui putat se posse Dei decreta inuertere, & sua prudentia impedit, ne quem Deus misit in mundum, ut saluet mundum, id efficiat &c. is dicit factori, quod non se fecerit, aut ignoravit, quid fecerit. Potest & aliter reddi: Subuersio uestra certe ueluti luti figuli reputabitur, si diceret opus &c. id est, non est, quod dubitetis de uestra subuersione, non minus quam lutum opus de sua, si diceret figura, Non me fecisti &c. & hanc ex parte sequuntur periū ex Hebreis. nam Jam est uertere cum suis compoſitis, peruertere, subuertere &c.
- 17 In modico, & in breui: de his diabibus nocibis iam supra dictum est, in modico, in ualde modi co, in minus modico, quam citissimè. Primum miraculū, & uix incredibile fuit, ut sapientes Iudei, qui in toto orbe soli sapientes erant, sicut dicturas omnes gentes dicebat Moses, (soli enim illi uero Deū colebant, et uerū Deum agnoscabant) scientiā, & sapientiā suā amitterent; & qui soli scripturas legerent, & intelligerent, iam eas neq; legant; neq; si legant, intelligant: & qui soli oculorū acie prestabat, ca ci fierent. Alterum uero erat, neque minus Iudeis incredibile, quod incircumcis gentes omnibus istis bonis fruerentur: & hanc rerum uicissitudinem his uerbis aperit, quam Apostolus non semel attingit, preferens ad Rom, ubi diminutionem Iudeorum, dicit diuitias fuisse mundi &c. nec aliud est illud euangelij, Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus: & in Actis, Vobis oportebat primum predicari regnum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos nos iudicatis &c. Ecce conuerterim ad gentes. & quidem si mysterium hoc uelatum erat, & à seculo occultum, gentes esse coheredes, & comparticipes &c. multò maioris admirationis erat, exclusis, & praeſcis Iudeis, inferi gentes &c. hanc uicissitudinem significauit euangelicus hic propheta commutatione Carmelis, qua erat seruiliſſima regio, in Libanum, qui erat mons densissimi arboribus constitutus, & contrā.
- 18 Surdi, & ceci erant gentiles, in quorum auribus non insonuerat uerbum Dei, & qui, ueluti caci, ducebantur à Principe tenebrarum, pro ut ipse uolebat, ad simulacra muta &c. ut inquit Apostolus, qui miserabilem ipsorum sortem non semel describit. Hec autem respondent ijs, qui superius dicebat, quod oculi Iudeorum clauderentur, & quod uerba dei essent illis, uelut uerba libri signati. Porro isti audient uerba libri illius, & habebant, qui legat, & illis aperiat, predictet &c. illi quoque dictis parrebunt. Et de caligine &c. è medijs ignorantia tenebris, & peccatorum caligine gentes uiderunt, & agnouerunt gloriam euangelij; & illis effusit Christus, splendor glorie Dei, qui de tenebris nos uocauit in admirabile lumen suum. Illud autem è tenebris, è caligine, Emphasim habet, nam Iudei in lumine agebant, & non uiderunt.
- 19 Addent letatim: hebraismus est, id est, multipliciter latabuntur, ueluti cum letitia letitia additur. hoc est, quod Paulus ait; Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: sicut addere sapientiam, est augere sapientiam, seu copioſam sapientiam acquirere. Mites: ego inopes, & egenos dixi, iuxta etymologiam. est hic nomen plurale in forma regiminis, id est, egeni hominis, seu hominum: sunt quoque nomina hac epitheta gentium idolatrarum, & omnium, qui ignorant Deum, quod non habent, quem inuocent, qui eorum uotis respondeat, qui perpetuo in desiderio sunt, neque habent, qui appetitum patient, cum solo Deo agnito, ac dilectō quiescat animus hominis: at per Christum dominus esurientes impletur bonis, & exaudiuit genitum inopum, ut non possint non latari, & exultare in domino. Possum huc non de gentibus tantum intelligi, sed in genere de inopibus, & egenis, seu pauperibus: quod genus hominum Christus dominus in hunc mundum ueniens eucxit. uide Psal. 71. Ex usuris, & iniuitate redemit animas eorum, & honorabile nomen eorum &c. & in euangelio manifestum est, quantum dominus pauperibus fuerit. unde quia hoc miraculum quoddam erat, inter cetera discipulis Ioan. hoc quoq; connumerauit Paupers euangelizantur. de his itaque, qui in hoc mundo pauperes sunt, maxime si ea habeant, qua paupertatem comitari solent, animi humilitatem, mansuetudinem, & similes diuitias, hoc possint accipi, similiiter & qua sequuntur.
- 20 Quoniam &c. deficiente enim praeualdo, seu tyranno &c. inopes letati sunt: uel quia is defecit, letati sunt. de principe autem huius mundi hac licet accipere, quem dominus eiceit foras &c. uel etiam in uniuersum, quod tyranni, & qui pauperes opprimebant &c. ceſſauerint per euangelium. posſunt & de Iudeis accipi, qui superbi gentes irridebant, & pauperes despiciebant, & uis omne peruertebant. Atque hic sensus magis ad rem facere uidetur, quapropter hunc persequamur. Qui praeualebat: propriam significationem exprefit: accipitur autem collectiū: & sunt hec Pharisaeorum & sacerdotum illius seculi epitheta. De nomine autem ψυχή uide infrā 49. cap. ubi dicit; Rapiна praeualdo eripietur. est autem fortior, ualentior, qui alijs praeualeat: quales erant principes sacerdotum: hos mox etiam collectiū vocat ψυχή. Illuforem. nam eosdem superiori capite vocauit uiros illusionis &c. Qui uigilabant &c. ad uerbum, uigilantes iniuitatis, id est, qui uigilant, ut iniuitatem

quitatem possint compleere, & exequi: uel potius uigiles concupiscentie, id est, qui excubias agunt, matineque in hoc intenti sunt, ut concupiscentiam tuerantur, metaphora simplicia à custodibus, & uigili bus custodiam. at quos uidisti urquam ualentiores, & uigilantes cupiditatis propagatores, quam Scribas, & Phariseos? corrīe ut eam tuerentur, Christum dominum, qui cupiditati bellum indixerat crucifixionem, & discipulos domini ad mortem usque inficiati sunt. quia ergo præsentiebant sibi eripiem dam concupiscentiam, id est, iniustiā parta, & circa dominum pugnabant, quid sibi contrarius esset; uigiles cupiditatis, seu concupiscentia merito & eleganter dicuntur: quasi eos conduxisset concupiscentia, ut uigilarent, ne diriperetur. Quando igitur, uel quia isti excisi sunt, & Ierusalem natasta est: particeps illi euangelici latati sunt, & ingenti gadio perfusi. Sed adhuc plura de Pharisaeorum moribus nobis commemorat Ieſaias, ut tanum non testis ocularatus esse uideatur.

21 Qui peccare faciebant, uel errare faciebant errare homines, qui, cum uerbum Dei starceret, Honora patrem tuum, & matrem &c. dicebant; Minus quodcumque est ex me, tibi proderit &c. & transgredi faciebant præcepta Dei propter traditiones suas? quid si errare facere sit tanquam errantem damnare? an non hominem illum (nam hic ψυχή quoque in singulari est) illum, inquam, filium hominis, tanquam blasphemum lapidare saepius uoluerunt, tanquam qui errasset in uerbis? an non huic dato à Deo iudici uniuersorum, qui eorum mala opera tanquam index in porta publica damnabat, laqueos tendebant, & complicabant, ad eum septuies uenientes, ut in sermone cura caperent? an non ab hoc ius in uanitatē, seu in ordinationē declinaverent, & ab ipsis doctrina, de uera iustitia, ad iustificationem inanem purificationum suarum declinabant? quid si nomen hominis, & uerbi, & corripientis collectiū accipias? quid seilicet illi uigiles iniuitatis sententias iniustas proferre faciebant indices, ut in uerbis peccarent, & astutis suis à iudicibus iniucas sententias extorquebant, & ius, uel iudicis iustitiae trahentes declinabant, seu incurvabant in uanitatem, seu in ordinationem, id est, omne ius peruertebant, & pefundabant, ut non ueritas uinceret, sed mendacium. Cum iſi, inquit propheta, qui hac faciebant, deleri sunt, quis dubitet, discipulos domini latatos fuisse, quid commercitas iniustitia panas luarent, & uerbum domini starceret, qui eos deuastans predixerat? Facile poteris omnia hac superioribus interpretationibus, quas omisi, accommodare. Sed uide qua sequuntur, & hanc interpretationem comprobabis.

22 Cum Iudeorum excacationem aperte denuntiasset, simul & uocationem gentium, qui eoru bonorum gratuīa collatione fruerentur, à quibus Iudei casuri erant, non præteriſſet, obiici à quoquā non immitiō poterat; Abraham, & Iacob, quibus factis sunt promissiones de infinita sobole, & cum quorū semini Deus aeternū fœdus pepigit, si sic res se haberet, confundantur, & pudeſtiant, neceſſe est: huic oportuniā iam obiectiōi propheta obuiam ire uidetur, his tribus uerbis. Dominus, inquit, qui Abram liberauit, ne cum idolatriis periret, in hunc modū ad posteritatem Iacob ait; Iam posthac non puderet Iacob, aut Abraham: neque facies suas auertent, ut facere solent, qui pudeſtunt; etiam si dicam excacando Iudeos, & tandem exindendo.

23 Cum uiderit: quando, inquit, uideat Iacob, & Abraham, Filios suos opus manuum mearum, id est, cum uiderint sibi natos filios uirtute mea, licet non ex carne sua, nam filii promissionis, qui sequuntur fidem Abrahā, ipsi in semine censemur: quos Deus de lapidibus suscitauit, & ab oriente, & occidente uocauit, ut cum Abraham quiescerent in regno celorum, eius filii regni: iſi, inquam, sunt filii Abrahā, opus manuum Dei: cum hos uiderint in medio sui, seu in intimo sui, intra simum suum, in domo sua; & in nullo à uerbi filiis suis discrepantes, ueros Israeltas, & ueros Iudeos; intelligentes non irratis promissiones, sed fidelissime adimplatas: tantum aberit, ut pudeſtiant, ut tunc multò magis sanctificant, & sanctum predicent nomen meum: me, inquam, sanctum, id est, sanctificantem Jacobeos, & Deum Israelis: & ipsi metu posteri secundum carnem, qui simul sunt filii secundum fidem, illi ipsi non confundentur ob paucitatem, aut promissiones patribus factas: sed magnificabunt Deum, cum uiderint tot millia fratrum ex gentibus fidem patris sui Abrahā extantium. Prædicabunt, uerbum est Hebreis, de quo saepe dictum est, & quod non semel præualeſcere uerunt ψυχή, & infrā 47. fieri fortiorē dixit uulgatus; & nomen inde deductum supra uerf. 20. dixit, Qui præualebat: ergo in tercia est facere præualeſcere, id est, quem alijs tineant, & tanquam terribilem admirentur, uide supra cap. 8. uerf. 12. & 13.

24 Errantes spiritu: exponit, qui sunt illi filii, opus manuum Dei: nempe gentes, quas hactenus errantes spiritu, seu stultos vocabamus: de quibus Moses, Et in gente stulta irritabo illos. Crediderim autem errare spiritu, ad religionem referendum, quod gentes ignorantis uerum Deum, huc, atque illuc ferentur: & hoc, aut illa pro dijs colebant: iſi, inquam, notitiam de Deo uero amplectentur. Musitatores: hec uox בָּבֶל non reperiuit alibi in scripturis. Hebrei docti putant esse murmuratores: quantum autem ex cognatis nocibus licet conieciari, sunt delatores, seu infamatores: uel

etiam infames, qui male audiunt, quicunque immorigeri sunt, & indisciplinabiles: ipsi, inquam, discent doctrinam. isti erant gentes, ut dixi. Est autem prius accipere inde nomen, quod traditionem, seu doctrinam acceptam, vel accipendam notat: vel qua quis captivus: iugl. Deut. 32. uerf. 2. doctrinam uerit: & Iob 11. uerf. 4. sermonem: & Proh. 7. &c. Animaduerte autem, quod per doctrinam per trahunt homines ab erroribus, & morum infamia, ut tandem possint in filios Abraham, & Dei regenerari. ubi quoque considera efficaciam uerbi Dei: quo non solum inclinati, aut iacentes in pedes eriguntur, sed & repugnantes, & indisciplinabiles capiuntur. Tossunt & hac omnia multò aliter accipi, nempe ut suprà uerf. 23. <sup>1</sup> cum uulgato profed, aut pro quia accipiamus: & futura pro infinitius, & nau, initio uerf. 24. pro tunc: qua hebrei doctrinis non sunt inaudita: eritq; hic sensus, non pudentia Jacob; quia cum uiderit filios suos laudare, & sanctificare nomen meum, id est, gentes inter filios suos computatas, tunc errantes spiritu &c. id est, Indaci ipsi secundum carnem, qui hæc tenus spiritu errabant, & doctrinam domini deridebant, & aduersus eum murmurabant &c. tunc, inquam, apprehendent eam &c. ut sit, quod Paulus ait; Cum ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet: quo fiet, ut non confundatur Jacob: cum scilicet multò plures sibi natos filios uident, quam unquam putarit. Quæ expositio è minus reicienda est, quod magis uideatis epitheta hec ultimi uersus, maximè infidelibus Indais conuenire, illi enim sunt, qui semper errarunt corde: illi sunt, qui semper murmurarunt, & spiritui sancto restiterunt &c. unde Paul. ad Titum cap. 2. Oportet episcopum amplecti cum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana; & eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè quæ de circumcisione sunt, quos oportet redargui &c.

## Caput trigesimum.

Noua.

Vetus.

**O**FILIOS contumaces, fidelis sermo Iehoua, ad faciendum consilii, & non ex me; ad fundendam fusionem, & non spiritus mei ad addendum erratum super erratum.

Ambulantes ad descendendum in Aegyptum, & os meum non confulnerunt, ut reobfirmarent in munitione Pharaonis, & protectionem quererent in umbra Aegypti.

Et erit uobis munitio Pharaonis in pudorem: & fiducia in umbra Aegypti in ignominiam.

Quia profecti sunt Tcaon principes tui, & nuntij tui Hanes attigerunt.

Omnis factuerunt apud populum, qui nihil subleuaminis afferat ipsis: non in adiutorium, neque in subleuamen, sed in pudorem, insuper & in opprobrium fuerunt.

Onus iumentorum meridionalium per terram angustæ, & pressuræ: unde leæna & leo, uipera & urens uolans. portabant super scapula pullorum facultates suas, & super gibbo camelorum thesauros suos ad populum, qui eis prodeste non poterit.

Et Aegyptius uanitas, & uacuè adiuuabant. iccirco uocauit hanc superbiam eo-

**V**AE filij desertores dicit dominus, ut faceretis consilium, & non ex me; & ordiremini telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum.

Qui ambulatis, ut descendatis in Aegyptum: & os meū non interrogatis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti.

Et erit uobis fortitudo Pharaonis in cōfusionem, & fiducia in umbræ Aegypti in ignominiam.

Ierant enim in Tani principes tui: & nuntij tui usque ad Hanes peruerenterunt.

Omnis confusi sunt super populo, qui eis prodeste non potuit: non fuerunt in auxilium, & in aliquam utilitatem; sed in confusionem, & in opprobrium.

Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis, & angustiæ leæna & leo ex eis, uipera & regulis uolans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos ad populum, qui eis prodeste non poterit.

Aegyptius enim frustra, & uane auxiliabitur. ideo clamaui super hoc: Superbia-

rum

tantum

Noua.

Vetus.

ruini flatum.

Nunc ueni, scribe illud super tabulam cum eis: & super librum constitue illud, ut sit in postremo die in testimonium usque in sempiternum.

Quia populus irritans est, filij mendaces, filij, qui nolunt audire doctrinam Iehoua.

Qui dicunt uidentibus; Ne uideatis: & præsentibus, Ne præuideatis nobis recta: loquimini nobis lubrica: præuidete fallacias.

Auferte à me uiam: declinate à me semi tam: cessare facite à facie nostra sanctum Israëlis.

Propterea in hunc modum dixit sanctus Israëlis: È quod abhorruistis à uerbo hoc, & confidistis in fraude, & peruersitate, & innixi estis super ea:

Propterera erit uobis iniurias hæc, uelut ruptura labascens, prominens in muro excello: cuius repente, & fortuitò uenit fractura.

Et fractura eius, uelut fractura uafis fūgulorum contusi absque parcendi affectu: & non inuenietur in confusione eius testa ad desumendum igniem de foco, & haurient aquas de fouea.

Quia in hunc modum dixit dominus meus Iehoua, Sanctus Israëlis; in conuersione, & quiete salui eritis: in quiescendo & fiducia erit fortitudo uestra, & noluitis.

Et dixistis; Nequaquam, sed super equo fugiemus: iccirco fugietis. Et super ueloci uehemur: iccirco ueloces erunt persecutores uestræ.

Millenarium unum propter increpati onem unius: propter increpati onem quinque fugietis, quousque residui maneat, sicut malus super cacumine montis, & quasi signum super colle.

Atque hanc ob causam anhelat Iehoua, ut uos in gratiam recipiat: & iccirco eleuabitur, ut commiseretur uos: quoniam Deus iudicij Iehoua; beati omnes, qui in hiant ipsi.

Populus enim in Tcion habitabit in Ierusalem, plorando nequaquam plorabis: gratum efficiendo gratum efficiet te: ad uocem clamoris tui cum primùm audierit te, respondebit tibi.

Dabit quidem nobis dominus panem an gustæ, & aquas pressuræ: & non auolabit

tantum est, quiesce.

Nunc ergo ingressus scribe ei super bu xum, & in libro diligenter exara illud: & erit in die nouissimo in testimonium usque in æternum.

Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.

Qui dicunt uidentibus; Nolite uidere: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia: uidete nobis errores.

Auferte à me uiam: declinate à me semitam: cessare à facie nostra sanctus Israëlis.

Propterera hæc dicit sanctus Israëlis; Pro eo, quod reprobauitis uerbum hoc, & spe rafasti in calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo:

Propterera erit uobis iniurias hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro excello: quoniam subito, dum non speratur, ueniet contritus eius.

Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione præualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut haeretur parum aqua de fouea.

Quia hæc dicit dominus Deus sanctus Israëlis; Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis: in silentio, & spe erit fortitudo uestra, & noluitis.

Et dixistis; Nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis. Et super ueloces ascenderemus: ideo uelociores erunt, qui persequentur uos.

Mille homines à facie terroris unius: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini, quasi malus nauis in uertice montis, & quasi signum super collem.

Propterera expectat dominus, ut misereatur uestri: & ideo exaltabitur parcens uobis: quia Deus iudicij dominus, beati omnes, qui exspectant eum.

Populus enim Sion habitabit in Ierusalem, plorans nequaquam plorabis: miserans miserebitur tui: ad uocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.

Et dabit uobis dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à

S 7

doctor tuus: & erunt oculi tui uidentes do-  
ctorum tuum.

Et aures tuae audient uerbum a tergo 21  
tuo dicendo; Hac [est] uia: incedite per  
eam, ne ad dextram, neque ad sinistram  
declinatis.

Et contaminabis obductionem sculpti-  
lum argenti tui, & operimentum fusilis  
auri tui, complicabis ea, tanquam men-  
struum. Egredere, dices ei.

Et dabit pluviam fenen tuum, quod se-  
minabis tellurem, & panem prouentus tel-  
luris: & erit pinguis, & uber, depascet pe-  
cus tuum in tempore illo pascuum latum.

Et boues, & pulli aenorum colentes  
tellurem, migra infectum comedent, uen-  
tilatum uentilabro, & uano.

Et erit super omnem montem excelsum,  
& super omnem collem eleuatum riui, sca-  
turiginis aquarum in die interfectionis ma-  
gna, cum cederint turres.

Et erit lux luna, sicut lux solis: & lux 26  
solis erit septempliciter, sicut lux septem  
dierum in die, qua superalligabit Iehoua  
fracturam populi sui, & cruentationem  
plagae sanabit.

Ecce nomen domini uenit de longinquo,  
ardens natus eius, & grauior, quam ut su-  
stineatur: labia eius plena sunt furore, &  
lingua eius, ueluti ignis absumens.

Et spiritus eius, uelut torrens inundans,  
usque ad collum dimidiabit, ad agitan-  
das gentes cribro præcipitans, & frenum  
errans in maxillis populorum.

Canticum erit uobis, sicut in nocte, qua 29  
sanctificatur festum; & latitia cordis, si-  
cut ambulantis cum tibia, ut ueniat in  
montem Iehoua ad petram Israelis.

Et audiatur faciet dominus gloriam uo-  
cis sua, & dimisionem brachij sui ostendet  
in conurbatione uultus sui, & flamma ignis de-  
uorantis: allidet in turbine, & in lapide  
grandinis.

Quandoquidem a uoce Iehoua confir-  
abitur Aflur, baculo percutietur.

Et erit totum fundamentum eius transi-  
tus uirga, quam requiefcere faciet Iehoua  
super eum, tympanis, & citharis, & bel-  
lis oblationum pugnabit cum ea.

Quia ordinatus est ab heri Topheth, 33  
etiam est ipsi regi præparatus, profundus,  
dilatatus, pyra eius ignis, & ligna multa:  
flatus domini, sicut torrens sulphuris, succen-  
dens eam.

te à ultrâ doctoré tuum: & erunt oculi tui  
uidentes præceptorem tuum.

Et aures tuae audi ent uerbum post ter-  
gium momentis, Hac est uia: ambulate in  
ea; & non declinetis neque ad dextram,  
neque ad sinistram.

Et contaminabis laminas sculptilium ar-  
genti tui, & uestimentum conflatis auri  
tui, & dispèrgeres ea, sicut immunditiam  
menstruum. Egredere, dices ei.

Et dabit pluviam fenen tuo, ubique  
seminaueris in terra: & panis frugum  
terra erit uberimus, & pinguis, pafetur  
in possessione tua in die illo agnus paciosus.

Et tauri tui, & pulli aenorū, qui ope-  
rantur terram, committim magna come-  
dant, sicut in area uentilatum est.

Et erunt super omnem montem excelsum,  
& super omnem collem eleuatum riui, sca-  
turiginis aquarum in die interfectionis ma-  
gna, cum cederint turres.

Et erit lux luna, sicut lux solis: & lux  
solis erit septempliciter, sicut lux septem  
dierum in die, qua alligauerit dominus  
uulnus populi sui, & percussuram plague  
eius sanauerit.

Ecce nomen domini uenit de longinquo,  
ardens natus eius, & grauior, quam ut su-  
stineatur: labia eius plena sunt furore, &  
lingua eius, ueluti ignis absumens.

Spiritus eius, uelut torrens inundans,  
usque ad medium collū ad perpendas gen-  
tes in nihilum, & frenum erroris, quo  
erat in maxillis populorum.

Canticum erit uobis, sicut nox sanctifi-  
cata follemnitas; & latitia cordis, sicut  
qui pergit cum tibia, ut intret in montem  
domini ad fortēm Israel.

Et auditam faciet dominus gloriam uo-  
cis sua, & dimisionem brachij sui ostendet  
in conurbatione uultus sui, & flamma ignis de-  
uorantis: allidet in turbine, & in lapide  
grandinis.

A uoce enim domini pauebit Aflur uir-  
ga percussus.

Et erit transitus uirga fundatus, quam  
requiescere faciet dominus super eum in  
tympanis, & citharis: & in bellis præci-  
pui expugnabit eos.

Præparata est enim ab heri Topheth, à  
rege præparata, profunda, & dilatata, nu-  
trimenta eius, ignis, & ligna multa: flatus  
domini, sicut torrens sulphuris, succen-  
dens eam.

**V**AE. iam dictum est uariè reddi posse interiectionem **וְנִמְלֹא** ego stomachantis interiectionem  
hic esse puto. Defortores: de hac uoce dictum fuit cap. i. uer. 23, à uerbo **וְנִמְלֹא** per-  
uersus fuit, contumax, rebellis &c. & alludit ad legem Deut. 21. Si fuerit filius tuus contumax &c.  
ubi eadem uoce uititur: defortores dicit uulg. quod deferenter Deum, & fidem &c. infra codex ti-  
tulo notantur Iudei cap. 65. & Ps. 78. Generatio contumax. Ad eos ergo est hic sermo Iudeos, quos  
paullò antè uerū ultimo capituli superioris errantes spiritu, & Rogem uocauerat, antè quam scien-  
tiam, & doctrinam fidei apprehendant. Non ex me, id est, quod consilium, & decretum à me  
non prodit. inferius autem explicabit, quale fuerit hoc consilium. At oportebat populum Dei, qui  
bus præceptum erat, ut in rebus arduis Deum consulere; qui prophetas habebant, & legem, ut ni-  
hil statuerint, quod esset præter mentem domini. Vt ordiremini: uerbum **וְנִמְלֹא** propri, ut  
suprà dixi, non nisi fundere, seu effundere significat: dicitur que tam de liquidis, quād de alijs rebus.  
quare pro ordī, seu texere accipi potest; Hebræ pro tegere, seu operare accipiunt, quando non di-  
citur de liquidis: unde uertunt ad operiendum operimentum, id est, ad expandendum. que interpre-  
tatio non est inepta. nam suprà spes mendaces operimento comparauerat: & eodem nomine **וְנִמְלֹא**  
usus est, quasi eis obijiciat inanem spem, quam per populum sparserant: de qua mox dicitur. ego pro-  
priam significacionem uerbi, & nominis retinere nolui: quia de fusione spiritus intelligi poterat: nam  
suprà eodem uerbo usus dixit dominum effudisse spiritum sopheris, ut sit sensus, O contumaces filios,  
contumaces, inquam, ad faciendum consilium (qua si consilieret in hoc eorum contumacia: uel hoc  
ipso eam proderent) & ad effundendam effusionem, & non spiritus mei, uel spiritum meum, sed spiritus  
mendacij, & erroris, & peccati consilij &c. ut idem sit prius, & posterius membrum. huiusmo-  
di tamen uarietas uersionum nequaquam sensum uariat. decebat autem primates populi Dei, ut non  
effundenter in populum nisi spiritum domini, id est, ea, qua ex spiritu domini proficerentur: neque  
mendacij spem populi lastrarent. Vt adderetis, hoc quoque potest referri ad contumaces, sicut  
qua præcedunt. contumaces, inquam, ad peccata peccatis cumulanda: uel etiam ad ea, qua paullò  
antè præcesserunt. contumaces, inquam, ad peccata peccatis cumulanda: uel etiam ad ea, qua paullò  
antè præcesserunt. quasi hoc ipso, quod effundenter non spiritum domini; & decernerent non ea, qua  
de mente domini erant, adderent peccata peccatis: nam ob peccata puniebantur: & ut à flagellis  
figerent, non ad Deum configabant, sed ad humana auxilia: uel etiam hoc ipso peccata peccatis ad-  
deabant, quod peccare facerent populum, & eum deciperent, quando suas deliberationes pro Dei de-  
liberationibus populo obtrudebant &c.

2. Qui ambulatis: **וְנִמְלֹא** mutauit personam, sed sensum retinuit, ambylantes, qui ambulant ad de-  
scendendum, id est, qui descendunt, pleonāsmo Hebrei frequentissima: uel certè est phrasis, qua nos  
Lusitani uitimur; ambulant, ut fugiant, id est, se ad fugam præparant. Iam aperit, quale consilium  
secuti sint. qua ad tempora Ezechie referri possunt: nam, ut infra uidebimus, Asyrius dux illis  
obijicere fiduciam in Aegyptiacu auxiliis: sed hoc, typus fuerunt status illius, quem Iudeorum res-  
habuit, quando, contemptu Dei uerbo, filio Dei Christo domino se non habere regem, nisi Casarem di-  
xerunt; hisque, ac similibus magis se protegerent. Hanc autem interpretandi rationem, hoc in loco  
licet Iudei derideant, confirmant tamen verbū ipsius prophetæ infra uer. 8. & qua sequuntur. In  
fortitudine: est nomen à præcedenti uerbo, & significat munitionem, hinc generalius pro potentia  
& uiribus &c. idem repetit, cùm ait, habentes fiduciam in umbra Aegypti; uel ad protectionem que-  
rendam. ea enim est propria uerbi significatio, in umbra Aegypti. transfertur autem nomen  
umbra, ad protectionem, seu receptaculum significandum.

3. Et erit: potest & per præteritum reddi: de sp̄e; que sola nomen sp̄ei meretur, inquit Paulus,  
quod non pudefacit: nam initituit ei, qui defecere non potest, at omnis alia spes, aut fiducia solet pude-  
facere: & probris exponit: id quotidiana experientia, id ubique scriptura clamat. Quo pacto au-  
tem in pudorem, & ignominiam uersa sit eorum spes, sequentia explicit.

4. Iterant in Tani: sicut nos Lusitani uerbo fu, uitimur mediante prepositione, cùm protectionem  
notamus, quod Latinus sermo non patitur. ita Hebrei uerbo **וְנִמְלֹא** cum beth, fuerunt in Tcan,  
quam uulg. dicit Tani, id est, profecti sunt. Qua uerint ista ciuitates, parum refert seire: con-  
iectura est, quod non fuerint, nisi in media, aut extrema Aegyptio. Visque ad Hanes: sensus  
constat: ego propriam significacionem uerbi **וְנִמְלֹא** expressi. est enim tangere cum suis compositis.

5. Omnes confusi sunt: **וְנִמְלֹא**, est fatere: utuntur autem Hebrei hoc uerbo, pro eo, quod Latinus  
dicunt, male audire, fatere nos fecisti; dicebat Iacob filii, coram habitatore terra Genes. 34. & 2.  
Sam. 10. Videntes filij Amor, quod fatidi facti essent coram Dauid, id est; male audire, odor fa-  
tum ipsorum esset malus &c. qua erit translatione uititur Paulus, cùm se alijs odorem uita, alijs mortis  
esse dicit. est autem non uiolenta translatio: nam quo male olent, abominantur. Innuit ergo prophetæ  
Iudeos legationibus illis suis nihil aliud lucratos apud Aegyptios, quam infamiam, & contemptum;

- 7 petis audirent apud Aegyptios; quam antea: nam eos ignaos, & imbelles, ac timidos reputarunt, : Qui eis prode se non potuit: docte sanè hebraicū uitauit uulgatus; & relatum, quod sa- pissime omitiuit Hebrei, supplevit. de reliquis uocibus iam supra dictum est. supplevit quoque uer- bum substantiuum, fuerunt, & pro particula aduersatiua, ut qui hebraicū doctus esset. quod qui negant, certe suam inficiat produnt apud peritos, & pios.
- 6 Onus iumentorum Auftri. credo ludere prophetam, in uoce ουνος, id est, onus: quod & onera, qua dorso deferuntur, designat, & apud prophetas duras, ac difficiles uisiones, id est, rerum difficultum, quas ferre difficile est. Ergo cum Iudeos uideret Iesaias ferre diuitias suas in Aegyptum per viam eufralem, seu meridionalem, nempe per desertum illud horrendum, quod ad austrialem pla- gam Palæstinae iacet, per quod filii Israel in terram promissam, ex Aegypto profecti sunt, & corum onera uideret; atque propter hoc à Deo duriter tractandos dicit, onus iumentorum meridionalium, id est, usq[ue] gravis in eos, qui, ueluti iumenta, uersus Auftrum onerari bona suis, proficisciuntur. Am- aduertunt, & asculcent hac omnes illi, qui iuxta carnis prudentiam, sui, suarumque rerum uiden- tur habere rationē. prater hoc enim, quod sibi ualde onerosi sunt, onera alia à Deo intelligent sibi im- ponenda, tanquam iumentis: In terra. beth interdum ualeat, per; est autem descriptio deserti il- lius: Leana. nomen αινα alijs, atque alijs punctis leonem, & leanan significat. sequens autem nomen ψηλονem notat, quod prædam subigat: neque legitur, nisi Job 4. Et Prou. 30. & hoc loco. Ex eis: ita est ad uerbum, scilicet ex terra pressuræ, & angustia: ego per aduerberum dixi, unde, (scilicet egredientur) quò planior esset sensus. Iumentorum. nomen ψυ pullum asinum tam domestici, quam sylvestris notat, & ab excitando dicitur, quod natus mox in pedes flet, & in plur. hoc tantum loco habet, uan, pro iod: alibi enim semper cum iod legitur. Cum Iudeos iumenta appella- fasset, merito hic asinos, quibus deferebant onera, pullos etiam festiuū vocauit. Portantes, uel portantum, in hebr. est futurum, portabunt, deferent. Diuitias suas: nomen strenuitatem propriè notat; interdum autem ea quoque, quæ per strenuitatem parantur, ut iam supra admonimus.
- 7 Enim. uulgatus, nau, pro rationali particula accipit, ut interdum oportet: possimus, neque male, pro aduersatiua accipere, illi quidē deferunt diuitias suas in Aegyptum; at Aegyptus est uani- tas, seu uane auxiliabitur: uel quò nihil profuturā essent auxilia Aegyptiorum: uel q[uod] uerbis tantum ea promitterent, re autem non praeflarent. Est autē hic antithesis occulta, qua indignitatem rei continet, atque auget: isti per desertum horridum magna cum difficultate, & uita discriminare, non uerba, non res leues, sed thesauri suos, & quæ reconditi habent à plurimis uerbis, sed totam siam substantiam magnis laboribus pariam, (ista enim sunt uocum, quæ superiori uerba continentur, etymologie) non pauca quadam, sed iumentorum, & camelorum sarcinas deferrunt in Aegyptum; at Aegyptus inan- ter, & uacue auxilia dabit. Quid stultius? quid indignus? Clamauit. uerbum ουρη sape cum datiuo mediante lamed constructum, uocare; seu nomen imponere designat; cuius infinita sunt exempla. at τριτον tumor, seu superbia est, ut Job 9. & 26. uox autem ουρη potest esse infinitus, uel nomen infinitum uerbi ουρη, id est, flaut, infra 40. Spiritus domini flauit in illum, & Psal. 147. &c. unde hic sensus his uerbis subesse potest, quem non puto contemendum, quod superio- ribus maxime conueniat: quia illi ingentia munera deferunt, & auxiliares Aegyptiorum copias iactant; Aegyptus autem uane auxiliabitur: iccirco uocauit hanc superbiam eorum flare, seu flatum: uel hoc tumescere eorum, uocauit flare, ac si parturient montes, & nascetur ridiculus mus: ita tumor eo- rum in flatur, qui cito dilabitur, neque quidquam habet ponderis, aut momenti, conueneretur: nea que usq[ue] primordios ουρη repugnat: nam similem habes in Num. cap. 16. Oculos uirorum istorum, & Ezech. 7. uer. 11. Ex sonitu eorum. Est & alijs sensu non possemo loco habendus: iccirco uoca- ui, seu sperte predicationi super hac re, Aegyptum eorum [esse] manere; uel manere; uocauit ipsam Aegyptum eorum, ut sit, quod infra dicitur uer. 15. In silentio, & sic erit fortitudo uestra. Neque minum uideatur, quod ουρη dicam Aegyptum: sic enim accipitur Psal. 87. Memor ero Rahab &c. & 89. & infra 51. Propter superbiam, quam in Aegypto reprehendunt: sed interpretatio, quam prio re loco posui, simplicissima est; posterior autem haec ad rem quoque facit, & suam uenustatem habet. teter autem, quas apud alios uidi, uolentes subi uispo sunt: uulgati tamen satis aperta est, neque ab Hebraicis multum distat.
- 8 Nunc, particula ουρη aduerbum est presentis temporis, & uim habet interdum, ut ita dicam, continuatuam, & quasi illatuam. Ingressus, scilicet dominum tuum, uel ad eos: nam ουρη interdum est ingredi: sed in imperativo interdum optimè redditus particula adhortantia, praesertim cum mox sequitur uerbum, ut ueni, reuertamur 1. Sam. 9. id est, agere reuertamur, & 1. Sam. 14. &c. & supra cap. 2. Venire ambulemus, pro agere ambulemus. Scribe ei: eis legendum est, ut legit Hieronymus in commentarijs. Iudei singunt hac Teremie dicta: de quo uidet D. Hieronymus, non enim habent

- habent ueram rationem interpretandi scripturas: neque in illa proterua, quam in ipsis Iesaias tunc, temporis reprehendebat, nempe quod prudentes sua innxi Deo non crederent, delineatam illam suam, quam Christi temporibus exhibuerunt, contumaciam intelligere possint, quapropter hanc eorum re- bellionem præcepit dominus in tabulis, & in libro scribi, atque exarari, ut esset futuri temporibus in testimonium &c. Super buxum, ἡτοι tabulam notat, ut appareat ex Deut. 9. & Exod. 32. &c. Eis: cum eis, uel coram eis. In die nouissimo. πρῶτος ητοι credo hunc diem, ut sepe aliis, tempus significare, & πρῶτος posterior, & iuxta uim lamed esse sensum, ut sit futuris tem- poribus in testimonium, usque in sempiternum: uel postremis temporibus. Manifestum est autem, qua nam appellat scripture, postrema tempora, uel postremos dies: Nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt, & filio nouissima hora est. Ergo testam hominibus in futurum, atque adeo tempore Messiae uoluit dominus Iudeorum contumaciam, rebellionem, superbiam, & infidelitatem, ut cùm eos abieciat, & delatos uiderent, non solùm Deum iniuritiam non arguerent, uerum etiam longanimitatem eius admirarentur, qua per tot annorum millia eorum contumaciam toleraverit. unde Paulus eos ap- tata uasa in interitum appellat, et multam Dei patientiam, qua ea sustinuit, commemorat, cùm de iudicis Dei in populi Israeli reprobatione, & gentium electione differeret. Illud. bis ponitur hic relatum feminini generis: quod sepe neutraliter accipendum est: hic tamen possimus dicere, quod referat πρῶτος superioris uerbus, id est, tumorem, seu superbiam, & dicendum, describe illam: constitue illam. Exara. uerbum πρῶτος est constitue formam alicuius rei, imprimere ima- ginem, seu effigiem, uulg. diligenter exarare dixit. sensus constat.
- 9 Populus enim πρῶτος potest causam reddere: uel potest exposituē accipi, & sensus ferè idem est: scribe, inquam, & effigia eorum contumaciam, quod uidelicet sit populus &c. Ad iracun- diam prouocans, iam supra dixi cap. 3. πρῶτος mutationem in detinere notare. hinc nomen πρῶτος mutationis, seu mutabilitatis, id est, defectio, rebellionē &c. Ezech. 2. uulg. actiū accipit, id est, qui mutationem efficit in Deo, dum eum ad iracundiam prouocat, ut interdum uerbum uidetur accipi. Vt de Iudeorum ep̄ibeta defactores, mendaces, contumaces: qui nolunt asculcare, qua Deus per suos praecōnes eis denuntiat. ha sunt causa reprobationis Iudeorum: & in quibusunque reperiantur hu- iusmodi mores, non illis parcat agricola, qui naturalibus ramis ob eadem uitia non pepercit.
- 10 Quæ recta sunt. sunt nostrō hoc seculo, qui similia dicunt, & conqueruntur de preconibus uerbi Dei, quod summam ab illis semper rectitudinem exigunt. Placentia. manifestum est ra- dicem uocis πρῶτος nempe πρῶτος significare, quod Latini, distingue. hinc quia in sermonum na- riate, distributione, & ordine est magna suauitas, ac gratia, & huiusmodi uarietas auribus suauiter illabitur; transfertur ad notandum suauitatem, atque lenitatem tam in sermonibus, quam in rebus tactis: praesertim si construatur cum nominibus oris, uerborum, gutturis &c. hinc nomen πρῶτος de monte distingue dicitur in propria significatione Iosue 11. Vt cuius ascensus erat lubricus, & de Jacob, quod esset uir lenis, seu glaber, Esau autem pilosus Gen. 27. hinc quoque nomē helek in prima significatione partem, seu portionem ubique designat: at in forma feminina Gen. 27. de glabricie colla dicitur. & in pluribus Ps. 73. & 12. lubricates significat, sicut hoc loco, unde ubi nos habemus Ps. 35. Diuisi sunt ab ira uultus eius: possum redi Hcbræa, lubricum reddiderunt, plus quam butyræ os suum, & bellum gerit cor eius, ut sit idem, quod sequitur: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula &c. uide in Psalt. nost. Hæc diffusus edidit in Christiane lector, quia uidebam hu- ius uerbi significationem tam à Iudeis, quam à nostris iniuste distracti, & rationem huius translationis video iuuenisti à plerisque ignorari: quo sit, ut plurimi loci scriptura, uel hac una annotatione aperi- finit, ut ille Prou. 28. Qui uirginit hominem, postea inueniet gratiam plus quam dispergit linguam, ubi uulg. paraphrastens agens, quam qui per lingua blandimenta decipit, est autem dispergit linguam, lo- qui lubrica, & quæ non offendit: neque aliud hic uolunt isti: loquimini nobis lenia: non audiamus semper ex ore uelbro reprobationes, quia in auribus solent offendere &c. uulgatus, sensus exprimens, placentia dixit. Errors. uerbum πρῶτος sole redire uerbi fallendi, & decipiendi. un- de nomen fallacias, seu deceptiones dicere possumus, est que nomen tantum plurale πρῶτον. nunc etiam sunt, qui dicant, numquam ne nos decipitis & semper uera, semper euangelium &c. quo nibil aliud significat, quam quod uelme sibi interdum promitti prospera, ne semper animi metu dice- rentur.
- 11 Auferte à me uiam. potest uerti, discedere à via: declinare à semita eodem tamen sensu, nam interdum πρῶτος accipit iod paragogicum: nomen uia, aut semita ad mores, & consuetudines sope trans- fertur. quare hū nihil uocabant auferre uiam, & declinare à se semitam, quam ne eadē semper, & consueta suis auribus ingererent: quia uero propheta sope nomen sancti Israeli ingeminabat, quod ad cultum, & sanctitatem morum prouocarent; & uerba, quæ dicebant, sancte exciperentur: hinc

- isti immorige*v*, & rebelles petebant, ne hoc nomen totius occinerent &c. Hic locus satis offendit, quam insuauit uerbum Dei, si legitimè, & rectè, ut Paulus loquitur, tractetur, illis, qui in peccatis degunt, ut indicium sit, si eiusmodi homines predicatorum quempiam uerbi Dei laudent, & summopere commendent, quod non rectè tractet uerbum ueritatis, sed fallacias ingerat &c.
- 12 Sanctus Israel. initis, & fastidiosis ingerit nomen, quod fastidiebant, eius fastidii panam denuntians. hoc certè est illud Pauli oportundum, importunè: quo eruditum, non debet tractatores uerbi Dei sese inique stomachi corruptioni accommodare, sed interdum cum irreligiosis de religione differere, ne prauitas obviateat, & ius prescriptione sibi acquirevere uideatur. Impium sanè nimis erat, aut certè impij animi signum, Israëlitas nomen sancti Israëlis nolle audire: sicut si Christianus ad nomen Christi naufragaret. Existim de nomine sancti Israëlis prophetam loqui: hoc enim, quod postremo loco dixerat, nempe cessare facite à facie nostra sanctum Israëlis; agri valde tulerat, quod fraudem, & perueritatem ei præferrent: quibus nominibus significauit propheta omnia illa, in quibus parum pū homines fiduciam habent, fiducia in Deum abiecta. adde, quod Hebrai fraudes, calumnias, & defensiones uocant ea, que fraudibus, & calumnias, & defensionibus à Deo comparantur.
- 13 Erit uobis iniquitas &c. ita uos hoc iniquitas opprimit, & repente conteret, sicut ruptura excelsi muri, que iam dudum ruinam minabatur, opprimit subiectos, & comminuit &c. uel talia mala uoluntates inferet hæc uerba iniquitas, ut res uerbo, & regnum uestrum simile sit partem cedam in muro excelso, que dudum ruinam minabatur &c. Requista, id est, que eminebat, & que ruinam minabatur. nam יְהוָה sine sit à uerbo יְהוָה, id est, defluere, manare &c; sine sit à uerbo בַּעֲדֵךְ eruit, elicit, eundem sensum habebis, id est, que eminebat, uelut taberculum, & tumebat, seu diffuebat. Vocat autem rupturam, muri partem, que ab altera rumpitur.
- 14 Et comminuetur: alijs, atque alijs puntiis est nomen cum affixò à uerbum; & franget, scilicet subiecta: uel & fractura eius, quam efficit, est similes fractura &c. uel & fractura ipsius nemppe ruptura, id est, quam ipsa patitur, est similes &c. Et hinc sensum sequitur uulgatus. Iudei igitur, & eorum respub. uel comparatur rebus subiectis, quas comminuit murus excelsus cadens, uel ipsi muro incidenti. & sine hoc, sine illo modo intelligas, eos ita comminuendos significat, sicut communiciatur uas testaceum, quando absque affectu parendi confringitur &c. Contritione præualida: sensum reddit, ad uerbum sic legitur, sicut fractura usus figurorum contusi non habebit affectum parcendi: & sumitur impersonaliter, & ueluti aduerbiu, p̄bri Hebreæ, id est, inclementer, crudeliter &c. Et non inuenientur de fragmentis eius, id est, in cuius contusione, (id est, fragmentis) non inuenientur &c. Quæ sequuntur, periphrases sunt, in minutissimas partes contritionis. nota tamen uerbum וְתִתְפֹּנֶס propriè significare denudare: sed cum de aquis dicitur, redditur uerbo bauriendi. nam denudare aquas à puto, est puto aquas nudare; uel aquas, qua in puto, ueluti testa erant, oculis obijcere: quod quoddam denudare est. Quis, quo, peccator tantam inesse uim peccatis, in quibus sibi complacet, aduersus semetipsum unquam putasset? hoc certè illud est, quod apud Michaelam dicitur, In scelere Iacob omne istud &c. Ergo iniquitas marum subruit, regna perturbat, atque euerit. Considera autem lector, in quam minutis particulas comminuerit res Iudeorum, ut non superfluerit, uel congregatio aliqua, aut ciuitas, in qua habeant propriam politiam &c. uide in quantum forte deuenient, & quā inuitiles ad aliquod ministerium sint, ut abiectiores sint fragmen- to testaceo, quo igniculus deferri, aut quo bauriri non nihil aquarum posset. certè uerum est, quod ait sapiens: Miseros populos facit peccatum.
- 15 Caussam uaſtationis magis explicat, ac mox etiam ipsam uaſtationem depingit. Ruinam quidem & confractiōnē denuntianūt, quod fastidirent nomen sancti Israëlis: fastidiebant autem, quia propheta ex parte sancti Israëlis, id est, Dei, quem ut sanctum Israël uenerari, & revereri debuissent, ne Aegyptiorum auxiliis imitterentur, prohibebant &c. At, ut uides, iterum eis inuitis illud sanctum nomen ingerit. Si reuertantini &c. nomina sunt Hebreis, ut in uerione nostra uides: sensus tamē idem est: si ab instituto redeatis; neque in Aegyptum profici uelitis &c. sed hic quiescaria, erit uobis salus. In silentio. uerbum וְתִתְפֹּנֶס (cuius hic est infinitius pro nomine, ut Ezech. 16. & infra 32.) uulg. infra 62. & 57. uerbo quietendi reddit: opponitur enim interdum quiet tumuli, & strepitū: atque ita accepti uulg. hoc loco, quia cum fiducia iungebatur, est enim diffidentium strepitū, confidentium uero silentium, uideturque esse allusio ad uerba Moysi. Exod. 14. State, & uidete magnalia, quia dominus facturus est hodie: dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. ubi uulg. quoque uerbum, quod cessationem significat, וְתִתְפֹּנֶס uerbo tacendi reddit. Et spe, seu fiducia: hoc alludit Paulus, Spe salvi facti sumus: non quod hac tantum ex impi, quis fiat iustus; sed quia liberatio à periculis congruerit tribuitur fiducia in Deum, qua proprias uires deficit, & Deo instituitur. quemadmodum etiam misericordia in scripturis tribuitur confectio misericordiae: & immis- ricordie

ricordiae respondet etiam immisericordia: nam imminet iudicium sine misericordia ijs, qui non usi sunt misericordia: paupertati etiam respondet posseb̄ regni celorum, & luci diuina in patria consolatio, & pacificis filiatio diuina: nemo tamen cum de inſtitutione impij loquitur, dicit, aut misericordia sola, aut paupertate, aut luctu, aut pace, ex impio fieri hominem iustum; etiam si non consequantur misericordiam, non possideant regnum celorum, non accipiunt à Deo consolationem, non sint filii Dei, nisi inibi. Hec si attenderent multi, qui hoc nostro ſeculo ſe scripturas intelligere gloriantur, non adeo misere errarent.

16 Nequaquam: hec eſt contumacia, rebellio, defectio, & elatio, ſeu superbia, quam deſcribere iubebatur Iefaias: quam bac reuofione prodebat: hinc oriebatur illud nolle audire nomen sancti: illud uelle audire lubrica &c. uerum ſi in quiete eſt illorum ſalus; illi uero quiescere nolunt; nolunt ergo ſalutem: ergo ipſi ſua perditionis auctores ſunt: ut nemo fit adeo cacus, qui cum hereticis nostri temporis dicat, Deum eſte auctore perditionis. nam ſi illud, Nequaquam, ſi illud, Nolumus, à Deo erat; quid facerent mihi, ſi aliud respondere non poterant? Ideo fugietis: ita eſt ad uerbum, id eſt, ita erit, ut dicitis, fugietis. δια. forte hic paſiuē accipitur, quaſi dicat, ideo fugabimini, ut ſingula ſingulis reuofeant: uel certe fugere pro pena computatur: atque in hunc modum optimè reddit uulg. ὡς per, ad equos, non ſuper equo: quaſi ludat propheta in uerbo δια, quod abſolutè poſt tum eſt fugere: at cum accusatio, & particula motus, eſt configere: quaſi dicat; Configemus ad Aegyptios, & equeſtres: copias: iccirco fugietis. Equitabimur ſuper uelocibus equis: iccirco & hostes ueſtri uelociores erunt &c. Et licet prior ſenſus planior uideatur: hec tamen interpretatio uidetur confirmari ex cap. ſequenti uersu primo.

17 Mille homines: ad uerbum, mille unum, uel chilias una. A facie terroris. nomen יְהוָה uulg. ſape increpatiōnem ueritatis: & uerbum, uerbo increpandi: eſt autem proprie, cum durius uerbis in aliquem inuechimur: habet ergo emphasi, quod non à gladiis, non ab haſtis, ſed ab increpatiōne uerborum unius fugerent mille: & ab increpatiōne quinque, id eſt, paucorum &c. Allusio eſt ad benedictiones, & maledictiones legi: Perfequemini inimicos ueſtris, & corrueſt coram uobis: persequentur quinque de ueſtris centum alienos, & centum de uobis decem milia &c. quod si nolueritis &c. fugietis nemine persequente. uide Lenit. 26. & in Deut. Q uomodo fugabat uniu mille, & centum decem milia? &c. non ne quia Deus uendidit eos? &c. metum ergo infigit in penam: ut cùm uidemus Christianos ab hostiis proſterni, non alias cauſas queramus, quām peccata, & Deum ob ipſa iratum. At quæ unquam natio magis praclaras uitiorum obtinet, quām Iudeorum? qua rursus maiori infamia ob metum laborat? apud uos certe in prouerbium abit, ut Iudei nomine pro uale meticulo uitamur. Donec relinquamini, uelut malus. γένος, nifallor, ab γένος ſpecie cedri dicitur, quod ex ea in Palæſtina fabricari ſoleret malus: neque defunt, qui γένος ipsam, pinum putent. Ezech. 27. Cedrus de Libano tulerunt, ut facerent malum &c. uocat autem hic malum arborem ramis priuatam, qua in uertice montis interdum appetit, uelut malus in nau. ſignificare ergo uidetur ſoliditudinem, & quid omnium iniurij gena illa foret exponenda: ſicut arbor quaepiam in uertice montis &c. ut ſuprad: ubi Iudeorum res illici defuentibus folijs comparavit. Sed quia in non nullis regionibus etiam bodie in montibus defiguntur mali quidam, ex quorum ſummitate proficiunt ſpeculatori hostium aduentum, praesertim in regionibus maritimis; quia etiam de ſigno mox infert ſimilitudinem, forte ad hunc morem alludit, ut non sit ſermo de arbore, ſed de malo: ſed ſine hoc, ſine illud dicas, una, eademque ratio eſt ſimilitudinis: ſolidudo quæmp̄e abſque uila protectione, compaſſione, aut commiſſione. Iam uero & ſimilitudo ſigni in uertice collis addit ad precedentem ſimilitudinem, quod Iudei in omnium oculis futuri eſſent per orbem terrarum, tanquam ſignum diuina uindicta: ſicut confiſcupit ſignum quadripam ſuper montem &c. Quamuis autem hec de uaſtatione Iudeorum ultima intelligam: crediderim tamen prophetam historiam ſui temporis percurrire, que typus fuit ſuitorum, nam ſicut tunc Iudea tota uaſtata fuit, mansit autem Ierusalem, ueluti malus in uertice montis, & arbor abſque frondibus &c. ita ex tota illa natione pauperculi quidam omnium iniurij expoſiti remanserunt: qui ſcilet in Chriſtum crediderunt: qui ueram Ierusalem efficiebant. quemadmodum etiam tunc deuenit hostes Affyrios dominus in gratiam populi Ieroſolymitan: ita delet dominus hostes populi ſui &c. quare ſi quedam uerba uideris, quæ omnino de interitu Affyriorum uideantur, intellegenda; rursus quedam, quæ excellentiore redēptionem uideantur ſignificare, ne conturberis: ſed morem prophetarum eſte intelligito, qui mysteria historiarum uelamine obtegebant: uerum tantus interdum erat mysterij fulgor, uton uelnum, ſed ſplendor tantummodo appareret, quo rursus remittente, uelum ipsum conficiebatur. Hec autem eſt Christiana interpretandorum prophetarum ratio.

18 Propter ea: particula uau, non eſt hoc loco omitenda, que coherere hec ſuperioribus facit, & redidi potest, particula, autē, uerum eniuero &c. quaſi prophetas tacita obiectioni responderet; Quare

sic dominus hostes graffari permittit in populum suum &c. Ne mireris, inquit, quod tandem dissimulet Deus. nam in hoc totus est, ut uel posset in gratiam recipere: uel potius sit hec obiectio; Quid causa est, cur dominus omnino non perdit adeo contumaces filios? quid necesse est manere ante ipsam Ierusalem tempore Ezechiae, aut reliquias tempore Messiae? responderet; certe in hoc apparet benignitas Dei, qui nihil aliud expectat, quam quod habeat, quibus condoleat, & quos in gratiam suam recipiat. Expectat: non satis explicat uerbum expecto, uim uerbi נְכֹחַ, quod anhelanti, seu inibiandi uerbo reddi potest: cuius participium in hoc eodem uersu habet. huc tendit, inquit, in hoc totus est, ut misereatur: ad hoc permittit hostes graffari, nos fugientes intercipi, multos ex nobis interfici, & in paucitatem redigi, ut uel malis fratribus, & ad se conuersos in gratiam recipiat; uel ut tantummodo illi relinquantur, quibus, iuxta consilia inaccessibilis sapientie sua, non indignum fit gratiam, & a malis remissionem prestat. Exaltabitur, id est, idea in alta consendit, & abscessisse uidetur: & ut David loquitur, longe recessisse, ut tandem uisum commiseretur. Parcens, uel ad parcendum, est enim infinitus, sicut qui praecepsit. Quia Deus iudicij, id est, iustus, & iustitiam colens, impenitentibus enim, ac contumacibus ueniam praestari non sinit diuina illa aequitas. Exercet ergo misericordiam Deus, sed iuxta aequitatis leges: in hoc tamen reluet eius misericordia, quod quos secundum iustitiam posset perdere, tandem benignus expectat, & malis exercet, quoque ad sanam mentem reducentes in gratiam recipiens; iura ille aequitatis sua non resoluat. O quam merito exclamat prophet a hic superius; Domine ad nomen tuum, ad commemorationem tui desiderium anima. Quis enim te non amet? o bone Deus, qui non obliuisceris misericordie, sed in media ira ad misericordiam anhelas? immo ob hoc tantum irasceris, ut tandem commiseraris. Gaudeo, dicebat quidam, quod Deus iudicij sis, ac iudex hominum, qui pater misericordiarum es, ac Deus totius consolationis. Cum ergo, Christiane lector, adversis diis non uexari uideamus, meminerimus, Deum paulisper discedere, ut parcat: diuturnitatem autem dissimulationis nobis imputemus. Possunt hec etiam, Deus iudicij dominus, ad hostes referri; iuxta illud Apostoli 2. Thes. 1. Si quidem iustum est apud Deum reddere ies, qui affligunt uos, afflictionem & uobis, qui affligimini, relaxationem nobiscum &c. Utitur quoque interdum & scriptura nomine iudicij, seu iustitia pro sanctitate, & bonitate, est ergo Deus iudicij, iustus, & bonus &c. sed prior expositio angustior est. Beati omnes &c. o felices omnes, o quam bene habent omnes, quam bene rebus suis confidunt, qui inibant ad illum: qui cum tantus sit, & natura adeo a nostra diversa, ad nos inibat, & ad nostram salutem anhelat. si igitur Deus ad nostram conuersationem anhelat, & nostram tolerat in peccatis conuersationem, ut tandem aliquando redeamus; durum ne fuerit, aduersa immittentem dominum sustinere, & ad eius misericordiam anhelare? Clausit autem epiphonemate orationem, quod dignissimum esset ad tam iustum, & amans dominum anhelare.

**19** Populus enim Sion: deest prepositio in: sed sensus integer est: populus enim in Tzion, id est, qui est in Tzion, habitabit in Ierusalem: ne timeas, quod per Senacherib ad Assyrios transferaris: neque fideles patient, quod Ecclesia unquam expugnanda sit: finis erit lacrymarum: latabunt pro diebus, quibus humiliati fuerant: & tandem expulsi hostibus te gratum efficeret. Volui hoc uerbo uti, tu quod uim uerbi uideatur explicare, tum quod Paulus eo iesu uideatur, cum ad Eph. 1. ait: Qui praedestinavit nos, ut adoptares in filios per IESVM Christum in se, iuxta beneficium voluntatis sua, ut laudetur gloria gratiae sua, qua εξηράσαντο nos, seu recepit nos in gratiam &c. Statim ut audierit: docte hebraicum reddidit, secundum audi te, cum primum te audierit: audi autem uocem clanoris, cum ex animo inuocatur, seu, ut David dicit, in ueritate. Respondere quoq; Dei, uocat subuentorem, nam in scripturis interdum respondere, nihil aliud est, quam opem afferre, atque subuenire.

**20** Et dabit tibi dominus: uim coniunctionis Hebraicæ utcumque reddidi: dabit quidem, uel dedit quidem tibi, uel dederat. carent enim Hebrei plus quam perfecto: sed in futuro angustior est sensus. Cum, inquit, audis te mox, ut clamaueris, exaudiendum, ne putes omnia deinde corpori mox futura suauia, patietur quidem dominus te tentari, & in gratiam receptus abduc uesceris cibo, & potu, quo utuntur, qui in angustia, & pressura sunt &c. uel certe narrat, quo pacto responsurus esset Deus; Obsidebis quidem & pane angustie, & potu pressura uesceris obfisionis tempore: at non tibi deerrit docto &c. quasi dicat, corpus quidem dura patietur; at mens consolationibus diuinis refocillabitur: non deerrit enim, qui te iverbo Dei consoletur, & de uoluntate eius certiore faciat. Vide, queso, lector, qualem consolationem suis pollicetur dominus, ut per patientem, & consolationem scripturarum spem habeant. Ex indignatione quidem dicit, ablaturum se prophetam, & doctorem, ex mandaturum nubibus, ne pluant super uineam degenerantem, daturum etiam se penuriam non quidem panis, aut aqua, sed penuriam iverbi Dei: at reconciliatus nobis, dabit, panem angustie; sed non

non deerrit docto &c. Non auolabit: ad uerbum, si sic licet loqui, non alabitur; id est, non habebit alas: sed sensus est, quem uulgatus reddidit. Ultra: si de tempore Ezechie, & hostibus Assyriis singula hoc, non ea moderatione, quam supradixi, sed Iudaicæ accipias; qui, queso, uerum erit, quod non ultrâ auolaret docto; neque decesset, qui de uia Dei Iudeos doceret & ergo splendor, quem dicebam, iam uelut disparere facit, atque discedit. de populo enim Dei loquitur: cui, quidam durabit mundus, nunquam decurunt ueritatis doctores. Qui autem נָתָן pro pluia accipiunt, ostendant, ubi hec uox aliud, quam doctorem, seu iuxta etymologiam uocis, doctrina iacula-rem designet; aut quorundam obsecris pluia promittatur; nisi de hac ipsa pluia doctrina interpreten-tur. Oculi tui uidentes: facit ad consolationem conuenient ipsum doctorem, & oculis coram cer-vere; quem interroges, qui medicamenta adhibeat, prout morbus postulat. Quid si praeuidebat pro-phetia conuersantem in carne cum, quem iussit pater celestis a nobis andiri?

**21** Post tergum. prater prepositionem נִתְנָה, id est, post, est prepositio, mem, ab, a, de; & quandam continuationem, seu frequentationem notare uidetur. Monentis: recte uieant uulg. hebraicorum, quem retinui, quod manifestus esset. uerum si coram oculis erit, quomodo post tergum loquetur? nihil aliud hec significant, quam quod omnibus modis priuilegiuntur a Deo: sicut qui praecoptorem, & pedagogum semper secum habent.

**22** Contaminabis: procedentia futura pro imperatiuis accipio: hoc autem præteritum in futurum conuersum in significacione futuri accipio: sunt enim effectus auctoritatis diuinae doctrina: primò contaminant, id est, tanquam contaminationes fugient, abiciunt, damnant, faciuntque, ut male audiant, & ab aliis ut contaminationes uitentur. hec est enim uis iverbi נְתָנָה, quod uoce, & significatione conuenit cum Latino contaminare. Laminas: sensum optimè reddidit: laminis enim aureis, & argenteis obducebant sculptilia lignea, aut lapidea. uerbum autem נְתָנָה, quod ex illis ef- se uidetur, que contrarias significationes habent, in secunda significat interdum laminis obducere ali- quid, ne appareat &c. Vestimentum. nomen נְתָנָה iuxta sui iverbi significationem operi-mentum dici potest: crediderim autem de laminis aureis esse sermonem: ne tamen exsimes de idolis tantum hec duci, sed, cum ad tempora Christi referantur, illa omnia haec intelligito, que à cultu, reli- gione, fide, & amore ueri Dei auocabant, ut sope solent prophetæ. Displices ea: manifestum est uerba נְתָנָה, que significacione conuenient, nunc complicare; nunc contraria signifi- catione, spargere, significare: uulgatus, & ceteri ferè omnes pro spargere, seu spargendo abiciere hic accipiunt: ego liberter in altero modo significandi acciperem: nam pannos illos solent convoluere, & complicare, & sic tandem abiciere, ne oculis apparerant, ut Ps. 119. & suprad cap. 1: Non comprehendunt uulnera &c. Tanquam immunitionis menstruatae. נְתָנָה mulierem ip- sam debilit, deinde honestè, menstruo laborantem notat. hic pro ipsa immunitate, non male accepit uulg. Egredere: apage, uel quid simile, est abominantis, & fastidientis particula, etiam si sit imperatiuis iverbi נְתָנָה, id est, egredies est &c. Hac omnia satis indicant, quanto odio persecuan- tur, qui Deo loquenti, & monenti obedient, anteactam uitam, & quanta alacritate ea abiciant, que prius amittere metubant: aperit enim doctrina oculos, & lucem assert rebus. si adit itaque di- uinus favor, & uires habeat animus ad resiliendum, resiliunt tanquam à precipitu, & priora omnia ne uideare quidem dignantur, nisi forte ut ea defleant, atque detestentur.

**23** Et dabatur pluia semini: & ita ferè omnes: sed in accusandi casu quoque reddere possimus; dabit semen tuum pluiam, ut sit, quod nos dicimus, dabit triticum, sicut pluiam: ut tanta sit co- pia seminis, quanta pluia solet in terram decidere. Et panis frugum terra erit &c. ita plane potest reddi, ut illud, uau, quod coniunctum est cum iverbo erit, superfluat, ut interdum Hebreis sollet. sed & sensus, quem in iverstone reddidi, simplex est; & panem prouentus telluris, scilicet dabit, tanquam pluiam, ut ex seminis; & fructum sit ingens copia: neque solum commendatur a copia, sed & a pinguedine & ubertate. Pascetur. certum est נְתָנָה interdum intransitu accipi, sicut hoc loco acceptum uulgatus: נְתָנָה simpliciter pro possessione, & נְתָנָה collectiu pro agnis, ut supra initio cap. 16. quis dico, ne quis inconsiderat uulgatum damnet. possunt nibilominus Hebrei reddi; sicut in iverstone nostra, ut possessio hic specialius accipiat pro possessione pecorum, & animalium, & collectiu pro ipsis pecoribus, a iverbo נְתָנָה, id est, acquisitus uel labore, uel precio: forte quod olim ha essent diuitiae, & pecunia hominum, sicut Latinus pecuniam à pecude dictam uolum: ita acci- pitur Gen. 4. & 13. Abraham erat diues ualde in pecore, & argento, & auro &c. נְתָנָה quoque pascuum agrum designat. Incipit ergo hoc iverbo abundantiam honorum temporalium commemorare; quia uita emendationem consequitur. idem continent iverbus, qui sequuntur: que omnia felicitatem ser- norum Dei significant tam temporalem, quam spiritualē, ut non hec Iudaice accipiantur.

**24** Commitum inigma. נְתָנָה est strumentum ex diuersis misum, quale: iumentis præbetur;

Græci uocant *φύρα*: Latini propria uoce carent: pabulum licebit dicere: in nostris ergo Biblijs idem bis ponitur: & significatum uocis Hebreæ γένη omittitur, que corruptionem nota, seu affectionem. Comedent ergo mixtum acetofam, que iumentis grata esse confuerit, quam arte conficiunt ex uarijs rebus qui iumentorum curam habent. Sicut in area. *τίτλος* instrumentum est a nento nomen habens, quo in crea se perficitur a paleis grana: licebit dicere uentilabrum, uel palam. eiusdem ferè significatio est τίτλος à uentilando, seu spargendo habens appellationem: ex uentilabrum, uel uenitum dicere possit: uulgatus sensum ueritatis: sicut in area uentilatura est, id est mundas palcas, atque purissimas: non quid nihil aliud, quam paleæ darentur iumentis; sed quid paleæ illæ, que preparantur cum alijs, essent mundæ. Facile autem est uidere, quid in ecclesia, & populo Dei boues, & ajni, quibus terra colitur, significant.

**25** Riui currentium aquarum: Hebraicè riui scaturiginos aquarum, quasi per appositionem dicatur: & est uerbum singulare cum nomine plurali, ut sibi confuerunt Hebrei. riiorum autem est per uales decurrere, non per montium cacumina. sed cum hec spiritualiter sint accipienda, non mirum, quod diuinis charismatibus affluant illi, de quibus id nequaquam credi potuissest: neque tantum sibi solis abundant, sed in subiectis uales fluenter aquarum devoluant. In die interfectionis magnæ: typum simul, & ueritatem hic tangit, interfectis enim per Angelum Assyrus, qui erant in circuitu Ierusalem, que cades maxima fuit nocte una perpetrata, omnia illa montana, ueluti aquarum riuulis perfusa, populum Ierosolymitanum ob rerum omnium abundantiam, quam in castris repere, summa incunditate affecerunt: sed & eo tempore, quo dominus hostes populi sui ipsos scilicet infideles Iudeos per Romanos interfecit, maxima uis bonorum caelestium extores quoque, & à gratia Dei alienos confersit: conuersi enim ad gentes discipuli domini, eas in omnibus diuites reddebat. Cum cederint turrem: eodem modo hoc, sicut mem brum, quod præcessit, intellige.

**26** Erit lux luna &c. hoc nihil aliud, quam ingentem latitudinem significant, qua fruuntur fideles, cum uident uulnera suorum peccatorum per filium Dei superalligata: cuius fuit typus illa inexplicata letitia, quam habuit populus Ierosolymitanus, interfectis per miraculum Assyrus. nam sicut obscuritas solis, & luna calamitates, & tristia omnia figurare in scriptura significant; ita & lux luna, ac solis multiplicata latitudinem, ac leta omnia notat. nam & latitudine affectis sol clarius splendescere uidetur: & qui mærore animi tabescunt, illis omnia obscura apparent. humor etenim ille, quo cor, siue cerebrum tristitia affectorum perfunditur, ater quoque est. De hac letitia plura in sequentibus videbis, ad qua iam dudum properamus.

**27** Iam hostium euersionem manifestius narrat. Nomen domini: interdum nomen pro fama, & gloria accipitur apud Hebr. sicut apud Latinos, ut Deut. 26. &c. ergo hic nomen domini pro domini maiestate, uel domino ipso gloriose accipio: sic autem loqui maluit propheta, ut aduentum illum, quasi fama è longinquò ad se delatum significaret: hoc forte respxit euangelista, cum uenturum dominum cum maiestate significaret a Ierosolymam uastandam. Ardens furor. q̄s, ut iam admonimus, nusquam proprie notat, & pro ira sepe accipitur, qua in nabo reluet; sape citam pro uultu ipso: atque ita hoc loco libens capio, inducitur autem dominus, quasi ignem spirans, totusq; in furorem uersus: & ut qui ore suo nihil, nisi iram, ac uindictam promat.

**28** Et spiritus eius: introducit propheta spirantem dominum, cuius statu ita obuia quoque prosternat, ut solet prosternere inuidatio, que tantum non cacumina, seu capita montium operit. Inundatq; inquam, torrentis, que violentior esse solet, & eò plus nocere, quo minus preuidetur. Ad perdendas gentes: sensum reddidit uulg. Hebr. ad agitandum gentes cribro. comparatur autem ingen calamitas agitationis, que cribro fit, quod in ea concusione multa grana decidunt, que absque vibratione nihil periculi sibi imminent perutantur. Hac eadem similitudine uetus est dominus in euangelio, cum dicit; Satanam expetisse Apostolos, ut cribraret eos, ueluti triticum, & in tentationem induceret. In nihilum. οὐδὲ uanitatem interpretari possumus, quod Assyrus exusti fuerint, & in puluerem, & nihil redacti. Propria auctem nominis significatio est precipitantia: inde pro temeritate accipi solet, & uanitate, cribro ergo, seu agitatione precipitantia puto designari: qua grana extra cribrum excutuntur: uel uanitatis cribrum dicitur, quod inane manet, & grana decidere patitur &c. Non minus hec in Iudeos tempore Titi, quam in Assyria tempore Ezechie conuenient, denique de hostibus populi Dei hac uerè dicta esse ne dubites. Et frenum erroris, uel frenum errans, est autem, ni fallor, epitheton Assur, qui potentia sua plurimas nationes infrenabat, & quasi freno subiugauerat. Dicitur autem errare in maxillis, id est, uersari, eo modo significandi, quem supra cap. 28. uers. 7. explicauit: quod qui non animaduerterunt, sonnia hoc in loco lectori narrant, uenire igitur dominus dicitur ad cribrandos istos populorum infrenatores, qui ceteris, ueluti bruis, imperabant: uel uenit ad agitandum frenum, quod uersari faciet super maxillas populorum: uel sup-

plendum

plendum uerbum substantiuum, & crit frenum errans super maxillis populorum, quod uidelicet gentes ueniret infrenatus castigationibus, & flagellis, ne aduersus populum Dei ultra tumultuantur. Sed prior exposicio simplicior est, & uenustatem habet.

**29** Canticum erit uobis: latabitur iustus, cum uiderit uindictam. redemptio quoque seruus Dei illuxit deletis impijs Iudeis, sicut populo Ierosolymitano, occisis Assyrus. Sicut nox sanctificata &c. sensum recte expressit. nam Hebreæ concisa sunt deficiente relativa: sicut nox, uel nocte sanctificatur festivitas: sicut qua nocte sanctificatur aliquod festum. Credo autem hic paucatis noctem commemo-rari: quia in memoriam illius noctis sanctificata erat, qua occisis primogenitis Aegyptiorum Israhel & ex Aegypto exierunt, quam summa letitia celebrabant. Qui pergit &c. existimo rusticorum laetitiam hic commemorari, qua nulla est maior, quod à curis rerum omnium uacui, totos se laeti-tiae dedit. Hi sunt, qui cum tibia ad montem domini, & in domum orationis ueniunt, & his uocibus illutuntur; Eamus ad montem Iebous, ad petram Israhel: cumque laudibus celebrantes, saltationes, & chœreas immiscant. Omnes ergo gaudio perfundendo significat ablique ullo discrimine, ita ut neq; per sonarum, neque dignitatem sit futura ulla differentia; sed in simplicitate animi, summa cum uolun-tate, quasi rusticani dominum celebrabunt: qui se redemptos de manu inimici agnoscunt.

**30** Gloriam uocis suæ, id est, uocem suam gloriosam, & maiestate plenam. describit propheta, que in illa nocte acciderint, que Assyrus percussi sunt à Domino: & uocem gloria credo notare toni-trua, & iuxta mysterium, euangelium glorie beati Dei, ut uocat Paulus. Terrorem: ad uer-bum, dimissionem brachij, id est, apparebit, quod dominus dimittat manum suam ad percutiendum: quod non potest non terrorem maximum incutere. In communione furoris. οὐ περι-turbatum esse significat uel ira, uel tristitia &c. etiā q̄s, ut suprà dixi, pro uultu accipiamus, in-ducit propheta dominum uultu conturbato praेira, & uoce terribili, atque brachium in morem per-cuientis exercent, ac dimittentem. Allidet. οὐδὲ uulgatus ut uerbum accepit. nam in piei est collidendo dispergere, ut Psal. 2. Ut uas sigilli disperges eos, id est, fractos disperges &c. ut sensus quoq; esse posset, & flammam ignis sparget, & imbre, & lapidem grandinis. at si tanquam nomē ac-cipias, in qua forma nunc in Biblijs legitur; sensus quoque planus est: nam ita uocant Hebrei fulge-trum ab spargendo. In flamma igitur ignis, & fulgure, & imbre, ac grandine apparuit manifeste, quod dominus percuteret hostes dimittendo brachium suum super eos.

**31** Enim. οὐ non tam rationem hoc loco reddit, quam sententiam continuat, & per aduersariam reddi potest: à uoce autem domini &c. Percussus. οὐδὲ nunc in forma actiua legunt Hebrei: sed, cum eisdem litteris, & alia punctuatione posset esse uocis paucia; maluī cum uulgato legere. sensus, planus est.

**32** Et erit transitus fundatus &c. quid uulgatus uelit, manifestum est, nempe quod percussio illa non leuis esset, sed firma, & stabila, quale sunt fundamenta. neque dubium, quin Hebreæ hinc sensum habere possint: multo tamen aliter haec quoque poterimus interpretare, nempe ut τόπο pro fundamento accipiamus, et in finale pro affixo feminino. nam ultima vox huic uersu pronomen quoque est feminum: quod mihi non est dubium, quin propheta fecerit, ut mysterium subesse intel-ligeremus, sicut & uersu sequenti. Iam enim dixi hanc Aegyptiorum uastationem, ut typum describi-eius, qua per Romanos Iudeis aduenit inimicis Apostolorum, & seruorum Dei. sunt ergo Assur, & castra eius, Ierusalem ipsa; in qua facta est occiso magna, & cuius ceciderunt tures &c. ut suprà dictum est, dixerat autē uersu superiori Assur uirga percutiendum: hoc uero nihil intatum uirgam il-lam Dei, seu baculum reliquie significat: & ad uerbum sic reddi potest hebraicus, Et crit. omnis transitus uirga fundamentum eius, id est, totum fundamentum eius permeabit transiens uirga: mi-uersa enim castra permeavit uirga illa, & ciuitas Ierosolymorum in fundamentis ipsis percussa fuit: quod uero sequitur, magis Iudeis conuenit, quam Assyrus: nam uirgam illam usque in hodiernum, diem quiete uides super ipsis. Expugnabit eos: Massorite lectionem in margine apponunt, οὐ, id est, cum eis, uel aduersus eos, & ita legit uulgatus: nunc exemplaria habent ητ̄ cum ea, uel in eam. ut quemadmodum Iudei intra mœnia reclusi, & obseSSI, non armis, non instrumentis bellicis, sed tympanis, & citharis, & occidente uictimam, seu oblationibus, quas suis sum levabant, atq; agitabant, uictoriā adepti sunt; ita populus Dei hostes suos, & Christiani hostes Iudeos, à qui-bus immanes perfecções perpetui fuerunt, non armis, sed ingenti gaudio in tribulationibus, & sacri-ficiis Eucharisticis deleuerunt. Bellis præcipuis. à uerbo ητ̄, id est, agitauit, est nomen τάναγρα, quod interdum non agitationem, sed ipsam oblationem, que hinc inde agitabatur in sacrificijs, significat: quam agitandam dicere possit. uide Exod. 29. & 35. ex Num. autem 8. cap. constat si-gnificatio hiuius ceremonia; Agitabit Aaron Leuitas agitandam coram Ieboua à filiis Israel, ut ser-uant seruitum Ieboua. bella itaque agitationis, seu agitanda sunt bella, que sacrificijs, & oblationis.

nibus constant, ac conficiuntur, non armis. Habent & Christiani suam agitandam, & hostiam, quam in altari hoc, atque illuc mouent: quo uno sacrificio hostibus sepiissimum negotium faceant. Poterat autem, sicut dixerat in tympanis, & citharis, dicere in sacrificiis; sed maluit nomen **תְּהִלָּה** addere, ut cedem quoque fieri significaret hostiarum, quod uidelicet populus Dei, non hostes, sed uictimas cederet; hostes autem Deus ipse, cui immolabant, perderet. At quod genus bellii huic possit comparari? non mirum ergo, quod uulgatus bella precipua diceret, pro optimo bellandi genere.

**Topheth.** ex 2. Reg. 23. & Ierem. 7. constat **תְּהִלָּה** fuisse excelsum: in quo idolo Moloch, filius Indei immolabam: quia uero horribile erat spectaculum, & cultus ille portentosus ualde erat, denominationem hanc accepit, nam **תְּהִלָּה** prodigum est: atque hanc etymologiam magis probo, quam Lyra, & aliorum, qui a tympanis dictum uolunt. unde Iob 17. pro ipso **תְּהִלָּה** postum uidemus: Posuit me parabolam populis, & portentum in oculis eram. hic autem legitur addito **תְּהִלָּה**, quasi denominatum nomen ab illo: & eo uitius Iesaias pro inferno, & horribili illo damnatorum loco: sicut & dominus gehenna nomen, id est, uallis Hinnon, in quo Topheth erat, usurpauit pro tristi illa & infami damnatorum sede. ego certe puto uallem illam, & locum illum, qui primum a pulchritudine, & iucunditate nomen habuit; post cultum illum horribilem, infamem esse cepisse, scilicet apud pios: hinc ad damnatorum sedem significantam nomen translatum est: ergo cum Iesaias prouideret Assyriorum cladem, quam uerisimile est in illa nalle prope Ierofolynam accidisse, uenustus in nomine **תְּהִלָּה** ludens, dum locum illum iam dudum regi Assyriorum cum suis preparatum, & stratum &c. dicit. Sed non praeteriundum est, quod initio uersus, ut ex adiunctis participiis uidere potes, nomen **תְּהִלָּה** sit masculini generis; & uerba **בָּרָא**, & **יָצַא**, que intransitiu accipiuntur, illud ostendunt; in fine tamen sit feminini, cum ait; Flatus domini succendens eam. quod certe ego ad mysterium reffero: nam in ciuitate Ierofolymorum tam principes, quam populus, quemadmodum Assyrii in Topheth, consumpti sunt: non minus enim ciuitas illa infans erat post occisum dominum, quam Topheth: pluraq; portenta, & uisa horrenda in ea, quam in Topheth uisa sunt. Hacten tamen non impediunt, quominus hic damnatorum locum describi dicamus: parum enim fuit propheta illos occidentes dicere, ni in aeternum cruciando cum principe diabolo praeedicaret in igne, quem dominus in euangelio, ad hunc locum alludendo, dicebat, praeparatum esse diabolo, & Angelis eius. Quod si iam Iesaias temporibus, locus ille infamis erat, qui alioqui a pulchritudine, & amenitatem iuxta etymologiam a verbo **תְּהִלָּה** nomen habebat, certe post illam cedem, & corporum adiunctionem, quam in sequentibus narrat Iesaias, multo aptius damnatorum locum designasset. Nutrimenta: senrum reddidit. nox **נְוֹךְ** à serie diciatur, uel ordine lignorum, pyram dicere possumus, ut Ezech. 24. Ego magnificabo pyram, ubi uulgatus pyram quoque reddidit.

## Caput trigesimumprimum.

Noua.

Vetus.

**V**AE qui descendunt in Aegyptum pro auxilio, & super equis innituntur, & confidunt super curribus, quia multi sunt: & super iugibibus, quia condensati sunt ualde, & non innixi sunt super sanctum Israeles, & Iehoua non exquiruerunt.

Est autem ipse quoque sapiens, & adduxi malum, & uerba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

Et Aegyptus homo est, & non Deus; & equorum caro, & non spiritus. & Iehova inclinabit manum suam, & impinget adiutor, & cadet adiuuandus, & pariter omnes ipsi consumentur.

Quia

**V**AE qui descendant in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multi sunt: & super equitibus, quia praevalidi sunt ualde, & non innixi sunt super sanctum Israeles, & dominum non requisiuerunt.

Ipse autem sapiens adduxit malum, & uerba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

3 Aegyptus homo, & non Deus; & equorum caro, & non spiritus. & dominus inclinabit manum suam; & corrue auxiliator, & cadet, cui praestantur auxilium, simulq; omnes consumentur,

Quia

Noua.

Vetus.

Quia in hunc modum dixit Iehoua ad 4 me; Quemadmodum rugit leo, & catulus leonis super prædam suam, quando uociferatur contra eum plenitudo pastorum; & à uoce eorum non conterratur; & à multitudo eorum non affligitur: sic descendet Iehoua tecbaoth ad militandū super montem Icicon, & super collem eius.

Sicut aues uolantes, ita circumninet Iehoua tecbaoth super Ierusalem circummu- 5 niendo, & eripiet transiliendo, & euade-re faciet.

Reuertimini ad illum, à quo profunda- 6 ueretur defectionem filij Israel.

Nam in die illo reiject uniusquisque ido 7 la argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt uobis manus uestra erratum.

Et cadet Assur gladio non uiri, & gla- 8 dius non hominis absumer illum, & fugiet sibi à facie gladij, & electi eius in contribu-tionem erunt.

Et rupes eius præ pauro transfibit, & 9 consernabuntur à signo principes eius, fi-delis sermo Iehoua, qui habet fucum in Icicon, & furnum in Ierusalem.

Quia hæc dicit dominus ad me; Quo- modo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitu-do pastorum, à uoce eorum non formida-bit, & à multitudo eorum non pauebit; sic descendet dominus exercituum, ut prece-luet super montem Sion, & super collem eius.

Sicut aues uolantes, sic proteget domi-nus exercituum Ierusalem, protegens & li-berans, transiens & saluans.

Conuertimini, sicut in profundum re-cesserunt filij Israel.

In die enim illa abiiciet uir idola argen-ti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt uo-bis manus uestra in peccatum.

Et cadet Assur in gladio non uiri, & gla-dius non hominis uorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius uectiga-les erunt:

Et fortitudo eius à terrore transfibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit dominus, cuius ignis est in Sion, & cam-nus eius in Ierusalem.

\* **S**UPERIORI capite contumaciam Iudeorum attigerat, qui Aegypto potius, quam Deo con-fidere uolebant: sed statim ad felicitatem illorum, qui secum suam in Deo collocabant, digressus, sermonem usus est interrupisse: illuc ergo nunc redit, & illorum subtiliter traducere conatur: non ce-sat tamen aliquanto apertius ab insinuando mysterio de perditione Iudeorum, & suorum liberatione, ut suis locis indicabimus. Vx: uide supra cap. initio, & uerf. 16, ò miseros illos, qui discen-dunt &c. In equis sperantes: hic uidetur explicari uerf. 16. capituli superioris Super equi-tibus. iam supra cap. 28. uerf. 28. de significatione nominis **וְרָא** differunt, & iugalia anima-lia cuiuscunque generis sint, dixi significare. qui autem equites uertunt, in multis locis alter reddere coguntur. Praevalidi: **וְרָא**, cuius hic est futurum, corroboratum, uel condensatum esse notat: que enim condensantur, maius robur habent &c. possumus ergo & de robore interpretari cum uulgato, uel de condensatione, seu constipatione multitudinis. Super sanctum Israeles quid intererat in-ter Aegyptiorum robur, & sanctum Israeles, uomen ipsum sancti Israeles satis ostendebat: nam illius sancti uires, & potentiam aduersus Aegyptum ipsam, & alios hostes sepius experti fuerant: ob quod & sanctus Israeles dicebatur.

2 Ipse autem sapiens: sensus constat, sed apertius redditur, si non omittatur coniunctio, quæ est in Hebreo, Et adduxit &c. Initio superioris capituli uidimus, quo pacto sue prudentia, & consilii in-nixi auxilium Aegyptiorum implorare decrevissent: ad illud ergo respiciens non sine quadam irri-sione addit. est autem ipse quoque sapiens, quasi dicat, ipse quoque dominus iuxta sapientiam suam scit, quid factio opus sit: & quid uesta istac contumacia mereatur, ut non ignorat ita quoque uicem sapientissime rependet. Et adduxit malum: parum facit, an per præterita, an per futura hac reddantur. Hic mecum lector considera, quomodo in calamitatibus, quibus pre-minunt, dignum semper sit, Dei sapientiam mente uoluerre: iuxta cuius dispensationem aduersa nobis adueniunt: & nō fallor, nostram prudentiam, cui Dci obliiti innitimus, & secundum quam omnia no-stra disponimus, plerūq; intelligimus flagellari. Verba sua non abstulit: peculiari phras, nō auferre, uel non recedere facere uerba sua, uel alterius hebr. est adimplere & non irrita facere, ut Ios. 11. Sic fecit Iosua: neque discedere fecit uerbum ullum de cunctis, quæ mandauerat Iehova Moysi &c. Quæcumque autem per Mosen comminatus fuerat dominus in Leuit. & Dent. Israelite, si Deum spuui, aut

T ij

legem eius deserenter, omnia adduxit dominus super illos; insuper & quod superiori capite dixerat, fore iniquitatem illorum, ueluti rupturam &c. Et consurget, uel surrexit aduersus domum malignorum: de Iudeis intelligit, ut uersi sequenti exponitur: utroque enim eadem damnatione involuit: quia similes erant moribus. Iudeos vocat malignos; Aegyptios operatores, seu opifices concupiscentia, id est, qui concupiscentiis suis morem gerunt. quae est descriptio quadam genitum, que ignorant Deum, ut apud diuum Paulum, & diuum Petrum uidere licet. Consurgere autem aduersus quemquam est in scripturis prompto animo ad malum inferendum se preparare, uel venire, uel confistere. ubi quoque animaduersione dignum est, non sufficere Deo, ut qui ipsi non confidunt, & externis auxiliis invituntur, se deceptos sentiant; & a malis, contra quae auxilia sperabant, non solum non eripiantur, uerum etiam ab ipsis preoccidentur: nisi etiam ob illud diffidencia peccatum, & iniuriam, quam Deo inferunt maligni, illos accerrime nouis flagellis cedat: ut quantum nobis sapientia nostra noceamus, uel ex hoc coniectari possumus.

3 Aegyptius, id est, Aegyptij: hic inspicientia eos conuincere conatur. uau, quod nomini Aegyptii praeponitur, pro, enim, libenter acciperem, quasi sit ratio; ob quam uia eis praedixerit, & in eos inducatur, iuxta illud Ierem. Maledictus quicunque confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Deo recedit cor eius &c. non quod humana auxilia non sint interdum querenda, sed quod Deo diffidere, & ad Deum non recurrere, semper pena dignum sit. Quid miraris, quod sic fiduciam uestram in Aegyptios dannem? nunquid non homines sunt? & equi eorum carni? Deus autem Deus est, & spiritus: cuius uirtus, uel hac una re eluceat, quod nihil aliud faciet, quam manum suam inclinare: idq; sufficiet, ut illi impingant, illi corruant, omnesque simul intereant. Homo & quacunque carne constant, non nisi certo tempore, certis legibus, & certo quodam modo iuuare possunt: mortalia sunt multarum rerum indigentia, mutationibus subiecta &c. At Deus spiritus est, ubique, & semper adesse, infinitis modis eripere, ac iuuare potest &c. Verum quo nam patto corruerint, tam qui auxilium petebant Iudei, quam qui eos adiuuabant Aegyptij, atque ob hoc crimen consumpti sunt, n fallor, ex scripturis ostendi non potest, praesertim temporibus Senacherib, de quibus est sermo: praeter id quod Aegyptios uelle hominum praeftere poterit Iudeis nihil culpa erat, his adde, quod uersus sequentes non ruinam Aegyptiorum, sed Assyriorum continent: quod si ruinam hanc ad alia tempora referas, (ut certè, si història insistas, oportet referas) quorsum fiduciam in Aegyptios, & ob hanc interitum, ac consumptionem eo tempore eis obiicit, quo de interitu Assyriorum, & liberazione Ierosolymitanorum uerba facit? an non hec satis indicant, in perditione Assyriorum, hostium populi Dei perditionem, nempe Iudeorum, tanquam in typo, & in liberatione Ierosolymorum, liberationem seruorum Dei de tyrannie Iudeorum uidisse Iesaiam? Rudebunt, scio, infideles Iudei hanc interpretandi rationem, sed quid non boni, & uerili rident? uerum audi que sequuntur:

4 Quia &c. si utroque simul consumendos denuntiabat, quid est hoc, quod quasi rationem reddens, aut certè exponens quod dixerat, his dubios uersibus Ierosolymitanos saluandos, & uers. 8. & 9. Assyrios, qui Ierosolymam oppugnabant, perdendos commemorat? ergo Ierusalem, quam Deus tunc circummuuiuit, ac protexit, alterius Ierusalem, id est, domus seruorum Dei typum gerebat: Assyrij autem tam Iudeorum, quam omnium hostium populi Dei erant umbra quadam. consummentur autem non solum ipsi hostes, sed omnia ipsorum auxilia, in quibus habent fiduciam, totaque eorum sapientia absorberetur. Multitudine: propriam uocis significacionem ρητοι uolu retinere: nam & Paulus eam retinuisse uidetur Rom. 11. Donec plenitudo gentium aduenierit &c. significat autem abundantiam, copiam, multitudinem, uniuersitatem &c. Sic descendet &c. non habet in terra animal magis note audacie, & truculentiae, cui se comparet dominus, quam leonem: quod facit, quia rudes erant ad fortitudinem, & uires domini intelligendas, quas supra similitudinibus grandinum, fulgurum, imbrumque, atque inundationis significauerat. Super monte Sion: quando aduersus Iudeos descendit, in monte illi praelatus est, & quando Iudeos hostes seruorum suorum delevit, etiam super eos montes, & colles descendit, & in eos cadem fecit, tanquam leo.

5 Volantes: sicut aues uolantes pullos suos protegunt, uolitando, & ad uolatum eos excitando: uel tam immunes eos reddet dominus, quam sunt aues, quae uolant: quemadmodum dicebat olim, quod super alas aquilarum eos adduxisset. Et liberans: per participium extulit sensu seruato: hebr. & eripie transfilendo, & euadere faciet: in quibus uerbi forte est allusio ad illum domini transfumum, seu Angeli in Aegypto, quando liberauit Israëlitas de manu Pharaonis. nam Exod. 12, eodem uerbo ρητο, id est, transfilum, uisus est Moses ter in eodem capite: unde & pascha nomen habemus. Solent quoque aues hoc, atque illuc garriendo transfilare, cum pullos uolunt liberare &c. sed si hoc modo similitudinem accipias, amorem, ac diligentiam exprimit Dei liberantis; at illo altero, uires, & potentiam, ut suos ab omni periculo liberet: nemo enim ques eius de manu ipsius poterit eripere,

In

6 In profundum: uulg. sensu suo more expressit uerba pretermittens. est enim uerbum Hebreis, de quo iam aliis dictum est, ρητο in biphil profundare, seu profundum facere; ρητο ueru defctionem, seu discessionem notat. Profundare autem defctionem, est summo studio, totisque uiribus auersionem persequi, seu multiplicare, quodque Apostolus dicit radicare, & fundare. potest autem & sic uerti; Reuertimini ab ea, qua demersi sunt, auersione filij Israel: estque mutatio persona solis Hebreis non inueniusta. uulgatus in secunda persona uirunque extulit. Si autem consecutionem uerborum consideres, uidebis, protegente domino populum suum, & circumuinciente, ac liberante, omnino decere homines a defctione defestere, & ad Deum redire.

7 In peccatum: hebr. ρητο fine propositione forma nominis legitur, id est, peccatum, erratum &c. & sic reddi potest, quod peccatum fecerunt nobis manus uestra: uel potest legi in forma infiniti, id est, errando. sensus autem est, quem expressit uulgatus. nam supra secundo capite dicitur, Abiicit homo idola, que fecit sibi ad adorandum, uel ut supplicaret &c. Illa autem geminatio pronominis, uobis, uestra &c. & conversionem commendat, quod ex animo redempti, non dubitant opera sua damnare, quantumvis dilecta; & quam dignum quoque sit, ut ea abiiciant, significat. Quid enim mirum, si pro Deo definit homo colere, quem ipse sibi suis manibus fecit? unde pulchra antithesis David idola uocat, opera manum hominum. Deus autem, inquit, noster in celo omnia quecumque uoluit, fecit. Quantum autem inter haec intersit, qui cogitauerit, nihil magnum se fecisse probabit, si pro eo, qui de celo quacunque uoluit, fecit, abiiciat ea, in quibus quacunque ipse homo uoluit.

8 Cadet Assur. primum est uelle dominum nos protegere, ut uers. 4. & 5. deinde sequitur nostra conuersio uers. 6. & 7. tandem corrunt hostes nostri. Hic manifeste interitus Assyriorum continetur, qui ab Angelo sunt percussi: hos nomine Assur intellige. rex enim in patriam suam aufugit, ibique gladio hominis cecidit. Fugiet non a facie gladij. uulg. ρητο accepit: contundunt nāque Rabini aliquot scriptura locis in hac uoce, commuta repri hæc duo elementa; & ρητο sed id dicunt de ρητο pro pronome: contra autem nefcio, an aliquod inuenientur exemplum: sic circa dicere possemus ρητο hic in sua significatione accipi, & iuxta hebraicum, quo nos Hispani sepe uitnū: superfluere ibo mibi pro: ibo: fugiet sibi pro fugiet &c. Vettigales: non male lensum reddidit: ego hebraicum retinuit, quod alium quoque sensum admitteret, est autem nomen ρητο a uerbo ρητο, id est, liquefact, diciturque tam de re quam de persona: uide Deut. 20. Erunt tributum, & servient tibi. & Reg. 5. & alijs locis, in quibus, sicut hoc loco, de personis uides dici. inuenienturque sensu forma femin. Deut. 16. ρητο: pro contributione: unde non nulli ex nostris uoluerunt nomen Missa esse deductum; quasi esset uox Hebreæ: uerum, cum uideam Grecos patres hac uoce Missa, nusquam iros, (usi autem fuissent, si iam inde ab Apostolorum temporibus in ecclesia hoc nomine uocatum fuisset nostrum sacrificium) existimo non esse uocem Hebreicam, sed Latinam: quasi diceretur missio, nempe populi ab ultimis uerbis; Itc, missa est, quibus populus & congregatio dimittitur. Quid tamen diceret, sic semper appellatum nostrum sacrificium, & uocem esse Hebreicam, dicere poterit Grecos non iros illa uoce, quod Græcam uocem haberent eiusdem proris significacionis: & rupre enim & tributum notat, ac deinde sacram ministerium, quo ueluti quoddam pensum, seu tributum Deo perfoluimus; ad quod etiam siebant contributiones a populo: atque hoc eadem ratione nostrum sacrificium ρητο dici potest uoce Hebreæ. quare autem tributum liquefactio dicatur, nescio plane, nisi forte significauerit auctor lingua sancta, tributis resoluti animorum uires, atq; corda liquefacta, seu etiam facultates diminuit: quo faciunt que sequuntur.

9 Fortitudo eius: in hebr. est nomen rupis, quo passim pro robore, & fortitudine utuntur, & eleganter uerbum transiendi apposuit nominis rupis. non enim transiunt nisi lenia, & quo firmitudine uarent, ut umbra, dies, nubes, & similia: a rupem transire quis audiret? notat ergo subitam uicissitudinem, ut ueluti nebula quadam, & flatus transire, quod firmum; ut rupes esse uideatur: ut uideas & Dei uirtutem, & inanem mundanam fiduciam. uidetur autem exercitum Assyriorum rupi comparare. A terrore: mem, pro, Prae, hic licet accipere, ut sepe alijs. nomen autem nata, id est, paucus à uerbo est, quod peregrinationem interdum significat, forte quod, definiente Cicerone; timor est loco mouens mentem, adde, quod & uerbum ipsum ρητο construunt cum, uel ab &c. est expauscere. hinc nomen cum, mem, paucem notat. Fugientes principes: uulg. ρητο pro fuga accepti à uerbo ρητο: nam ρητο fuga est. Ps. 141. & Ierem. 25. & 46. &c. ergo quasi scriptum esset sine, uau, & ρητο accepti uulg. cum adhuc sine punctis essent scripture: quamvis in hac forma non alibi legatur, iuxta punctuationem autem presentem est nomen, quod signum notat, à signo conformati sunt; id est, à signo, que uidebant super castra in celo, in aere &c. de quibus superiori capite dictum est. Dixit dominus: iam de hac forma loquendi, & uoco ρητο

T iii

non semel dictum est : quasi dicat , que habenus audistis , nemo dubitet , quin futura sint : certus sermo est , & fideli Iehoua , qui perpetuis sacrificijs in templo Ierosolymitano colitur : id enim habere faciunt & furnum significat : quasi insinuat , quod non posse non adesse illis , à quibus ingiter colitur , & quod sacrificia sint , que aduersus hostes bellum gerant , ut supra dictum est de belis oblationis uerbi . 32. superioris capituli . Certe Numa Pompilius nuntijs de adventu hostium respondebat ; Ego sacrificabo . Q uod si uictima irrationalis certiores reddebat Israelitas de auxilio Dei ; quid hostiae rationales uiuentes , & Deo placentes ? quid fiducia sacrificium illud inge in ecclesia , quo unigenitum Deo patri offerimus in animis nostris , non efficiet ? quomodo ignem caritatis in piorum cordibus perpetuam ardenter despiciat bonus pater ? perdet perdet , scio , hostes ecclesia , si ignis hic , & fides non despiciat .

## Caput trigesimum secundum .

Noua .

Vetus .

**E**CCE iustè regnabit rex , & principes iustè principatus administrabunt . Et erit uir , quasi latibulum à uento , & quasi absconso ab iubre ; quasi riui aquarum in siccitate , quasi umbra rupis magna in terra defatigationis .

Et non refringentur oculi uidentium , & aures audiendum attenta erunt .

Et cor stultorum intelliget scientiam , & lingua balborum festinabit ad loquendum clara .

Non uocabitur ultrà fatuus princeps , neque parcus dicitur opitulator .

Quia fatuus fatuitate loquitur , & cor eius facit concupiscentiam , ad faciendā simulationem , & loquendum de Deo errorem , ad euacuandam animam esurientem , & potum sifienti auferat .

Et parci uasa mala sunt : ipse sceleratè secum consultat de dirumpendis inopibus sermonibus fallacia , & dum loquitur egenuis iudicium .

Princeps uero magnifica cogitat , & ipse super magnificentijs confisctet .

Mulieres insolentes surgite , audite uocem meam : filiae confidentes auscultate seruemonem meum .

Dies super annum , commouebimini confidentes : quia cessauit uindemia : collectio nequaquam ueniet .

Trepidate tranquillæ , commoueri confidentes , exuere , & nudare , & accingere super lumbos .

Super ubera plangentes , super agros desiderij , super uitem fructiferam .

Super tellurem populi mei spinæ uepres ascendent

**E**CCE in iustitia regnabit rex , & principes in iudicio prærerunt . Et erit uir sicut qui absconditur à uento , & cælat se à tempestate ; sicut riui aquarum in siti , & umbra petra prominens in terra deserta ,

Non caligabunt oculi uidentium , & aures audiendum diligenter auscultabunt .

Et cor stultorum intelliget scientiam , & lingua balborum uelociter loquetur , & planè .

Non uocabitur ultrà fatuus princeps : neque fraudulentus appellabitur maior .

Stultus enim fatua loquetur , & cor eius faciet iniuriam , ut perficiat simulationem , & loquatur ad dominum fraudulenter , & uacuam faciat animam esurientis , & potum sifienti auferat .

Frauduléti uasa pessima sunt : ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos metes in fermone mendaci , cum loqueretur pauper iudicium .

Princeps uero ea , quæ digna sunt principes , cogitabit : & ipse super duces stabit .

Mulieres opulentæ surgite , & audite uocem meam : filiae confidentes percipite aribus eloquium meum .

Post dies enim & annum uos conturbabimini confidentes : consummata est enim uindemia : collectio ultrà non ueniet .

Obstupecite opulentæ : conturbabimini confidentes : exuite uos , & confundimini : accingite lumbos uestrós .

Super ubera plangite , super regione desiderabilis , super uitem fertili .

Super humum populi mei spina , & uesper pres

Noua .

ascendent ; quinimmo super omnes dominos gaudij ciuitatis exultantis ?

**Q** uia palatum dimissum est : strepitus 14. ciuitatis derelictus est : turris , & munitio uersa sunt in speluncas usque in sempiternum , gaudium ferarum , pascuum gregum .

Donec effundatur super nos spiritus ex alto , & erit desertum in charmel , & charmel in saltum reputabitur .

Et coabit in deserto iudicium , & iustitia in charmel sedebit .

Et erit factura iustitiae pax , & cultus iustitiae quiescere , & fiducia in sempiternum .

Et habitabit populus meus in malibibus pacis , & in coabitaculis securis , & resurrexione opulenta .

Et grande in descensu sylva , & humiliitate humiliabitur ciuitas .

Felices uos , qui seritis iuxta omnes a- 20. Beati , qui seminatis super omnes aquas , immitentes pedem bouis , & asini .

**E**CCE . brevissimo tempore post uastatos Assyrios regnauit feliciter Ezechias , nempe post quindecim annos : post eius autem mortem regnauit crudelissimus Manasses , ut uerisimile sit , sicut per Assyrios , hostes populi Dei delinios diximus , ita prophetam quoque alia feliciora tempora , & alterum regem sanctiorem Ezechia , occisum populi Dei hostibus , regnante uidisse . sed estis hoc de toto eius regni tempore dicta accipiamus , nempe 29. annis non tamen sufficiens uidetur illa felicitas , ut eam sic propheta decantaret . Ezechiam ergo ut typum , & regnum filii Dei , ut ueritatem conferemus . In iustitia : hebr . ad iustitiam : sensu idem est , quod in hoc toru incumberet Ezechias , ut iustus regnum administraret . Ut tunc quoque Hebrei nominibus cum lamed pro aduerbiis : ad securitatem , id est , securi ; ad iustitiam , id est , iustè &c. Et principes eius : ad uerbum , & principibus eius ad iudicium principatum administrabunt . Quare suppleri potest , dabitur ut , nisi dicere uelis lamed esse articulum nominatiū . Futurum quoq ; inquit , est , ut principes ex animo iustitiae amplexati ius recte omnibus dicant . tales enim plerunque habemus principes , ac magistratus , qualem regem habuerimus : quod si rex pius sit , ac iustus , & non curat , an magistratus iustitiam colant ; iam iustus ipse dici non potest .

2. Et erit uir : non nulli hinc uirum illum ipsius regem intelligent , quasi dicat , & erit uir ille &c. ego tamen more hebr . וְנַתְּרֵבָה distributiuē accipio , ut Hebrei infinitis alijs locis , quod uidelicet quis ex principibus sit ueluti &c. Qui absconditur à uento . nulg . illud וְנַתְּרֵבָה , id est , quis ad populum retulit , & sensu in idem reddit . si enim quis est populi erit similis illi , qui latibulum subiit ingrue tempestate ; ergo principes habet , qui sunt pro latibulis &c. Ad uerbum , & erit uir quasi latibulum . nam נִמְמָה , quod in prima non legitur , nisi in passiva neutrali significatione , est occulta , abdi &c. hinc nomen מִמְמָה abditum , latibulum , ut 1. Sam. 2.3. ubi uulgatus in plur. latibula uerit : Considerate omnia latibula eius , in quibus absconditur . A uento : hebr . latibulum , sicut quod sequitur , absconditio imbris , uel nimbi . ergo improbi comparantur primò uento impetuoso ; deinde imbris impetuoso cadentibus , seu inundationi ; tertio siccitat ; quartò astri : ut enim quatuor hoc molesta sunt nobis , ita improbi , præstinent potentes , probis uiris , maxime pauperibus molestissimi sunt . boni autem magistratus latibulis , protectionibus , riuis , atque umbra comparantur quod ab iniurijs potentium infirmiores tuentur , dum ius cuique reddunt ; neque aliud , quam iustitiam attendunt , tales plurimos quasi partu edidit euangelium : neque tam iustos unquam magistratus peperit , aut philosophia , aut recta ratio ; aut Moaica institutio , quam euangelium , quod rotum iustitiam spirat . sub euangelio enim , & in Christi regno est animorum sanctificatio , ac iustificatio multo angustior .

5. Elior, quam unquam fuerit, at institutum politicanum quis, queso, melius colet, quam qui iustus coram Deo fuerit? cum ergo regnum huicmodi latibilis substitutum uiderimus, ut non habeant pauperes ad quos confugiant, sed sibi; ac fame iniuriam perirent, non ibi Christum regnare putemus. Prominentis, grauem uel pondere, uel dignitate, et honore significat: hic pro ampla, et ingenti accipitur, forte, quod sicut uulgo nos Lusitanorum nomen honoris pro magnitudine usurparamus; ita Hebrei rupem honoratam, id est, immanem, magnam, prominentem appellant.

3. Non caligabunt sensum eleganter reddidit: ego significationem uerbi retinui: quod tamen iuxta uariam constructionem uarii quoque reddimur. supra cap. 29. uerf. 10. Et sequentibus dicebat oculos restringendos, et principes, qui uisiones uidebant, et oppositum hic promittit. nam sub Christo restauata est uisio, et omnia bona: nec solamente principes habuerunt Christiani, sed et uigilantissimos pastores: qui quecumque a Deo audiebant, populo uirtuabat; et populi aures, que ab eis dicebant, diligenter auscultabant.

4. Stultorum manifestum est uerbum, וְהַבָּשֵׂר יְהוָה יְהוָה, etiam proprium est festinus, infra 33. uulgatus festinos corde reddidit, puerilimes. ego puto hic recte uulgatum uerisse: nam stultorum est precipitanter res agredi, sententiam dico: et hoc uocasse Paulum, rom. 2. Timoth. 3. principes, unde ab hoc uerbo est nomen-geminarum; quod precipita, notat, Ps. 140. Nulli autem ad percipientiam scientiam magis inepti sunt, quam qui, uel natura, uel uito precipites sint: quod enim ad recte pronuntianandum impedimentum facit balbuties, blusitudo, et hebetantia linguae, hoc ad intelligendum facit precipitanter: sapientia autem si, cum eloquentia iungatur, dici non potest, quanta efficiat in populis. Igitur ad cumulum felicitatis Christianorum hic promittuntur pastori, res, et doctores, et uerbi Dei interpres, quos creauit dominus ex rudibus gentibus, quibus, scimus, iam olim ditatam uisio ecclasiam, ut uides in epistola Pauli: sed neque modo desunt. Velociter loquetur, et plane: sensum docte reddidit: ego uerbum uerbo: Dicant mihi Iudei, quando hoc sub Ezechia uera fuerunt.

5. Is, qui sapiens est, in hebr. manifesta est oratio, quae sic plane reddi potest, id exigente constructione uerbi, וְהַבָּשֵׂר, cum lamed; non amplius fatuo imponetur nomen principis, id est, nequamquam qui insipiens fuerit, seu fatuus, in principem eligetur, non quod id in populo Christiano nunquam enueniat, sed quod tanta futura esse in regno Christi sapientum multitudine, ut nulla unquam necessitas cogere stulos, et sensu uacuos ratione, et cerebro defictos, in pastores, seu spiritalis reges, eligere. Princeps, uerbum, נָבָע, id est, spontaneus, liberalis, munificus fuit: includit etiam quandibet hilaritatem, seu alacritatem; et quodammodo heroicam magnificentiam et largitatem. unde est nomen, מִנְיָס, munificus, beneficus, seu qui animum habet heroicum ad benefaciendum: quod quia principum est proprium, hinc factum est, ut pasim pro principe usurpetur. Prou. 17. 19. Ps. 118. Et Prou. 8. ubi uulgatus reges, et principes uertere solet: qui usus comprobatur ex Lut. 22. ut iam supra anno-tau, quare, ut ego quidem sentio, optimè uulgatus haec uoces reddi, diffe uideatur: neque de cordido, aut liberali hic est sermo; neque contra adulacionem hac faciunt, sed potius ad felicitatem regni Christi propter sapientiam, ueritatem, atque institutionem, quibus praeeditos fore ecclesiasticos principes, prophetas significat. Fraudulentus, וְהַבָּשֵׂר, et paulo post, נָבָע, est a uerbo, נָבָע, id est, coercuit, prohibuit, conclusit, et c. hinc nomen, quod parcum, et auarum significat, qui ab aliis facultates suas prohibebat, easq; concludit: uulgatus fraudulentus dixit, quia auarorum sunt fraudes, ut mox dicitur uerbi, et iuxta constructionem uero cum lamed, sic aperte reddi posset; neque parco imponetur nomen seruatoris, seu opitulatoris. Maior, a uerbo, יְמִינָה, id est, opitulator est, seruauit, est hoc nomen: sed, sicut dixi de nomine, נָבָע, usu factum est, ut dignitatis, et magnificatus nomen esset. Ezech. 23. prefectum, et opitulatorem, et Iob 34. nam quod liberalem dicunt significare quidam Rabini, unde id habent, ostendunt, certe apud Ezech. Et Iob, quod nomen sit dignitatis, manifestum est: ego principem, seu prefectum libenter dicere. Duo autem sunt uicia maxime cum officio principis: pugniantia fatuus, et auaritia: haec a Christianis, seu ecclesiasticis principibus aliena fore significat prophetas: quandoquidem iuxta euangelium, diuiniarum contemptus in ecclesia Dei uigere debet.

6. Stultus enim: quam indigni, sint principatu, et fatuus, et parcus his duobus uerbiis ostendit: uel certe unde dignoscit possint, uidelicet ex fructibus: fatuus loquerit, id est, loqui soler fatuitatem. Possimus in his uerbiis, נָבָע, accipere pro ignauo, ut uideatur accipi. Sam. 3. Nunquid ut moritur ignarus, moritur Abner? Et Prou. 17. Non competit ignauo labium excellentiae, multo minus principi labium fallacie. Isti itaque ignavi homines non solent loqui uerba, qua aiorum sensum excedant, ne superent, non magna, non magnifica, non admiratione digna, immo iuxta Salomonem, minus haec illis conuenient, quam principi uerba fallacia plena: sed loquuntur fatuitatem, id est, uilia, futilia, nihilque

nihilque pretij, gratiae, aut dignitatis habentia. Faciet iniquitatem, dixi πάντα concupiscentiam illam prauam nobis inuicem propriè significare: qui uero concupiscentiam hanc, et naturae corruptionem sequitur, in sclera omnino prolabitur. sunt autem fatui quidam, et ignavi, sapientes ut faciant malum, bene autem facere nescierunt: horum hic ingenium depingit. Si uerba quidem attendas, insipientem iudicabis: at in corde machinatur, ut quod concupiscit, exequatur: atque ad hoc facit, ut mox sequitur, simulationem: (sic enim loquuntur Hebrei.) Hypocrita inquit, sunt, et quid uelint, in corde occultant: neque pudet eos impie de Deo loqui: illique ignorantiam, ignorantiam, seu inaduentiam impie adscribunt: ut enim liberis, quae uelint, agant, Deum nostra non considerare dicunt: hinc fit, ut uideant esurient cibum, et stimenti porum anserre. Et loquatur ad dominum, uel potius de Iesou: ea enim est interdum uis, וְהַבָּשֵׂר, uel lamed, Hebreis, ut iam supra annotau.

7. Fraudulenti: parci, uel anari, ut iam dixi. Vafa: paronomasia est in Hebreo, chelai, chelau: parcus uasa eius, id est, parci uasa &c. Iam ingenium fatuorum exposuit, nunc ad auaros transit: quos tamen in criminibus similes uidebis. Sunt autem qui per uasa arma intelligent, nam uox generaliter omne instrumentum ad quosunque usus significat: et ita hoc nomine uasis usi sunt Apostoli Act. 9. Et ad Rom. 9. Quanquam differentiam faciunt inter uas ad excipendum paratum, quod εὐρόν vocant, et inter uas quodcumque ad usum domesticum pertinens, quod κύπες appellant: utrunque tamen genus Hebrei, וְהַבָּשֵׂר, vocant. Et quidem Latinis uetustioribus omnis supellephi accipere possumus, quasi dicat, nihil domi habet auarus, quod bonum sit: quidquid habet, quidquid loquitur, ac cogitat, malum est. quia tamen nomen Hebreis in plurali forma feminina, קָלְתָּה, pro renibus accipitur, qui sunt uasa seminis, et generationis instrumenta Leuit. 3. Et c. transfluiturque non raro pro cupiditatibus, et affectibus carnis, quod sedes sint affectuum. Ps. 7. Ierem. 11. Et non admodum durum fuerit pro affectibus hoc loco accipere: nam sequitur, Ipse enim cogitationes &c. elegant uulgatus Hebreo expressit: וְהַבָּשֵׂר enim est propriè sternere, ut iam sepe dixi: quia uero consilium est stratum, seu basis actionum, uerbo consufuli reddi solet: hic autem regi nomen, וְהַבָּשֵׂר, id est, cogitationes, quod, sicut uerbum, וְהַבָּשֵׂר, plerunque in malum accipitur, ita nomen ferre semper praeuam cogitationem notat; et nomen sceleris reddi potest, sicut reddidit uulgatus Leuit. 20. Et alibi sepius. Ad perdendos, uel super perdendis, uel de perdendis: de temporibus quoque uerborum nefis sollicitus: mores enim cum describat, sive in praeterito, sive in futuro esserat, per presens reddi debent. Cum loqueretur, hebr. in loquendo: et uulgatus omisit uau, quod superfluere uidebatur: et dum loquenter egens iudicium, id est, etiam, cum iusta est egenorum causa, auarus mendacij eos subuertere conatur.

8. Principes uero, recte uulgatus uau, pro aduersatia particula accepit: mores ergo eius, qui ad principatum natus uideatur, breuiter depingit. Ea, quae sunt digna principe: sicut uulg. doceat nomen magnifici pro principe accepit; ita et nomen magnificiarum pro ijs, que digna sunt principe, nos, si licet, diceremus regalitatem: et hoc nomen opponit fatuitatibus, concupiscentiis, simulationibus, blasphemis, et crudelitatibus ignauorum, seu fatuorum, atque etiam sceleratis uasis, et consiliis, iniuritis, atque mendacij auarorum: qui enim ad imperium aptus est, nihil horum cogitat: sed ab his omnibus maximè alienus: regalia, et digna rege, et consultat, et loquitur nam, ut supra ex Prou. 17. adduxi, non decent principem uerba fallacie, sed potius excellentia, uide supra uerf. 6. Super duces, nomen, quod in hoc uerbo uulgatus per circumloquium reddidit, Ea, quae sunt digna principe, hic iam duces uertit, est autem נָבָע, nomen adiectiuū male, magnificus, et substantiū; ut dixi, pro principe accepit: נָבָע, uero est cius femininū, quod habet Ps. 51. Spiritus magnificus suscitent me, cuius hic bis habet plurale, magnifica, seu magnificentias: has cogitat, sensu, cum consultans uerat, et super ipsis constitit, seu stat: et que eadem forma loquendi, qua D. Paulus utitur: In his esto, id est, firmus permane, et ab his discedas: fed his insiste, et studiosè persequere, ergo princeps super ijs, qua digna sunt principe, stat: regalia, et magnifica noctes, atque dies amio uerat; quo nam patio omnibus prospicit, nemini noceat; institutam colat, pacem conferuet, felicitatemq; populus afferat. huiusmodi plurimos edidit olim Christianismus: tales reges et rectores efficiet spiritus Christi supremi illius pastorum: neque unquam deerunt in populo Christiano huicmodi uirtutibus instruti, quos populus Christianus sibi eligere in reges, atque pastores posuit: neque enim hoc loco propheta tam qua futura essent in Christi regno, predicere instituit, quam qua fieri possent, si homines sibi recte uellet consulere, qua loquendi forma, eleganter etiam mores principium, qui tunc populum gubernabant, quasi aliud agens, praeserbit.

9. Quidammodum prius quam Iudei properas res sub Ezechia experimentur, per Assyrios multa paf-si sunt; ita prius quam per Christum nobis aduenirent universa bona, quibus fruuntur, (de quibus non

nihil iam in hoc capitulo dictum est, ac mox plura dicentur) plurima à peccato, & inimico diabolo passi sunt homines: immo prius quam ecclesia Christi pacem haberet, ingentes calamitates passa est, & totus Israhel, atque Ierosolyma uastata fuit, post quae renixit noua Ierusalem &c. que igitur passi sunt, narrat, quae nos tanquam typum attendamus. Licet autem hic in re cœciant Iudei; & Rabini in expositione huius loci, quod sive, & luce careant, non sibi consilient: nos tamen hanc interpretandi rationem germanam esse non dubitantes, neque illos, neque qui ex nostris induantur, morabitur. Mulieres: familiaris est scripture, & alijs quoque nationibus nomine feminarum oppida, ac ciuitates appellare. Opulentæ. πνευμα quietum, ac tranquillum esse significat Ierem. 3. & 48. & Iob 3. inde non ea earundem literarum tranquillus, quietus, & per metalepsin securus, insolens, sed quod tranquillitas homines reddat securos, atque insolentes. ergo hic pro insolentibus accepi, cum possem pro tranquillis accipere, ut mox uers. 11. non sit autem tranquilli, nisi qui non indigent: ideo vulgatus opulentas reddidit. Surgite. uenient Hebrei, ut iam admonui, imperatiuus non nullorum uerbiorum pro particulis adhortantis, quando cum alijs uerbis immediate confluuntur. Cum in prophetis magnifica de Christo sperarent Iudei (qualia sunt ea, qua in hoc capite præcesserunt,) etiam post occisum dominum; & in ciuitatibus suis tranquilli, & insolentes uitam agerent, & omnia secundum carnem adimplenda putarent; excitantur hic a propheta, ut quæ sibi imminenter mala, attendent: non tamen historiam sui temporis prætermittit.

10 Post dies, & annum: ad uerbum, dies super annum, id est, post annum, & aliquot dies: ita enim indefinitè accipitur hebr. nomen יְמֵן presertim cum nominibus temporis certi, annus, mensis &c. ut Iud. 19. Fuit ibi dies, quatuor menses: & 1. Sam. 27. Dies, & quatuor menses &c. Crediderim autem ab hac prophetia usque ad aduentum Assyriorum, qui uniuersam Iudeam depopulati sunt, intercessisse annum, & aliquot dies. Conturbabimini: et si uerbum de alijs commotionibus etiam dici solet: de metu tamen ac trepidatione credo esse sermonem: cui opponitur fiducia, confidentes, seu ἡπτα. Enim δύο potest accipi pro quo, ut tempus designet conturbationis: quando uidelicet desideri undermia, & collectio frugum: uel est rationalis particula: quasi quod futurum erat post annum, & dies, iam adesse more prophetico significet. Non est autem leuis trepidatio, seu conturbationis causa in oppidis, & ciuitatibus, quando hostes, stantes fœctes deuastant, ac uincas succendent &c.

11 Opulentæ: hic tranquillas reddidi: quia uerbum γῆς commotionem manifestam notat corporis, uel animi, uel utrinque simul, supra cap. 19. & infra 66. estq; contrarium quieti, atque tranquillitati, uide supra uers. 9. Conturbabimini: hoc uerbum, & quæ sequuntur, in hebr. in infinitivo sunt: quo & nos Lusitani utimur, quando ob indignitatem, uel atrocitatem rei breuitati studemus. eia exui, flere, euilare &c. quasi dicamus, non alterius rei, aut negotij tempus est: ita hoc loco; trepiditate tranquillæ instat enim tempus, quo nihil aliud uidebitur, quam conturbatio, expolitatio, demudatio, & sacra cinctura super lumbos: nam & pro nominibus, si uelios, potes accipere infinitios. de ipsi autem uocibus in superioribus dictum est, uulgatus uero dixit pro nudari, confundi: quia ipsa nudatio turpis est, adeo ut a uerbo nudandi derivatis nominibus, ad significandas res turpes, & uerendas passim atatur scripture.

12 Super ubera. credo ubera hic figurata pro lactentibus, ac liberis accipi. nam multam problem uocat scripture benedictiones uerum & uerti; Genes. 49. cui opponitur nulua sterilitas, & ubera arenaria Osee 9. Regionem. agros desideri uocat hebr. fertiles, & qui desideri satisfaciunt, atque respondent, & quos habitatores magnificiunt &c.

13 Spina, & uerpex. cum non coluntur agri, ipsa tellus germinat sentes, & spinas: & uerbum נָזַר Hebrews etiam tribuitur ijs, que è terra producuntur: poteris quoque ad hostes referre: sed ego malo de spinis intelligere, que solitudinem, atque uastationem significant: quam mox explicabit; quas dicit pulchras domos, & que ad delicias in Ierusalem fabricata erant, iniuras. quod certè tempore Ezechiei non contigit, ut uideas prophetam, cum habentus ab historia non recessisset, uoluise nobis significare, quod aliam Iudea uastationem prouideret, eam uidelicet, quam peccatum inuexit, & eam, que per Romanos contigit, ut spiritalem quoque restaurationem intelligeremus, de qua statim uerba faciet. Quanto magis: multiplex uisus est & uarius huius dictionis Hebrews: & non nunquam esse aduersariam particulam nemo hebraicè doctus dubitabit, quin immo sine eis, sine fine eo: & huiusmodi acceptio hoc in loco mihi plus arrisit, quasi dicat, nihil mirum, quod super agros excrescant sentes. nam & super palatia diuitium in ciuitate, que continuis gaudijs, & festiuitatibus perserpetit, (quod nemo antea credidisset) ascendent spina, & uerpex &c. atq; hoc est causa, cur plantere debentur ciuitates: ut ad hunc locum respexisse uideri posset dominus, quando ad se plantantes spinas conuersus dixit, ut super semetipsas flerent, & super filios sivos: nam uenturi essent dies,

dies, in quibus dicent, Beatae steriles, & ubera, que non lactauerunt. An non hoc est flere super ubera? an non aridum lignum erant Iudei, & ciuitas, & omnes domus eorum? quod si in uiridi illa siebant, quid sperare deberent ligna arida? Domos gaudij. possunt uixta historiam dicere, quod licet Assyrii ciuitatem non expugnarint, domos tamen gaudij, quas ciues Ierosolymitani extra muros habebant, uastarunt &c. sed priorem expositionem uidentur sequentia confirmare.

14 Domus, uel palatum: nam ab altitudine Hebreis dicitur, & collectiū accipitur, explicare autem uidetur pluribus uerbis, quod dixerat, spinas oritur in domibus gaudijs &c. Deferventur, inquit, palatia, & urbis frequentia, & strepitus cessabit: defertas autem domos, & uicos, qui dubitet, quin urtica occupent uides hæc nequaquam Ezechiei temporibus conuenire? quod si de uastatione, que facta est per Babylonios, intelligas, præter hoc quod superiora non conueniunt, uerius quoque sequens id nequaquam pati uidetur. nam quo nam pablio uerum erit, quod effuso domini spiritu defertum uersum fuerit in Charnel, & Charnel in sylvam? nam uerba haec, ut ex loco cap. 29. uers. 18. appetit, & horum penam, & illorum felicitatem notant. ergo quam suprà posimus, interpretatione tenenda est. uide supra uers. 9. Diniſa. uerbum Hebreum tam in bonam, quād in malam partem accipitur, sed plerunque in malam, sicut & uerbum οὐ, quod mox sequitur, ut Pſ. 22. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti pro quo Chald. οὐτέτι, quo iſus est Christus dominus in cruce, & euangelista ita collocarunt, ut sciat qui hebraicè ignorat, legendum esse Sebachthani. Tenebrae. de uoce οὐ magna est uarietas, & controversyia: mibi, quod quidam uir doctus annotatum reliquit, magis placuit, nempe quod esset locus inter scopulos, seu montes, angustius transitus, seu meatus artus, per quem contendere oportet: & quia huiusmodi loca apta erant, quibus hostium incursiones arcerentur, tures, seu arcus supereretur, ut in illis collocarentur praefidia: Graci eiusmodi loca τύχαι vocant, Latini fauces, Hispani puerto. Fit autem duarum in scriptura sacra celebrum mentio: quarum una fuit Ierosolymis inter arcem, & templum: ubi extructam arcem Nathinei, tanquam præsidium, tenuerunt, ne uel hostibus, uel graffatoribus pateret ad arcem regiam aditus, siue irruptio: & appellationem uidetur habere, quod in abdito, & latiore loco esset, & quodam recessu: proinde quidam Hebreorum per οὐ, alij per οὐτό expounderunt: quorum utrunque obscuritatem, seu caliginem significat: & hos secutus est hoc loco uulgatus: neque dubium, quin ut litteris, ita quoque significatione affinia sint: Graci quoque non longe abdidunt. & quidam Mich. 4. Et tu turris gregis Ophel filio Sion usque ad te ueniet. 70. interpr. turris squalida, uulg. nebulosa, dixerunt. ac 2. Par. 27. In muro Ophel adiuncta multa: & 33. Post hæc adiuncta multa circumcedens Ophel, & exaltauit illum ualde, tam Grecus, quād uulg. Ophel reliquerunt. ex quibus locis, & Nchem. 3. & 11. clarum uidetur οὐ nomen esse loci, seu arcis. Porro altera fuit in finibus Israelis, & Syrie: de qua 2. Reg. 5. Cum uenisset in Ophel, accepit de manu eorum: pro quo Chald. Et ascendit ad locum absconditum, ubi R. D. Kim dicit significare locum excelsum, in quo sit extructum aliquod adiunctum. Palatio. uulg. ut aliquid cognatum cerebris poneret, palpationem redditum. est enim οὐτό probare, examinare &c. unde bohan, id est, probatio, supra 28. & bahan, id est, nullum, seu munitione, que probata est contra oppugnationem obsidientium. loca itaque munita credo significari his duobus nominibus, in quibus dies, noctesq; erant militum stationes: in quibus solent usque ad finem obsidionis perdurare aliqui, ut saltuē equis non nulli condicionibus acceptis tutò abire posint. hac igitur in speluncas, seu cavernas redacta dicens, quas nemo incolit pretferas, & aues ferales, & quæ adire metus est, & ingredientes horror invadit, omnimodam ciuitatis Ierosolymitana uastationem significavit: quod mox exponens ait; Gaudium ferarum &c. nam οὐδέ ( quem paſtim Onagrum uertunt: est autem Onager asinus sylvestris, quem doctus quidam Hebrewus Zebra uocat. quod animal nostro tempore ab India allata uidimus) in genere ferarum significat, & a fecunditate appellationem habet. plures enim, quād domestica animalia, fatus edunt, & uerbo οὐδέ. Illud uero οὐδέ τη uisque in sempiternum, uel saculum, longum tempus designat, quod si ex hac uoce uolum Iudei probare legem nunquam abolendam, quod in lege sepe dicitur legitimū sempiternum &c. uideant, quid sibi hoc loco uelit Ierosolymam desertam futuram in sempiternum. certè, quæ sequuntur, terminum significare uidentur: quod facit, ut alteram illam inuisibilēm uastationem hoc quoque loco recolamus.

15 Donec effundatur: hic uides uastationem tam ingenti, & diuinae quasi pro termino præfigi effusionem spiritus è celo: hic est enim, qui omnia uiuiscat, atque restaurat. nam exhalatur à uerberibus patris, qui habet uitam in semetipso, & filii, cui dedit pater habere uitam in semetipso. est ergo spiritus uita, quo totus ornatu mundi constituit: quam si auferat à mundo Deus, omnia deficiunt: quena si rursum emittat, recreantur omnia, & renouatur orbis facies, ut est apud Daniēl: hic spinas, &

uepres à palatijs auffert ; feras abigit ; frequentiam , & stricpitum ciuitatibus restituit ; munitiones restaurat : deniq; tandem durat desolatio , donec effundatur spiritus de celo . nam & Iudei dicunt effusio nem spiritus , nihil aliud esse , quam diuinam voluntatem , id est , tandem durabit , quoniam uult dominus ; est scripturas peruertere , qua non sic confuerunt loqui : nos autem ex Apostolicis scriptis habemus , quod quando spiritalem desolationem , que in mundo obtinuerat , dominus restaurare uoluit , spiritum hunc in nos effudit , ut narrat Lucas in c̄sis : ut ad hunc Iesu locum resipexisse Paulus uidetur , cum diceret de spiritu sancto ; quem effudit in nos abunde . Et erit desertus &c. expectaret carnis Iudeus , ut diceret propheta , & cinitas readicabatur , & frequentia populi restituatur &c. pro his deferta in fertilitatem uertenda dicit ; que ne ad se pertinere secundum carnē Iudei putarent , addit Charmel in syluam conuertendam . Spiritus ergo de celo missus inopis , & infecundas gentes , et omnium spirituum bonorum uacuas dianit , secundauit , & iuxta canticum matris domini , impletum bonis : quo quidem tempore Israele secundum carnem , quā diuites existimabant , dimisit sunt inanis : & fertilis ille Charmel in syluam redactus est , & habitationem ferarum , & qua uidebantur habere , ut alio loco dicit euangelium , ab eis ablata sunt . Quae est ergo iste restauratio Ierosolymorum ? quis , inquit , terminus iste desolationis , si in syluam reputamus ? quo pablio uerum est , quod tandem effet gaudium ferarum , quoisque effunderetur spiritus & in spiritus , ut uos dicitis , effusus est , & nos in deserto sumus ? Quid hac nobis obiectum ? propheta obiectum , qui terminum desolationis effusione spiritus praefixit : effuso uero spiritu Charmel in syluam hertendum affirmit . intelligent ergo spiritalem esse restaurationem ; & iam cum dominus aduenit , eos uastatos , ac desolatatos reperire Iudeam , & spiritualiter restaurasse mundum : quinimum , ut à lapidibus , & lignis , & uisibilis muris , & plateis animos eorum auelleret , noluisse , ut funditus euerteretur illa uisibilia Ierosolyma , ut spiritu sancto restaurari uolentes , de terrena Ierusalem parum curarent : atque sic ex deserto cum gentibus in Charmel conuerterentur . Quid si adhuc proteruire uelint , & hic hostes nomine Charmeli , se autem nomine deserti intelligendos ; uideant hoc ipsa uerba supra capite 29. uers. 18. ubi de Iudeis dicta manifestum est , qui Deum colebant labijs &c.

16. Et habitabit in solitudine , id est , in illis , qui olim erant desertum , ac solitudo . In Charmel . in novo uidelicet Charmel : qui olim erant desertum , & iam sunt agri benedictionis . Hac est noua Ierusalem , in qua uides pro palatijs , & dominis gaudiū redire iustitiam , ac iudicium : hec sunt palatia : ha tress noue Ierusalem , in his uicis , & plateis solūmmodo gaudium est : his munitionibus sati se tutos serui Dei semper crediderunt : & quia has nemo unquam expugnare , nemo ab ecclesia ejercere poterit ; ipsa est ciuitas iustitia , ac sancta . Quid autem iustitia , & iudicium significant , iam si p̄a non semel dictum est .

17. Opus iustitiae . נָבָד factum , factura , & qui post actionem manet , effectus . hic ergo uides pacem ex iustitia oriri : nomine autem pacis , ut supra dictum est , salutem , prosperitatem , incolumitatem , & omnimodam felicitatem intelligunt Hebrei : & hinc accepisse uidetur Paulus illud ad Rom. iustificari ex fide pacem habemus erga Deum . nam & hic sequitur , Cultus iustitiae , quies , & fiducia , id est , cultus , seruitum , seu obsequium ad iustitiam conuenientiam est nos , nostraque omnia Deo committere , tanquam patri amantissimo : cui fidem dedimus : quem pro Deo acceptimus : cui obtemperare , cuius legem servare ex animo promisimus : quique nos in fidem suam suscepit : quibus etiam , nisi inobedientes esse uellemus , se unquam defuturum uicissim pollicetus est . haec omnia includit fides Paulina , cui iustitiam tribuit ipse . Ne quis ex hoc loco nudam , ac ieiunam querundam hereticorum fidem stabiliri putet : addidit autem quietem , seu quietescere , (nam infinitius est pro nomine) quod sine hesitatione , immo securam , ac firmam uelit esse fidem nostram . Quid si uergere uelint Lutherani , nihil aliud hic dici , quam quod iustitia pacem pariat ; quieta autem , & secura fiducia ; iustitia sit cultus ; neque quidquam aliud addendum esse : respondere poterimus , non negare catholicos fiduciam firmam in Deum habendam semper esse . & quod actu huicmodi Deus colatur ; aut quid actu hic fiducia cultus sit iustitiae , & ad iustitiam necessarius : sed actu isto tantum constare iustificationem plane negamus . neque enim propheta , aut Apostoli omnia ubique dicunt ; An non remitti nobis peccata dicit in euangelio dominus , si & nos remisimus debitoribus nostris errata ipsorum ? ergo iustificationem , & remissionem peccatorum condonatione debitorum definitius ? Quid de eleemosynis , & alijs dicemus ? adde , quod uerba hec apud prophetam non magis innuent , quod qui securè fidit , iustitiam consequatur , quam quod qui iustus est , is tranquillus , & securus sit : immo hoc potius significari dicent lingue Hebrei periti : & hoc confirmant uerbi sequentes : uidetur enim effectus iustitiae describere , qua in solitudine &c. habitatura erat : ut quod in priori membro dictum est , & secundo repetatur : opus iustitiae erit pax : & cultus iustitiae , id est , quem isti exhibebunt : uel seruitum , quod seruant iustitiae : & ad quod à iustitiae , quam intus habent per spiritum sanctum , qui ipsis datu-

datus est , inclinantur , est quiescere , & fidere : ut sit quod alibi dicitur , sperate in Deum seculis aternis . nam cum Paulo propter hoc affligitur , quia sc̄m habent in Deum , qui est salvator omnium , maximè fidelium . נְבָד autem fiducia , uel securitas , & ita pāsim accipitur ; & quando in aduertium transit , id liquidò appetat . Dcut. 33. Commorabitur Israël נְבָד tutu , securè &c.

18. Hic neſus superiorē explicat , quod sc̄ilicet iustitia , qua per spiritum sanctum nobis conceditur , pacem , & securitatem pariat . In pulchritudine . Superioris de nomine . נְבָד dictum est cap. 27. quod paſcūm locum , & amenum , interim quoque donos rurales significaret : hic certè hoc significatio maximè conuenit , ut ea , quibus ingeritur , ostendunt : pulchritudinem ergo , seu amaritatem in uulgato accipe , pro ipsis locis amanis , & paſcūs ; & singulare collectiū : ob quod ego mapalia dixi . de alijs autem uocibus iam quoque supra dictum est : idemq; ferre ter dicitur ; ut felicitatem seruorum sati testatam declarat , eam precipiū , que per Christum , & spiritum eius nobis contigit : qua tanta est , ut uerba desint , quibus explicari posſit . Eorum profecto pacem , confidenciam , atque securitatem neque aduersare potest , neque totus mundus interturbare potest . sunt enim fundati super firmam petram . quis autem nocere illis poterit , qui , quod maior est , qua superuenit calamitas , magis gaudent ; & quod magis premuntur , ed se in maiori amplitudine conspiciunt ? Vide , quæ Paulus de fe , & coapostolis commemoret : nam ad hos principiū dirigitur propheticus sermo : in quibus completa sunt promissiones de restaurando Israèle , ac deinde ad nos Israélitas , quos ipsi per euangelium genuerunt : qui eadem pace , & securitate fruebantur , ut qui eandem iustitiam consecuti fuerant ; qui rapinam bono rūm suorum cum gaudio suscipiebant &c.

19. Grando autem , uel grandinabit , ut non nulli uolunt : sed quia nulli tanquam uerbum lego ; libet hic cum uulgato accipere : non enim puncta tanti facienda duco , quanti R. David , & non nulli ex nostris ; cum ipsis Hebrai paſsim non sibi in punctorum ratione consentent : docte autem uulg. uau pro aduersatina accept : quasi responderet uer. 16. & 17. & 18. in quibus dixerat , in novo Charmel , qui olim desertum fuerat , habitat uam iustitia : cuius effectus mox enumeravit . supererat ergo , ut quæ futura esset fors Charmeli antiqui , qui in syluam abiecti , explicaret . Hanc in hoc uerbi habes , nem p̄ quod eius pars , ac fors sit grando , & quæ in scripturis symbolum est diuina uindicta : non semel enim lapidibus & celo obruit dominus hostes suis . In descensione saltus : infinitius est , ut reddi possit , in descendendo in syluam , id est , quando descenderit in syluam supple dominus . nam נְבָד prepōsum nominis , motum ad locum potest notare : uel nomen est ( ut accepit uulg. ) id est , grando in syluam descendet , in antiquum nempe Charmel , qui in syluam uerbi est , quasi dicat , in Iudaismum , in Iudeam , & infideles Iudeos , expertes iustitiae , & bonorum cœlestium , qua spiritus de celo adueniens , in suos diffidit : super hos , inquam , grandinabit , & omnia aduersa experientur . Ne quis autem ambigere posset , que nam esset hac sylua , ( ut non nulli ex nostris , qui secuti Kim . & alios Rabinos , syluam materialiter accipiunt , quod non caderet grando in sata , seu ciuitates , sed in syluas , & saltus ) addit propheta . Et humilitate humiliabitur ciuitas : Ierusalem enim principia erat spiritualis Charmeli pars : qui in syluam per infidelitatem uerbi fuerat . sed bene est , quod hoc quoque ad prosperitatem detorquent , quod propter securitatem ciuitates in uallibus possent adificari . neq; pudet uiros Christianos , & alioqui doctos , has interpretationes , immo scripturam luxationes , peruerstionesq; ex Rabbinis imp̄is mutuare , & pro oraculis colere . ergo illis uerbis . Habitabit in deserto iudicium , id est , in eo , qui olim desertum erat , respondent ; Humiliabitur ciuitas : illis autē , Iustitia in Charmel sedebit , Grando descendet in syluam : illis enim pro eodem accepit desertum , & Charmel : nam desertum in Charmel uerbi fuerat : hic quoque pro eodem syluam , & ciuitatem accepit . nam in syluam uerten- da erat & ciuitas , & omnis Iudea , & uniuersus Iudaismus . Ludit autem in nominibus נְבָד , id est , sylua , & נְבָד , id est , ciuitas : de quibus iam in superioribus dixi , quod ab eadem radice נְבָד dicentur ab excitando : nam quæ eriguntur sine ligna , sine domo , Hebrei excitari dicunt . Vclint , nolint ergo Iudei , uenisti , & non sine mysterio eandem rem , utrumque nomen diversa ratione significare accipimus .

20. Beati , qui feminatis . de uoce נְבָד , quod aduerbiū sit , & fauiliū acclamationibus seruiat , iam supra annotauimus . Ceterum quid alij partim Iudaicè , partim intempestiū hic dicant : apud ipsis legere licebit : ego autem quid sentiam , breui sic habeo : Bos , & Afrius animalia sunt : quorum opera maximè agriculte utuntur : deinde ea loca , que propinquā sunt riuis , & fluminibus , fertiliora esse nemo dubitat . igitur cum illam admirabilem rerum uicitudinem excisionis , uidelicet Iudeorum , & electionis gentium , quam multis uerbis & narrat , & admiratur Paulus in epistola ad Rom. prophetā enarrasset sub nominibus Charmeli , que regio erat fertilissima in Iudea , & sylue , qua infragisera est ; & spiritalem quandam agriculturam commemorasset per spiritum sanctorum de cœlo mittendum ; a quo iustitia propagaretur ; & ruris ipsius iustitiae effectus nominibus נְבָד , &

הַבְּרָבִים, id est, facturae, laboris, seu cultus significasset; quæ nomina etiam rei rusticæ sunt usitatissima, spirituque uidisset illius agriculturæ felicem successum, multitudinem nempe fidelium, nouum Dei populum, & inenarrabili felicitate fruentem; non potuit se continere propheta, quin sermonem hunc tantis mysterijs refertum epiphonemate clauderet, & agricultorū nouæ illius culturae ministros beatos prædicaret. O uos, inquit, felices agricultorū, qui in tam uberi solo labores uestræ collocatis. Beati: est expressum pronomen in hebreo, quod omittendum non est, felices uos. de Apostolis est sermo, quibus sancte inuidetur Iesaiæ: cùm suis, & aliorum prophetarum labores penè inanæ experirentur. Qui feminatis. γυναῖκες hac participij forma facit, ut nomine uerbali reddenda sit oratio; seminatores dicere possemus, ut munus, & officium significemus: cùlque forma regiminis; & quod sequitur, est nōce nominis. Super omnes aquas: ita nos quoque hyperbolice loquimur; habet omnes aquas, id est, magnam aquarum copiam. intellegit ergo eos, qui in ripis feminant: nam ἡγεμόνη pro iuxta, seu prope frequenter accipitur: aptissime uero omnes aquas dixit, pro multis: nam dignam pectori propheticæ est tacitam faciebat comparationem. uidebat Iesaias in arida se terra semina spargere, Apostolo uero prope immensas aquas: nam πλούσιος effundebatur illis diebus spiritus sancti gratia. Immitentes pedem bouis, & asini. forma etiam participij ἀνθρώπων exigit nomen, quod munus significet, si aptè uelis reddere, ac si diceremus; immissores pedum bouis, & asini, id est, agricultorū, qui animalibus terram colitis: quasi diceret; O felices nos agricultorū, qui tam uberem terram colitis, & in tam uberi solo prope tam copiosas aquas semina spargitis. immittere ergo pedem bouis, & asini est terram colere, hinc discipulos dicebat Paulus, Dei agricultorū, & se, suosque esse cooperatores Dei: & dominus eos operarios uocat, & in messem mittendos. denique frequens est in scriptura tropus hic, ut minister uerbi agricultorū, & uerbum Dei semen, & corda hominum ager dicantur.

## Caput trigesimum tertium.

Noua.

Vetus.

**H**EVS uastator, & tu non [es] uasta tus; & depopulator, & non depoplati sunt te: ubi consummaueris uastationem, uasteris: ubi desferis incurrire, incurrere in te.

Iehoua gratificare nobis: te intenti expeditauimus: esto brachium eorum in manicationibus, quinimum salus nostra in tempore angustiæ.

A uoce strepitus aufugerunt populi: ab elevatione tua dispersæ sunt gentes.

Et colligetur spolium uestrum collectio ne locuta: sicut excursio locustarum ex currit in ipsa.

Exaltatus est Iehoua, qui excelsum habuit, repleuit Tzion iudicio, & iustitia.

Et erit fides temporis tui, thesaurus salutum, sapientia, & scientia: timor Iehoua est theca ipsius.

Ecce fortissimi ipsorum clamabunt foris: nuntij pacis amarè flebunt.

Deserta sunt uiae: cessauit transiens per semitam: labefactauit pactum: reiecit ciuitates: non reputauit hominem,

Luxit,

**V**AE qui prædaris, non ne & ipse prædaberis? & qui spernis, non ne & ipse spernēris? cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm defatigatus desferis contempnere, contemneris.

Domine miserere nostri: te enim expeditauimus: esto brachium nostrum in manationibus, & salus nostra in tempore tribulationis.

A uoce Angeli fugerunt populi: & ab exaltatione sua dispersæ sunt gentes.

Et congregabuntur spolia uestra, sicut colligitur bruchus, uelut cùm fossæ plena fuerint in ipsa.

Magnificatus est dominus, quoniam habuit in excelsis: impleuit Sion in iustitia, & iustitia.

Et erit fides temporibus tuis: diuinitæ salutum, sapientia, & scientia: timor domini ipse est thesaurus eius.

Ecce uidentes clamabunt foris: Angeli pacis amarè flebunt.

Dispatæ sunt uiae: cessauit transiens per semitam: irritum factum est pactum: proiecit ciuitates: non reputauit hominem,

Luxit,

Noua.

Vetus.

Luxit, excisa est terra: pudefactus est Libanus: succisus est; factus est Saron, sicut desertum: excusus est Basan, & Carmelus.

Nunc consurgam, dicit Iehoua: nunc exaltabor: nunc eleuabor.

Concipietis stramen, parietis quisquiliā spiritus uestrī: ignis absument uos.

Et erunt populi combustiones calcis, spinæ excisæ igni comburentur.

Audite longinquæ, qua fecerim: & agno scite propinquū fortitudinem meam.

Expauerunt in Tzion errantes, tremor apprehendit hypocritas. quis confuescer ex nobis igni absumenti? quis confuescer ex nobis focis æternitatis.

Qui ambulat in iustitijs, & loquitur exortates: qui abhorret à lucro ex fraudibus: qui excutit palmas suas, ne sustineat munus: qui obdurat aurem suam, ne audiatur sanguinem; & cōprimit oculos suos, ne uideant malum.

Hic excelsa inhababit, receptus rupium, exæctio eius: panis eius constitutus est: aquæ eius fideles.

Regem in formositate sua uidebunt oculi tui: cernerent terram longinquam.

Cor tuū meditabitur formidinem: ubi scriba? ubi liberator? ubi numerator turrim?

Populum barbarum non uidebis: populum profundi labij, ut percipere nequeas balbutientem lingua sine intelligentia.

Vide Tzion cœnitatem festiuitatis nostræ: oculi tui uidebunt Ierusalem pascuum tranquillum: tabernaculum nequaquam uolubilabitur: nequaquam amouebit clausus eius in perpetuū, & omnes funes eius non rumpentur.

Quinimum ibi prægrandis Iehoua est nobis, locus fluiuorum: riui lati manibus: nequaquam ibit per eum nauis remigis; & nauis prægrandis nō pertransbit per eum.

Quia Iehoua iudex noster: Iehoua legislator noster: Iehoua rex noster, ipse sedabit nos.

Dimisi sunt funes tui, ne tantillum qui dem confirmarunt malum suum: non expanderit signum: tunc dispergitum est aspidus spolium multiplex: claudi diripuerunt direptionem.

Neque

Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obsurduit: & factus est Saron, sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus.

Nunc consurgam, dicit dominus, nunc exaltabor, nunc subleuabor.

Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus uester, ut ignis, torabit uos.

Ererunt populi, quasi de incendio cini: spinæ congregata igni comburentur.

Audite, qui longè etis, qua fecerim: & cognoscite vicini fortitudinem meam.

Conterrati sunt in Sion peccatores: possedit tremor hypocritas. quis poterit habere de uobis cū igne deuorante? quis habitabit ex nobis cum ardoribus sempiternis?

Qui ambulat in iudicijs, & loquitur exortates: qui projectat auaritiam ex calunnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem; & claudit oculos suos, ne uideat malum.

Iste in excelsis habitabit, munimenta faxorum, sublimitas eius: panis ei datus est; aquæ eius fideles sunt.

Reges in decore suo uidebunt oculi eius: cernerent terram delonge.

Cor tuū meditabitur timorem: ubi est litteratus? ubi legis uerba ponderans? ubi docttor paruolorum;

Populum impudentem non uidebis: populum alti sermonis: ita ut non possis intelligere differentiæ linguae eius: in quo nulla est sapientia.

Respic Sion ciuitatem sollemnitas nostræ: oculi tui uidebunt Ierusalem, habitatio nem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: neque auferetur clavi eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.

Quia sollemmodo ibi magnificus est dominus noster: locus fluiuorum riui latissimi, & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neq; triremis magna transgredietur eum.

Dominus enim iudex noster, dominus legislator noster, dominus rex noster: ipse sedabit nos.

Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt: sic erit malus tuus, ut dilatare signum non queas: tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripuerunt rapinam.

Vij Nec

Neque dicit ciuis; Aegrotau*i*. populus, 14 Nec dicit uicinus ; Elangui . populus qui habitat in ea, reueatus iniquitate .

**S**PERNIS. uerbum בְּנֵי solet reddere uulgatus ferè semper uerbo prævaricandi : hic uerbo sfernendi reddit. quod autem hic interrogatiū legit , possumus sine interrogatione cum Hebreis accipere : & præteritum יָמִין id euincere uidetur : & non depradati sunt te . at qui uulgati sensum amplectatur , pro futuro positum dicet : & non depradabuntur te ? sensus tamen iuxta hebr. planus est : heu tu qui alios deuastas , battebas à nemine deuastatus ; & heu tu , qui alios impetis ; & nemno te battemus impetis . iuxta historiam autem sermo est de Assyrio : qui tamen typum gerebat hostis humani generis , et hostiū populi Dei . Videbis autem prophetam ita historiam persequentem , ut multa plura eius uerba mysterio , quam historia aptius accommodentur , quam interpretandi rationem qui non sequitur , nunquam , ut ego quidem iudico , prophetas intelliget . Cùm consummaueris . illa forma orationis Hebraicæ secundum dicere te , secundum facere te &c. optimè redditur . ubi dixeris , quam primū feceris &c. recte etiam uulgatus infinitum uerit in nomen , deprecationem , deuastationem &c. id est , ubi ad perfectionem perduxeris uastationem , uastaberis : quod multè uerius de diaboli imperio intelligitur : qui tunc de imperio cecidit , quando ad summam impietatis , qua spiritalis uastatio constat , homines pertraxisset ; quam de Assyrio , qui non expugnata ciuitate sancta deletus est . Defatigatus desieris ; unum uerbum hebr. duobus reddit . neque alibi legitur . ex affinis autem uidetur significare adimptionem , seu consummationem : & ita reddit doctus quidam Hebreus : cùm adimpleris , uel consummaueris : Senacherib autem non perduxit uastationem ad consummationem , sed diabolus , ut iam dixi .

**2** Domine miserere nostri . sollemne est prophetis , quando significare uolunt , quam celeriter opressis affuerit Deus , dum historiam narrant obiter , quasi per parenthesis breuem orationem inserere , qua ad Deum usi sunt , ac mox liberationem attexere . in Ps. Circumdederunt me dolores mortis ; pericula inferni inuenient me ; tribulationem , & dolorem inueni ; & nomen domini inuocaui , (ò domine libera animam meam ) misericors dominus , & iustus , & Deus noster misertus est &c. & paſsim in alijs Ps. primo itaque uerbi uastandum Assyrius dixerat : hic secundus orationem continet , qua uero sunt ; at tertio ad narrationem reddit : uel certè cogitans propheta quanta benignitas dominus ciuitatem Ierofolymam defendisset , talem optabat , & semper experiretur dominū populus , idq; precabatur magno animi affectu : quem continere non potuisse uidetur . Brachium nostrum : mutatio est persona : licet uulgatus primam retinuerit : hebr. esto brachium eorum : notat autem hanc fuisse ipsius propheta orationem . Brachium autem pro uiribus , & auxilio paſsim accipit hebr. In mane , uox est in plurali : & solet accipi distributuē , id est , singulo quoque mane . Ps. 73. Castigatio in singulis mane : & Ps. 101. non quod tempus matutinum tantum notet ; sed est , quod Latinē dicas omnibus diebus , qui bus illuxerit : quasi dicat , nunquam oriatur lux , quin nos in gratiam tuam recipias : nobis adiſ , equi dem de hac re primo loco agimus : etiam in obſtinatione nihil nobis antiquius est tua gratia , & fauor : sed & hoc quoque perimus , ut ab hac angustia nos liberes . Vides , quo ordine sint à Deo petenda ea , quibus indigemus . quod si hoc oratio est Iesaiæ , ut dixi , ne præterreas , quod cùm gratiam petiūt , que in singulos dies nobis necessaria est , se ipsum quoq; comprehendit : gratificare nobis ; misererere nostri &c. at cum secundo loco liberationem ab angustia petiūt , personam mutauit : esto brachium eorum : iustus enim , cùm de corporalibus afflictionibus agitur , plus de alijs sollicitus est , quos uidet mala pati , quam de se ipso , qui paratus est in medijs afflictionibus gaudere .

**3** Angel. non ignorauit uulgatus significationem propriam nominis מַלְאָכִי , quam sepe propriè interpretatur : nunc multitudinem , nunc tumultum . nam utrumque significat , ut iam supra dixi : sed quia de strepitu , quem excitauit Angelus , quando ad percutiendos Assyrios descendit , erat sermo , ut apertius , quod accidisset , significaret , Angelum dixit , alioquin affixum illud pronomen , quod sequenti nomini additur , ab elevatione tua , more Hebraico , ad nomen quoque strepitus , quod precessit , pertinet ; ut dicendum sit ; à uoce strepitus tui aufergerunt ab elevatione tua &c. interdum enim in priori ponunt , quod in posteriori repetendum est ; interdum contrā . exempla sunt obuia . quare falli eos , qui prius ad Iudeos , posterius ad Assyrios referunt , res ipsa ostendit . Fugerunt : dispersi sunt Assyrii . nam non nulli cum rege ad Assyriam usque aufergerunt : pluribus in ipsa fuga , uel etiam ante quam fugere inciperent interceptis , nam , ut supra dictum est , audita sunt tonitrua &c.

Sicut

**4** Sicut colligitur bruchus . sensum optimè reddit : solet autem nomen חַרְבָּה nomine bruchi reddere . bruchus autem ab ἄστρῳ dicitur , quem corrodendo edit , si Grecam etymologiam speles . Ceterum an sit locustæ species bruchus , ignoro ; quamvis paſsim id affirmat : uerum cùm dicant alii carere , & uermem esse , non video , quo pacto huic loco conueniat . uox autem Hebræa locustæ speciem notat , ut appareat ex primo Reg. 8. & Ps. 78. & ex hoc loco : nam in aceruos colliguntur , & aut foucis , aut aquis occidunt tam in oriente , & Africa , quam in Hispania : si etymon autem uocis attendas , ab absuſu dicitur . Cùm fossa plena fuerint . sensum attendit uulgatus , non uerba : nam ad uerbum reddi debet , ut uides in nostra versione . excursionem autem uocat locustas ipsas excurrentes , depopulantes , uel græſantes . sensus ergo hic esse potest , uidelicet ut comparentur Assyrii , ipsorumque spolia ipsi locustis tempore collectionis : quo hinc , atque illinc excitatae , atque fugatae in unum locum confluent : & hoc secundo membro exponat prius . sicut , inquit , excurrentes locustæ excurrunt in ipsa collectione , id est , sicut agmen locustarum eo tempore , quo colliguntur , excurrunt , & ad unum aliquem locum conglomerant expelluntur &c. potest etiam aliis esse sensus , ut comparentur hic collectores spoliorum , collectores locustarum : sicut , inquit , excursion locustarum , quo sit in locustas , id est , sicut excurrentes in locustas excurrere faciunt ipsas tempore collectionis , uel ad ipsam collectionem : ita Ierofolymitanus summo studio , & alacritate ad diripiendā spolia properabunt nemine resistente . & siue hoc , siue illo modo accipias , cogita , quod quamvis locustarum agmina plurimum nocent , cùm ad ipsas fugandas , & interminandas conuenient homines , minimo negotio infinita eorum agmina aut igni absument , aut submergent : imbellies enim sunt , neque iuxta uim , quam ad nocendum habent , sunt illis uires , quibus resistunt , aut prudenter . Hinc mentem attolle , ut cogites , quam innumerabiles hostium phalanxes Christus dominus per imbellies , & inertes discipulos fregerit , fuderit , eorumque spolijs ciuitatem suam ditauerit &c. Fossæ . uulg. בְּנֵי pro fossis accepit , quasi esset à בְּנֵי , ut Ierem. 14. uidetur tamen habere cognitionem cum בְּנֵי , forte quod cùm agminatum uolant , similitudinem fornici præferant , calumque operiant , uelut nubes .

**5** Magnificatus est . prorumpit in laudem Dei , uidens miracularem hostium stragam . sed ut intellegas in uictoria illa uidisse prophetam alteram multò ampliorem , aliam spoliacionem multò digniorem , aliasque diuitias alterius Ierusalem , lege qua sequuntur : nota tamen interim יְהִי hic relativè accipi pro יְהִי , ut Exod. 13. uer. 17. Prou. 11. uer. 15. & cap. 20. uer. 16. &c. in quibus locis uulgatus quoque pro relatio accipit , & uerit , Magnificatus est , uel exaltatus est , seque excedit , ac magnum hac ipsa re ostendit . ille , inquam , habitator excelsi , qualeque habitaculum habet , talem sepe ostendit . Iudicio , & iustitia , & hoc sunt Assyriorum spolia . nam cùm uidet Dei populus potentiam domini , atque hostium suorum stragam , iustitiam dicunt &c. uel quia hostes occisi sunt , ut uiuerent , & ut ad nouam ecclesiā iustificati pertinent , dicitur ob multiplicationem iustorum impleri iudicio , & iustitia . huc facit uerbi sequens .

**6** Erit fides . אֶתְנָסְתָּה hic cum uulgato accipio pro fide , ut sape accipitur , id est , pro fidilitate , seu in fide data constantia , & ueritate in promissionibus . Temporibus tuis . in hebr. uidetur esse in genitivo ; fides temporis tui , uel temporum tuorum : sed sensus ferè idem est : fides temporis tui erit diuitia &c. uel tempore tuo erit fides . apposituē diuitia &c. est autem sermo ad nouam Ierusalem . Temporibus tuis . quod qui non intellexit , tuis , uerit in suis : sed emendati codices iuxta hebr. tuis habent . Diuitia . יְהִי de uerbo dictum est supra cap. 23. non recondetur &c. hic nomen hoc , id est , thesaurus scilicet reconditus , & protectus : non male ergo uulgatus diuitias dixit : quæ autem sequuntur nomina , omnia in genitivo accipi possunt . nam Christianorum fides , seu fidelitas (utroque enim modo accipi potest) est thesaurus quidam salutis , sapientiae , & scientie . nulla enim religio est , que salutem continent in se , quæque sapientiam ueram spiret , nisi religio fidei Christianæ . Olim quidem sapientes dicebant Iudei soli : nunc uero Christiani tantum sapientes sunt : quod si queras , ubi non asseruerit hic thesaurus : Timor , inquit , Ichoua est theca , seu penitus ipsius . יְהִי enim pri maria significatione locum , seu rem significat , in qua reconduntur alia : secundaria autem ea , que re conduntur . 2. Par. 32. Fecerat sibi thesauros pro argento , & auro &c. ergo hic pro theca , seu apostheca , seu penit accipio . nam in timore domini tanquam in ditissima theca continetur salus , sapientia , & scientia . unde illud Prou. 1. Principium sapientie timor domini , arbitror accipendum , quod summa sapientie sit timor domini : uox enim נִשְׁאָר non raro id significat . Quid si אֶתְנָסְתָּה pro firmitudine accipimus , ut interdum solet , ut Exod. 17. Et fuit manibus eius firmitudo , seu uirtus usque ad occasum solis &c. sensus non abiendus alter huius locutus erit . Erit firmitudo temporum tuorum thesauros salutis , sapientiae , & scientie . dixerat enim pro spolijs , & diuitijs , quibus implenda esset Ierusalem , ad mysterium nimurum attendens , impleturum dominum Tzion iustitiam : ne quis autem carnalis has diuitias contemneret , denuntiat Tzion , quod non confiseret , aut firma staret diuitij

V iii

- mundi, in quibus solent homines confidere, quasq; neruos bellii nocant: quinimum firmitudo illius temporis est thesaurus non aurum, & argenti; sed salutis, sapientie, & scientie, id est, multiplex salus, qua gratia, & iustificatione constat, & multiplex, ac nec sapientia, & scientia: satis enim firmus, satis tutus est; qui salutem per Christum est affectus; & sapientia Christi, qua mundo est stultitia, præditus est. Tantorum autem bonorum apotheciam si queris, scito esse timorem Iebona. Potes & sic distinguere, & fortè aprius; firmitas temporum tuorum erit thesaurus salutis (nempe) sapientia, & scientia: timor domini est theca ipsius, ut scilicet sapientia dicatur thesaurus salutis: isque in timore domini reperiatur.
7. Videntes. בְּאַרְאָה de hac uoce non constant sibi Hebrei, neque nostri: neque mirum: nam in hac forma alibi non legitur. qui ex Hebreis dicunt esse nomen Angeli; neque quod dicunt, probant, neque intelligunt. Vulgatus fecutus est eos, qui à uerbo בְּאַרְאָה, id est, uidit, formant nomen. Neque desunt inter Hebreos, qui dictionem dividant, id est, ostendam eis, uel apparebo illis. sed mihi magis placet, quod doctissimus Hebreorum Benbezra dicit, esse בְּאַרְאָה idem, quod נִירָא, de quo supra cap. 29. cum defctio iod. sicut etiam apud Ezech. legitur נִירָא: quasi dicat, Ecce Leo fortis eorum, id est, ecce Ierosolymitanus, qui arcem habent munitissimam, & templum: ob qua uidebantur posse non timere, sicut leo alias bestias non timet. Ecce, inquam, isti clamant pro angustia foris, in plateis. Praestarios ergo, & praetorianos milites nomine leonis fortis, collectiū hic accipio. Angeli pacis: nuntiū, quos ad Assyrios mittunt pro pace, reuersi flebant: & qua uiderant, & auerterant, flentes narrabant. Est autem hoc uersus, & duobus sequentibus descriptio rei per hypotyposim. inserit enim res hostium, & res Iudeorum, & que Deus pro Ierosolymis fecerit, ut uenustior, & plausibilior sit oratio, & singula singulis collata magis eluceant.
8. Disputata sunt: bac siue, uel qua nuntiū flentes narrabant: uel ipsius rei narratio. inter ceteras autem maledictiones, que transgressoribus legis proponerantur, Leuit. 26. hec una erat: Deserentes fient via uestra. Irritum fecit pactum: non dubium, quin de Assyrio sit sermo: reges enim Iehuda fœdus cum Assyrio inierant, ut ipsos iuuaret aduersus Syros, & Israelem. Fœdus, & amicitiam Abaz, patris Ezechias cum rege Assyriorum habes 4. Reg. cap. 16. infuper & ipse Ezechias uidens, quid ueniret Assyrius, ut Ierusalem caperet, uiafaretq; totam Iudeam, misit ad ipsum legatos pro pace: & Assyrius indixit ei trecenta talenta argenti, & tringita talenta auri: que & Ezechias persoluit, ut a se recederet: ille uero & pecuniam accepit, & ad capiendum cunctatum exercitum misit. utrumque ergo fœdus labefactauit Assyrius; ciuitates omnes cepit, & tanquam faſidiens nihil duxit homines; & legatos ad se missos despexit; & accepta pecunia, quam indixerat, uacuos remisit: Ezechiam quoque regem contemptis &c.
9. Luxit &c. significat, quod in libr. Reg. narratur, uniuersam Iudeam per Assyrios deuastatam: quodq; dixit in genere, mox quattuor regiones, plagis quattuor mundi respondentes, enumerando in specie explicat. Libanum enim habet Iudea ad septentrionem: Saron autem ad occidentem uersus maritatem: estq; (teste Hieronymo) regio plana, & extensa inter Thabiam montem, & lacum Tyberiadis, & à Cesarea Ioppem usque se ultra extendens: Basan uero ad orientem, qua itur in Mesopotamiam: porro ad meridiem habet Carmelum: quo nomine est & alter Carmelus iuxta Ptolemaidem. sed hic nosfer fertilissima est regio. Obscuruit. נִירָה supra cap. 19. uulgatus uerbo marcescendi redidit: ego utrobius uero succidendi. hic autem est pudor, seu confusio Libani, nimurum quid succidit. Succidit enim uero; & excusione harum regionum, pro depopulatione accipio: quia ex tota Iudea diuitias collegerat: homines captiui abduxerat &c. sed percutio Assyrio ab Angelo domini, omnia in Iudea iterum remanserunt. Facile est autem per hanc intelligere, que hostis humani generis in homines perpetraverat, ac quam impie, & sine fide, aut humanitate hostes populi Dei eos diuexerat; quantaq; in primitiva ecclesia discipuli domini perpeſi sunt.
10. Nunc consurgam. deferatis rebus, uniuersa Iudea uasta, thesauri astu, & fraude in hostium potestate redactis, flentibus ijs, qui arcem tueri, unicam Iudeorum spem, debebant, legatis ab hosti defectis, & ludibrio habitis, & domum remisitis absque illa spe pacis; tunc, inquam, tempus est, quo Deus consurgat, exeratq; potentiam suam: qua sublimis & eleuatus, & ab humanis difficultatibus alienus, earum omnium uictor euadat. Ita omnino cum in profundum malorum deueniſſimus; & hostis nos in suam potestatem redigisset; immo ualuationem omnē consummasset, plus quam Assyrius, expugnat etiam Iudeis, qui soli agnoscabant Deum, & ad summum impietatis genus perduci, ut pote qui filium Dei occidissent &c. tunc surrexit dominus, tunc sublimatus, & eleuatus est; & missio de celo spiritu suo in discipulos suos, per eos debellauit aduersas omnes potestates: diabolus de imperio deiecit: mundo expulit: tyrannos ad fidem adegit &c. ergo Deum habemus, in quem, quod magis res nostra desperata sunt, magis sperare dignum est.

Concipietis

11. Concipietis ardorem. omnia, que machinati estis, populo meo nihil magis nocuerunt, quam stipula, aut quisquilia. nobis autem pro fomentis perditionis uestra inferuent. quemadmodum enim ignis stipulam, & stramina deuorat; ita uos ob hac ipsa uestra studia citè perdemini &c. Ardorem, id est, res, qua mox ignem concipiunt. Concipere autem, aut grantidam esse, seu in utero suscipere, aut habere stramen, est nihil profuturos labores suscipere; quodque Latini aucti litus arare &c. Parviti stipulam. in finem inanem exhibunt labores uestræ, & risus patebunt: parient montes numerum. Spiritus uester. potest legi in recto, superbia uestra, fastus, & arrogancia uos ipsos perdet, ueluti stipulam, & stramina: non enim tantum inane labores eos suscepisse notat; sed & auto-ribus ipsi noxios. Familiare autem est Hebreis notam similitudinis omittere, ideoque uulgatus eam supplevit. Potest & sic reddi; parviti quisquilia spiritus uestri, uel spiritum uestrum, id est, pro partu eslabitis animas uiles, & nullius pretij: nam ignis deuorabit nos. Tales sunt omnium, qui militant aduersus populum Dei, labores, talesq; exitum habent eorum fabulae, qualis accidit Assyriis.
12. Quasi de incendio cinis. sensum expressit: ego uerbum uerbo reddidi: adiisti enim lapides calci in puluorem rediguntur. תְּמֹשֵׁחַ, hoc nomen plurale à uerbo, quod cremare significat, cum non minni aquarum significat thermas. Iosie 11. & 13. cum nomine calcis significat lapides ipsos adiustos: denique & de bustis funerum dicitur. Ierem. 34. ergo combustiones dicere possumus. Comburentur. si nolis notam similitudinis supplere, sed abholute legere, spine excisa comburentur, accipe futurum pro presenti, ut sepe solent, id est, igni comburi solent: quasi dicat, nihil mirum, si Assyrii sic pereant. nam spine excisa comburi solent: neque aliis illas finis manet.
13. Audite qui longè estis &c. iam deuicti hostibus inducit propheta Deum facta sua magnificantem, & que bona ex perditione inimicorum consecuta sunt, offendentem. possumus quoque neglecta punctatione Massoritarum, hunc uersum in præterito legere: nam yr etiam in præterito non numerum amittit iod; Audierunt longinqui, qua fecerim; & nouerunt propinquū fortitudinem meam, id est, qua pacto prevaluerim aduersus hostes populi mei: ut sit tantum narratio eorum, que uictoriae consecuta sunt. quem sensum libenter amplector: nam qua sequuntur, huic faciunt.
14. Conteriti sunt. cum enim uidissent diuinam uindictam Ierosolymitanis ciues, præsentim doctores, scribæ, sacerdotes, & ceteri, qui nihil tale de Deo sperabant, & ad humana auxilia reficiebant, non ad Deum laudandum, amandum, ac toto corde colendum excitati sunt; sed sicut longinqui, sicut gentes idola colentes, obstupuerunt: & erga Deum, qui sic punire posset, quasi male affecti, dicebant ad se inuicem; Q uis poterit habitare cum igne deuorante, &c. Hic, quæſo, nide animos impiorum, qui perpeſia Dei potentia, etiam in sui iporum gratiam exertam, potius ad fugiendum à Deo, quam ad eum diligendum inducuntur. Idololatria quidem Philistini, quando Deum Israhitarum, cuius arcam apud se habebant, uiderunt percipientem plurimos ex ipsis, sic dicebant: Non maneat arca Dei apud nos, quia dura est manus eius super nos &c. Ierosolymitanii autem multò fuerunt peiores: nam manus domini super hostes confecta fuerat: ipsi autem liberati Dei misericordia, in Deo nihil aliud, quam potentiam perdendi considerant. Deum autem colere, atque cum illo consuetudinem, uocant per auxilium, habitare cum igne deuorante, & flamma aeterna; quasi Deo inuidiam conflare uolentes, eius obsequium detrectarent. Mibi dubium non est, quin propheta uiderit mores Iudeorum, qui Christi tempore futuri erant, eumque occisi, quod eius uirtutis, puritatis, ac morum sanctitati hypocrita ipsi conuincere nequivent, non minus, quam igni deuoranti, & ardoribus sempiternis: qua enim sequuntur mentibus Christianorum sagacibus mysterium redolunt: multaque hic legent, qua aptius mysterio, quam historie conperunt: qua una regula letitoribus prophetarum perpetuò obseruanda est. De uobis: וְנִירָה nobis, & ita omnino legendum est. Poterit habitare: unicum uerbum est Hebreis, quod mox uulgatus uerbo uno redditus; aut quis habitabit, נִירָה, quod uariè constructum, uarie accipitur.
15. Qui ambulat &c. docet inanem esse illorum metum, & non esse, nisi pretextum impietatis. nam Deus non est ignis consumens, nisi impios, & sceleratos: uidebantur enim alludere in illis uerbis suis ad uerba Mosis Deut. 4. Deus tuus ignis consumens est. Versu autem sequenti uidebis, quibus nominibus appeller prophetæ illud, quod impii hypocrita, habitare cum igne deuorante, dicebant. In iustitiis. uerbum ambulandi, seu eundi hebr. regit interdum accusatum, ut hoc loco: estque perambulare, id est, exercere omne genus iustitia. Auaritiam. בְּאַרְאָה in avaritia, seu questu, aut lucro. nam & uitium ipsum nomen notat, quod Graecæ πλούτιον vocant, & questum, aut lucrum, cui incumbit avarus, à uerbo, quod significat uulnerare, & exercere avaritiam, que tanquam gladius, hominem uulnerat. uide supra cap. 32. uers. 7. habet enim mala uasa, seu arma avarus, & fraudibus opprimit innocentes. Excutit. quando nihil manibus nostris pulueris, aut alterius rei berere uolumus, manus complodimus, & palnam palma excutimus. hinc odiū symbolum est, quo

nihil nobis commercij cum homine fore, aut fastidij, quo nihil illius rei apud nos habitueros significamus, sicut lotio manuum. meritò ergo, non manus, sed nomen, quod uolat, id est manuum concavitates, seu palmas proprie notat, apposuit. Ab omni munere: sensum expresit, sed significantiora sunt uerba Hebraea בְּשָׂרֶב à sustinendo in munere. Qui claudit oculos. uchementior est significatio uerbi עַזֵּי. nam corroborationem, seu comprehensionem notat; ut in singulis uerbis perspicci posit uia quodam: quibus non uulgarem quandam uirtutem, sed summum uirtutis studium, & uitiorum odium perfectissimum exigi uidetur; uidelicet nihil iustitia in opere pretermittere, & in uerbis nihil equitatis: auaritiam omnino odisse, & ita iustitiam colere, ut occasiones omnis iniuriae abominentur, & animo adeò esse alieno ab iniurijs in proximum, ut ne audire quidem uerbum de sanguini bus, (ita loquuntur Hebrei) sed aures comprimere uelint, ne quid aduersum proximum audiant. Sed quid est, non uidere malum? Nota in Hebr. hic esse constructionem uerbi וְ, cum וְ, uidere in malo: qua constructione non simplicem uisionem notat, sed interdum est uidere optata cum uoluptate. exempla paucis obvia. ut uel hinc intelligere posimus, quare percussit dominus eos, qui uidabant arcana domini: (est enim eo loco huicmodi constructione) nempe quod cum uoluptate, & quod curiositate nudatam arcam, & qua intus haberet, uidissent. Quo etiam pacto hoc loco uidere in malo, seu malum, accipiendo est: claudendi enim sunt oculi, immo & comprimendi, ne in aliquo malo, quod se offert, complacemus. potest autem accipi וְ pro malo culpa, & pro malo pena, ut nullo pacto nobis placeat quidquid alteri incommodeat.

16 Hic in excelsis &c. non huic molestum erit cum Deo agere. nam potestas, quam Deus exercit aduersus hostes, pro ipsis erit, ut eos in tuto colloget. sicut enim ab iniurijs hostium securi sunt, qui in altissimis, & abruptissimis rupibus degant, praesertim si eis non desit cibus, & potus: ita uir pius, & iustus, ubi ubi fuerit, in tuto est. neque quidquam ei debeat, Deo omnium bonorum uicem supplente. altissimum habent refugium, ideo nō accedit ad eos malum, neq; flagellum &c. Inter locos autem, qui in scripturis iustorum securitatem, ac felicitatem continent, hic est insignis admodum, & mira suauitate plenus. in quo uidere Christianus lector poterit caussam praecipiam, propter quam Ioannes Baptista penitentiam predicauerit ante domini seruatoris manifestationem. Panis datus est. uerbum prius interdum est constitutere, praescire, certò statuere, seu proponere: ita hic in paucis accipendum. puto: habent panem constitutum, quem suis temporibus illis dabit Deus, ut nunquam desit. Aquæ fideles, id est, permanentes, seu perennes: nam in loco paucis collocantur uenes Christi, & iuxta aquas refectionis, ut nihil eis deesse posset, quibus Deus non deest.

17 In decore suo, seu forma, & formositate. dicet Iudeus, hoc loco iustis promittit, non capienda ab hostibus ciuitatem, in qua habitant, immo quod in ea sint tutissimi, ueluti in altissimis rupibus: & licet obesi sint ab hostibus, nunquam eis deerunt res necessaria. insuper quod fugatis hostibus suum regem in suo decore, in sua formositate, & gloria conspicunt; & quocunq; uoluerint, eis ire licebit &c. atque hec omnia dicet contingit Ierosolymitanis sub Ezechia. Quia ut nora negarim, ita quoque non un de quaque uerbi prophete conuenire austim afferere. nam Ezechiam in decore, seu gloria ipsius uiderrunt tunc temporis non iusti modo, qui tunc Ierosolymis erant, quos uerjū superiore descripsit, sed etiam illi, quos supra hypocritas, & errantes vocauerat: qui certè non erant pauci numero; neque solum pii, sed etiam impii tunc seruati sunt per dominum. Quare cum in sequentibus negare non possumus prophetam ad Christi tempora quoque reflexisse; hic iam in istis uerbis mysterium latere non dubito. nulli enim ex Israëlis secundum carnem, Christum Dei filium in formositate sua, & decore uidetur: nisi qui deposito peccato ueri Israëli fuerunt, qualis erat ille, de quo dixit dominus, Ecce uer. Israëlia, in quo dolus non est: quem uisurum affirmavit Angelos ascendentum, & descendentes super filium hominis: quasi insinuaret, tantum ueros Israëlitas aptos esse ad uidendam, atq; intelligendam in Christi filii Iacob, impletam uisionem illam Angelorum ascendentum, & descendenter per scalam. nā ascensus, & descendens Angelorum quid aliud erat, quā terrā in celo reconciliatam, & ex utriusq; unum regnum constitutum? ab hoc, per quem, nisi per mediatorem Dei, et hominum hominem Christum Iesum factum est? quis uerò hoc de domino Iesu creditit, nisi ueri Israëli, & qui iuxta predicationem Iohannis penitentiam egerunt? nam qui mundo erant corde, qui asaritiae non studebant, qui iustitia, & ueritatis fuerunt amici &c. isti apti fuerunt, qui dominum I E S U M agnoscerent pro rege, & eius gloriam uideren, quasi unigeniti a patre, non solum in monte, aut resurrectione, & ascensione in celum; sed quando intellexerunt per predicationem euangelij meritò in toto orbe pro Deo adoratum, & pro rege habitum uiuorum, ac mortuorum. Non ne Paulus dicit, nos translatos in lumen? non ne in regnum filij dilectissimi? non ne euangelium uocat gloriolum? non ne infidelibus dicit non lucere lumen euangelij beati Dei? ergo iam satis appetet, quam apte, ac uerò mores eorum hominum, qui regem in formositate sua uisuri erant, superiori uerjū descripsit prophetæ istorum

istorum tantummodo oculi uidetur terram longinquatum, (sic enim loquuntur Hebrei) id est, terram longè distantem, impij enim non nisi terra presenti incumbentes, alteram ab hac distantem aut non credunt esse, aut pro nihilo ducunt. at iusti non contemplantur, qua nidentur, sed qua non uidentur; & oculi eorum in longinquum semper feruntur; & quo fide pergunt, conuersatione peruenire contendunt: quinammo & in hac uita non ad terram aliquam ciuitatem inhiant, aut aliquid regnum; sed regnum Christi toto orbe terrarum diffusum cogitant, & huius confirmationi, ac propagationi student. tales fuerunt Israëli illi, qui Christum dominum suscepserunt &c. Videbunt oculi tui: sic coniungenda sunt uerba; deinde, afficiunt terram longinquatum: מִלְחָמָה enim longinquates sunt, ut Ierem. 8. & iuxta hunc sensum accipe, quod uulg. dixit à longe, id est, longè distantem. 18 Meditabitur: meditari timorem, seu formidinem, est premetu secum querere, & cum admiratione disceptare, qua autem sequuntur, uerba sunt admirantium, & quidem iuxta historiam (cui tamen non omnia uerba conuenient) admirantium Iudeorum: quo pacto tam subito, & inferato cesauerint exactiones, quas scriba, & alij tempore obstitutionis iuxta magnitudinem, aut multitudinem domorum à populo exigebant. at iuxta sensum, quem spiritus sanctus precipue attendebat, quem nobis aperuit optimus prophetarum interpres Paulus, sunt uerba eorum, qui agnouerunt Christum domini, & intellexerunt sapientiam euangelij, & crucis: & admirantur quo pacto tam subito perierit omnis sapientia in lege peritorum: & multi facti sunt, ac barbari, qui soli sapientes esse videbantur. Vbi litteratus? Paulus ordinem inuentus uerborum: at enim; Πάτερ τοῦ πατρὸς μετέπειπεν & quidem Hebreum nomen וְ, id est, scriba primo accipitur pro eo, quem uulg notarium dicitur, ut Ps. 45. & infra 36. deinde pro ijs, qui regum gesta, historias, annales, & acta publica scribant; item census, redditus &c. 2. Reg. 15. & 16. &c. tertio pro illis quoque accipitur, quorum erat libros legis scribere, conferre, interpretari, & genealogias maximè stirpis regia memoria consignare: qualis fuit Esdras. uide cap. 7. eiusdem. & huiusmodi appellatio usque ad Christi tempora perseueravit, ut apparat ex filio illo Herodis in aduentu magorum, & Matib. 1. 3. & alij plurimis locis. Pro libratore autem (id enim significat propriè וְ, quem uulgatus non male dixit uerborum legis ponderatorem) Paulus sapientem reddidit; pro numeratore uero turrium, disputatorem, seu conqueritorem huius saeculi dixit Paulus. εὐαγγελίον enim est qui de omni re controversa disputat, disquirit; & quid pro uero habendum sit, statuit. cuiusmodi erant plurimi in lege, ut uidere licet in epistolis Ioh. hos eleganter uocat prophetæ numeratores turrium: quasi qui in numerato habebant omnia mundi miracula, & quodcumque dignum narratione, & admiratione eset, & semotissima quoque à communi hominum sensu: nisi malis dicere numeratores turrium esse qui habent ex officio descripta opida regionis, munitioes &c. quod fortè significatur in Psal. ubi dicitur: Numerate tures eius. Pro hoc ultimo uulgatus dixit Doctorem parvularum: qua tamen ratione non intelligo: Graeca autem editio hoc loco habet, Vbi sunt litterati? ubi sunt confiliatores? ubi est numerans nutrientes parum, & magnum populum? quod postremum membrum ab Heb. plurimum distat. & quidem scio esse qui dicant Paulum non idem in illis uerbis tractare, quod Iesaias: sed fortè, qui in ea sunt sententia, institutum Iesaiæ hoc loco assicuti non sunt.

19 Populum impudentem: sic habent non nulli codices: alij uero imprudentem: nomen וְ non alibi, quam hoc loco reperitur: & quidem si cognitionem, quād habet cum uerbis וְ וְ, consideremus, dicere possumus significare obfirmatum, qui non auertit frontem, neque erubescit, ut impudentem dicere possit, uel obfirmatum, id est rudem, & indocilem. ego certè, siue hanc cognitionem reficias, siue alteram, quam uidetur habere cum uoce וְ, qua item semel tantum legitur, nempe Ps. 1. 14. quam omnes barbarum, aut quid simile interpretantur, magis probo letitionem, qua imprudentem habet: nam sequentibus hac acceptio magis apta uidetur. ergo וְ, sine וְ quo cabant Iudei omnes alias nationes, & peregrinas linguis, tanquam blasas, & absurdas. nam ha uoces Hebreorum auribus quoque blasè, oblique, & ablurè sonant: sic postea Graci Hel- lenes ipsi dicti, ceteros omnes eadem prouers ratione Βαρβαρούς appellarent, & Homerius Caras ob peregrinum, & absurdum sonum Βαρβαρούς uocat. Et autem sermo ad illum, qui regem in formositate sua uidet, & destruetum Iudeorum sapientiam admiratur, id est, ad omnes pios, qui C H R I S T O nomen dederunt. & quidem Rabini per populum barbarum, & balbutienem &c. Assyrios notari aiunt: quos à Iudea subito dissipari se historiæ sacra commemorat. Non uidebis. potest & in imperatio legi, Ne uideas. quod certè ego de ipsis sapientibus, & scribis Iudeorum dictum accipio. Ne uelis uerò uidere; neque attendere sapientibus Iudeorum, quorum sapientiam Deus stultum fecit; à quibus sapientiam abstulit, ne illos appelles ultrà scribas, interpres legis, &c. uerjū sunt in populum barbarum, & profundi sermonis, &c. Alteram interpretationem uide paullo inferiori. Altius sermonis: profundum hebraismus altum interdum uocat, ad

uerbum, populum profunditatum labij: que uero profunda sunt, ignota sunt: hinc profundum labium, id est, ignotum, & quod luce intellectus non penetramus. Ita ut non positis intelligere: Hebrei breuiissimè hoc effixerunt, nempe profundum ab audiendo, id est, profundorem, quām ut audiri posset. at yōv interdum non uerbo audiendi, sed percipiendi reddi debet, aut intelligendi Gen. 11. Confundamus labium eorum, ut non percipiat quisque labium proximi sui: & Deut. 28. Excitat Ichora contra te gentem è longinquò à finibus terrae, quæ, uelut aquila, aduolabit: gentem, cuius linguam non percipes: ut uideatur hoc loco promisso fieri iustis opposita huic maledictioni, nempe quod non prementur à populo barbaro, & ignoti sermonis. cui certè interpretationi non opponent se Rabini. Disertitudinem lingua. nomen ἄνθρωπος construxit uulgatus cum uerbo audiendi, & in abstrahē accepit: neque male, si modò hesitantiam lingua, balbutiem, seu blestitudinem interpretaris, à uerbo, de quo suprà 28. ut sic reddere posis. Populum profundioris labij, quām ut percipere posseblestitudinem lingua sine intelligentia, id est, imperitè balbutientem. sicut enim, & barbari apparent alijs, qui linguis peregrinis loquuntur. ut est apud Paulum. Hec, ut dixi, aut de sapientibus Indorum accipe, uel ut promissionem factam iustis, quod ab exteris hostibus non uastabantur, aut opprimentur: qua non secundum carnem more Indiae intelligenda sunt. Quid si hic donum linguarum promittatur seruit Dei tempore Christi, quod ad nullam tam barbaram nationem, & tam abstrusa sermonis accederent, quam non intelligenter? Non uidebis, inquit, populum barbarum, populum profundioris sermonis, quām ut intelligatur balbuties lingua. Non uidebis, inquam sine intelligentia, id est, absque eo, quod eos intelligas. nam Paulus gratias agebat Deo, quod omnium illorum linguis loqueretur: & hoc dono prædicti erant Apostoli, & plures alijs.

20. Respice. tu, qui perambulas iustitias, non uidens ultrà populum barbarum &c. conuerte oculos tuos: neque aliud uidere uelis, quam Ticon, ciuitatem exultantem, & unicum gaudium, & festum nostrum. Quid neges, quod delevis Assyrīs, ingens festum fuerit in Ierusalem &c. sed quis fidelis dubitabit, hec aptius noua Ierusalē conuenire: & enim fuit tranquillitas illius habitaculi, seu pacis: quo pacto uerum fuit, non auferendos clausos, non rumpendos funes illius tabernacula in perpetuum? Sed quid his immoror? hec est noua Ierusalem, aduersus quam porta inferi non praenalebunt. Habitationem opulentam: iam de his uocibus suprà dictum est, quām autem in habitaculum, præsentim rurale notet, nomine pacis, uis nominis aliquo pacto exprimitur: quo solet interdum uocari Ierusalem, tam uetus, quam noua propter uerbum Dei, quo pascuntur homines. Exod. 15. Perduxisti in fortitudine tua ad pascuum sanctitatis tuae. Quod nequaquam transfigri poterit: optimè uulgatus relatiuum supplevit: ego uerbum uerbo reddidi; tentorium, uel tabernaculum nequaquam auferetur, uel uolatilitur: nam uerbum τύπος non alibi legitur: sed ex cognatis uerbis uidetur significare uolatilitem, que in terra, seu loco humiliore fit. Nequaquam auferentur clavi eius, uel non amouebit, id est, nullus amouebit clavos eius. Est autem sermo de clavis lignis, qui in terra figurant, quibus alligantur funes tentoriū: quod si clavi non amouentur, neque funes rumpuntur; tentorium ipsum firmum manet. Christus autem ecclesiæ sua, est pro clavis, & funibus, immo fundementum firmissimum est &c. firmatur etiam doctrina Apostolorum, & patrum, quam nullus hereticus unquam poterit conuellere &c.

21. νῦν nobis, omisit uulgatus, id est, habemus in Ticon præpotentem, seu præualidum Ichoua. deinde locus fluuiorum est etiam nobis &c. uel quod ipse præualidus Ichoua sit locus fluuiorum, & riu, id est, pro fluuijs, & foabis aqua plenis, fluuium nanque pro munimentis sunt ipsi ciuitatibus, quas circumallunt. Et patentes: Iesum exprebit uulgatus. est autem hic nomen manus, quod, ut suprà annotau, scriptura fluuijs, & mari, ipsique etiam terræ tribuit: quare pro amplissima, & patentibus rebus accipitur. Non transfit per eum nauis remigum. ecce quanta sit circum Ierusalem nostram aquarum copia. Nues, inquit, qua remis aguntur, illum fluuiorum locum, quem nos habere dixi, pertransire non poterunt. nauigia enim, qua remis aguntur: mare, quod altum uancant, & Tarsis in scripturis dicitur, & inpositale, præternaugare non audent. Remigum. heb. singulare, collectivum τύπος à uerbo τύπος, id est, circumiunt, quod nauem circumagit, uel quod remum circumagit manu: sunt autem huiusmodi naues humiles, & as. flutus maris magni tolerandos haudquaquam idonea. & nomen quidem τύπος nauem absolutè significat, & de onerariis dicitur 1. Reg. 9. &c. sed cum nomine remigum nauiculas designat. nix autem reperiatur fluuius, quem nauis remis impulsa non transcat. significat ergo apud Ierusalem ingentes aquarum gurgites, sed ne pa rum dicere uideretur, addit. Neque triremis magna. τύπος quoque naues absolutè notat, sed cum nomine τύπος non dubium, quin ingentes naues, & oneraria designt. hoc autem nomen superiori uerbu magnificum dixit, hic uero magnum. ergo aquarum molens illam, quam habet Ierusalem, neque parua, neque magna nauigia pertransire poterunt, ut quām inexpugnabilis sit, intelligas. il-

lam

lam enim insulam satis tutam ab hostiis dices, que circum se mare adeò tempestuosum haberet, per quod neque paruae, neque magna naues possent nauigare. uerbi autem sequenti, que sit huc aquarum moles, explicatur.

22. Dominus enim iudex noster: figurat de nauibus, & aquis induxit sermonem, propheta hoc genere rationis exponit. quid enim nauibus, mari, remigibus &c. cum iudic, ac legislatore? nauium ergo nomine tyrannos, & mundi principes, aduersas etiam potestates intelligi non dubium est: nam in petu feruntur, & inexspectatae adueniunt &c. moles autem aquarum est fauor diuini numinis, quem aut superare, aut auertere omnes aduersas potestates nequeunt. ideo dicit; Deus est noster iudex, princeps, ac magistratus: qui causam nostram, & aduersariorum iudicabit. At qui fieri potest, ut suos damnet? nam etiā sint duas partes in iudicio adiuvicem litigantium, quarum alteram iniustam, alteram uero iustam esse necesse est: qui tamen Dei sunt, iniuste tractari solent. addit, quod quando scriptura uerbum iudicandi, Deo tribuit, tum significat Deum vindicare bonos à malis, malorumq; iniuria. Genes. 15. 1. Sam. 24. &c. unde Deum esse iudicem nostrum, est nostrum esse patronum, & uindicem: at quos Deus iustificat, quis condemnabit? nomen etiam ipsum τύπον pro magistratu interdum accipitur, qui tamen non habeat ius regium, ut suprà indicauimus. Dominus legifer. πρόπτερον est propriè qui constituit formam aliquam, & prescribit normam uiuendi, & Gracis dicitur φυλάκιον, qui uidelicet est in gubernatione, & leges prescribit: eratq; maioria auctoritatis, quam τύπος, scriba. & quidem mibi dubium non est, quin pro principi interdum accipiat, ut Genes. 49. Non recedit sceptrum de Ichuda, neque πρόπτερον de inter pedes eius, id est, de feminis eius, donec ueniat ille, cui, id est, ille, cuius est ipsum sceptrum; non quod tunc deficeret, sed quod usque ad Christum dominum imperium teneret tribus Ichuda, sive per reges, sive per legistatores, seu dictatores: quandoquidem post reges Ichuda, & Babylonis captiuitatem durauerunt usque ad Herodis tempora huinsmodi Melchokim: quorum collegium postea Graci οὐαὶ πονοῦντες uocarunt, Hebreis etiam οὐαὶ πονοῦντες appellati sunt, & domus magni consilij, quorum numerus ueteres scriptores τύπος. fluere testantur: qui tandem iussu Herodis trucidati sunt. hoc itaque loco omne genus regiminis Deo in suos tribuit prophecia; quo etiam intelligimus fidem, subiectiōnem, atq; obedientiam subditorum: ipsi enim sunt, qui istis Dei titulis gloriuntur. quid ergo fieri poterit, ut eos non seruat Deus, qui ipsius legibus parent? presertim cum non solum legislator sit, sed & rex noster: qui potest, quos uelit, seruare: unde addit: ipse saluabit nos: ut nihil à nauibus, nihil à tyrannis inflatis timeamus.

23. Laxati sunt &c. quia tyramos nauibus, quæ uento inflatis uelis, aut remis impetu feruntur, comparauerat; in metaphora persistens, ad Assyrium convertitur, per cuius interitum ruinam diabolii, & ministrorum ipsius intelligit: ipsumque regem malum in naui comparat; principes uero eius fuibus, qui malum confirmant; instructas uero acies militum, uelo uentis inflato; totum denique Assyriorum exercitum naui ipsi comparat. Nostum est autem peritis in re nautica, confirmationem mali, qua funibus fit, summi esse momenti. quare & dum tempestas ingruit, alios funes superadunt, & fluctuatione nauis, & crebra iactatione, laxatis, seu ruptis funibus, ipsi quoque malum abrupuntur, & impossibilis eis reddatur nauigatio, non habentibus, ubi antenna, & uelum suspendantur. quod qui ignorarunt, hic nihil certi affere potuerunt. Laxati: hebr. dimisi, id est, laxati: ut doctè uerit uulgatus. nam duces, & præcipiū in exercitu partim occisi, partim in fugam uersi sunt. Sed non præualuerunt, particula aduersatina non est in hebr. & quia uulgatus in bonum accepti, laxationem funium, nempe quod Assyrii in tentoriis amplissimis castigant, suis, ideo aduersatibus supplevit: & uerbum πρόπτερον absoluēt accepit: ut interdum solet Hebreis accipi, quasi dicat, Q uamuis ingentes habeas copias, non tamen præualebis &c. possumus tandem uerbum interpretari actiū pro confirmare, ut Ps. 147. Confortauit uelles portarum &c. Exod. 4. ubi uulgatus indurare dixit, & suprà 22. Balteo firmabo &c. ut uertere hic possumus; nō confirmabunt, uel constringent malum suum. Sic erit. certum est τύπος similitudinis esse particulam plurimis in locis; & posse suppleri uerbum substantium cum uulgato; sed alium quoque habere uisum. apud Hebreos obseruant uiri periti. certè quando hanc particulam præcedit negatio, sive ualeat id, quod Latinis, ne tantillum quidem, sicut nos, ne hoc quidem demonstrata re nullius momenti, uel facto taliter, ut Ierem. 8. Auscultabam, & audiebam, sed ne tantillum loquebantur, cap. 23. & 48. & Proph. 15. & infra Ies. 51. etiam sine negatione; Et habitatores eius uelut τύπος interibunt. quo etiam modo poteris accipere illud cap. 16. Audiuimus superbiam Moab, quod superbis sit ualde: & ne sic quidem uelles eius, id est, ne tantillum quidem, uer. 2. Inquit ergo non potuisse duces, & principes Assyrii regis ipsum uel tantillum confirmare, ne fugeret, uel ne defonderet animum. Dillatare signum: signum pro uelo hic accipio: non confirmato enim malo, uel antenna, haudquaquam potest expandi uelum; ita non confirmato rege, sed defondente animum, & fugam capiente, non potuerunt

acies instrui, uel ad prelium; uel ut conferte receptui cauerent, & absque incommodo in Assyriam redirent: sed hic, atque illuc diffusi milites, quisque sibi fuga consulebat. Forte etiam hic moris nautarum meminit, qui in summitate mari signum collocare solent, praesertim in naui pratoria, scilicet que clavis imperatorem uelit: laxatis autem funibus, & malo non confirmato, sed collapsò, regeque fugam capiente, nullum signum expansum est, quò se colligerent milites, aut quod sequerentur aufugientes. Haec autem translationes, ut iam dixi, nihil aliud, quam adeo dissipatos fuisse Assyrios, & fusos notant, ut nihil confili, nihil virium corporis, aut animi in ipsis remaneret, sed desperatione obrenrentur. Atque hic est finis hostium Dei, & ecclesie, etiam si, uelut mare, influrgant, & fluctus suis exalent, nam est mirabiles sint elationes maris, mirabilior tamen in aliis est dominus. bineque factum est, ut detruo ad tartara diabolo, & tyrannis fractis, atque eneruatis, testimonia Dei facta sint in toto orbe credibilia; & nerubus crucis ubique obtinerentur. Tunc diuididentur spolia &c. fuggatis partim, partim quoque occisis Assyriis, quid aliud, quam diuisio spoliorum fuit? tanta fuit autem alacritas, & exultatio, ut nemo propter aliquid corporis uitium, quales sunt claudi, neque propriu[m] defectum ex aduersitate ualevit, à diripiendis spoliis fueris alienus, aut in prædicta diuisione exsors. Hic memineris claudos, & debiles, iussu domini compulso fuisse intrare ad nuptias, atque coniunctionem: in quo omnium illorum bonorum regni Dei, à quibus deciderunt Iudei, qui contempserunt coniunctionem domini, participes facti sunt. illud etiam euangelij recole deuicto forti, & alligato, uniuersa arma, atque uasa ipsius uictorem diripuisse. Quia quidem direptio per Apostolos, & eos, quorum non multi nobiles, non multi potentes &c. sed qui ferè omnes erant infirmi, ac contemptibiles, ut fortia Deus confundere, facta est. illud quoque in mentem reuoca, nemini ob uitium corporis præcludi adiutum ad ingentes in Christo diuitias comparandas in ecclesia ipsius, sed liberam esse deprædationem, & direptionem &c. neque esse personarum acceptiōem apud Deum. de quo plura infra cap. 56. Spolia multarum prædarum: sensus idem est: ego uerba exprefsi; tunc differtur est a fiducia spoliū multiplex. <sup>7</sup> Enim temporis continuationem notat, quod illis diebus nihil aliud Ierosolymitanis egreditur, quam diripere, ac diuidere spolia.

<sup>24</sup> Vincus. nullus ex ciuibus, & habitatoribus Ierusalem à prædatione abstinebit, etiam si decumbat infirmus, aut ager, tanta erit exultatio, & alacritas, uerum ne quis Iudeus haec carnaliter acciperet, & ad tempora Ezechiei istac tantum pertinere putaret, remissionem peccatorum inducit, ut scilicet intelligeremus uictoriam quandam spiritalem, hostium fugam, & deuastationem spiritalem, direptionem spoliorum spiritalem in illa uictoria designari: neque enim post hanc uictoriā populus Ierosolymitanus relevatus fuit iniuitate. Sed hac ad Christum pertinent, qui saluum fecit populum suum à peccatis ipsorum,

## Caput trigesimumquartum.

Noua.

Vetus.

**A**ppropinquate gentes ad audiendum, & familia auifultate: audiat terra & plenitudo eius, orbis, & omnes propagationes eius.

Quia feruor ipsi Iehoua contra omnes gentes, & ardor contra omnem exercitum eorum, anathematizauit eos, dedit eos mactationi.

Et interfici eorum deiſcentur; & cadauerum ipsorum ascendet foetor, & liquefient montes à sanguine ipsorum.

Et tabescet omnis exercitus calorum, & uoluentur, sicut liber celi, & omnis exercitus eorum marcescat, sicut marcescit folium è uite, & sicut marcidum è fico.

Quia

**A**ccedite gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius.

Quia indignatio domini super omnes gentes, & furor super uniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

Interfici eorum projicientur, & de cadaueribus eorum ascendet foetor: tabescet montes à sanguine eorum.

Et tabescet omnis militia calorum, & complicabuntur, sicut liber celi: & omnis militia eorum defluet, sicut defluuit folium de uite, & de fico.

Quoniam

Noua.

Vetus.

Quia humectatus est in celo gladius meus: ecce super Edom descendet, & super populum anathematis mei in iudicium.

Gladius, quem habet Iehoua, plenus est sanguine, impinguatus est ab adipe, & sanguine arietum, & hircorum, ab adipere ruen arietum: quia sacrificium est ipsi Iehoua in Bozrach, & mactatio magna in terra Edom.

Et descendens rhinocerotes cum eis, & iuueni cum tauris, & madefacta terra eorum à sanguine; & puluis eorum ab adipe impinguatur.

Quia dies uindictæ est ipsi Iehoua, annus retributionum controuersia Tacionis.

Et uertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardenter.

Noctu, ac interdiu non extinguetur, in saeculum ascendet fumus eius: à generatione in generationē exsiccabitur; in aternitatem non erit transiens per eam.

Et hereditatio iure posidebunt eā onocrotalus, cypselus: & noctua, & cornu cohabitabunt in ea, & extendetur super eā linea inordinationis, & lapilli evacuationis.

Nobiles eius, & non ibi regnum vocabuntur; & omnes principes eius erunt nihil.

Et ascendent in palatijs eius spinæ, utræcunq[ue], & paliurus in munitionibus eius: & erit pascuum draconum, & fœnus filiabus struthionis.

Et obuiam habebunt Tacionis ipsos ijm, & satyrus socium suum uocabit: etiam ibi quietet lamia, & inueniet sibi fedem.

Ibi nidulabit cypselus, & euadere faciet, & dissecabit, & fouebit in umbra eius: etiam ibi congregabuntur uultures, unaquæque ad proximam suam.

Quæritur in libro Iehoua, & legit ex eis, non detractione fuit: alterum alterum non requisiuit. quia quod ore loquor, ipse præcepit: & spiritus eius ipse congregauit.

Et ipse cadere fecit illis forte, & manus eius dispersiuit eam ipsis funiculo: usq[ue] in æternum hereditario iure posidebunt eā: in generatione, & generationem cohabant in ea.

17

Et ipse misit eis forte: & manus eius diuinit eam illis in mensurā: usq[ue] in æternum posidebunt eam: in generatione, & generationem habitabunt in ea.

X

Quoniam inebriatus est in celo gladius meus: ecce super Idumaam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.

Gladius domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullarum arietum: uictima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.

Et descendens unicorns cum eis, & tau ri cum potentibus: inebriabitur terrena eorum à sanguine, & humus eorum adipe pinguium.

Quia dies ultionis domini, annus retributionum iudicij Sion.

Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardenter.

Nocte, & die non extinguetur, in semipiternum ascenderet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in saecula saeculorum non erit transiens per eam.

Et posidebit illam onocrotalus, & ericus: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendicularum in desolationem.

Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt; & omnes principes eius erunt nihil.

Et oriuerit in domibus eius spinæ, & utræcunq[ue], & paliurus in munitionibus eius: & erit pascuum draconum, & pascua struthionis.

Et occurrit demona, onocætaurus et pilositas clamabit alter ad alterum: ibi cubatur famia, & inueniet sibi requiem.

Ibi habuit foueam ericus, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fount in umbra eius. illac congregati sunt milui, alter ad alterum.

Requirerit diligenter in libro domini, & legit: unum ex eis non defuit: alter alterum non quæsivit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit; & spiritus eius ipse congregauit ea.

Et ipse misit eis forte: & manus eius diuinit eam illis in mensurā: usq[ue] in æternum posidebunt eam: in generatione, & generationem habitabunt in ea.

- A**CCEDITE gentes, & audite populi &c. non futo, quod ad narrandum usfationem Idumaeorum hoc exordio usus fuisset propheta. sed neque usfationem totius mundi continet caput hoc, ut sequentia ostendunt. certè nisi meus me fallit enim, huc quia de ultima desolatione Iudea libenter accipio. neque mirum alicui videatur, quid Iudea nomine Edom significet: non enim semel id facit propheta, ut infra videbimus. nam præter hoc, quid Iudei ex Iacob, facti sint Iacob, id est, ex dilectis reprobri, & ex capite cœda, & primogenitaram amiserunt, que ad Iacob rediisse dicitur, quod ammodo potest, cui dixerat Iacob, quid aliquando & ipse excuteret iugum à collo suo; in nomine ifso Edom, quod à rubecula dictum est, aliud est ad interfictionem, & ingentem eadem, quam patratus erat dominus in Iudea, ut mox dicetur: addo, quid non raro propheta nomine omnium gentium, & totius orbis, eam gentem, & prouinciam, in qua erant, intelligent, ut supra indica cauimus. In hoc tamen primo uersu universum mundum, & omnes gentes ad spectaculum conuocatae rerum, quas de gente sua commemorare decreuerat: est enim illius reip. ruina, inter aliorum regnum, quæ unquam contigerunt eversiones, maxime insignis.
2. Quia indignatio domini &c. si de Edom esset sermo, non sic locutus fuisset propheta, qui non confuerit omnes gentes dicere, nisi aut cum de toto orbe loquitur, qui cu de ea, in qua agebat regione. Militiam, seu exercitum: si de Iudeorum reg. ut ego quidem a bitor, est sermo, intellige hic non temporalem modò militiam, sed etiam spiritalem, & ecclesiasticam. uide infra com. in illa uerba Completa est militia &c. Intersecit. significantius est uerbum hebr. ἄνθρωπος anathematizauit, excommunicauit, deuonit, diris prosecutus est, ab usu communij, seu è medio sine ulla commiseratione susulit. Quod uero sequitur, hanc uocem exponit: dedit eos in maledictionem, sicut illas ciuitates, quæ dominus in anathemate dabant ipsis Iudeis.
3. Tabescunt montes. significat hyperbolice hic sermo, quod quemadmodum montes assiduis imbribus decrescunt, ac ueluti liquefunt aquarem defluxi, ut est apud Iob; ita tantum sanguinis efficit effundendum, ut disfluerent montes: uerum quia post huiusmodi fluxus, montes steriles manent amissa pinguedine (nam & humanis corporibus nimis solutiones tabescunt in aqua, ut norunt medici,) hinc natus ad effectum resciens, tabescere dixit. His metaphoris adeo uenustis nescio, an quidquam simile in profanis scriptoribus reperias.
4. Tabescet. militiam, seu exercitum cali, id est, luminaria, & stellas tabescere, est lucem amittere: quod mox expones ait; & uoluntur, sicut liber cali: sicut si librum uolulas, litteræ non apparent, ita cum luminosa corpora sint in calo, ueluti litteræ in libro. (sunt enim signa temporum &c.) si calum uolulas, non apparebunt. oscurationem itaque luminarum calestium notant hac, quo nihil aliud, quam supremam tristitiam, & rerum adversarum quandam iunctuionem, ut supra iam non semel diximus: atque hoc est, quod Euangeliste dicitur foliæ obcursum, & lumen retractum, & stellas de calo muturas. Hunc lacum Iesaiæ Iohannes in Apocalypsi cap. 6. sic uertit. Et cœlum recebit, sicut liber, qui circumvoluitur. ubi quoque potentiam Dei indicare uoluit propheta: qui non maior negotio calos, si libeat, complicet, & uolat, quam tu membranam, ac multo minori. Qui etiam locus Iohannes facit, ut hac de Iudea intelligam, nem cum cap. 4. & 5. gloriam Christi, quam per mortem affectus est, quamq; etiam per predicationem euangelij obrinuerat, & deflexus est, tandem cap. 6. usfationem Iudeæ, quæ copit fieri à morte domini; per incrementa narrat, quoque in sexto sigillo, id est, sexta annorum hebdomada, post occisionem dominum, extremam deyastationem commemorat, obcurato sole, & cœdantibus stellis, & celis complicatis: ubi etiam adducit illa uerba domini, que dicturi erant Iudei montibus, & petris, ut caderent super ipsos: proque his, quibus dicit propheta, Defluet exercitus calorum; id est, Stelle, sicut folium de sicu &c. dicit Iohannes: Et stelle de calo cederunt super terram, sicut fucus emitit grossos suos, cum à uento magno motuetur. Defluet. hec constructio, marcescere de uite, aut sicu, que fecit, ut uerbo defluendi uerteretur, est Hebreis frequentissima, ut superius annotauit, esseque reddendam dixi duobus uerbis, marcescat, ac decidet.
5. Inebriatus est, inebriatus est, madefactus est, inebriatus est: notaque redundantiam, eadem autem figura, & uerbo uitetur Ierem. 46. Denorabit gladius, & satiabitur, & humectabitur à sanguine eorum. In calo, id est, apud me; uel firmiter iam dedum statui madefacere gladium meum sanguine &c. estque hebraismus ualde dignus, qui annotetur, ut uerbum tuum permaneat in calo, & in celis firmasti ueritatem tuam; id est, sic firmum est uerbum tuum, ut cali ipsi, & ueritas tua tam stabilis, ut cali, & celorum motus, in calo ergo, uel calis, uel cœlestibus utuntur tanquam adiutorio pro firmitate, absque dubio, uel etiam pro excellenter, magnificè, sicut apud Paulum, innotescat in cœlestibus, id est, magnifice summa cum maiestate, sicut res cœlestes &c. Populum infectionis meæ: uide supra uers. 2. Populum anathematis sui, id est, anathematizatum, & à me

inc deuotum: & cum isto nominis construendum est illud, Ad iudicium. deuotum, inquam, in iudicium, seu condemnationem: quod super rā dixerat traditos maledictiones: uel descendet in iudicium. Confer hæc uerba cum illis, Primogenitus meus Iacob, & similibus; & videbis, quantum actiones nostræ; ac mores coram Deo monerit habeant. ex ipsis enim aut dilecti filii, seu primogeniti, aut etiam tanquam excommunicati, & internicioni addicti habebimur.

6. Agnorū. ὁ agnum solet nerner. uide de hac uoce supra cap. 16. uers. 1. Arietes dicere potes. nam & instrumenta bellica ad quatidem muros, quæ arietes dicimus, ἄριτες uocant Hebrew. Medullatorum: uox Hebrew renes notat: sed propter pinguedinem, quæ obducuntur, ad pingue, & optimum rei transfertur, & tritico etiam tribuuntur &c. sensum ueritatem interpres uulgatus. Arietum. ἄριτης arietes gregarij. istis autem animalibus significantur diuites ex plebe. De principiis agit uerbi sequenti. Vicitu: supra eos dixerat maledictiones destinatos: hic iam Deum proponit innumerabiles nictimas, tanquam in festo aliquo cadentem, ac maledictum. quo innuit occisionem impiorum, acceptum sacrificium Deo esse: & diem, quo delentur infideles &c. esse diem festum Deo; & quidem sacrificia, quæ Deo offerunt, sunt abominatio domino: quod uero ex ipsis offeritur acceptissimum. Botrah: ciuitas est Idumæorum, à muris, quibus cingitur, nomen habens, uel potius à copia murarum. nam uerbum Hebrew dicunt tam de descriptione uariorum, quam de coagulatione murorum &c. ut iam supra indicauimus. ergo hic intelligi Iudeos, rufos, & sanguinolentos, qui sibi sanguinem Christi imputari, & filii suis non sunt ueriti, nemini mirum videatur.

7. Descendent. descendere dicit Hebr. interdum pro corrucere, ut Ezech. 30. Descendit superbia fortitudinis eius. Dent. 20. Extrices propugnaculum contra ciuitatem, donec descendat ipsa &c. ne ergo putaremus minorum animalium tantum futuram maledictionem, & populum tantum cadendum, subiungit de principiis, cum eis etiam corruent, hos uocat nominibus maiorum animalium. Unicones. a uerbo ἀντί, quod tantum semel legitur Zach. 14. id est, elevatum est, dicitur reem animal Rhinoceros, quod in altum habeat elevatum cornu: uel quod cornu eleuet &c. est sauum animal, & immensæ roboris bellua: cuius fortitudini comparatur fortitudo Israelitarum Num. 23. posteritas Iosephi etiam in fortitudine comparatur huic animali Dent. 33. Cornua ἀντί, cornua eius, in ipsis uentilabilis genes &c. propter regnum Ephraim, & potentiam eius. ubi uulg. Rhinocerotem dixit: & Ps. 92. Exaltabitur, ut reim cornu meum. ubi uidetur alludere ad etymon ipsum nominis, quod tamen ibi legitur inferta littera iod. feritas eius notatur Ps. 22. & Iob 29. Ceterum Rhinoceros, & Monoceros non idem animal sunt: sed hoc dicitur ab uno cornu; illud autem à cornu in naso, quod sursum eleuatum habet. Nos Lusitanus Rhinocerotem uidimus ex India aduelū anno 1515. huius fortitudinem metuit elephantis: hoc animal uidit Martialis Romæ cum Virgine pugnante, qui taurum uicerat: Rhinoceros uero uisum, ut pilam, in altum proiecit: cui geminum cornu tribuit. habet enim preter cornu, quod in naso est, aliud paruum supra frontem. iecirco ait; Nanque grauem gemino cornu sic extulit uisum; Iactat ut impositus taurus in astra pilas. et rursus, O quam terribiles exarbit pronus in iras. Quantus erat cornu, cui pila taurus erat. ubi quidam deceptus est, quod non putaret, nisi unum cornu Rhinocerotem habere. At Pausanias illius alterius parui quoque mentionem facit. de hoc ergo animali intelligendi sunt meo iudicio omnes loci, quos adduxi. Monocerotorum autem non unam esse speciem existimo: unde tanta diversitas in scriptoribus orta est. De Asino Indico unum cornu in fronte gestante, meminit Aristoteles, & alii ueteres scriptores: cuius cornu hodie aduersus uenena utimur: que quidem uirtus rara habet apud antiquos testimonia. ego quidem nullum antiquum legi, quam Philostrati in uita Apollonij, initio lib. 3. cuius bac uerba sunt; Asinos præterea silvestres in uincis paludibus, fluuiu nidelicet Hyphasis in India, multos capi dicunt: & esse huiusmodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generofissime pugnant: atque conficeret Indos ex illis cornibus pocula: afferuntque nullis morbis illo die affici, qui huiusmodi poculo potarint. neque si uulnerati fuerint, dolere, & ex igne etiam incolumes egredi: neque ullis uenenis ladi, quecumque nocendi gratia in potu dantur &c. De his animalibus dubito planu, an scriptura sacra meminerit alicubi. quare ubique Rhinocerotem ueritatem libenter: quemadmodum uulgatus ueritatis Dent. 33. & Iob 39. non tamen culpandi sunt, qui Rhinocerotem, Monocerotem, id est, unicornem dixerint: nam unum illud præcipuum cornu magnum est: alterum autem supra frontem parvum. Et Tauri, seu iuuenientia, ταῦρος, id est, fructificauit, est nomen ταῦρος iuuenientis, quando scilicet desit esse uetus, & fructificare incipit. quibus etiam in Psalmo hostes suos comparat Christus dominus. Ps. 22. Cum magnificis, de nomine ταῦρος iam supra dixi. dicitur autem de Deo Genes. 49. & cap. superiori; de hominibus, supra 10. capite; de Angelis Ps. 78. Panem robustorum comedit uir; de equis Ierem. 50. de tauris Ps. 50. & Ps. 22. cum iuuenientis coniungitur, ut hoc loco: Circumdederunt me iuuenienti multi; robusti, id est, tauri Basan cinxerunt me, quo modo bœs quoque accipio. Romane ergo Rhinocerotorum, & iuuenientium

uencorum, atque taurorum, principes, & magnates Iudeorum intelligito, qui cum alijs quoque perierunt, & pro nūclis domino oblati sunt.

**8** **Iudicision.** uoces Hebrae duplíciter possint accipi, in favorem uidelicet Tcion, id est, ad contendendum pro Tcione, & cuius causam uindicandam: uel annus est retributionum, id est, quo Deus retribuet rixa, & contentioni, qua hostes cum Tcione contendunt. sed quia uerbum יְהוָה, quando pro aliquo contendere significat, semper cum dandi casu construi uidetur; iccirco hinc interpretationi non subscribo: quanquam autem eam admittamus, non de carnalium Iudeorum ciuitate cum Rabini, qui falluntur hoc loco nominibus Edom, Idumaea, & Botera, sed de spirituali Tcione, quam ipsi infideles Iudei etiam oppugnant, intelligimus. Possumus & in malum interpretari, ut sequentia uidentur exigere, quasi tempus adesse significet, quo dominus uicem reddat ipsi rixa Tcionis, id est, Tcionis ri-xanti, & contendenti. De industria autem amphibologica loqui uoluit propheta, (quod alijs annotauimus) ut pīj exercentes semetipos in intelligentis scripturis, ueritate fruantur, & impīj uidentes non uideant &c.

**9** **Torrentes eius.** relativum hoc, & que sequuntur, feminina sunt, & ad Tcion sunt referentia da. neque aliud dabunt Rabini, quod referant, nisi uim suo more scripture afferre uelint. ergo futurum erat, ut torrentes Tcion in sulphur, & terra Tcion, id est, Iudea in picem converterentur: quo omnino deuastandam intelligimus, ac si esset terra picis, & sulphuris, quia perpetuum ignem alit, ut in non nullis regionibus sunt, quos Vulcanos dicunt. Hec autem nihil aliud notant, quam peccata Iudeorum, etiam continuis flagellis, & longo exsilio non consumenda. quandiu autem durabit iniqitas, & infidelitas illorum, durabit etiam ignis diuine ira, que ita peccatis alitur, ut ignis pice, & sulphure.

**10** **Onocrotalus.** à uomitu dicitur hec auis נַחֲרֵב; 70. interpres Pelicanum uertunt; Hieronymus Onocrotalum, uel Onocrotatum: est auis immunda, & lege uerita. Leuit. 11. Dicot. 14. desertis gaudet. Ps. 102. Similis sum Onocrotato desierto. Ericius. de נַחֲרֵב uide supra cap. 14. auis est, ut ex hoc loco appetat. Ibis. Hebreis alia species est: nomen quod hic habet, a flando dicitur נַחֲרֵב auis immunda, ut appetat ex Leuit. 11. & Dicot. 14. estq; species noctua: forte a tempore dicitur, quo uolat, nempe crepusculo uespertino: quod dicitur neseph ab eodem uerbo: de quo infra 59. est ergo auis, quam Latini noctuam uocant. Coruus. נַחֲרֵב uel à misione coloris, uel quid colore referat obſcuritatem noctis, uel quid uesperie uolitet, uel etiam à sono uocis: est autem Hebreis nomen genericum. Leuit. 11. & omnem Coruum in specie sua: quo comprehenduntur Pice, Graculus, Monedula, & alia id genus aues. Per habitationem autem harum avium solitudinem intelligit Tcionis, & totius prouincia. nam istae aues solitudinis sunt amicae: & quia immunda sunt, forte gentes nempe Mahometanos, qui eas sedes possident, notant. Mensura. נַחֲרֵב: de hoc nomine supra cap. 28. dictum est. uerbum significat lineas iacere, ut perfectius dediti, & geometra faciunt. nomen ergo funem, seu lineam illam notat, quam Latomi extendunt. estq; non solum adificantum, sed etiam deſtrumentum, & solo aquantum, cum nihil superuenire uolunt, ut iam supra dictum est eadem capite, Ponam iudicium ad funiculum &c. Vide etiam supra cap. 18. Ad gentem funiculi & quidem uulgatus sensum hoc loco suo more optimè reddit, ut ad nibilum redigatur, pro linea inordinationis, seu inanitatis. uide supra 24. com. in illa uerba, Cittatis uanitatis &c. uers. 10. **Perpendiculum.** optimè redditum uulg. nomen אַבְנָן, id est, lapides: significat enim Heb. non solum lapides grandiores, & adſiſi aptos; sed & lapillos illos, & ponduscula, qua filo pendens, instrumentumque conficiunt, quo fabrili garij, & camentarii uentur. est autem duplex, alterum quo iacentia aquabiliter iacere deprehendunt, aut inaquabiliter: (de hoc est hic sermo) alterum, quo reſtitutidem, uel tortuſtatem murorum percipiunt: de quo supra cap. 28. Inſtitiam ad perpendicularium. Neque cuique inauditum appareat nomen בְּנֵי pro pondusculo accipi. nam etiam in universum pro ponderibus accipitur: quod imponerentur olim lancibus lapides: & per catachresin, etiam si ex alia materia fierent, lapides dicebantur. Deut. 25. Non fit in sacculo tuo lapis, & lapis &c. sed lapis integer, & iuſtitia ſit tibi. & 2. Reg. 13. In lapide regis, pro pondere regio. habes Leuit. etiam 19. Bilance iuſtitiae, lapides iuſtitiae &c. adde, quod Zach. 4. pro perpendiculari capitul: Videbun lapidem ſtanni in manu Zerubabel, nos etiam Lufitanis hodie lapidem lini dicimus pro certo pondere. Desolationem. בְּנֵי est inane, uacuum, uacuitas: opponiturque uerbo נִכְנָה, a quo uidetur deduci. ter autem tantum reperitur in scripture, Gen. 1. & Ierem. 4. Vidi terram, & ecce inordinatio, & uacuitas, quæ redacta effet ad illud antiquum Chaos, nihil ordine positum, nihil edificatum, aut plantatum habens &c. & hoc loco. Hec passa est Iudea potius, quam Idumaea.

**12** **Nobiles.** רֹאשׁ, id est, candidum, in plur. רֹאשׁ candidati, id est, liberi, ingenui, claro genere nati, nobiles indui candida ueste: quod erat inſigne ingenuorum. 1. Reg. 21. Nehem. 2. & 5. Eccles.

**Eccles.** 10. ergo hic uulgatus optimè nobiles uerit, ſupplementumque uerbum ſubstantiuum, quod ſepe de eſt: uideturque legiſſe מְלָכָה, id est, ad regem, iuxta lectionem autem, quam nunc in Hebr. habemus מְלָכָה, duplex potest eſſe ſenſus: primò nobiles eius, & non regnum uocabuntur, id est, habebit quidem ille populus nobiles, & qui ex stirpe regis genus ducant, aut ſaltē ex nobilibus, & liberis; non tamen uocabuntur ad regnum, neq; amplius habebunt regem: ſecundò quidem ipsi nobiles non amplius ibi regnum dicuntur, etiamſi conueniant alicubi, ut regnum efficient. ſed id nequaquam in Tcione, aut Iudea erit. ergo negatio illa tranſpoſita, ut uides in nostra uerſione, hinc habet ſenſum; Etſi nobiles aliqui remanerent, nunquam tamen ibi regnum dicerentur, quinimmo omnes principes eius in nibilum redigenterentur.

**13** **Paliurus:** ſpecies eſt ſpinæ, frutex ſpinosus, & asper: de quo Plinius lib. 13. cap. 19. Virgilius, ſpinis ſurgit Paliurus acutis. uulg. quia iam ſpinas dixerat, optimè uocem Hebr. מְלָכָה palium uerit. eſt autem Hebreis ſpinæ, uel naturalis, uel artificialis, ut inſra 37. de ſpinæ, que naſo inſigebatur non nullis animalibus. De uocib⁹ huīis uerſus iam in ſuperioribus diximus. ſolitudinem itaque, ut uides, narij ſiguris designat.

**14** **Dæmonia.** de nomine Tcijm, uide ſuprà 13. ubi uulgatus hanc uocem, bestias, uerit. Onocentaurus: eſt animal monſtrorum ſuperiori parte hominem, inferiori aſnum referente: ſicut Hippocentaurus ex homine, & equo. ſed uocem דְּמָנוֹם ſuprà uulgatus ululas uertit. ſunt autem ulule, aues ferales, & à ſono, ni fallor, appellationem habent: hic pro ſpiritus, qui uaria monſtrorum ſpecie in deferti locis apparent, hec nomina deſignant. & quia manifestum eſt Tcijm nauis significare, non dubito, quin & ipſos nautas quoque ſignificet, tranſeraturque ad ſignificandas Simias, quas etiam ob agilitatem, qua prædicta ſunt in aſcendo per funes &c. nos Lufitanis interdum irriſorię nauis uocamus; hinc ad cacodemones notandos tranſerunt: ſicut & quod ſequitur Pilofus, פְּלִוּ: quemadmodum autem dicitur Hebreis Hircus à pilis, & horrore; ſic quoque nocant Satyros: conuenit enim & uox. Lamia. lamia antiquis erant, quas hodie bruxas uocamus Hispani, uenefica mulieres, & ſanguini puerorum infeſtae. Dion Chrysostomus ait, in intima Africa feras quafdam reperiſſi mulieri facie, qua & ipsa lamia dicuntur: uberibus autem, & toto corpore adeo ſpecioso, ut ipſis retelit homines in fraudem aſſistant, captosque deuorent. uide Philoſtratum in Apollonio lib. 4. &c. ego cacodemones in illis ſiguris appariuſſe aliquibus crediderim. ceterum uox Hebreis נְשָׁׂׂא a nocte nomen habet, quod noctu uidelicet apparet: neque alibi memini me legiſſe. nam Thren. 4. ubi uulgatus dixit, Lamias nudasse mammas, in hebr. aliud nomen eſt, nempe Tanim: quod ſuperiori uerſu dracones uerit.

**15** **Habuit foueam.** uulgatus, quia נֶפֶר pro ericio accepit, noto animali terreftri, foueam habere dixit pro nidiſſare: & eadem ratione uerbum וְנֶפֶר, quid in ſecunda, proprieſt eſt facere, ut enatad, dictum autem de aubus, eſt oua edere, dixit enatire catulos. item ad corundem animalium naturam reſpiciens uerbum וְנֶפֶר, quod proprieſt eſt diſcindere, ſeu diſſecare, diſtumque de aubus, eſt excludere oua, & frattis ouis pullos educere, uertit, circumſodit. Et ſouat. ex Ierem. 17. appetat, quid uerbum וְנֶפֶר incubare, ſeu fouere ſignificat: non ergo uidetur ſernuſſe ordinem: nam incubatio priuacit exclusionem. quare, Et, accipium pro poſtuq; ego tamen libenter de educatione illa prima, quam matres exhibent pullis iam ab uno eductis, qua etiam communis uerbo fouen diſſignificatur, accipio; qua in accipitione intelligi etiam potest locus Ieremie. Per futura autem uerſi aliquot proterterat: nam ita exigebat oratio: & hebreiſmus in diſſerenter nunc futuris, nunc praetoris uti conſuevit, ut in his uerſibus uides. Sed quia quid proprieſt eſt נֶפֶר neque ipſi Iudei ſcunt, non poſſunt merito uulgatum reprehendere, quod pro terreftri animali accepit: uidetur tamen de aue esse ſermo ex proprietate uocum, & ex eo, quod de miliiſ, ſeu uulturibus ſubintegritur: uox autem non alibi reperiſſi: & uidetur eſſe idem, quod נֶפֶר, aut ſimile aliquod genus auis: de quo ſuprà uers. 11. ubi quoque uulgatus eritum reddit, ſunt enim duo illa elementa וְנֶפֶר, & וְנֶפֶר affinia, & commutabilitas. Milui. מְלָא uultus eſt, & eſt genericum nomen. Deut. 14. מְלָא iuxta genus ſuum. Hic eſt plur. alter ad alterum: Latinus redditum hebreiſmus: quem ego retinui, quod maſteſtus eſſet. ad uerbum tamen dicendum eſſet, ſi licet, unaqueque ad ſocias ſuas. narij itaque, ut uides, ſiguris desolationem Tcione, & Iudea deſcribit, ſub nomine Edom, et Botera, & eisdem feri, quibus ſuprà cap. 13. Babylonis desolationem prediſerat, quod non minus impia eſſet Iudea &c. Ego autem facile adducar, ut credam per hec monſtra, & ferales aues, ac beſtias intellexiſe prophetam non ſolum immundos ſpiritus, qui iniheluum corda poſſident; ſed, ut dixi, turpes Mahometanos, cru delesq; Turcas, quos præuidebat ſedes illas occupatuſos.

**16** **Diligenter:** adverbium hoc addidit uulgatus, quod uolens ſim uerbi exprimere. In libro, uel ſuper libro, id eſt, in annalibus domini, nam quamvis de ipſam ſcriptura prophetæ poſſit intel-

ligi, quasi dicat, legite in hoc libro, & uidete, an aliquid ex eis, quæ dixi, defuerit &c. puto tamen de altero libro esse sermonem, in quo res gestæ per dominum, descriptæ sunt; uel nisibili, qui iam interiit; uel nisibili, qui in Deo est: ex quo omnis ueritatis narratio dependet, etiam eius, quæ in profanis scriptoribus reperitur. ergo conferre precipit ea, quæ Iudeæ accidisse vel scimus, vel legimus apud scriptores uera narrantes, cum eis, quæ in hac propheetia continentur; & per omnia consentientem rei gestæ propheetiam nos inuenturos predicit. Alter alterum: ad uerbum, mulier fôdâles suis non requisiuit, id est, unaquæq; res suam comparem non desiderauit, sed ita, ut in propheetia singulari coniunguntur; ita quoque in cœtu communâ videbis. de hoc hebraismo non nihil supra ueris. 15. utuntur autem feminis pro neutrâ, quibus carent. Quod ex ore meo procedit: optimè sensum redditib; heb. quia os meum ille mandauit. Congregauit ca: non est in heb. pronomen: sed ad perspicuitatem uulgatus illud adiecit, quasi dicat, sic coniunctim, Ut et ego extuli, ita spiritus domini in ea præcepit effervi: vel quemadmodum per os meum dominus emittit uoluit; ita & spiritus ipsius ea opere simul adimpluit. Que nam sunt illa?

17 Ipse misit. hebraismum retinui: cadere fecit sortem eis, id est, ueluti sorte aues illas posidere fecit terram Iehuda: & idem est, quod sequitur; diuinitus illis funiculo, uel in mensura; fine eis dividebant agri. estq; prius relatiuum feminum, alterum masculinum: referuntq; omnes illas aues, & monstra, de quibus supra factus est sermo. his enim generibus simul positis Hebrei universitatem designant. estq; allusio ad divisiones, & fortes iactas per Iosue, quando diuinitus Israëlitis terram promisam, quod pro eis monstra, ferae, cacodemones, &c. Mahometani illam ipsam Iudorum hereditatem in suam possessionem dono Dei possederunt, ut notum faceret cunctis scelulis, quod digniores sunt ferae, & ipsi demones, & impuri Mahometani illa possessione, quam ipsi Israëlitæ secundum carnam, quibus olim à Deo data fuerat. tanta fuerunt eorum sceleræ, & adeo sub ipsis contaminata fuit terra illa, ut supra dictum est per hunc ipsum prophetam.

## Caput trigesimumquintum.

Noua.

Vetus.

**C**A VD E B V N T desertum, & siccitas; & exultabit solitudo; & germinabit, sicut lilyum.

Geminando germinabit, & exultabit, etiam exultatio, & ouatio: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi uidebunt gloriam Ichoua, decorum Dei nostri.

Firmate manus remissas, & genua labantur, sicut surgitte.

Dicite festinis corde; Confortamini, ne timeatis. ecce Deus uester uindictam adducet, retributionem Deus ipse adducet, & saluabit uos.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patrebunt.

Tunc transfliet, sicut ceruus, claudus; & ouabit lingua muti: quia disiectæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

Et erit adustio in stagnum, & siccitas in scaturiginem aquarum. In pascuo, in quo accubabant dracones, fœnum pro arundine, & iuncu.

Et

**L**AE TABITVR desertu, & innuas; & exultabit solitudo; & florebit, qua si lilyum.

Geminans germinabit, & exultabit lata bunda, & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron: ipsi uidebunt gloriam domini, & decorum Dei nostri.

Confortate manus dissolutas, & genua debilita roborate.

Dicite pusillanimis; Confortamini, & nolite timere. ecce Deus uester ultionem adducet, retributionem Deus ipse adducet, & saluabit uos.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patrebunt.

Tunc saliet, sicut ceruus, claudus; & aperta erit lingua mutorum: quia scissa sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orientur viror calami, & iunci.

Et

Vetus.

8 Et erit ibi strata, & uia; & uiam sancti tatis uocabunt eam: non transbit per eam contaminatus: & ipse eis ambulans uiam, & stulti non errabunt.

9 Non erit ibi leo: neque irrumens bestia ascendet illac, neque inuenietur ibi: & ambulabunt redempti.

10 Et redemptio iterum ingreditur Tzion cū ouatione, & latitia semperna super caput ipsorum: gaudium, & latitatem apprehendit: & fugient maror, & gemitus.

Noua.

8 Et erit ibi semita, & uia; & uia sancta uocabitur: nō transbit per eā pollutus: & hæc erit nobis directa uia, ita ut stulti non errent per eam.

9 Non erit ibi leo: & mala bestia non ascendit per eam, neque inuenietur ibi: & ambulabunt, qui liberati fuerint.

Et redempti à domino conuertentur, & uenient in Sion cum laude, & latitia semperna super caput eorum: gaudium, & latitatem obtinebunt: & fugient maror, & gemitus.

**R**E P R O B A T I O N E M Iudeorum, desolationem; Tzionis, & totius Iudeæ superiori capite cū prædictis Iesaiæ; electionem gentium, quæ mox consecuta est, iam decantat: & in landis noui populi totum spiritum effundit. Erant olim tanquam desertum, & loca arida, quæ ab hominibus non incoluntur, & feris relinquentur: & quia nullus in eis decor, nullus morum ornatus, aut uita honestas eis inerat; ideo מִזְרָבָה nomen illis competitat. cū etiam omnia apud illos forent confusa, & inculta; & ad libitum in eis germinaret caro, & mundus; à commissione meritis רַבְעָה dici poterant. quia uero Dei gratia destituti נֶסֶת, id est, siccitas dicebantur, at iam per gratiam Christi ab illis malis alieni aſſimilantur lilio in pulchritudine, & decore, & in suauissimo odore. neque aliud sunt piiora mentes, quam quadam lilia in horto domini. Lilium נְכַנְתָּה dicitur Hebreis uoce, ut uidetur, peregrina, neque radicem habere uidetur in lingua sancta, nisi dicas compositam esse uocem ex dubiis radicibus, nempe ex בְּנֵי, quod est simus, & בְּנֵי, quod est umbra, quod digna sint simi, seu gremio.

2 Germinabit, & exultabit: tam nouam, tamque felicem progerminationem, totq; filiorum unde non sperabatur exortum, sequitur ingens gaudium, de quo non semel deinceps fit mentio apud hunc prophetam. noue ergo Ierusalem, & uerorum Israëlitarum congregationi hæc competunt. Letabunda, & laudans. sensum expressit uulgatus: ego uerba uerbis reddidi, etiam exultatio, & ouatio, id est, in dies crescat exultatio, & ouatio. exultationem exultatio, & ouatio excipiet. hac enim est uis particula illius. 3 Gloria Libani: non hac accipio, quasi comparetur gloria, & decor nouæ progerminationis glorie Libani, qui proceras cedros gigant, aut fertilitati Carmeli, & decori Saronis; sed, ut iam supra propheta exposuit, quasi totum decorum cum tota gloria Synagogæ, translatum esse ad ecclesiam significet. nam Libanus, & Carmel, ac Saron insigniora erant loca terra illius promissæ: cuius uastationem superiori capite depinxit. illi ergo in solitudinem uersi sunt, quorum erat lex, & promissiones, & gloria, & patres; & ex quibus Christus &c. at qui erant exiles, & extorres, & longe, sine Deo in hoc mundo iuxta euangelium, vocati sunt ad nuptias, cœlestis filii regni. Ipsi uiderunt &c. de illis itaque est sermo, qui erant desertum, & solitudo, & siccitas &c. isti enim agnouerunt Christum dominum, qui in carne apparuit, qui est splendor gloria, & decor Dei nostri: immo quia ipse est Ichoua, & ipsi resplendens euangelium gloria beati Dei, quia uero quanta sit gloria, & uirtus crucis Christi, agnouerunt; dicuntur uidisse gloriam, & decorum Dei. adde, quod si cut nebula, seu fumus olim dicebatur Dei gloria, quod cum nebula appareret Deus; sic caro Christi, ob cuius humilitatem Iudei sunt obsecuti, in qua Deus habitabat corporaliter, nobis dicitur Dei gloria. quia ergo gloria Iudeorum, fides, & agnitus ueritatis ad gentes transit, oculos habuere, quibus possent gloriam Dei intueri. & hac est potissima latitia illius causa, de qua uersu primo, & initio huius.

3 Confortate manus &c. uires hominis in brachiis, ac cruribus maximè consitunt. metus autem & brachia remittit, & genua dissoluere uidetur. Ad animum hac referas, opòret, ut mox explicat &c.

4 Dicite: ecce quo pacto altos stabiliare deberent, bono uidelicet, ac leto nuntio. Pusillanimis: in dativo legendum est. Ceterum duo sunt noxes in heb. quas exp̄si, נְמַנְתָּה, id est, festinis corde. festinos autem corde uocat hebraismus eos, in quibus cor palpitat: quod meticuloformum est, quare non indolē pusillanimis dixit uulgatus unica uoce. Vide superius cap. 34. de nomine נְמַנְתָּה.

X. iiij

*Cor fesinorum obscrubat scientiam.* Adducet: non male hoc loco uulgatus acsiū accepit primo loco; secundo autem dixit, Ipse ueniet, potest autem eodem modo, utrobiq; reddi, Vindictam adducet, Retributionem Deus ipse adducet &c. uel ecce Deus noster, uindicta ueniet, retributio Dei: ipse ueniet, & saluabit nos. sensus autem idem est, uidelicet quod nihil sic mentes possit surrigere, sicut aduentus domini, & incarnationis mysterium. peccata enim, quibus animus noster deprimitur, per Christum dominum depelluntur: diabolus autem hostis antiquus, qui nos captivos ducebatur, a potentiore Christo foras ejicitur: morti (quam formidare possemus peccatores) Christus dominus mortem attulit: mundum, quem decepti sequebamur, ipse deuicit: carnem denique, cuius titillationibus uirtus nostra enervabatur, in cruce confixit. quid ergo est, quod despondeamus animum? uindictam ergo adduxit, & retributionem hostibus nostris: & adueniens saluauit nos: ut iam de manu inimicorum nostrorum liberati seruire possumus illi in sanctitate, & iustitia &c. Sæpiissime autem cum de redēptione in prophetis fit sermo, uindicta, & retributionis fit mentio, quod mens humana non perfectè gaudio perfundatur, etiam si bona accipiat, nisi ipsi, à quibus indigna patiebatur, videat pro meritis quoque uicem rependi. Ierem. 11. Videam uindictam tuam de eis. uide Deut. 33. Ierem. 15. &c.

5 De cæcis, qui uisum; surdis, qui auditum; claudi, qui gressum; & mutis, qui loquendi facultatem receperunt, Christi domini beneficio, atq; Apostolorum eius satis abunde testantur sacra litteræ: quam hac ad animos quoque referenda sunt, quorum uita Christus dominus abstulit, neque deest usque in hodiernum diem in ecclesia uirtus domini ad sanandos nos.

6 Saliet. ἡτα saltauit, translituui: notatque quandam alacritatem. quando autem claudi liber gressus restituuit, non ambulant tantum, sed & saliunt ex animo letitia. exemplo est ille, quem sanuit Petrus Act. 3. de quo Lucas, Καὶ εὐλειπον οἱ περιστατές, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. ubi dicitur ἐξαλλαγῆς τοῦ οὐρανοῦ εὐλειπον οἱ εὐλειπον, saliens: certiorum autem est saltare, & translire: estque allusio ad etymologiam nominis claudi, quod Hebreis à saltando dicitur. Quia scissa sunt, uel quando scissæ fuerint aquæ &c. ut ad tempus referantur gratia Christi in gentibus: gentes enim erant, caci, & surdi, & muti similes dij, quos colebant: qui iuxta parabolam euangelij compulsi sunt intrare ad nuptias. diffusa ergo gratia in gentes, (quod Indœis, etiam electis mirum fuit) uocatisq; in regnum Dei; omnia hac miracula in corporibus, atque animis patrata sunt. Quod si ἡ pro rationali coniunctione cum vulgato accipiatur, accipe spiritus sancti gratiam, qua destituta gentes desertum, & solitudo erant, ut iam supra diximus, causam esse omnium illorum bonorum, totiusq; sanitatis. uidetur autem esse allusio ad uirtutem non nullarum aquarum, ut thermarum, & calidarum aquarum, qua à scriptoribus celebrantur, in quibus multa corporum uita sanantur. Intelligimus ergo per Christum apertum fuisse fontem in domo David in ablutioinem peccatoris, & menstruata &c.

7 Et quæ erat arida. ωοξ heb. בָּשָׂר de adiustione tam ignis, quam solis dicitur, infra 49. Non percuerit eos adiustio, & sol. Vulgatus sensum redditus suo more. Quanta fuerit gentibus concessa gratia, hoc indicant: simul & à quantis sinus eruti malis, per ea nomina intelligimus, qua nobis spiritus sanctus imponit, adiustio, siccitas, quod nihil dignum Dei oculis germinaremus, utpote cubilia, seu pascua draconum: ut enim Deo nihil acceptum, ac gratum germinabamus, ita demonis per omnia placebamus: nos mors depascebatur, & tot malis premebamur, ut non nisi istis figuris statum rerum nostrarum possumus intelligere. Fontes. A uerbo יְמַנֵּה, quod scaturire significat, cum de aquis, & eructare, cum de uerbis, seu spiritu dicitur &c. est nomen סְבִבָּה mabua, quod scaturiginem significat. Quia uoce infantes pro aquis utuntur. Orietur uiror. uerbum orietur supplevit uigilis, ut neceſſe uidebatur. Ceterum quod vulgatus dixit calami, & iunci, cum nomen מְלֵא bebat lamed prepositum, quod interdum ualeat, pro; uidetur reddi posse pro canna, & iuncu: quæ dicat, in paſuis, seu cubilibus colubrorum, atque serpentum, seu draconum pro calamis, & iuncis, que in hominum uim non admodum multum cedunt, & latibus sunt ferarum, oriretur fænum: quod iuxta Ps. 104. ubi hac eadem uox legitur, dominus germinare facit pro animalibus, & herbam in seruitu tem hominum.

8 Ibi. per loca illa, que erant arida, & tantum pabula draconum, & ferarum latibula, erit uia trita, seu publica, ac regia. in ecclesia autem est Christus dominus, qui est uia, est fides, & sacramenta, & doctrinam ueritatis, quibus itur in celum: est igitur uia sanctitatis, seu sanctificata, non solum propter terminum, sed & propter ea, per quæ itur, quæ sanctuatu plena sunt. est quidem ecclesia ipsa dominus Dei: sed simul est uia, & porta celi. Vocabitur optimè vulgatus sensum ueritatis: est autem tertia persona futuri, qua Hebrei impersonaliter uentur, ut dictum est capite 9. uidetur autem esse allusio ad uisionem, & uerba Iacob, quando scalam uidit &c. Non transbit per eam pollutus, seu contaminatus: non quod in ecclesia Dei non sint immundi, & contami-

tinati; sed non transeat per eam: non enim proficiunt, neque ad uitam iter faciunt; sed in ea tolerantur, ut si ad sanam mentem redierint, & euigilauerint, posint iter confidere. Et hæc erit uobis. וְתִדְעֶה pronomen ad uiam potest referri. nam Hebreis masculini generis est etiam hoc loco in affixo uerbi, transbit, & alibi: licet frequentius sit feminum. ergo vulgatus ad uiam referens, participium יְמַנֵּה, id est, ambulans, accepit pro adiectivo nia, id est, per quod rectè fit iter: quare uiam rectam ueritatis, neque distinctionem, quam nunc habent Hebreæ, seruauit, quod non dum essent distinctiones, qua à sapientibus Tyberiadis adiecta sunt postea, quas doctus interpres sape (ut ego quidem sentio) non curabit. ergo cum vulgato hoc loco uoces istas וְתִדְעֶה sequentibus conuengendas existim, in hunc modum. Et ipse [nempe Deus] ipsi, uel cum ipsi ambulans niam, id est, socius erit itineris: atque ita fiet, ut nulli quantumvis stulti aberrent a uia salutis, nisi de industria errare uelint. Quid uero uerba concisa sunt, indicabo lettori & alias interpretationes, quas sermo Hebreus patitur, præter eam, quam iam apposuit. Non transbit per eam pollutus; sed ipsa sollicit uia erit ipsi, nempe caxis, & claudis, & ceteris, de quibus in superioribus uersibus: deinde, ambulans niam, & stulti non errabunt: uel & erit ibi strata, & uia: & uiam sanctam uocabunt eam, ne transeat per eam pollutus. & ipsa [nempe uia] uocabat eos ambulantes uiam, id est, uiatores, seu itineris peritos, ut neque stulti aberrent, nam etiam in alijs rebus stulti sunt, tam recte tenebunt uiam, ut a uia salutis non deflestant. qui posterior sensus hanc est contemendus: augustus enim est, & Iesaias dignus. in quo uides, quod nos filii ecclesia eam appellemus sanctam ecclesiam, & uiam sanctam, ut erubescant immundis in ea commorari, & discedat ab iniuitate omnis, qui iniuit nomen domini IESV, quod est signaculum, quo signatum est Dei fundamentum: ut inquit Paulus 2. Tim. 2. ipsa autem ecclesia, uel ipse dominus, uocant nos uiatores, seu doctos uiarum Dei, id est, erudit nos de uia Dei, ita, ut qui in alijs rebus stulti à mundo indicantur, docti sunt uiarum domini; & nisi uelint, à uia Dei non possint aberrare. Neque dura tibi uideatur uerbi, uocabit, repetitio, qua non infrequens est Hebreis. ceterum prima interpretatio simplicior est.

9 Mala bestia. וְתִדְעֶה est à uerbo, quod rumpere, seu irrumphere notat, ruptorem, seu irruptorem di cere possumus: quo nomine & latrone appellantur interdum interpretante Luca locum Ieremie cap. 7. Nunquid spelauncam irruptorum facta est domus ista? spelauncam enim latronum interpretatur. irruptor ergo bestiarum pro irruptente bestia, seu fera capi potest, cuiuscunque generis sit, qua in transeuntis irruit, eosq; opprimit, quod intellexit vulgatus, dicens malam bestiam: uel certè וְתִדְעֶה pro animalibus ciciribus accepit, & וְתִדְעֶה pro fera intercipiente uitæ, ut sunt lupi, leones, ursi &c. quo nomine designari homicidiam illum, qui ab initio occidere nouit, non dubito: qui iam longè absit, neq; nocet ipsi, qui sunt in CHRISTO IESV, & quibus datum est a domino calcare super serpentes, & scorpiones &c. perinde autem est ibinon inueniri, & posse eius caput conculcare: unde dicitur. Et ambulabunt liberati, id est, tutò uitam degere poterunt, quos dominus liberauerit. est autem וְתִדְעֶה rem alio deuolutam, ad se resoluere, seu transferre: & iure hereditatis pristinae sibi rursum afferere, & vindicare: licet pro emere simpliciter, ponatur Leuit. 23. &c. ergo וְתִדְעֶה Dei sunt asserti, liberati, seu redempti à domino, & quos ipse sibi uendicauit. sive autem in lege dicitur hoc uerbum de redēptione, seu uendicatione, qua per propinquum fit iure consanguinitatis. Leuit. 25. non semel. Quid mirum igitur, si cum tribuitur Deo, intelligatur de Dei filio? an non ideo homo factus est, & carnem nostram adiupsum, ut propinquus, & consanguineus nos uenundatos sub peccato, & in satana potestatem redactos, iure propinquatus sanguine suo redimeret, suoque nos regno affereret, ac uendicaret? infra 44. Ierem. 31. Osee 4. Mich. 4. &c.

10 Conuertentur, & uenient: hebreismus est, id est, iterum uenient, uel ingredientur. uerbi enim וְתִדְעֶה cum altero uerbo construicti hic est uetus apud Hebreos non infrequens, ut iam non semel annotauit: qua tamē cum Iudeus incredibilis, neque adhuc implenda, neque in redditu ex Babylone impleta existimare debemus. non possum enim tam magnifica promissio ad animalium redēptionem non perire. homines ergo, qui ciues Dei esse desiderant, sive Iudei, sive Graci, ad nouam ratione pro pertant, & Ierusalem, nempe ecclesiam Christi, & regnum Dei ingrediuntur. In genere ergo de huma no genere, aut gentibus hæc intellige: isti cum laude, & sempiterna letitia uenient. qua nunquam desinet, quod aeternum fit regnum Christi, & omnium scuclorum, ut est apud Dauidem. quamvis enim plurima aduersa insurgant aduersus illud, nunquam tamē preualebunt. neque quidquam est, quod gaudium ecclesiæ ac sponsæ Dei posuit auferre, sicut neque diuina caritatis uinculum soluere. Super caput: metaphora simpta esse uidetur à seminarum consuetudine, que super caput ingentia interdum uolumina uestium, ac linteum ex lauacio afferunt: quo letitia, & gaudium non temporari abundatiam designauit propheta. uel huiusmodi locutione uariam, & diuitem supellestilem, ac diuinitas nō tenuit; que quia gaudium, & letitiam afferunt, gaudium uocantur. quod tamen de diuitiis spiritualibus,

quibus donantur uocati, ac redempti intelligamus, neceſſe eſt. Hoc loco, & alijs non paucis scripturæ uidere licet latitudinem, & exultationem propriam eſſe seruorum Dei. quo modo enim non gaudebunt, qui ex quantis malis preſsi fuerunt, & quanto maior aaduic eos exſperiebant confidantes, ſe uident domini gratia, ac beneficio libertate filiorum Dei donatos? deſtent quidem interdum ueterem errorē: ſed fletus ille conſolationum ueluti quidam fluius eſt, non ſolum quia, ut eſt apud Danidem, laqueo contrito, ſe liberatos ſentiant, verum etiam quia ſuas lacrymas Deo gratas eſſe non ignorant. ſemper igitur gaudent, & moror, ac genitus, quales ſunt captiuorum, & deforatorum, longè abſunt ab eis. Orare debemus dominum nostrum, ut animum ſimilem huīus prophetæ nobis concedat, quo quantum fit Christi domini beneficium agnoscentes, cuius ſemper laudes decantemus, ſemper in domino gaudentes. quam felicitatem mundani homines nobis non inuident, quid cam proſuit ignorant.

## Caput trigesimumſextum.

Noua.

**E**T fuit quarto decimo anno regis Ezechiae, ascendit Senharib rex Assyrius aduersus omnes ciuitates Iehuda munitas cepitq; eas.

Et misit rex Assyrius Rabsakus ē Lachis Ierusalem ad regem Ezechiām cum exercitu graui: & ſtetit in aqua ductu piscina superioris in uia agri fullonis.

Et egressus eft ad eum Aeleakim filius Helkia, qui erat ſuper domum, & Sobna scriba, & Ioah filius Asaph commemorator.

Dixitq; ad eos Rabsakus; Dicite nunc Ezechiae: In hunc modum dicit ille rex magnus rex Assyrius. Quæ nam eft confidencia iſta, qua confidisti?

Dixi, fortassis uerbum labiorum confiduum, & fortitudo ad bellum? nunc, ſuper quo confidisti, quando rebellaſti cōtra me?

Ecce confidisti ſuper baculo arundineū conuafato hoc, ſuper Aegypto: cui quicunque innixus fuerit, & intrabit in manum eius, & perforabit eam; talis eft Pharaon rex Aegypti omnibus, qui confidunt ſu per eo.

Et quia dices; Super forti Iehoua Deo noſtro confidimus: an non ipſe eft, cuius abſtulit Ezechias excelsa, & altaria; & dixit Iudea, & Ierusalem; Coram altari hoc ſupplicabitis?

Et nunc conuentione fac, quæſo, cum hero meo rege Assyrio; & dabo tibi duo millia equorum, ſi poſſis ponere uectores ſuper eos.

Et quomodo repelles faciem duciſ unius ſeruorum heri mei minorum? & fiduciam habebis tibi ſuper Aegypto pro curribus

&amp;

Vetus.

**E**T factum eft: in quarto decimo anno regis Ezechiae, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ſuper omnes ciuitates Iudea munitas, & cepit eam.

Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem ad regem Ezechiām in manu graui, & ſtetit in aqua ductu pifcina superioris, in uia agri fullonis.

Et egressus eft ad eum Eliachim filius Helkia, qui erat ſuper domum; & Sobna scriba, & Ioah filius Asaph à commentariis.

Et dixit ad eos Rabsaces; Dicite Ezechiām: Hec dicit rex magnus rex Assyriorū. Quæ eft iſta fiducia, qua confidisti?

Aut quo confilio, uel fortitudine rebellare diſponis? ſuper quem habes fiduciam, quia recessisti a me?

Ecce confidisti ſuper baculum arundineū conuafato hoc, ſuper Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: ſic Pharaon rex Aegypti omnibus, qui confidunt ſu per eo.

Quod si responderis mihi, In domino, Deo noſtro confidimus: non ne ipſe eft, cuius abſtulit Ezechias excelsa, & altaria; & dixit Iudea, & Ierusalem; Coram altari iſto adorabitis.

Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum: & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te prabere aſcēſores eorum.

Et quomodo ſuſtinebis faciem iudicis unius loci ex ſeruis domini mei minoribus. Quod si confidis in Aegypto in qua drigis,

Noua.

&amp; iugalibus?

Et nunc, an abſque Deo ascendi aduersus terram hanc, ad perdendam eam funditus? Iehoua dixit mihi; Ascende contra terram iſtam, & funditus perde eam.

Et dixit Eleakim, & Sobna, & Ioah Rabaka; Loquere, quæſo, ſeruis tuis Syriacē: quandoquidem perciptimus nos, & ne loquaris nobis Iudaicē, in auribus populi, qui eft ſuper murum.

Et dixit Rabsakus; Nunquid ad herum tuum, & ad te miſit me herus meus, ut loquereris uerba hæc? an non ad homines, qui ſedent ſuper murum, ut comedant ſtercora ſua, & bibant urinas ſuas uobifcum?

Et ſtetit Rabsakus, & uocauit uoce magna Iudaicē, & dixit; Audite uerba regis magni, regis Assyrii.

Sic dicit ille rex; Ne imponat uobis Ezechiās: quandoquidem non poterit eripere uos.

Neq; fiduciam collocare uos faciat Ezechiās in Iehoua dicendo; Eripiendo eripiet nos Iehoua, non dabūtur ciuitas hæc in manu regis Assyrii.

Ne auſcultetis Ezechiām: ſic enim dicit rex Assyrius; Facite mecum benedictionē, & egredimini ad me: & comedet unusquisque uitrem ſuam, & unusquisque ſicut ſuam, & biber unusquisque aquam cifternæ ſue,

Quousque ueniam, & aſſumam uos in terram uerba ſimilem, terram frumenti, & muſti, terram panis, & uinearum.

Ne forte ſeducat uos Ezechiās dicendo; Iehoua eripiet nos. Nunquid eripuerūt dij gentium ſinguli terram ſuam de manu regis Assyrii?

Vbi eft Deus Hamath, & Arphad? ubi dij Sepharaim? etiam ne eripuerūt Samariam de manu mea?

Quis nam eft ex omnibus dijs terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuā de manu mea? qui pacto eripiet Iehoua Ierusalem de manu mea?

Et obsurderunt, & non responderunt ei uerbum: qui præceptum regis erat dicentis; Ne respondereſtis.

Et uenit Eliakim filius Helkia, qui do- mui præterat, & Sobna scriba, & Ioah filius Asaph commemorator, ad Ezechiām diſtri- pti uestes, & punitiuerunt iſpi ſermones Rabaskai.

Vetus.

drigis, &amp; in equitibus:

Et nunc, nunquid ſine domino ascendi ad terram iſtam, ut diſperderem eam? do minus dixit ad me; Ascende ſuper terram iſtam, & diſperde eam.

Et dixit Eliaſim, & Sobna, & Ioah ad Rabsacē; Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua: intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaicē, in auribus populi, qui eft ſuper murum.

Et dixit ad eos Rabsaces; Nunquid ad dominum tuum, & ad te miſit me dominus meus, ut loquereris omnia uerba iſta; & non potius ad uiros, qui ſedent in muro, ut comedant ſtercora ſua, & bibant urinas per diu ſuorum uobifcum?

Et ſtetit Rabsaces, & clamauit noce magna Iudaicē, & dixit; Audite uerba regis regis magni Assyriorum.

Hac dicit rex; Non ſeducat uos Ezechiās: quia non poterit eruere uos.

Et non uobis tribuat fiduciam Ezechiās ſuper domino, dicens; Eruens liberabit nos dominus; non dabūtur ciuitas iſta in manu regis Assyriorum.

Nolite audire Ezechiām: hæc enim dicit rex Assyrius; Facite mecum benedictionē, & egredimini ad me, & comedete unaquisque uineam ſuam, & unaquisque ſicut ſuam; & bibite unaquisque aquam cifternæ ſue,

Donec ueniam, & tollam uos ad terram, quæ eft, ut terra uerba ſimilem, terram frumenti, & muſti, terram panis, & uinearum.

Nec conturbet uos Ezechiās dicens; Do minus liberabit nos. Nunquid liberauerūt dij gentium, unaquisque terram ſuam de manu regis Assyriorum?

Vbi eft Deus Emath, & Arphad? ubi eft Deus Sepharaim? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?

Qyis eft ex omnibus dijs terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuā de manu mea, ut eruat dominus Ierusalē de manu mea?

Et ſiluerunt, & non responderunt ei uerbum: mandauerat enim rex dicens; Ne responderetis.

Et ingressus eft Eliacim, filius Helkia, qui erat ſuper domum, & Sobna scriba, & Ioah filius Asaph à commentariis ad Ezechiām ſcissis ueribus, & nuntiauerunt ei uerba Rabsaciſ.

Item

- 1** *M* quo pacto liberauerit Deus Ierofolymitanos ab exercitu Assyriorum, narrat, ut Dei potentia, ac bonitas innotesceret omnibus, & fiduciam in Deum à nobis extorqueat.
- 2** In graui manu: graues vocat hebraismus plurimas res, quas sermo Latinus non ita uocat. estq; uaria huius uocis explicatio. quidquid enim uel pondus, vel momenta habere significare uolunt, graue uocant. hic de exercitu dicitur. nam ἦτι non raro pro exercitu accipitur. ita loquitur scriptura, cion de exercitu Pharaonis sermo est, & alijs. Q uod interpres dicunt manum ualidam, hic manum grauem dixit uulgatus, id est, exercitu haud contempnenda, sed quem formidare merito posset Ierusalem. Hic mecum uide Christiane lector, quād immerito non nunquam soleat populus sui regis peccatis, regni calamitates adscribere, atque imputare. Q uis Ezechia sanctior? at universas iam ciuitates ceperat Assyriis, & inundatione sua usque ad collum iam pertingebat, ut supra dictum est, ut regnum tam iam amissurus uideretur. certe regis iusti istac probatio erat, & peccatorum populi illius castigatio.
- 3** Et egressus est. in libro Reg. additur, Et uocauerunt regem, illi uidelicet duces Assyrii. nam ad eum deferebant mandata à rege suo. rex autem misit ad eos nuntios hos. & Eleakim quidem dicitur fuisse super domum, id est, prefactus domus regis, quem nos maiorem domus uocamus: Sibna autem, uel Sibna scribi: at Iob erat a commentarijs, id est, qui res publicas, & qua per singula tempora contingebant, in annales redigebat, & historias temporum conscribebat, nam participium מִצְבָּה, quod interdum nomen est, illud minus uidetur notare, quod legimus fuisse olim apud quodam reges, ut quispiam curam haberet commemorandi coram rege, qua quisque in regno eius id preclarar facinora edidisset: & quidquid regem meminisse oporteret, regi in memorem renocaret. quare hic commemoratorium dixi, hoc nomine uocatur Ichosapha 2. Sam. 8.
- 4** Aut quō consilio &c. uulgatus suo more sensum expreſſit: Hebreia uerba, ut potui, reddidi, quād dicat, dux; ego apud me dicebam, effent ne uerba, que ore excent, & in aera euanescent, consilium & fortitudo ad bellum gerendum. (his enim duobus optimè bellum geritur) quād si uerba sunt fortitudo, & consilium, bent res uestra habent: nam non uobis defūt: dicitis enim magnifica uerba, quād Iehoua liberabit uos, quād Aegyptus aderit uobis &c. at si nihil minus est consilium, & fortitudo, quād uerba; uosque nihil aliud; quād uerba habetis: qua est uestra fiducia? Neque nouum uidetur, quād ¶ pro fortituis accipiantur: nam est interdum ominans, ut Gen. 44. Forfan discernendo discrēptus est: & Ps. 119. Et dixi, Forfan tenebrae operient me &c. & sapius alias: at in lib. Regum, pro prima persona habetur secunda ¶ אַמְרָתִי &c. dixisti: & ita habent hoc loco non nulli codices: & bunc habere potest sensum: Dixisti fortassis uerbum hoc labiis tuis: consilium, & fortitudo ad bellum, est, supple, nobis: uel potius, quia audierat Assyrius Iudeos, dum essent in angustijs, solere ad orationes confugere, & hunc esse Ezechia animum, & suis praedicare, ut clamarent ad Deum neque alia re sibi opus esse: locu quippe esse consilium, & fortitudinem ad bellum &c. Irrisorie orationes, in quibus fiduciam habebat plus rex, uerbum laboriorum uocat. Dixisti, inquit, profecto, uel tantummodo, uerbum laboriorum est consilium, & fortitudo ad bellum. & hanc lectionem magis probo. nam quād ¶ aliquando affirmit, praefertim initio sententiæ, uide Gen. 29. 1. Sam. 25. Ps. 73. &c. at post alias uoces, exclusiva est. Gen. 10. Loquar tantum nice hac. Deut. 28. &c. ergo Ezechias non defuturum inclusis consilium, seu fortitudinem ad bellum prædicabat, modo orationes & preces fide plenae ad Deum funderent. Q uod indicat locus 2. Par. 32. ubi huincmodi uerbis corda uirorum Ezechias confortauit, Viriliter agite, & confortamini: nolite timere; neque paueatia regem Assyriorum, & uniuersam multitudinem, quā est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quād cum illo. cum ille enim est brachium carnium; nobiscum dominus Deus noster, pugnatque pro nobis. impius itaque, & cecus Rabsakus, & Deum, uiresque fidei in ipsum & orationes ignorans deridebat Ierofolymitanos. Quia recessisti, id est, ut recesseris à me: uel ¶ pro quando accipitur. Q uando, inquit, rebellasti aduersum me, quo fuit confidentia tua? legimus autem in lib. Reg. cap. 4. Erat dominus cum Ezechia: & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat: rebellavitque contra regem Assyriorum, & non seruueret ei; quasi indignum ratus, ut tributum solueret Assyrii, quem pater Achaz in auxilium aduersus Syriam, & Israelem uocauerat. cui & si tunc, cum hec agerentur, argentum & aurum miserat: non tamen legimus, quād tributum annuatim soluendum statuerit. quāre uerum est, quod supra cap. 33. uers. 8. dictum est: Assyrium pactum fregisse: & quod hic ex lib. Reg. dicimus Ezechiam rebellasse.
- 5** Arundineum &c. uel sic, Arundinem conuictatam istam: pronomen autem accipi uidetur pro particula expositiva, Nempe, Videlicet &c. atque huincmodi similitudine notat, quād Aegypti non solum non iuarent Ierofolymitanos; sed quād, dum iuarent uidentur, potius nocent, ac laderent, tanta autem sunt omnia humana auxilia, praesertim ea, ad quæ deserto, ac neglegto Deo configurimus.

Quād

- 7** Quād si responderis: doct̄e sensum uerit, & quia dices, id est, dicere potes, uel soles; (hic enim uisus est saepe numero futuri) Fiduciam in Aegyptum elcuauerat Rabsakus, quam habere plurimos ex Iudeis nouerat, ut supra diximus: iam fiduciam in Deum, quam sciebat prius regem Ezechiam præferre, ac prædicare, labefactare nütur. Q uo in loco interim animaduerte, quād calleat res hostium dux iste. & quād astutu, uera assumat, ut falsum colligat. nouerat non nsque adeò potuisse toti populo placere regis Ezechia zelum, quando excelsa abstulisset, & populum, ut tantum Ierofolymis adorarent, compulsiſet: tum quia id tolerauerant, qui ipsam præcesserant reges, tum etiam quia libertatem, quam semper populus farctam habere uult, & mordicus tenere, tollere uidebatur, his adde, quād uel ignorans legem Dei, uel consuetudine populi abusus opus illud ipsi Deo, aut non placere affirmat, aut saltē id persuadere Iudeis conatur. quod si obtineret, iam fiduciam in Deum se deieciſſe, ac prorsus euerſe putabit, quo enim pacto illi confidas, cui noceas? ergo & religione Deum nobis propitiū esse posse, & superstitione iratum insinuabat, Deumque, iuxta Seneca consilium, obsequis propitiū esse posse, & superflue iratum insinuabat, Deumque, iuxta Seneca consilium, in profaris rebus nobis conciliandum, non criminibus irritandum, ut in aduersis, cum fiducia invocatus, adesse uelit, quamvis esset impius iste dux nos docebat.
- 8** Et nunc: hebraismus, igitur. Nunc ergo. Trade te domino meo. uerbum בְּרוּ propriæ missionem notat, ac de omnium ferè rerum missione dicitur, ut iuxta materiam subiectam reddere oporteat. ergo & de pacticis dicitur, ubi ex utraque parte fides datur, & in fadere, atque amicitia animi coeunt, & quodammodo commiscentur. uide hic quidam per dare obſides, alijs uerbo oppignerant, uulg. uerbo tradendi uertunt, ego conuentione facere dixi. & si quidem actum accipias, uerbum quartæ, reddere poteris, oppignerā dominum meum, id est, deince muneribus, uel obſidibus, uel te in manu eius tradendo &c. ego tamen propter id, quod sequitur, uerbo, deponendi libenter redearem: depone [quidquam] cū domino meo, quod si det, duo millia equorum, non des eorum ascensiones &c. licet & alijs conuentiōibus possit intelligi.
- 9** Et quomodo sustinebis: id est, sustinere poteris. nos etiam Lusitani uerba sustinendi, uel etiam exspectandi, pro fortiter restituti, seu ferre uitur. Autem autem quidam uerbum בְּרוּ in biphal constructione, cum nomine facie in sententiā negatiua, significare, auersari: at in affirmatiua sustinere, ferre &c. & hunc locum adducunt. sed ego ubique suam significationem puto retinere posse, nempe redire facere, id est, reprimere, seu repellere, aut quid simile. Q uod si: uulgatus haec sequentibus uidetur connectere, possunt tamen superioribus aptari: Non habes ascensores duorum milium equorum: quare neque unū ex maxibus dubius poteris restituti, & adiuv habebis fiduciam in Aegypto &c. In quadrigis, ¶ אַמְרָתִי id est, currum collectiū, ut saepe, alijs hic accipio, uulgo caruale, at ¶ אַמְרָתִי ubique pro ingalibus accipio, id est, animalibus, que iunctim currum trahunt, de qua uoce iam supra non uno tantum loco dictum est. Ierofolymitan autem equos, & quadrigas exspectabant ex Aegypto: atque ita accipio lamed, pro curribus, & ingalibus, id est, ut inde habeatis currus, & ingalia. Stultum autem esse affirmat, currus, & equos exspectare: quandoque dem ascensores non habentur &c.
- 10** Etiam nunc, id est, addo, omitto, prætereo, quod non sine domini voluntate &c. Aliunde adiuv fiduciam in Deum uulgo uertere, ad uerbum, præter Iehoua, uel sine; non inconfuso domino, immo præcipiente domino. Deo nastro hanc prouinciam suscepit, inquit, ergo est, uestra in ipsum fiducia.
- 11** Syra lingua. Aramitice, seu lingua Aramea. Intelligimus enim, uel callemus enim hebr. nam audientes nos: non dum enim Iudeis in Babylonem translatis, Chaldaicam linguam, que in multis Syriae prouinciis communis erat, pauci tantum intelligebant: sicut postquam illinc reuersi sunt, non omnes Hebrei sciebant, sed doct̄i tantum, & scriptura affici à pueritia: qua ratione factum, est, ut in Chaldaicam linguam scriptura reuterentur. erat enim illa iam uulgata, & quād paucissimi essent ex Iudeis: qui in Chaldaea natu, non suffuerint. unde Christi tempore sermo vernacularis erat Syriaeus, aut saltē missus ex utraque lingua: quamvis aliqui affines sint amba lingue, & altera alterius dialectus. In auribus populi, id est, audiētibus ijs, qui super muro sunt, excentibus enim legatis ad colloquendū cum Assyriis, multi, ut sit, in murum ascenderant, ut uiderent, quid inter eos ageretur.
- 12** E t, non potius ad viros. astutus Assyrius dux: populum, in sententiā suam adulatioibus, que apud uulgas plurimum ualent, pertrahere aggreditur, occasione sumpta à timiditate, quam in legatis subficerat: & qui ea, que dicebat, ubrigi nuntiarent, præcipiebat: iam ad populum se missum profiteret. quare & corum uices dolere se insinuat, & in regem, ac principes inuidiam excitat: sciebat enim imperiū multitudinis ingenium, ac quād præcepit sit ad indicandum, reges sibi tantum consulere, & subditorum miserijs non tangi. Vrinam pedum fluorum: in textu Bibliorum est nomen plur. cum affixo pronominis שְׁנִינָה: estq; nomen Chaldaicum, quod retinuit Iesaias,

sicut quod praecepsit, mox dicturus sum. at in margine scriptum est, מִימֵי זָרְבָּס, id est, aquas per-  
dam: sic enim honestè urinam circumloquuntur, sicut honestè dicunt, de inter pedes pro de genitali-  
bus. de qua forma iam dixi non nihil in comm. in illa uerba, dominus legifer noster &c. Stercora.  
in textu est nomen נַעֲמָם, quod etiam Chaldaicum est, & stercora notat. nam זָרָב illis est for-  
amen. peregrinas itaq; uoces honestatis gratia retinuit Iesaias. in margine autem est נַעֲמָם, quod ege-  
stionem designat Hebreis. qui locus fecit, ne multum fidei adhiberem sententia non nullorum Rabbi-  
norum, neque in eruditorum, qui dicunt lectionem marginalem, non esse uariam lectionem, sed esse ger-  
manam: & quamvis in textu aliter scribatur; preferendas tamen esse uoces iuxta lectionem, que in  
margine est.

¶ 3 Et stetit, & clamauit, id est, obfirmato animo, ac pertinaci clamauit, seu uocauit. compella-  
bat autem iueros, qui super muro erant, idq; Iudaicæ: ut uideas, non esse rogando hostes, neque com-  
mittendum ut quidquam, nisi uire, & forte persentiant in nostris. Regis magni. emphasiu ba-  
bet in repetitu Hebreo, Regis illius magni.

¶ 4 Neque fiduciam tribuat. בְּטֻחָה, id est, fidere faciat. sciebat enim populum non nisi persua-  
sum à rége, in Deum confidere: cuius pietas nota erat ipsi etiam hostibus. Cum autem magna sit om-  
num regum inter suos auctoritas; quorum tamen nota est religio; & fides, ac uita totius sanctitas,  
facile populum, etiam reclamantem, in officio continent, & perdurare in aduersis faciunt. quare, ut  
ego quidem sentio, si quisquam est, qui boni communis amore tenetur; & regnum, seu remp. bene  
administrat am cupit uidere; uita sanctitas, atque erga Deum pietatis opinionem principi, quoad eius  
fieri potest, conciliet. Si autem quoras a me; qua ratione huiuscmodi opinionem populus de principe  
concepere posset: respondendo, ut est apud Xenophonem; talis sit: neque enim aliud est ad eam conse-  
quendam efficacius ipsa ueritate, id est, ut reuerteris talis sit.

¶ 5 Facite mecum benedictionem: hebraismus est: nomen enim benedictionis copiam, & largi-  
tatem notat: quasi dicat, Ne sitis erga me parci, sed magnifice, ac liber aliter meum agite, nempe  
summa fiducia, atque omni timore deposito, ad me egreditimi; uestri curam mihi meaq; fidati creden-  
tes. quod si prosteritis, comedet quisque &c. eritis uestri in rerum domini, meis pro hoste spatiem  
habetis &c. Sed non potest latere hostilis animus: abfirmita enim plerunque petit: si enim fides ad-  
hibenda est; cui potius adhibenda in iis, que non uidentur hostiles, an optimo regi nostri generis; ei si-  
dem; religiosis amantissimo? Fidem exigebat a primis, parentibus hostis ille, mendaci omnis; pater:  
& cum nihil offendere, ob quod sibi potius quam Deo creatori fidem adhiberent; tamen obtinuit,  
ut nulli minus, quam ei, qui fidem uire optime exigit homo fidem adhibere uideatur. quem misera-  
bilem conditionem nunquam satis admirabor. Et comedet in aliquisque: uerba. Comedite,  
& Bibite, possunt quoque in forma præteriti legi: quod propter uau, in futurum uertitur; & come-  
det, id est, comedere poterit: uitem uero suam comedere hebraismus est: quo & nos uitimus zid est,  
ea frui, & ex eius fructibus comedere.

¶ 6 Tollam uos &c. impotens animus occultare omnino consilium nequit: & omni captiuitatem medi-  
taretur, alijs nominibus inuidiam declinat. Sed interim animaduerte eum nihil in promptu promere,  
aut exhibere, sed omnia in futurum promittere: quod misericordia Dei adscribi omnino debet: nam si qui  
à ueritate auertere alios nötir: mox qua grata essent, in manus tradetur; uix quisquam esset a dece-  
ptione immuni: at cum & Deus, & hostis in futurum promittant, deliberando: ac decernendi locus  
datur, ut fide sit dignior: præter hoc; quod si ad presentia animum adjiciamus, statim quid respon-  
dere debeamus, ex ipsis hostis uerbis habebimus. Nonne sic respondere isti poterant? Aliam mihi  
terram huic similem commemorans: illam nos nequaquam uiderimus: hanc nos possidere sine, si nos dilige-  
gis, quam tu illi alteri similem esse affirmas.

¶ 8 Neque conturbet: non nisi in tercia legitur רְבָּנָן, quod uulg. uerbo incitandi reddere so-  
let, Deut. 13. 1. Sam. 26. &c. quod tamen Job 36. uerbo saluandi, ac superandu redi-  
dit. ego certe putarem esse idem uerbum, quod רְבָּנָן, id est, posuit: & in tercia esse idem,  
quod persuadere, eadem phras, qua nos uenimus Lusitanis; posuit me, ut bellum gererem, id est,  
michi persuasit. atque ita reddendum est locus Deut. 13. Si incitauerit te frater, id est, si te in hoc con-  
stituerit, si tibi persuaserit: & Job 15. Persepsit ei, ut petaret a patre agrum & ceteri loci. Locus  
ergo Job 36. in quo bis ponitur hoc uerbum uarie constructum, nescio, quam benda a plurisque redditur,  
quem ego sic redderem, Insuper & deponet te de ore angustia latissima, que fundamentum sub se non  
habet: & mox, Ira quoque ne persuadeat tibi in sufficiencia, id est, ad excessum: & magna largitio  
non inclinet te. quem sensum docti exprobavit uulgatus. hinc nomen descendit, quod pallium, seu ue-  
lum, quod super ponitur, notat. Hoc diffusius tractavi, quod uiderem etiam à uario doctis huius uer-  
bi significationem, & acceptationem, atque hanc; quam aperui, cognitionem & plerisque ignorari: li-  
biti

cet

cet sensum uulgatus semper sit affectus, ut nequeam satis mirari precipitantiam eorum, qui paßim  
immerito uulgatum editionem reijcunt. ergo hic uerbo persuadendi, seu decipiendi recte uertas. Nun-  
quid liberauerunt: inficitiam suam prodit: qui quantum distaret Deus Iudeorum à diis genitum, ne-  
sciebat. at non est Deus noster, ut dij eorum. nam illi sunt opera manuum hominum, & in eis homi-  
nes quæcumque uolunt, faciunt: Deus autem noster in celo omnia quæcumque uoluit, fecit. Quæ pro-  
fetto cogitatio nos ubique decet. nam hostis noster, eo quod sciat, quanta hinc nobis bona prouenant;  
in hoc totus est, ut nobis persuadeat, Deum nostrum ab alijs nihil differre.

¶ 9 Nunquid. וְכִי, & quando liberauerunt &c. uel etiam ne. nam הַיְדָה interrogat,  
ut supra 29. Num dicit factura &c. & Deut. 20. in lib. Reg. adduntur duo alia nomina locorum, sed  
hoc non urgebat: nam erant dij alieni maiorem, uim certe habuisset, si dixisset; Num Iehoua libera-  
uit Israelitas de manu mea? sed neque hoc uim magnam habuisset, nisi ostendisset, Samaritanos in  
Iehoua habuisse fiduciam.

¶ 10 Ut eruat dominus &c. כִּי hic interrogat, ut superiori uerfu, Num igitur: quasi dicat, ego  
integras prouincias ab alijs dijs recepi: minquid ergo, uel quo pacto igitur, uel quod fiet ergo, ut Ie-  
houa unam ciuitatem de manu mea liberaret? immo quia illi non liberauerunt, Iehoua hanc liberabit;  
ut inimici ipsi sine iudicis, & uideant, quid Iehoua ipse ceteris dijs praefet.

¶ 11 Et filuerunt. uerbum וְיָמָן non silere notat. unde & pro obsurdescere capitur:  
Mich. 7. Et aures eorum cessabunt, id est, obsurdescere. nos etiam Lusitani caussam pro effectu po-  
nentes, obsurdescere, non respondere dicimus, ac pro tacere usurpamus: & eum, qui non responderet, an  
sit surdus, rogamus. potest etiam redi. Et immoti remanerent, neq; responderunt &c. Quia  
præceperat &c. ecce quantum obtinuerat regis p̄j auctoritas apud plebem.

## Caput trigesimum septimum.

Noua.

Vetus.

¶ 1 ET factum est, cum audisset rex Eze-  
kias, tunc disrupti uestimenta sua,  
& operuit se sacco, & uenit in domum Ie-  
houa.

¶ 2 Et misit Eliakim præpositum domus, &  
Sobnam scribam, & seniores sacerdotum  
opertos fassis ad Iesaiam filium Amos pro-  
phetam.

¶ 3 Et dixerunt ei: Sic dicit Ezekias, Dies  
angustiarum, castigationis, & execrationis  
dies iste: quia uenerunt filii usque ad fra-  
terum, & non est uis ad pariendum.

¶ 4 Si forte audiat Iehoua Deus tuus uerba  
Rabsaki, quem misit rex Assirijs dominus  
ipsius, ut conuiciaret Deum uiuentem:  
& obiurgauit uerbis, quæ audiuit Iehoua  
Deum uiuentem, & exprobandum fermi-  
nibus, quos audiuit dominus Deus tuus:  
leua ergo orationem pro reliquijs, quæ re-  
pertæ sunt.

¶ 5 Venerunt itaque serui regis Ezekiae ad  
Iesaiam.

¶ 6 Dixitq; illis Iesaias; Sic dicitis hero uerbo  
meo uestro; In hunc modum dixit Iehoua; Ne  
timeas propter uerba, quæ audisti: quibus bla-  
phemauerunt pueri regis Assirijs me

Ecce

¶ 1 ET factum est: cum audisset rex Eze-  
chias, scidit uestimenta sua, & ob-  
uoluit est sacco, & intravit in domum do-  
mini.

¶ 2 Et misit Eliachim, qui erat super do-  
mum, & Sobnam scribam, & seniores de  
sacerdotibus opertos fassis ad Iesaiam filium Amos pro-  
phetam.

¶ 3 Et dixerit ad eum; Hæc dicit Ezechias,  
Dies tribulationis, & correptionis, & bla-  
phemæ dies hæc: quia uenerunt filii usque ad fra-  
terum, & non est uis ad pariendum.

¶ 4 Si quomodo audiat dominus Deus tuus  
uerba Rabsacijs, quem misit rex Assirijs  
dominus suus ad blasphemandum  
Deum uiuentem, & exprobandum fermi-  
nibus, quos audiuit dominus Deus tuus:  
leua ergo orationem pro reliquijs, quæ re-  
pertæ sunt.

¶ 5 Venerunt ergo serui regis Ezechiae ad  
Iesaiam.

¶ 6 Et dixit ad eos Iesaias; Hæc dicitis domi-  
no uestro; Hæc dicit dominus; Ne timeas  
à facie sermonū, quos audisti, quibus bla-  
phemauerunt pueri regis Assirijs me

Ecce

Vetus.

Noua.

Ecce ego pono in eum spiritum, & audi-  
diam famam, & reuertetur in terram suam;  
& prosternebam eum gladio in terra sua.

Et reuersus est Rabsakus, & inuenit Re-  
gem Assyriorum expugnante Lobnah.  
nam audierat, quod recessisset ex Lachis.

Et audiuit de Tirhakah rege Aethio-  
piæ dicere; Egressus est, ut tecum prælie-  
tur. & audiuit, & misit legatos ad Ezechiā  
dicendo;

Sic diceris Ezechiā regi Iudeæ dicendo; 10  
Ne imponat tibi Deus tuus, in quem tu  
confidis dicendo; Non dabitur Jerusalēm  
in manu regis Assyrii.

Ecce tu audisti, quæ fecerunt reges Assy-  
rii omnibus terris, ut anathematizarent  
eas, & tu eripieris?

An eriperunt eas dij gentium, quas fun-  
ditus perdidunt patres mei, Gozam, &  
Haran, & Receph, & filios Eden, qui erant in  
Thelassad?

Vbi rex Hamat? & rex Arphad, & rex  
ciuitatis Sepharnaim Héna, & Euah?

Et accepte Ezekias litteras de manu le-  
gatorum, & legit eas: & ascendit in dom-  
num Iehoua, & expandit eas Ezekias coram  
Iehoua.

Et deprecatus est Ezekias Iehoua dicen-  
do;

Iehoua tecbaoth Deus Israel, qui insi-  
des Cherubinis: tu es Deus solus omnibus  
regni terræ: tu fecisti cælos, & terram.

Inclina Iehoua aarem tuam, & audi:  
peri Iehoua oculum tuum, & uide, & au-  
di omnia uerba Senherib, quæ misit, ut co-  
uiciaret Deum uiuentem.

Verè Iehoua exsiccabant reges Assyrii 18  
omnes terras, & terram eorum:

Et dederunt deos eorum in ignem; non  
erant quippe dij, quinimmo opus ma-  
nitum hominis, lignum, & lapis; & abstu-  
lerunt eos.

Et nunc Iehoua Deus noster salua nos  
de manu eius: & sciant omnia regna ter-  
ræ, quod tu Iehoua solus es.

Et misit Isaias filius Amos ad Eze-  
chiam dicendo: Sic dicit Iehoua Deus  
Israel, super quibus deprecatus es me de  
Senherib rege Assyrio,

Hoc est uerbū, quod locutus est Iehoua,  
Despexit te, subsannauit te virgo filia  
Tzion: post te caput agitauit filia Ierusalē-

Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet  
nuntium, & reuertetur ad terram suam;  
& corrue eum faciā gladio in terra sua.

Reuersus est autem Rabfaces, & inuenit Re-  
gem Assyriorum prestantem aduersus  
Lobnam: audierat enim, quia profe-  
ctus esset de Lachis.

Et audiuit de Tharacā rege Aethiopia  
dicentes; Egressus est, ut pugnet contra te.  
quod cum audiset, misit nuntios ad Eze-  
chiam dicens:

Hæc dicitis Ezechiā regi Iudeæ loquen-  
tes; Non te decipiatur Deus tuus, in quo tu  
confidis, dicens; Non dabitur Jerusalēm  
in manu regis Assyrii.

Ecce tu audisti omnia, quæ fecerunt re-  
ges Assyriorum omnibus terris, quas sub-  
uerterunt, & tu poteris liberari?

Nunquid eruerunt eos dij gentium, quos  
subuerterunt patres mei, Gozam, & Ha-  
ran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in  
Thalassad.

Vbi est rex Emath, & rex Arphad, &  
rex urbis Sepharnaim Ana, & Aua?

Et tulit Ezechias libros de manu le-  
gatorum, & legit eos: & ascendit in domum  
domini, & expandit eos Ezechias coram  
domino.

Et orauit Ezechias ad dominum dicens;

Domine exercituū Deus Israel, qui sedes  
super Cherubim: tu es Deus solus omnium  
regnorum terræ: tu fecisti cælos, & terram.

Inclina domine aarem tuam, & audi:  
peri domine oculos tuos, & uide, & au-  
di omnia uerba Senherib, quæ misit ad  
blasphemandum Deum uiuentem.

Verè enim domine desertas fecerunt re-  
ges Assyriorum terras, & regiones earum:

Et dederunt deos eorum in ignem; non enim  
erant quippe dij, quinimmo opus ma-  
nitum hominis, lignum, & lapis; & abstu-  
lerunt eos.

Et nunc domine Deus noster salua nos  
de manu eius: & cognoscant omnia regna ter-  
ræ, quia tu es dominus solus.

Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiā  
dicendo: Hec dicit dominus Deus Israel;  
Pro quibus rogasti me de Senherib rege  
Assyriorū,

Hoc est uerbū, quod locutus est Iehoua,  
Despexit te, subsannauit te virgo filia  
Tzion: post te caput mouit  
filia Ierusalēm

Quem

Cui

Noua.

Vetus.

Quem conuiciatus es, & probris affeci-  
sti? & contra quem extulisti uocem, & le-  
uasti in excelsum oculos tuos? contra sanctū  
Israelis.

Per feruos tuos conuiciatus es contra do-  
minum: & dixisti; In multitudine curruam  
meorum ego ascendi celstitudinem montiū,  
& latera Libani, & præscidi altitudinem ce-  
drorum eius, electiōnem fraxinorum eius:  
& neni in excelsum extremitatis eius, syl-  
lam Carmeli eius.

Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccaui ue-  
planta pedum meorū omnes riuos Aegypti.

An non audisti iam olim, quid fecerim  
à diebus prioribus, & formauit ipsum: nunc  
adduxi eum, & erit, ut corrui in aceruos  
obrutos ciuitates munitæ.

Et habitatores ipsarum breues manu cō-  
sternabuntur, & pudecent: erunt herba a-  
gric, & uiror graminis, fœnum teq'orum,  
& ariditas ante culnum.

Et federe tuum, & exire tuum, & in-  
gredi tuum noui, & commoueri tuum con-  
tra me.

Quia commoueri tuum contra me, &  
tumultatio tua ascendit ad aures meas:  
ascendit in aures meas: ponam ergo circu-  
lum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis,  
benas in labijs tuis, & redire te fa-  
ciam per uiam, per quam uenisti.

Et hoc tibi signum; Comede hōc anno  
deciduum; & anno secundo sponte nascēs:  
& anno tertio serite, & metite, & planta-

cido pomis uescere: in anno autem tertio  
seminate, & metite, & plantate uineas, &

Et addet euasio domus Iehuda, & que de-  
relicta est radice deorsum, & fructum edet

mo Iuda; & quod reliquum est, radicem  
deorsum; & faciet fructum sursum.

Nam de Ierusalem exhibunt reliquia, &  
euasio de monte Tzion, zelus Iehoua tec-  
baoth faciet hoc.

Icciro sic dixit Iehoua de rege Assyrii:  
Non ingredietur ciuitatē hanc, neq; iacu-  
labitur in eam sagittā; neq; præoccupabit  
eā scutum, neq; fundet iuxta eam aggerē.

Per niām, per quam uenit, reuertetur,  
& in hāc ciuitatem non intrabit: fidelis ser-  
uo Iehoua.

Et circumiuniam super ciuitatem hanc, ut saluem  
propter me, et propter Dauid seruū meū

eam propter me, & propter Dauid seruū  
meū.

Et egressus est Angelus Iehoua, et per-  
cussit in agmine Assyriorū centū octoginta  
quinque

Y iiij quinq;

Noua.

Vetus.

quiisque missa, & surrexerunt mane, & ecce omnes ipsi cadavera mortuorum.

Et recessit, & abiit, ac reuersus est Se- 37 nherib rex Assyrius, & refedit in Niniue.

Et fuit, cum ipse supplicasset in domo 38 Nefroch Deo suo, & ad Armelech; & Serer- cer filii eius percuaserunt eum gladio, & ipsi euauerunt in terram Ararat, & regna- uit Asfarhadon filius eius pro eo.

**S**CIDIT uestimenta &c. disruptu uestium, & saccus; olim meroris symbolum erat, & dimissionis animi, que in Dei castigationibus nobis omnino necessaria est, nam non doleve, non ad flagellantem respicere, obdurate animi est, quem odit dominus. contritum autem, & humiliatum adeo non deficit, ut uel impio Achab saccus, & humiliatio profuerint. Intravit in domum domini: duo huc semper p̄i homines conunixerunt, carnis uidelicet afflictionem, seu macerationem cum oratione. Humiliabat David ieiunio animam suam, & oratio in sinu ipsius uolebatur, ut rota. neque enim decens est deprecantis habitus, & auxilium implorantis erecta cervix, & hilaris ridens ue facies: compressa autem mens, & in angustiam ueluti redacta, preces magna uis sursum emittit, iuxta illud, Oratio humiliatus se calum penetrat. his accedit, quod nihil afflictum animum sic recreare soleat: ut coram Deo se ipsum effundere, quem sit, & ad misericordiam flecti solere, & posse expere supplices. Neque præterea, quod quamvis in domo sua orantem exaudire posset dominus: maluit tamen rex in templum domini uenire, quod domus Dei ideo dicitur, quia ibi habitet; & frequentius adit brantibus, iuxta uerba illa Salomonis, quando primam orationem in ea domo ad Deum orauit.

2. Et misit &c. Eliakim, & Sobnam: illum quidem domus regia propositum, hunc autem scribam cum senioribus sacerdotum ad Iesaiam. Hic uides primo post Deum loco habitum prophetam domini: rex quidem in domum domini properat: præcipuis autem, & quoniam erat in ciuitate nos parua dignitas, ad prophetam ire iubet: & rex ipse apparet coram Deo facto obuolitus: illos uero etiam sacerdos opertos ad Iesaiam mittit: Deum propitium optabat; sed & eum, quem mediatorem, atque intercessorem inter Deum, & populum noverat, ad misericordiam quoque mouere uolebat: Non ne sufficiat Deus? quorsum ad hominem mittit & nibil nobis cum hereticis communie est. Sanctos uiros tam uiuentes, quam defunctos interpellamus & ueluti mediatores, ut rem nostram apud Deum agant, deprecabimur. Interim mecum considera, quanta sit uiri sancti dignitas, etiam in hac uita, quem rex tanti facit.

3. Dies blasphemiae, seu execrationis: uideturq; referendum uel ad uerba ducis Assyrij: uel dies hic eiusmodi est, quem merito quipiam maledictis inficitur, atque execretur, quod sit tribulatione, & castigatione plenus. Venerunt filii &c. periphrasis est Hebreis forma proverbialis, qua & summos dolores, & ingentia pericula, resque ferè desperatas significant. accidente enim ad exitum factu, & ad arcuitem locum perueniente, orificium uidelicet matricis, quod cedit uis, ac plane disfrumpit, unde & fractura nomine Hebreis significatur; maximè tunc necessarij sunt nixus, ac uires parturienti: quibus deficientibus, iam iam mors expectanda est.

4. Si quomodo audiat. non forte, fortassis, neque tam est Hebreis dubitanus; quām bene omniantis, & querantis, & committentis, aliquid meliori eventui. Luc. Act. 8. uidetur reddidisse ei &c. penitentiam age ab ista malitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. ego igitur sic reddidi, si forte audiat: & uidetur connescendum cum posterioribus uerbis uersus, & leuabia orationem, ut sit bysteron, proteron, ut quod prius dicendum erat, posteriorum dicatur in hunc modum; uires non sunt ad pariedum: leuabis ergo orationem, si forte audiat Iehoua &c. Audiat: in hoc uerbi priori loco, audire, pro attendere capit; posteriori pro simplici auditione: Leuare orationem: dicitur Hebrei eadem phras, qua leuare parabolam Nym. 23. Leuare rumor Exod. 23. Leuare coniunctum Psal. 15. Leuare prophetiam 2. Reg. 9. id est, auforem esse, seu incipere. Qua reperta sunt, id est, qua remanent, eadem non phras utimur, inueniri, pro remanere, mouere autem ad commiserationem uolebat: indignum quippe uidebatur, populum, quem Deus super arenam maris multiplicandum fore promiserat, adeo in paruum numerum re-

datum

dactum fuisse, ut essent, ueluti reliquie, hinc, atque illinc conquisite &c. ubi certè uides in maximis periculis singulare refugium esse orationem.

Et uenerant serui regis. inuersus est ordo, quod familiare est Hebreis scriptoribus.

6. Quidam blasphemauerunt me, seu probris affecterunt: hoc potissimum angebat pium regem, quod uerbi suis Assyrij, ueluti coniucijs, Deum infectarentur, & probris affecterent, ut qui intelligeret, ob sceleram id interdum Deum permittere: sicut cum Turce Christum dominum infectabantur, & nomen eius sanctissimum probris proscindebant, Cosstantinopolin captam primò ingressi: quod cum impunitum manet, evidens esse irae diuinæ indicium in populum suum nequaquam dubitamus; qui si p̄i uineret, & Deum p̄i coleret, nequitiam à Deo ita relinquetur in predam bestiarum. cum igitur hostes fidei impunè Deum coniucijs lacebant: intelligere oportet, nos esse, qui nomen Dei contaminamus, & probris affectis, quemadmodum plus hic rex à uerbi blasphemis timebat &c.

7. Dabo ei. hebr. pono in eum, uel in eo spiritum, id est, immittam uentum. est phras, qua nos utimur, ueniet per atra nuntius, uel rumor, id est, citissim, & non exspectatus, & quasi incerto auctore; ueluti si uento adueberetur. Quid si spiritus quipiam ex angelicis missus in hoc sit, ut tam nuntium deferrat? sed prior sensus planus est.

8. Audierat enim &c. antè quam ab Ierusalem abiret, audierat dominum suum, omissa oppugnatione Lachis, exercitum in Lobnam transulisse: iccirco non Lachis rediit, sed rectè Lobnam abiit.

9. Rego Aethiopiam: credo de Aethiopia, qua cum Aegypto continens est, esse sermonem: de qua suprà dictum est cap. 18.

10. Decipiat Deus tuus. nesciunt impij, qui differat Deus uerus à ficticiis diis: & quia imbellis certos deos expertus fuerat, talam quoque Deum Israel existimat: neque à Deo alienum esse membracum credebat.

11. Quas subuerterunt: ad uerbum, ad anathematizandas eas, id est, quoisque eas penitus delecent: sicut qua, tanquam anathemata, & deuota, funditus euentuntur. & hanc esse uim litteræ, lamed, existimo, additæ in infinitu in hac forma orationis.

12. Filios Eden. 177 nomen proprium est loci, ut hic, & Ezech. 27. apparel, Haran, & Chemne, & Eden: cum quinque punctis, uide infra 51. Ponet desertum, quasi Eden, pro loco uoluptario &c.

13. Vbi est rex &c. insolentem res prospere gestæ reddiderant.

14. Libros. nomine autem libri, uocant libellos, litteras, & omnem scripturam &c. Expandit. solent p̄i homines coram Deo suo res suas explicare, & totum cor, ac spiritum effundere: interdum mente tantum, interdum etiam & ore, sicut mendici plagas, & uulnera prætereuntibus ostendunt, ut ad misericordiam provocent: non quod sua Deum latè existimat, sed ut animo suo, sibiique ipsi satisfacient, hinc ista expansio litterarum regis Assyrij. adde, quod qua litteris continebantur, ad Deum pertinere putabant. quare, quasi eum uelut litterarum participem facere, litteras expandit.

15. Et orauit. 178 in secunda est ex circumstantijs rem, seu caussam cognoscere, seu iudicare; at in quarta est caussam, seu negotium suum ad Deum deferre: licebit uertere uerbo precandi, deprecandi, orandi, uel interpellandi.

16. Qui sedes super Cherubim. quid propriæ sit, & quæ sit nominis ratio, ignoratur plane; hoc tantum habemus, tribui spiritibus angelicis, qui figura humana, & alati apparebant. Genesis 3. Ezech. autem cap. 28. Tyrus Cherub uocat, quasi in summum dignitatis fastigium euclam, que, ut Cherub alas suas latè extenderat, protegebat populos multos. Ezech. 4. Due facies uni Cherub. ubi sanè pro imagine uirginitatis, habente duas facies, alteram hominis, alteram leonis: & Ezech. 10. qua prima capite 177, id est, animalia dixerat, uocat Cherubim: & quod primo capite faciem bouis dixerat, cap. 10. faciem Cherub appellat. atque inde clarum est, quod figura, seu similitudo quatuor animalium, quia illa alata uobi, & uolare apparebant, Cherubim dicebantur. Non semel autem in scripturis, ueluti Cherubim appellatur Deus; uel quod subiacent illi spiritus omnes angelici, uel propter propitiatorium, ubi erant Cherubim fabrefacti, unde Deus responsa dabat. Hic autem uertere etiam poteris. Qui in habitabat Cherubim, uel Cherubim inhabitator, quasi sedes beatas intelligens, ubi angelicorum spirituum est frequenter, forte à cognato uerbo בְּנֵי, id est, appropinquauit. dicitur sunt, uel q̄ subito adueniebant, uel quod Deo, tanquam ministri, familiares sint, nam qui Deo in diuinis seruunt, appropinquantes Deo dicuntur. Tu es rex solus omnium regnorunt. hebr. omnibus regniscis, uertere posses eodem sensu: Te solum uniuersa regna regem habent.

17. Aperi oculos tuos. in hebr. est in singulari, oculum tuum: & forte est phras, qua nos utimur, aperi oculum, id est, diligenter attende, & praecaue tibi. Denm uiuentem, seu uiuum, ad differentiam deorum, qui oculos habebant, & non uidebant, aures, & non audiabant. &c. no-

- tabant Inde Deum uerum , Deum uiuum : & sic quodam loco uocat Apóstolus Deum uiuum , & uerum .
- 18 Terras , & regiones earum : ad uerbum , terras , & terram eorum : & puto relatiuum possum esse pro antecedente , nempe dij : de quibus sequenti mox uerisculo dicitur . Possimus quoque sic uertere , uerū desertas fecerunt , uel anathematizauunt reges Assyriū uniuersas terras , & terram suam , id est , prouincias illas , quas nunc , tanquam proprias sedes , obtinent , prius deuastarunt , cùm eas de potestate incolentium eriperent .
- 19 Non enim erant dij : sic eneruat obiectionem Assyriū , qui uerum Deum ficticiū similem reputans ex uastatione aliarum regionum , ubi colebantur ficticiū dij , direptionem Ierosolymorum sibi au-debat promittere . Ezechias autem , quid fidem haberet , hinc fiduciam liberationis concipit , quid tantum Deus Israēl Deus esset . nihil mirum uero , quid reges Assyriū terras , quibus praeerant falsi dij , deuastassent .
- 20 Misit Iffaias . Ezechias in templo orabat , & Iffaias in domo sua responsa dabant , ut quantum deferendum esset , suo propheta ostenderet Deus , ut quām recte fecisse regem , quando ad cum magna tes illos misit , comprobaret : ubi ubi enim fuerit uir Dei , Deo aſſiſit , atque inde regibus , quid factō opus sit , significare potest , maximē orantibus , & ad Dei auxilium implorandum accurrenibus . unde intelligere possumus , quanto maior sit propheta , quam regis dignitas .
- 21 Post te caput mouit : geſtus ēſt ſublannantium , & illudentium , ut Ps. 22. quod adimpletum in Christo in cruce pendente , ostendit Matth. 27.
- 22 Cui extrobraſti : uim habet hac interrogatio . Nescis ò miser , contra quem conuiciatus sis ? ignoras , quantum ſcelus commiferis ? ò te miſerum &c. Super quem , uel contra : extollere uerū uocem , atque oculos , ſuperborum & iſolentium eſt . ubi grauiora dixit , uidelicet conuiciari , & probris afficer ; elationem oculorum reprehendit , quod perinde eſt , ac ſi dicere ; Ignorans miſer , Deum eſſe talem , contra quem uel uocem extollere , uel oculos in ſublime eleuare indignum ſit , & iſignis impietatis ; ac temeritatis , penitus obnoxium ſcelus .
- 23 In manu ſeruorum : uerbum uerbo reddidit uulg . ego ſenſum expreſſi , & hebr. uitau . Introibo altitudinem ſummitatis eius , uel celſitudinem , ſeu finem . celſitudine ergo extremitatis uocat hebr. extremam celſitudinem . quo ſignificat nihil arduum , nihil difficile reperiſſe in Iudea , cuius difficultatem non peruerit . Saltum Carmeli , hic de monte Carmelo ſermo eſt , non de fertili illa regione . Libanus autem , & Carmelus iſigines montes erant , & penetrata diffiſiles in Iſrael . at Assyrus curribus ſuis illos penetraſſe & pernios feciffe gloriatur . Quid ſi ſyluam Carmeli , Libani uocat ipsam cedarum , & fraxinorum ſpiſitudinem , ſeu conſtipationem , quo erat in Libano , ſicut ſegeta in Carmelo ? quaſi Libanus Carmelum haberet , & cedris , ut Carmel ſegetibus , abundaret ?
- 24 Fodi & bibi . ingentem militum multitudinem , aliorumq ; qui ipſam ſequentur , notat : quibus & riuios Aegypti exſiccati : ubi aqua deſeffit , putres effoderit , ex quibus tantæ multitudinib ; aquas haurirent . Quid autem נְהַר hoc Aegypti uerterim , non aggeres , licet de aggeribus Aegypti intelligentius ſit uulgatus , nihil tamen mirum : nam per paronomasiam נְהַר pro יָמִן uidetur ponit , ut ſupra 19 . Exaruerunt riui Aegypti &c.
- 25 An non audisti : ad Senherib dirigitur ſermo : ſed incertum eſt , de quo intelligenda ſint uerba , & relativa : ego , cum uideam eſſe feminina , quibus pro neutrī utinam Hebrei , puto hunc ſubfere ſenſum . Nunquid non audisti ò Senherib hoc iſpum , quod tu te feciſſe modò gloriariſ , me ab antiquo uſque feciſſe , & a diebus prioribus me id praecogitaſſe , & nunc adduxiſſe , atque opere compleuſſe ; ut ſeſſiſſe fierent , & redigentur ciuitates munita in ruinas aceruorum obrutorum . Quid olim fecerim hebr. à longinquō feci ipſam , uel iſpum , id eſt , quid olim fecerim , id eſt , paraquerim , de-creuerim . Ego plasmaui illud . optimè uulgatus relatiuum fecit neutrum : & de cogitatione , & formatione , que in animo ſit , eſt ſermo . Et nunc adduxi ſuſtenuit adductum ſuppluit coniunctionem , que certè in Hebreo ſolet deſeffe . Eradicationem : in Hebreo eſt infinitius irregulare , non male autem pro nomine accepti uulgatus , pro eradicatione , licet pro rumis accipi poſit . ego plaqum ſentum , uitato hebraismo , expreſſi , ut corruant in aceruos obrutorum , id eſt , ex ruina ſubito congeſtos ciuitates munita . uulgatus hoc diſtinxit addita coniunctione ; In eradicationem collum compugnantum , & ciuitatum munitarum : ſenſus autem ferè idem eſt : נְהַר tumores , ſeu uolutiones notat Hebreis : unde de flutibus ſoſe dicitur . quare ad hanc quoque modum ſic poſſe reddere . Et erit , ut rere faciat : uel illidat flutus compugnantis in ciuitates munitas , nam partipium וְעַד , rixantes , ſeu concertantes , uerti potest , ut Exod. 2. Ecce duo uiri rixantes &c. & hic ſenſus hanc eſt con-tinenendus .
- 26 Breuiata manu , uel breuiati manu , uel breues manu , id eſt , imbellis ueluti manci-

Contremuerunt .

- Contremuerunt : in preterito ſunt hæc uerba , ſed ut que preceſſerunt ſuperiori uerſu accipienda . nominiū autem , quo ſequuntur , proprias ſignificationes expreſſi . Quæ exaruit antè quām matureſceret : ſenſum optimè reddidit : ego uerba uerbi ; ariditas ante culmum . que omnia ſignificant , quām facile deuile ſint gentes per reges Affyriorum , ita diſponente Deo . at ſecuris gloriatuſ contra ſecantem ea &c. ne ſuprā dominus iſpi obiecit : & hæc uerba illuc tendunt , quare mox in eum inuebitur , & eius ſuperbiā traducit .
- 28 Habitacionem tuam : proberbia formā , ſeſſione , & reuaffeſſione , ingressu , & exitu . Solent Hebrei uniuersas hominiſ actions , mores , & uitam circumſcribere : hic ſeſſionem , exitum , & introitum tantum ponit . Infaniam tuam . uerbum וְעַד commotionem , uel de loco , uel metu , uel ira notat . ſunt autē infinitiū pro nominib ; Pro commotione autem ira non malè uulgatus infaniam uerit : eſt enim uerbum in quaarto , & ſeſſionem commouere ſignificat , id eſt , nulla cauſa ira exardecere , & concitare ſeſſionem , que non leuis eſt infaniam : quod ſequenti uerſu firere dixit uulgatus .
- 29 Superbia tua . וְעַד tumultus , ſeu ſtrepitus . Eſt autem ſermo de tumultuatione , ſeu ſtrepitū armorum : quo Senherib ſuperbiabit . hinc pro ſuperbia accepit uulgatus . uerum cū ab hoc iſpo nomine fiat uerbum eaurundem litterarum , quod contraria ſignificatione notat quietum , ſeu tranquillum , deinde & iſolentem eſſe , de quo ſuprā 32. quia otium , & quies iſolentiam parit ; hoc loco forte non malè quis iſolentiam uerteret . Circulum in paribus : quia ſurene non hominum eſt ; prefertim contra Deum , eum iam brutis confert : bubalis enim , & alijs non nullis animalibus anulus , ſeu hanus in naſus inieciſſit , ut hoc paſſo frenata circumducantur , & pareant : aſnis autem , & muliſ camu , ſeu habena , qua conſtringuntur maxilla .
- 30 Pomis . וְעַד , pro quo in lib . Reg . per metathesim litterarum ponitur וְעַד , & eſt , quod ſponte ſua , non ſaturnuſ nascitur : preterierat quippe iam tempus ſerendi . quare ſuader ; ut in fine illius anni , & toto ſequenti , contenti eſſent , ijs , quia ex arborib ; uel ex terra ſua ſponte germinante habere poſſent : fore autem , ut deinceps omni metu depoſito terra prouentibus fruerentur .
- 31 Id , quod ſaluum fuerit : ad uerbum , euafio , id eſt , qui euafirint . Mitterent radicem : 32 ſenſum reddidit hebr . addet radicem deorsum , id eſt , magna uir radices aget : uel iterum radices aget ; quo autem fruſtis uberrimos afferre debet , imas radices agant , oportet . Figurat autem per deorsum radicari , & ſenſum germinare , multiplicationem ex illis reliquijs designat : quod tu de multiplicatione uerorum Iſi aelitarum per euangelium intellige , ut mox propheta aperit : nam ut ſape dixit liberatio illa Ierosolymitanorum ciuium typus fuſt ſaluationis pauorum fidelium ab illa ingenti deuſtatione , que per peccatum in Iſrael facta eſt : illi autem ſemen fuerunt in toto orbe , & gentes paricipes fecerunt ſalutis , & ueros filios Abrahæ . quid cerè nihil , niſi amor domini effociſſet , quo pater illiſ ſuſt , & genus humana profeſſor . Vocatur autem interdum amor in ſcripturis Zelus , ut ſuprā de incarnatione myſterio , Zelus domini exercitum facit hoc .
- 33 Non occupabit eam clypeus : ſic legendum eſt , & uertendum . nam clypeum , ſeu ſcutum interdum Hebrei figurat uocant ſcutatos milites , qui primi ſolent murum conſeruare clypeis tecti . ſagittariorum autem munus eſt , ut aliquantulum à muro ſeparati non ſuſt obſeffos in muro ſecuros agere , & ascensum prohibere .
- 34 Própter me , & propter David &c. quando domini aut ſenſetipum tantum intinetur , aut ſenſos ſuos , quibus nihil antiquius fuit iſpum Dei gloria , uix poſte ſe contineare , quin liberet , ac bene faciat : unde illa petitiones , Fac propter temetipum Deus . Auerte faciem tuam à peccatis meis . Respic in faciem Chriſti tui &c. natura enim ad benefaciendum propensus eſt , & ſerui ciui in uotis ſemper beneficentiam habent : qua nihil diuinus ; ut qua ſimiles Deo ſumus , ut dicebat Greg . ille theologus . ubi quoque uideamus Deum , & promiſſiones ſuas ; & ſanctorum meiſta reſpicere , ut poſteris eorum , ſeu etiam regionibus , & popularibus corum benefaciat . quare pium eſt , ut ad ſantos cuiusque regni , uelut gentes ad ſuos tutelares deos , in calamitatibus conſugiamus : & propter eos nobis remiſionem à Deo flagitemus .
- 35 Egressus . cūm Deus , uel inuifibilis creatura aliiquid , quod ſenſu percepitur , operatur , egredi dicitur in ſacris litteris . unde & in euangelio exiſſe filius Dei dicitur , quando carnem affiumpit .

## Caput trigesimum Etiam.

Noua.

**I**N diebus illis agrotauit Ezechias ad mortem : & uenit ad eum Iesaias filius Amoz propheta, & dixit ei; Dispone de domo tua, quia moreris tu, & non uiues.

Et conuertit Ezechias faciem suam ad partem, & deprecatus est Iehoua.

Et dixit; Obscro Iehoua, memento, quo, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & corde integro, & bonum in oculis tuis fecerim. & fleuit Ezechias fletum magnum.

Et factum est uerbum Iehoua ad Iesaiam dicendo;

Ito, & dic Ezechia; Sic dixit Iehoua Deus David patris tui; Audiui orationem tuam: uidi lacrymas tuas. ecce ego addo super dies tuos quindecim annos.

Et de manu regis Assyrii eripiam te, & ciuitatem hanc: & circummuniam super ciuitatem hanc.

Et hoc tibi signum à Iehoua, quod factus sit Iehoua hoc, quod dixit;

Ecce ego reduco umbram graduū, quos descenderat in gradibus Ahaz, in sole retrorsum decem gradibus: & rediit sol decem gradibus per gradus, quos descendebat.

Scriptura Ezechia regis Iuda, cùm agrotaret, & conualuerit de morbo suo.

Ego dixi; In silentio dierum meorum ibo ad portas inferni: requisiui residuum annorum meorum.

Dixi; Non uidebo Iah, Iah in terra uiuentium: non aspiciam hominem ultra cùm habitatoribus scæculi deficientis.

Series uita mea recessit, & euauit à me ueluti tabernaculū pastoris: abrapi, uelut textor, uitam meam: à tenuitate audiē abripiebat me: à die usque ad noctem absumes me.

Supputabā usque ad mane: ueluti leo, sic confregit omnia ossa mea: à die usq; ad noctem absunes me.

Veluti grus, anser, sic stridebo; gemā, uelut columba: exhausti sunt oculi mei in excelsum: Iehoua fraus facta est mihi, recipere me in fidem tuam.

Quid

Vetus.

**I**N diebus illis agrotauit Ezechias usq; ad mortem: & introiuit ad eum Iesaias filius Amos propheta, & dixit ei; Hæc dicit dominus; Dispone domui tua, quia moreris tu, & non uiues.

Et conuertit Ezechias faciem suam ad partem, & orauit ad dominum.

Et dixit; Obscro domine, memento, quo, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto; & quod bonum est, in oculis tuis fecerim. & fleuit Ezechias fletum magno.

Et factum est uerbum domini ad Isaiam dicendo;

Vade, & dic Ezechia; Hæc dicit dominus Deus David patris tui; Audiui orationem tuam; & uidi lacrymas tuas. ecce ego addo super dies tuos quindecim annos.

Et de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam.

Hoc autem tibi erit signum à domino, quia faciet dominus uerbum hoc, quod locutus est,

Ecce ego reuerti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis: & reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descendebat.

Scriptura Ezechia regis Iuda, cùm agrotaret, & conualuerit de morbo suo.

Ego dixi; In dimidio dierum meorum uadam ad portas inferni: requisiui residuum annorum meorum.

Dixi; Non uidebo Iah, Iah in terra uiuentium: non aspiciam hominem ultra cùm habitatoribus scæculi deficientis.

Series uita mea recessit, & euauit à me, quasi tabernaculum pastorum: est à me, quasi tabernaculum pastorum: præcipia est, uelut à texente uita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: de manu usq; ad uesperam finies me.

Sperabam usque ad mane: ueluti leo, sic contruit omnia ossa mea: de manu usque ad uesperam finies me.

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo; me ditabor, ut columba: attenuati sunt oculi mei suspicentes in excelsum: domine uim patior, sponde pro me.

Quid

Noua.

Vetus.

Quid loquar? & [ quid ] dicet mihi; & ipse fecit. perambulabo omnes annos meos super amaritudine animæ meæ.

Domine ultra istos uiuunt: & ad omnia inter ipsos uita spiritus mei; somniare me facies, & uiuiscabis me.

Ecce in incolumente amaritudo, quam habebam amaram: & tu suscepisti animam meam ex fouea putrefactionis, quoniam proiecisti post tergum tuum omnia errata mea.

Quia infernus non celebrabit te; neque mors laudabit te: non intrebuntur descendentes in foueam ueritatem tuam.

Viuui ipsi celebrabunt te, sicut ego hodie: pater filij scire faciet ad ueritatem tuam.

Iehoua ad saluandum me, & instrumen-  
ta nostra traximus omnibus diebus uita  
nostra iuxta domum Iehoua.

Et dixit Iesaias; Samant massam sicuū, & contundant super uulcus & uiuēt.

Et dixit Ezechias; Quod signum, quod ascendam in domum domini?

Et dixit Ezechias; Quod signum, quod ascendam in domum domini?

**I**N diebus illis, uidetur hoc accidisse, cùm abduceretur Assyrus in Iudea ageret; nol certè cùm non dū omnino à metu Assyriorum essent liberati, ut apparet ex vers. 6. uide infra annotationem uers. 9. uerisimile autem est, quod ex marora, & animi angustia, quia per totum illud tempus laborauit, & ex metu, quem tam potens hostis intribat, quemq; sceleris populi, ob quod trahebatur Iudea in potestatem gentium, confirmabant & exigitudinem contraxerit plus rex: que phrasē Hebreæ ad mortem dicebatur, quod letalis esset. Diphonit. aliquid Hebreis idem ualeat; quod Latinis commendare, ordinare, decernere, ut 2. Sam. 17. Iehoua ordinavit, ut labo factaretur consilium Architophel &c. hic construitur cum lamed, quod interdum ualeat, de ut dicere posse, dispensatione de domo tua, de rebus tuis, & de tua familia. idem, quod nobis testamentum condere. Et non uires: si morbum speles, letalis erat.

Conuertit faciem suam ad partem, volum pūl. homines testes habere suarum lacrymarum, ut eas liberius fundant. neque sensu distinguit, cùm orari. Dūcum ex animo uolunt. Hic notandum est, quoniam affectus fuerit hic pīus rex precationibus, quem uidentur in omni angustia ad eas configere.

Obsecro, quæsto: Hebreis sunt interiectio, quibus uideretur uolunt, indicamus erga superiorem, cum ut flectamus: suntq; obsecrantis: hoc comprobatur ex Ps. 118. licet interiectio adhortans, quando non ad superiorem dirigitur sermo. Ambulauerim: dialektō Hebreao ambulare coram quopiam est, infernū ei. Exempla pāsum obv. In ueritate, hoc uere dicere paucorum est. plurimi enim, quem ore confinent, fatus negant: neque ali sunt, qui hypocritā magis cendi fint, quād qui olim se filios Abrahā gloriabantur, & opera diaboli patrabant: & nūc qui pro Christiānis habent uolum, & à sceleribus gentium, & infidelium non discedunt. Corde perfecto, uel integrō: propria enim acceptio uerbi. dīrō est integrum: perfictum: absolutum esse: per metapsin autem, habere pacem, quam Hebreus sermo consensum, concordiam, seu integratatem uocat. hic de integratate animi uideatur esse sermo, quis omne scelus excludit: quem Latinū integrum uata, scelerisq; purum dicunt: cui si addas, quod sequitur, bonum facere. Et nūl ex omni parte habebis. Quid optabilius hat conscientia in homine iā la mortuō? quod dō magis mirandum est, quod rex erat. O felicem uirum, quem tunc nulla pēpetratorum scelerum memoria diuexabat; sed mori nō lebarat, forte quod non dum haberet prolem, ex qua oriretur Moestas & nam cū Ezechias quindecim annos post

- hunc morbum uixerit, & Manasses duodecim tantum esset annorum, cum regnare cœpisset mortuo patre, ut ex libr. Regum apparet, tertium post annum cum genuisse uidetur ex qua etiam supputatione apparet, ageritudinem hanc eodem anno, quo Assyrius in Iudaam uenit, ei accidisse. nam regnauit Eze kias uiginti nouem annos, quindecim quidem post hunc morbum: ergo quarto decimo exortauit, quo & Assyrius uenit, ut habes supra cap. 26. Est & alia ratio desiderij uite longioris in sanctis ueteris testamento: quia uero non dum patebat aditus in calum, sancti illius facili, uitam desiderabant prolixorem, quod Deum possent celebrare, ut ex sequentibus apparebit, quare & ingentem imbre lacrymarum, acceptissimum Deo sacrificium, cum precibus effudit.
4. Et factum &c. brevis fuit oratio Ezechiae: neque quidquam à Deo legitur petuisse: sed desiderium cordis eius præstít ei dominus: & statim qui nuntius mortis fuerat, letum nuntium afferre iubetur.
8. Linearum. in hebr. eadem est vox: ubi uulgatus linea, horologum, & gradus uertit: & est à uerbo נָתַן, id est, ascendit: significatq; ascensum, & gradum, ac metaphorice dignitatem. non tam dubito, quin de gradibus in horologio, & solario, in quo lineis hora distinguuntur, sit sermo: at uulgatus sensum suo more doctè reddidit.
9. Et conuoluerit: hebr. & uixit: sed uulgatus erudit hebraicū uitanit.
10. Ego dixi. hoc cantico exponit Ezechias rex, quād graui morbo laborauerit, qualemq; se in eo gessevit, quid cogitarit, quid Deo dixerit; tandemq; quo modo à Deo fuerit sanitati restitutus: ob quod beneficium, quoad uixerit, laudes Deo pollicetur. primò ergo quid morbo oppressus mente uoluerit, narrat. Dixi, inquit, apud me, talia tecum uoluebam. In dimidio dierum. à uerbo נְהֹרֶת, id est, sicut, ac deinde quieuit, est nomen נֵתֶר, silentium, uel quiete; & quemadmodum ipsius uerbum (quid que perirent, in silentio sunt) pro cessatione interdum accipitur, praesertim in uoce passiuæ, de quo iam supra 15. dixi; ita hoc loco pro cessatione accipiunt plurimi, ex Hebreis: ideoque & uulgatus pro successione, decurvatione, seu dimidiatione accipit: ego propriam significacionem retinui, quid alijs sensus posset, nempe ut sine prole se mori doleret. Cum silentio, inquit, dierum meorum, morior, id est, non reliqua prole teste uita mea, absque filio, qui me uixisse testetur. Quæsiui. iuxta puncta, que nunc uerbo נְהֹרֶת, adhibita, uisuntur, est uocis passiuæ, secunda coniugationis, atque hinc habere sensum potest; Deesse mibi sensi residuum annorum meorum, priuatum sum, seu substractum est mibi residuum annorum. Sed talem constructionem non memini me legisse. quare cum uulgato cum punctis prima coniugationis legendum putavi, codem tamen sensu, id est, requisiui: sic enim Latini uerbo desiderandi abutuntur pro deesse. Desiderati sunt: decem uiri, id est, non sunt inuenti. & desiderare in iure modestiam, est non inuenire in eo modestiam: ita plane Hebrai uerbo נְהֹרֶת, utiuntur, requisuit, tam in actua uoce, quād passiuæ. Reg. 20. Si requirendo requisitus fuerit, id est, desideratus, sic Num. 31. & 1 Sam. 25. &c. Ergo, inquit Ezechias, reperi deesse mihi, & subtrahitos esse mihi aliquot annos: cum me florente erat, ad mortem rapi, uidetur: uidetur enim tunc natus fuisse triginta nouem annos, interea enim regnum natus uiginti quinque: erant autem iam elapsi quatuordecim.
11. Dominum Deum. hebr. יְהֹוָה, id est, Deum, Deum, inquam, de quo nomine iam supra dixi, quid idem sit, quid Iehova, hoc Ezeziel male habebat, quid uisione tabernaculi priuaretur per mortem. sciebat enim, eo tempore mortuos diuina uisio non frui, sed exspectandum esse redemptoris aduentum in regione mortis, & terra obliquioris, cui prefererent sancti uiri bleue uiuere, & landare Deum, at nunc longè diversa est ratio: cipiunt enim dissoluti, & esse cum Christo, & hoc multo melius indicant esse. Et habitatorum quietis, hebr. cum habitatoribus facili, nam uerbo נְחֹתֶה, id est, cessavit, desit, est nomen, quod sicut נְחֹתֶה non solum terminum, seu limitem, sed totum spatium, & regionem significat, quoque protendit; ita hoc, non tantum terminum, uite humanae, uerum totum curriculum uite notat, seu tempus determinatum humanae uite, quod citè deficit, & perficit: absolute tamen saculum dicere possumus.
12. Generatio mea, infra cap. 53. de nomine מִצְרָיִם, plura dicimus: seriem uita significare non dubito. nam revolutionem quasi sphericam notat: nostra autem uita tota in revolutionibus, ac uicissitudinibus consistit. Conuoluta est, iam supra dixi, uerbum נְחֹתֶה, significare: apparere, atque etiam euangelere, quando similem constructionem haberet: unde uerbo migrandi redditur: uulgatus per translatum esse, interdum uerit: hic conuolutam dixit: quia qua transferuntur, conuoluuntur, neque dubium, quin uerbum conuoluentem designet. Præcilla est, in hebr. est prima persona, presidi, abrupi. Dum adhuc ordiret, hebr. נְחֹתֶה, à tenuitate, uel pro tenuitate, uulg. hanc tenuitatem reculit ad texture: quasi dicit, in primis filii, presidiit telam meam: alij ad tenuitatem, que à morte erat. Pro tenuitate, inquit, abrupit me, id est, subito mihi uires exhausti, & macie me conficit. Possumus et tenuitatem pro capillis accipere metaphorice, sicut Cant. 7. Tenuitas capitis tui &c. que si

- singat Ezechias Deum in se iratum crinibus arripiisse: nam uerbum נְחֹתֶה plerisque de uariis dicitur, & ab ea autari condicione, quam habet rapiendi, ac cumulandi diuitias, ad quamvis alijs actionem, que studios, & magna animi contentione sit, transferatur: de quo non nihil supra in cap. 10. dictum est. De mane usque ad uesperam: hebr. à die usque ad noctem: quasi dicant, ex quo dies incipit cluescere usque ad noctem, id est, infra unum diem, id est, breuissimo tempore. Finies me: in hebr. est uel secunda persona masculina, ut ad Deum referatur, (est enim Hebreis familiaris personarum mutatione), in tercia feminina, & ad moribum potest referri, seu tenuitatem.
13. Sperabam usq; &c. הַיְלָדָה in secunda est adæquare, ut supra 28. Cum adæquauerit superficiem eius &c. transferiturque ad animalium, quando mente res conformius ad inuicem. quod Lucas de beata uirgine dixisse uidetur: Conseruabat uerba, conferens in corde suo: ita hic accipi potest. Nominem ducbam, inquit, in somnum, & mente uoluebam, quid ueluti leo, sic confringerebatur uirginea offia, ac membra mea; & quid tam brevi tempore uitam meam absumeres: est enim mutatione personæ: uulgatus uero, & square pro, aquo esse animo, accepit, & patienter ferre: sicut Ps. 131, ubi nos habemus, Si non humilius sentiebam, quidam uertunt, si non adæquabam, id est, si non fui equabilis, seu æquo animo &c. quo tamén in loco ego puto ad animi demissiōnem, atque humiliatatem referendum.
14. Sic ut pellus Hirundinis, duo sunt nomina, quorum prius נְנִינָה certum est equum significare, quod deinde uero: natans, quam gruem esse putant. uide Ierem. 8. alterum uero, נְנִינָה non nulli hirundines esse opinantur. Moses huius uis non meminit. uir quidam doctus, seruus auferens esse arbitratur, qui nocem similem gruibus edit, satis constat esse de earum numero, que statim temporibus migrant: Ierem. 8. & Columba, נְנִינָה. Hebreis nomen habet à preda, quid omnium præde patet, & obnoxia sit. Vnde pector: defraudatus sum: est autem fravis, uis quædam: ut non malus, uim pati dixerit uulgatus, & potest & sic uertit; fravis mihi scilicet sit, quasi se morte preventum ante tempus significat, & morbum; ac mortem incusat. Responde pro me: credo legendum, sponde: pro me id enim significat uerbum Hebreum נְנִינָה, tuum me reddi; sis mihi, seu meus fiducijs, & recipe me in fidem, ac tueriam tuam, re prime morbi, & mortis tyramidem; fac me quiescere isti aduersarij mei, quasi imploris uita mea diebus, me ablaturi, licet enim uerbum in genere commisceri significat: tamē metaphorice Hebreis hunc habet usum. Gen. 44. In fidem recepit puerum, Tsal. 119. &c.
15. Quid dicam, aut quid respondebit mihi? id uerbum; quid loquar, & dixit mibi, sed certe regredire est particula interrogativa: ut intellexit uulgatus, Quid loquar? & quid dicet mibi, & ipse fecit, id est, ipse enim fecit, & ac si diceret, Quid opus est uerbi, & quid de morbo conqueror? quid loquar domino meo? & quis quid mihi respondebit; cum morbum ipse immiserit? legendum enim, cum ipse fecerit, nam est tercia persona, נְנִינָה. Recognitabo: sensum uerit: uerbum Hebreum incedere significat: uide in Ecclesiastis, incedere animo, pro philosophari accipitur, ubi nos habemus desiderare quod nescias. at perambulare annos uita quid alia est, quād recognitare, ac recolere & sed quod sequitur, obscurum est: ego puto hunc subesse Jesum; Nihil aliud habeo, quod loquar, neque quod faciam, quam super amaritudinem animæ meæ: id est, oppressus hoc morbo molestissimo, mente uoluntate, quod annos uixerim: cosque etiam atque etiam numerando commemorem, & Deo dicam;
16. Domine sic uinitor, uel ut in Hebr. est, super hos uiuunt, mi domine, ultra hos annos, plerique homines uiuere solent. Si, particula expungenda est, & uulgatus, uiuunt uerbum, impersonaliter dicit: uerit: uiuunt: ego tertiam personam retinui, propter orationem, que sequitur: & in ipsis uita spiritus mei, id est, & inter eos, nempe, quād plures annos, quād triginta nouem uiuunt, posset quidem adhuc spiritus meus uitam ducere, & inter quinquagenarios, aut sexagenarios agere. Corripies me: uerbum נְנִינָה est somniare, & in tercia, facere somniare: possumus ergo hic ad hunc modum accipere, facies, ut agitudo hoc ueluti somnum, transeat, & dissolvat, & evanescat, & tandem sanitati restituatur, nam quid quidam dicunt etiam hoc uerbum significare pinguisere, iuxta illud Job, Incrassantur filiorum, ac crescent in frumento; ego tamen nihil aliud, quam somniare, puto significare: somniare autem, & crescere in frumento est, quod nos Lusitani dicimus, somniare cum tritico: uel alijs rebus, quas copiosè possidemus, & manibus semper uerjanus. Hunc sensum forte arripiens uulgatus, correptionem interpretatus est: nam correptio citè transit: nisi malimus somniare pro dormire, accipere: quasi dicas, dormire me facies, ac sanabis: non enim nocte somnum capiebat.
17. Ecce in pace, in pacem legendum puto: hac, inquit, precatus, mox salutem sensi: & amaritudine mea, qua ualde mihi amara erat, in pacem, seu incolumentatem subito uera est. Eruisti animam meam, puri. Hebreis est uoluptatem in aliquo habere, & fere semper construitur cum keth: semel autem, nempe hoc logo cum accusatu; & significat amanter suscipere, & iuxta dia-

Eum Hebreorum, supplendum est uerbum motus: quando uerbum quietis habet constructionem motus; acceptare ex fouea, & acceptando, seu gratificando, ex fouea eruire. hinc uulg. uerbo eruendi uerit. nomen autem non propriè foueam, sed perditionem notat: ita tamen vocant sepulcrum, quod ibi perdantur, & corruptantur corpora. Pro fouea autem corruptionis, seu, ut in Hebreis est, uertuflatis (quæ tamen per metalepsin corruptionem, seu putrefactionem notat) uulgatus sensum reddens dixit, ut non periret. Sunt qui בְּנֵי pro nibilo accipiunt, & hic foueam nibili uertunt, ut sit בְּנֵי cum iod: sed me latet, an alibi ita accipiatur: certè germana est, & usitata Hebreis, à uerbis in הַנִּזְמָן formatio nominum in iod finale: unde אֶתְנָזְמָן puto esse; id est, inuenetur auctum fuit; & reuolutam notare, ac deinde corruptionem. Omnia peccata &c. quid ergo suprà corde se perfecto ambulasse coram Deo dicebat? certè ille Deo inculpat dicitur Jerûm: non qui nusquam offendit, sed qui peccatis non adharet: sed mox ad se reuersus, errorem suum defici: rarissimi enim fuerunt, qui nunquam peccarunt. unde Bernardus ait; Beatitudo Dei est non posse peccare: at ille homo beatus est, cui non imputavit dominus peccatum &c. illis autem non imputantur, qui resurgent, & peccatum agunt.

18. Non infernus &c. in secundo membro repetenda est negatio: ut fecit uulgatus: neque mors laudabit te, inferni autem, & mortis nomine, mortuos significat, quos mox descendentes in foueam, seu lacum vocat. Exspectabunt: שׁבָּר cum dextro puncto, est frangere; at cum sinistro, est, veluti contraria significacione, scilicet oculis intueri: quod quia expectantes faciunt uerbo expectandi solent interpretes reddere: sed nihil obest, quod minus uerbo, intuendi reddamus, ut Nhem. 2. Et eram intuens in muros. Ps. 14. & 119. & 143. & in hac significacione est frequens Chaldaic uerbum. ergo uerbo spectandi reddi poterit. intueri autem, seu spectare. Dei ueritatem, id est, iustitiam, & equitatem, ponitur pro eam laudibus celebrare, quod nemo sit, qui in Dei ueritatem oculos figat, qui se contineat queat, qui eam admiretur, & in ipsis laudes prorumpat: quod enim hoc uerbi dixit, intueri ueritatem Dei, sequenti, notam eam facere uocat.

19. Viuens uiuens, seu uiuus, uiuus, inquam: & est singulare pro plurali. Sicut ego hodie, adeò acceptas Deo putabant sancti piorum hominum laudes, ut cum à Deo uitam peterent, & salutem, uel hoc tantum: se Deo reddituros promitterent: idq; à patre David dideisse uidetur. Ezekias, qui non uno loco, ut Deum sicut, obicit, non mortuos laudare dominum, sed uiuos &c. ergo Ezekias salutem consecutus, ad templum uiuens hoc canticum uidetur decantasse. Pater filijs: quasi dicat, hoc pium, & optandum est, & hoc ratio uidetur exigere, ut homines pietati uiuant, quousque filios generent, quos timere Deum doceant: quam: enim hoc sit Deo acceptum, satis indicauit ipse dominus in Genesi, cum magnificare uellet Abramum pro ratione subiectens, quod absque dubio docturus esset posteros suis, ut Deum coherenter &c. & David ipse uitam longiorem optabat: quam si obtineret, pollicebatur, se Deum laudaturum, & iniquos docturum uiuas domini. Notam faciet ueritatem: hebr. scire faciet ad ueritatem, scilicet uitam: uel erudit ad ueritatem, id est, iustitiae ueritatem.

20. Domine saluum me fac: hebr. Ichoua ad saluandum me: uulgatus, ut orationem optantis accipit: potest tamen esse asseuerantis; dominus fuit mihi ad salutem: quare Psalmos nostros &c. Psalmos nostros. uerbum מִזְבֵּחַ sonare, seu ludere, in instrumento musicali pulsare, seu tractare instrumenta significat. hoc probat locus de Davide 1. Sam. 16. ubi ter dictur de ludo, & qui siebat manus in cithara. De hoc iam quoque diximus supra 26. uide etiam 1. Sam. 18: in hebr. quoque est affixum prima persona singularis, instrumenta mea: quasi illa instrumenta, qua ad Dei laudes pulsabantur, essent ipsius regis. Quid autem dicitur, In domo domini, scio quidem doctos ex Hebreis. hy pro beth hoc loco accipere, sicut & uulgatus accepit: possimus uibolomius hy pro iuxta, interpretari, seu prope, ut saepe aliis, quod uidelicet iuxta templum circumuenient, canerent: & pulcherrima instrumenta musicalia, non tantum intra templum, ut & hodie plurimis in locis fieri solet, in festiuitatibus, & ad memorias sanctorum.

21. Hi duo postremi uerba inferuentur inter uerbum sextum, & septimum, ut apparet ex libr. Regum, ceterum quale ulcus fuerit, ignoratur: ulcus enim legendum puto: nam id significare apparet ex Leuit. 13. ubi uulgatus ulcus uertit, & Job 1. ulcere pesimo; & Deut. 28. uideretur autem, si etymologiam speches, sciri ex humore, qui quasi carnis supernat: cuiusmodi sunt maria ulcerum species, quorum non nulla sunt letalia. Madam nominis מִלְאָמָד non assignant Hebreis radicem: si conjecturis locus est, dicerem huius nominis usum Hebreis esse, quem apud nos Lusitanos nominis passa, cui non nunquam addimus iurus, non nunquam ficta, sed absolute, pro uis passa accipitur: ita Hebreis pro ficibus passis absolute accipiebatur: interdum exprimitur nomen figurum, ut hoc loco, & 1. Samuel 30. dicitur datum fuisse. iuueni fragmen. מִלְאָמָד caricarum quasi, fieret

fieret ex ficibus quadam massa in similitudinem cassei, ut nunc fit in regno Algarbiorum. Cataplasmarent: hebr. contundant super ulcus, id est, contusum imponant super ulcus.

22. Quid ascendam in domum domini. aliquando ex infidelitate, aliquando ex animi gaudio petitur signum: atque ita petuisse uidetur Ezekias. Notandum porro est, quod cum prophetæ à domino salutem; & quindecim ille annos uitæ promisso: insuper & liberationem à potentia Assyri: non signum salutis, non liberationis, sed quod ascensurus esset in domum domini petit, uidelicet quod ad hoc uitam optaret, & hoc maximè in uitis haberet plus rex, quemadmodum David, qui quanto tabernaculi illius desiderio teneretur, nix exprimere uerbis ipse potuerit: ut uel hinc uideamus, quanti fererint Dei laudes, Dei cultum, & figuræ tantum uerorum, & nostram desidiam, & ingratitudinem arguamus: qui in ipsa nauem uenimus ueritate.

## Caput trigesimumnonum.

Noua.

Vetus.

IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis litteras, & munera ad Ezechiam, postquam audiuit,

IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis libros, & munera ad Ezechiam: audierat enim, quod agrotasset, & confirmatus fuisset.

Et latatus est super ipsis Ezechias, & ostendit eis domum pretiosorum suorum, argenteum, & aurum, & aromata, & oleum optimum, & omnes domos supellestilis sua, & quidquid inueniunt est in recôditorijs ipsis. nihil fuit, quod non ostenderet eis. Ezechias in domo sua, & in uniuersa potestate sua.

Introvit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam: Quid dixerunt homines isti, & unde uenerunt ad te? & dixit Ezechias; E terra longinqua uenerunt ad me, è Babylone.

Et dixit; Quid uiderunt in domo tua? & dixit Ezechias; Omnia, quæ in domo mea, uiderunt: nihil fuit, quod eis non ostenderim, in reconditorijs meis.

Et dixit Isaias Ezechias; Audi uerbum Ichoua tecbaoth.

Ecce dies ueniunt, & auferentur quidquid in domo tua est, & quidquid reposuerunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dixit Ichoua.

Et ex filiis tuis, qui ex te prodibunt, quos generabis, accipient, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

Ecce dies ueniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaufizante runt patres tui usque ad diem hanc in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit dominus.

Et de filiis tuis, qui exhibunt de te, quos generabis, tollent, & erunt eunuchi in palacio regis Babylonis.

Et dixit Ezechias ad Isaiam; Bonus uerbum domini, quod locutus est, & dixit; Fiat tantum pax, & ueritas in diebus meis.

**R**EX Babylonis: quantum ex sacra historia possum coniugere, atque etiam ex profanis scri-  
ptoribus, postquam in Babylone regnarent Chaldei ab ijs; magno illo uenatore, ab Assyriis ui-  
dentur fuisse subiugati; deinde rursus per se regnasse, et bella inter se gefisse; & nūc Assyrios, nūc Baby-  
lonios superiores fuisse. certe translati Israele in Assyriā, ut appareat ex 4. Reg. 17. Babylon subiecta  
fuisse Assyriis uidetur. Quæ translatio fuit anno 9. Osee. & 6. Ezechieles regis Iehuda. nunc autē anno  
decimo quarto Ezechieles uidetur regē habuisse Babylon, & deinceps apud eum summa rerū fuisse: ita, ut  
Assyriis quoque imperaret. nam quando de captiuitate Manasses agitur 2. Par. 33. dicitur adduxisse  
dominus super Iudeos, regis Assyriorum principes: qui ceperunt Manassen, & duxerunt eum in Ba-  
bylonem: quasi Senherib occiso a filii, rebellarent Babylonij: ob quod amicitiam inire uoluisse regem  
Babylonum cum rege Iehuda uerisimile est, quem Assyrius diuexauerat. Audierat enim: reī  
ulgatus uia pro rationali particula accepit. nam in libro Regum כ' legitur hoc loco.

**2** Cellam aromatum. quid sit נָאֹת non plānē notum est ipsiis Hebreis. scri-  
bitur Genes. 37. & 43. hic autem, & in libro Reg. cum affixo, sine א': uulgatus aro-  
mata uerit: alij tamen esse genericum nomen, & res pretiosas significare putant. ego certè à nerbo  
נְבָן, id est, percussis exstincto descendere נָאֹת. & in Gen. 37. & 43. non dubito, quin sit, quod  
Greci, & Latini mastichen vocant, qua est resina lentisci, sic dicta ꝑ dentibus teratur, ac feriatur.  
at hic aliud nomen mibi esse uidetur: & facile assentior īs, qui tanquam genericum interpretantur res  
pretiosas. ergo fecit eos uiderū domum pretiosarum rerum: quarū res mox enumerat, argenteum, au-  
rum, aromata &c. Odoramentorum. בְּשִׂמְחָה aroma esse indicat locus Exod. 39. ubi quattuor  
species eorum numerantur, Myrrha, Cinnamomum, Calamus, & Casia. uide item Cant. 4. בְּשִׁמְמָה  
quidē odor pretiosus est: & ab odore sic dicuntur aromata. hinc credo deducimus nomen nostrū bejum.  
Vnguenti optimi: opobalsamum intelligo, quod in sola Hierichonte proueniebat. Apothecas  
supellestilis sua: possumus & armamentarium uertere. nam nomen instrumenta omnis  
generis nota, & de armis sive dicitur: sed & nomine supellestilis interdum non malè redditur.  
Fuit autem Ezechias diues, & inclitus ualde, & thesauros sibi plurimos congregauit, argenti, & au-  
ri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum omnis generis, ut habeat uulgata editio 2. Par. 32.  
In omni potestate sua, id est, ubique, & quocunque potestas eius extendebatur. quidquid  
ergo in toto regno dignum fuit, quod exteri ostendit, posset, omnia iusit ei ostendi: quod meritò tri-  
bus potest iactantia, & inani gloria: nam id scriptura in libr. Taval. his uerbis infinitare uidetur,  
Non iuxta beneficia, quae accepterat, retrahit, quia eleuatum est cor eius. & paulò pōst, In legatio-  
ne principis Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento, quod acciderat super  
terrā, dereliquit eum Deus, ut tentaretur, & nota fierent omnia, que erant in corde eius. quibus  
uerbis intelligimus, rebus proferis elatum fuisse cor eius: qua quidem elatio latebat: sed aduenienti-  
bus legatis, ut ei congratularentur de salute, & fauore Dei, quem tam admirando portento regres-  
sionis solaris testatus fuerat, manifestata est: ut uideat, quanto propiores ruina simus, dum nobis ex  
uoto succedunt omnia, quam cū in aduersis agimus. quod in Davide; & alijs quoque manifestum  
fuit.

**3** Quid dixerunt &c. unde uenerunt &c. confessionem extorquet, ut sententiam ferat.  
E terra longinqua. adhuc sibi placere uidetur: quasi enim iactabundus exponit, quod ex longin-  
quo, nempe ex Babylone ad se uenissent. Item interrogatus, quid uidentur; respondit, non solum quod  
omnia uidentur, sed & quod eis omnia ostendit, elatus nimirum adhuc, & non dum aliquid mali su-  
spicatus.

**5** Audi uerbum &c. uide, queso, lector, quod cū prospera nuntiat propheta, è domo sua per  
nuntios regi nuntiat, uidelicet ut nihil timeret, quod de manu Assur liberaret eum dominus, & ciuitatem  
&c. nuntium uero mortis per se ipse regi affert: nuntiavit quidem etiam recuperandam sanitatem:  
sed uerisimile mibi est, quod non dum à domo regis discessisset: statim enim flente Ezechia factus est ser-  
mo ad Iesajam &c. nunc etiam aduersa nuntiaturus aduenit: fortè quia non a quo animo tristitia audi-  
mus, necessaria est ipsa uiri Dei presentia, quæ metum, & reuenteriam incutiat. unde nomen illud  
Iehoua tēbath inculcat, & attentum reddit. Audi, inquit &c.

**6** Non relinquetur quidquam: Hebreis non relinquetur uerbum. suprà bis ponitur hoc nomen  
בְּרֵבֶד: quem hebraismus seruauit Lucas non semel. Transamus usque Betlehem, &  
uideamus hoc uerbum &c. Non fuit uerbum, inquit, quod non &c. id est, nihil non uiderunt &c. huic  
respondet pona, ut non sit uerbum, quod relinquatur: Babylonij ostendisti, ut eorū gratulationibus tu  
quoque gratiam referres: quibus ergo gratiam eorum promoteri studiuit, in eorum potestate deu-  
nient: luasque & iactantia, & imprudentia tua penas: nam nihil aliud hac tua iactantia es affectus,  
quam ut audius Babylonij ad ea diripienda accurrant, & animo hostili ueniant, qui nunc amicitie pra-

textu

textu aduenisse uidetur. Narrat enim scriptura in libr. Paral. 2. cap. 32. quod, ut interrogarent de  
portento illo regressionis solaris, uenissent: par igitur erat, ut eis Dei potentiam magnificaret Ezechias,  
ut Dei beneficiarius; & doceret iniquos uias domini, ut impij ad Deum uerum conuertentesur: ille uerū,  
ut iam erat elatus animo, omnia in suis laudes conuertit, & quod ad se uidendum uenissent ex terra lon-  
ginqua, sibi laudi duxit. unde in cum iustū exarxit duina uindicta, ut ea amitteret, quæ ipsum extule-  
rant: & quæ possessa fuerunt ruine occasio, rursus amissa resipiscere facerent, ut mox scriptura com-  
memorat.

**7** Eunuchi. סְרִים nomen peregrinum, seu Agyptiūm esse uidetur, quo is est appellatus, qui re-  
gierat à negotiis aulicis, maximè autem curandis cubiculis. hinc D. Heronimus uerit Eunuchs, id  
est, cubili custos. & licet illi quoque interdum castrarentur, ut de fide continentia minus suscep-  
tissent: tamen non omnes spadones fuisse constat ex non nullis locis sacra scripture.

**8** Bonus sermo domini: patientia sunt uerba, & errorem suum agnoscunt: idque ex libro Paral.  
apparet, Elatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam, & Ierusalem: humili-  
atusq; est postea, eò quod exaltatum fuisset cor eius, tam ifse, quam habitatores Ierusalem: & icci-  
co non uenit super eos ira domini in diebus Ezechias. simile quid legitur de impio illo Achab, qui, audi-  
ta sententia domini indignationis diuina plena per Eliam prophetam, humiliatus est, & dormiuit in sac-  
co, ieiunanteque; & ambulabat dimissi capite. unde dixit dominus Eliae, Vides humiliatum Achab?  
quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: sed in diebus filij sui infe-  
ram malum domui eius. Igitur ad uerba Iesaiæ tam rex Ezechias, quād populus humiliati sunt, & pa-  
nitentiam egerunt, dientes, iustum est dominum, & dignos se, qui omnia bona amitterent, quod Deo  
gloriam non dedidissent. Et dixit; Fiat pax &c. hunc seruum; quem uulgatus expreſſit, Hebreæ  
non reddunt, nisi interrogati acceperint: nam כ' interdum interrogat, ut suprà ostendi: estq;  
optantis. Putas ne, erit pax, & ueritas in diebus meis? Fieri ne potest, ut saltem diebus meis sit pax,  
& ueritas? & hunc seruum habet uulgata editio, si tanquam uerba deprecantis accipias; Fiat pax sal-  
tem in diebus meis. &c. idque confirmant uerba, quæ pro his habentur in lib. Regum ד' וְאַתָּה  
& dixit; O si fieret pax &c. uel nunquid fieri non poterit, ut sit pax &c. Nomine autem pacis, &  
ueritatis intelligi quidquid ad corporum, & animalium salutem necessarium est. sensus uero, quem in  
uersione sum fecutus, satis planus est. rectum est uerbum domini, quod locutus est, & dixit, nempe  
quod fieret pax in diebus meis. nam cū hoc se quoque indignum putaret, ex animo gratias agere uide-  
tur, & sententiam domini aquo animo suscipere.

¶ Et dicitur, ut uerba deprecantis, si tanquam uerba deprecantis accipias, fiat pax in diebus meis.

## Caput quadragesimum.

Noua.

Vetus.

**C**ONSOLAMINI consolamini po-  
pulum meum, dicit Deus uester.

Loquimini ad cor Ierusalem, & an-  
nuntiate ei, quod completa est militia eius,  
quod sumpta est poena iniuritatis ipsius, &  
quod recipit de manu Iehoua duplicita in  
omnibus erratis suis.

Vox prædicantis in deserto, Parate uiam  
Iehoua, rectam facite in solitudine strata  
uiam Deo nostro.

Omnis uallis eleuetur: omnis mons, &  
& collis humilietur: sitq; asperitas in plāni-  
tē, & elata in ualle.

Et conspicua erit gloria Iehoua, & uide-  
bit omnis caro pariter, quod os Iehoua lo-  
cum est.

**C**ONSOLAMINI consolamini po-  
pule meus, dicit Deus uester.

Loquimini ad cor Ierusalem, & aduoca  
te eam: quotam copleta est malitia eius:  
dimissa est iniuritas illius: suscepit de ma-  
nu domini duplicita pro omnibus peccatis  
suis.

Vox clamantis in deserto, Parate uiam  
Iehoua, rectam facite in solitudine strata  
uiam Dei nostri.

Omnis uallis exaltabitur, & omnis mōs,  
& collis humilietur: sitq; asperitas in plāni-  
tē, & elata in uias planas.

Et reuelabitur gloria domini, & uidebit  
omnis caro pariter, quod os domini locu-  
tum est.

z ii Vox

## IN QVADRAGESIMVM CAP.

Noua.

Vetus.

Vox dicentis; Prædica. & dixit; Quid prædicabo? Omnis caro foenum, & omnis pietas eius, ueluti flos agri.

Aruit foenum, corruptus est flos: quia spiritus Iehoua fluit in illum. profecto foenum est populus.

Aruit foenum: corruptus est flos, & uerbum Dei nostri stabit in eternum.

Super montem excelsum ascende tibi euangelizatrix Tzion: eleua strenue uocem tuam: euangelizatrix Ierusalem, eleua, ne timeas. dic cinitatibus Iudæa; Ecce Deus uester.

Ecce dominus Iehoua cum firmitudine ueniet. & brachium eius potestatem sibi uendicans: ecce merces eius cū eo, & opus eius coram ipso.

Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas adducet.

Quis mensus est pugillo suo aquas, & caelos palmo metitus est? & sustinuit ternario puluitem terræ; & librauit in libra mótes, & colles in bilance?

Quis metitus est spiritum Iehoua, & quis consilium suum scire eum fecit?

Quem in consilium adhibuit, & intelligere eum fecit, & exercuit eum in semita iudicij, & docuit eum scientiam, & uiam intelligentiarum scire eum fecit?

Ecce gentes quasi gutta haustri, & quasi leuitas bilancium reputatæ sunt: ecce insulas quasi tenuerunt operier.

Et Libanus non sufficit combustioni, & animalia eius non sufficient holocausto.

Omnis gentes quasi non [ sint ] coram ipso: plus quam nihilum, & inane reputantur ei.

Et ad quem assimilabis Deum, & quam similitudinem æquabitis ei?

Nunquid sculptile fudit faber, & uisor in auro distendit illud, & ligamenta argentea urit?

Nunquid penitus pro oblatione lignum, quod non putrefaciat, eligit: fabrum sapientem queret sibi ad confituendum sculptile, quod non moueat?

Nunquid non sciens? nunquid non percipiens? nunquid non annuntiatum est a principio nobis? nunquid non intellectus fundamenta terræ?

Qui sedet super circulo terræ, & habita-

Vox dicentis; Clama. & dixit; Quid clamabo? Omnis caro foenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri.

Exsiccatum est foenum, & cecidit flos: quia spiritus domini sufflauit in eo. uerbum enim est populus.

Exsiccatum est foenum, & cecidit flos: uerbum autem Dei nostri manet in eternum.

Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Ierusalem, exalta, noli timere, dic cinitatibus Iudæa; Ecce Deus uester:

Ecce dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo; & opus illius coram illo.

Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit.

Quis mensus est pugillo aquas, & caelos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ; & librauit in pondere montes, & colles in statera?

Quis adiuuit spiritum domini? aut quis confiliarius eius fuit, & ostendit illi?

Cum quo in iuxta consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiae & erudiuit eum scientia, & uiam prudentia ostendit illi?

Ecce gentes, quasi stilla stilula, & quasi momentum statera reputata sunt: ecce in stilula, quasi puluis exiguis.

Et Libanus non sufficit ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

Omnis gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputata sunt ei.

Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

Nunquid sculptile conflauit faber? aut au-

rifex aufigravuit illud, & laminis argen-

teis argenterius?

Forte lignum, & imputribile elegit: ar-

tissex sapientis querit, quomodo statuat simu-

lacrum, quod non moueat?

Nunquid non sciens? nunquid non audi-

ctis? nunquid non annuntiatum est ab oibis ab initio? nunquid non intellexisti fundamen-

ta terra?

Qui sedet super gyrum terræ, & habita-

tores

## IESAIAE.

136

Noua.

Vetus.

tores eius, quasi cicadae: qui extendit, uelut nebulam, calos, & expandit eos, uelut tentorium ad habitandum.

Qui ponit principes in nihilum: iudices terræ, uelut inane facit.

Nec dum plantati, neque dum sati, neque dum radicatus in terra truncus eorum erat, I cum subito fluit in eos, & areunt: & tempestas, quasi quisquilia eleuabat eos.

Et ad quem assimilabis me, & [ cui ] adæquabor, dicit sanctus?

Leuate in excelsum oculos uestrós, & uidete, quis fecerit hos: qui educit in numero exercitum eorum, & unumquodque eorum nomine uocat: præ multitudine uirium, & strenua uirtute, ne unum quidem subtrahat.

Quamobrem dicas à Iacob: & loqueris Israël, Abscondita est uia mea à Iehoua, & à Deo meo iudicium meum prætribit?

Nunquid non nouisti? an non percepisti? Deus aternitatis Iehoua creans extremitates terræ, non defatigabitur, neque laborabit; cuius intelligentia non est perscrutatio.

Qui dat defatigato uirtutem: & cui non sunt sunt uires, robur multiplicat.

Et defatigabuntur pueri, & laborabunt: & inuenies impingendo impingent.

Et qui intenti expectant Iehoua, comiurabunt uirtutem: enascentur alæ pelut aquilarum: current, & non laborabunt: ibunt, & non defatigabuntur.

**C**ONSOLA MINIATUM accepi propter uerba, quae sequuntur, loquimini, uocate &c. hinc incipiunt apertiora oracula de redemptione per Christum, ut deinceps non tam propheta uideatur Iesaiæ, quam euangelista. Verbum autem generaliter notat mutationem, effectus, seu animi: nunc eam, qua sit, cum quempiam dedit, uel facti panitet; nunc eam, qua sit commixtatione; interduum eam, qua sit consolatione: & de hac est sermo, quem uidetur dirigere ad prophetas, & ministros verbi.

2. Loquimini ad eorū, uel super cor: hebraismus est, id est, uerbis blandis lenite mestitiam eius. Gen. 50. Locus est Ioseph ad cor fratrum suorum. 2. Sam. 19. uers. 7. & 2. Paral. 30. & 32. & Osee 2. &c. Eandem prop̄ phrasim nos Lusitanū imitati dicimus loqui ad uoluntatem, pro adulari &c. Aduocate eam: hebr. uocate ad eam, id est, uocando eam dicite ei, annuntiate ei, quod militia eius &c. tria autem, qua hic ei nuntiare iubet, sunt, quibus illa consolationem accipere. & mestitiam deponere posse. Completa est militia: nomen ονομα, quod magis congrua uoce redere non possumus, quam militia. Largius patet Hebreis, ut quidam docti annotavit: est enim illis exercitus, seu statio, qua certo tempore, & ordine constituitur, sive in ecclesia, sive foris in bello: unde tam de ipso tempore, ut Job 7. quam de ipso ministerio dicitur, ut Num. 4. Omnes, qui ingrediuntur militia, ut faciat ministerium in templo &c. & Dan. 8. Et sanctuarium, & militia erunt concilio. vide supra 24. Quod autem hic dicitur, implera est militia, uidetur reddidum Mar. 1. Imple-

Z iii

tum est tempus, instatq; regnum Dei: penitentiam agite, & credite euangelio: quasi insinuit iam non esse militandum in tabernaculo, & consummatum esse ministerium Leuiticum: & iam nouam milicem exercendam, quam Paulus insinuans, & ad ueterem alludens dicebat 1. Timot. 1. Hoc praeceptum commendo tibi iuxta prophetias, quae de te praecesserunt, ut milites in eis bonam militiam. Dimissa est iniuritas illius. uerbum τοῦ προπτεῖ significat fauere, & bencouentia prosequi: & iuxta uariam constructionem hanc reddere necesse est: cum accusatio quidem nominis, uel pronominis, licet uertere uerbo suscipiendo, bene accipiendo, approbandi, & bencouentia prosequendi. quare Leuit. 26. optimè redditus uulgatus: Placebunt terra sabbata sua. codem etiam loco, ubi redditus, Orabunt pro impietatis suis, & rursus; Rogabunt pro peccatis suis, habet hebr. idem uerbum, & eandem constructionem, quam hic habemus. וְאֶת אָתָּה תִּשְׁעַל, id est, tunc bene accipient iniuriantem suam, id est, penam iniurias sua; agnoscantq; se insit domino derelictos, & pro meritis dignas penas tulisse &c. Vide locum, & ita planè uertendum esse indicabis, ut pro comperto. habeam ex hoc Leuitici loco, Iesaiam hæc uerba mutuatum fuisse, ut ad uerbum uerti hoc loco posse, Accepta est iniuritas illius: uel quod ipsa Ierusalem errorem sum agnoscens, approbet penam suam: uel quod Deus significet iam sibi satisfactum esse, & acceptas habere se afflictiones Ierusalem, que Hebreis etiam nomine iniurias significantur, ut non amplius punire decreuerit. Ut huc etiam referri posse quod præcessit, de completa militia populi, quasi bacillus in sufferendis aduersitatibus, & diuinis castigationibus seruierit, se exercevit, & quodammodo militauerit: at iam tempus illud, militiamq; completam: atque hunc bonum nuntium iubet ei nuntiari, uidelicet, nolle iam Deum ultra illum uexare: cui conuenit tertium membrum, quod sequitur, Suscepit duplicita &c. id est, satatio, superque castigata est. estque hyperbolicus sermo, qualis solet esse blandientis, & quasi seipsum reprobentis, quod sic duriter cum amico erigit: plus quam opus erat, indignatus sum: duplo, quam iustum erat, penas dedisti: ignosce, redeamus in gratiam &c. Hoc iubet dominus nuntiare Ierusalem: quo nomine intellige populum Dei, & filios ipsius: pro quibus filius Dei satis facturus erat, quos etiam ab omnere legis, & gravi illo ministerio erat liberetur. Cum ergo Deus, Christi filii sui afflictiones, ex gratia sua, nostras esset effecturus, ut sibi reconciliari possemus, quasi iam id factum esset; prophetas & populo hæc duo predicare iubet, nempe quod liberati sint a maledicto legis, & ad legis Mosaicæ observantias non ultra astrixi essent: deinde quod afflictionibus Christi filii sui fratribus nostri non adequa- le modo, uerum plus quam debitum esset, sibi satisficerimus. quod si ita acceperis, ut viros Christianos accipere dignum est, iam non hyperbolice est prophete sermo, sed uerissimam ueritatem continet. si enim multo maiora peccaverit homo, tamen Christi satisfactione, adiuuia iustitia satisfecisset; ut possit non contentus esse sola peccati remissione; sed & premium debeat petere; quod obedientia filij Dei debetur. Cum hac audis, Christi passionis meritum & gratiam; qualibet nomen dignatur est, cōgita. neque quidquam impi Lutheranismi in mentem ueniat, qui meritum Christi magnificat; ut etiam si perdire homo uuat, sibi nihil amplius faciendum paret, quam fidem Christum apprehendere, & quod agit, agere: quasi uero filius Dei portam, aperiusq; sceleribus, & timorem omnem sustulisset a peccatorum mentibus: etiamq; a peccatis abstineremus. Quale hoc, queso, beneficium fuissest? quid miseri suis sceleribus tam male medicantur? certè nihil aliud, quam peccare, & genio indulgere absque ullo timore uolunt: atque hoc nobis Christum contulisse, cæsis mentibus persuadere conantur. at nos, qui ab antiqua fide, dono Dei, non discessimus; Christum plenissimè pro peccatis nostris ita satisfecisse credimus, ut nihil amplius ad reconciliandum humanū genus Deo, sit necessarium. eiusmodi autem satisfactionis participes nos fieri banduquam posse affirmamus, nisi unum cum Christo fides spes & caritate facimus: ita ut nobis opera omnino ad salutem necessaria sint, quibus & Dei gratiam promeremur, & uirtute gratia, & filii Dei satisfactionis pro erratis nostris ex parte satisfacimus. ut non otiori, non in utrunque aurem dormire, non bibere, & inebriari nos uelit Dei filius, qui uenit, ut faceret sibi populum acceptabilem, settatorem bonorum operum. Credimus itaque cum Apostolis, nihil coram ipso ualere nisi fidem, qua per dilectionem operatur. quod certè non est Christi gratia, & merito destrahere, sed plus quam hereticis, deferre, ut qui illi tribuamus, posse horum ad eos iustum facere, ut ualeat ipius dono, & mereri uitam eternam, & pro erratis satis facere. Pro omnibus peccatis, hebr. in omnibus erratis, id est, Propter, uel potius in, id est, quandocunque ex-ranis;

3. Vox clamantis. quasi interrogaretur propheta, unde nam scribit tempus adesse, & quo statio di-mittenda est, & non ultra figuris agendum, aut diuitiis pernotandum: (tale enim erat totum illud le-gis ministerium) unde etiam scribit Deo iam satisfactum, iramque eius mitigatam: (hoc enim subvabat populo) responderet se audiire vocem eiusdem uiri in deserto: uocantis ad se, ad dicens: Parate uiam domini &c. Quis autem fuerit iste clamans, satis aperient Euangeliste: ipsi nanque Iohannes

nes Baptista interrogatus, quis nam esset, respondit; Ego vox clamantis in deserto &c. ubi nollem existimes, quid se vocem esse dixerit; sed se esse illum, de quo loquebatur Iesaias, quando dicebat; Vox clamantis &c. Sum, inquit, ille uocans, uel clamans in deserto, cuius uocem Iesaias uidebatur sibi audire, Parate uiam domini &c. iste enim erant uoces, quae statim explicat, quæ certè significabant: Deum iam iam adesse; Reclam facite Deo nostro uiam, dicebat, ergo cessare debent excubia: ergo reconciliatus est mundus Deo, & placatus Deus. nam si parandæ uiae sunt, homo factus aduenit, ergo non uenit, ut perdat hominem, sed ut saluet mundus per eum. Vides, quam merito dicat dominus, lex, & propheta usque ad Ioannem? nam illu adesse dixit, quem praefolabatur illi custodes, & uigiles, & stationari milites, seu exercitus templi, seu etiam longanimitas & patientia afflictorum diem, ergo cum adesse significaret, noitem finiendam, & abolendas figuram, satis ostendebat. adde, quod agnum ostendit, qui peccata mundi portaret super se. An non haec nuntiare iubet dominus, adueniente Ioanne Baptista, primis duobus uerbis? Clamantis: malui cum Euangelistis, & uulgato in genituio dicere: quamvis uerti posset vox clamans, uel uocans. In deserto. distincio Hebraeorum, & quod sequitur, in solitudine, fecit, ut Hebrei, & alij hanc uocem cum uerbo, parate, coniungent: sed ego neque distinctiones Rabinorum, neque eorum, qui illos sequuntur, auctoritatē, moror: cum uideam Euangelistas alter accepisse: neque enim Ioan. Baptista præcipiebat, ut in deserto pararent uiam domino: sed ipse in deserto existens, hanc præparationem prædicabat. exhibant enim populi in desertum, ut eum de præparatione uiarum domini prædicantem audirent. ergo haec ita accipe iuxta Hebraici sermonis consuetudinem, ac si ad hunc modum prophetæ dixisset; Vox clamantis in deserto; Parate uiam domini: vox clamantis in solitudine; Reclam facite semitas Dei nostri &c. Fator tamen posse accipi de conuersione gentium, que erant ueluti desertum, & in Carmel uerba sunt &c. Sed proptiam de Ioan. Baptista hic sensus aliqua ex parte uidetur labefactare. Parate. נָא in secunda coniugatione id est, ac faciem reddere, seu facere, quod res habeat faciem: neque aliquid habeat, aut sordidum, aut inqualitatem, seu indecentiam. de domo dicitur Genes. 2. 4. Abstuli impedimenta, & preparauit domū. itē Malach. 3. de uia, sicut hoc loco. quare uulgatus non male uerbo parandi, seu preparandi reddidit hic, & in Malach. &c. alij uerbo repurgādi, uide infra 57. uerf. 14. Dei nostri: ego dixi, Deo nostro, quia ita exigit lamed, alioqui non adeo manifestum erat, quod Deus ipse in carne adueniret: cuius aduentus, & umbras ministerij legalis pelleret, & reconciliationem facheret.

4. Exaltabitur, humiliabitur: futura pro imperatiuis accepi, quod Hebreis familiare est; ut sint hac, ueluti explicatio superiorum, scilicet quo pacto sint uia paranda, repurganda, seu reple facienda, uidelicet, ut nimis depresso, repleta eleuentur, & montes deprimentur &c. quæ singula non est opus explicare. sed in summa intelligere oportet, uelle dominum nihil inuenire, quod oculis ipsius displiceat. neque aliud est, quod Ioannes prædicabat, nempe ut penitentiam agerent, & prauitatem morum emendarent. uide prædicationem Ioannis, qua pro commentatori huius loci deseruit. Praua in directa: sensum reddere curauit. nomen ἄρνη αὐτῷ, quod est supplante, sensu huius, notat, quod calcatum ruere facit, & quod non satis ueritatem firmare, & asperitas dici potest. De corde quidem hominis Ierem. 17. dicitur. ubi etiam uulgatus prauitatem reddidit. ex opposito autem, eius significatio deprehenditur, nempe, רְנֵד, quod planitatem notat. Deut. 3. 1. Reg. 20. &c. ideoque ad aquitatem in moribus transfert, ut in Psal. Virga aquitans, uirga regni tui. ergo ἄρνη respondet nostro nomini, aperum, inaequale, & translatum ad cor significat, difficile ad penetrandum intelligentia, insidium, non sibi constans &c. Aspera in uias planas: sensum reddidit: ego uerborum significationes retinui: & idem ferè est, quod precedenti membro dicitur. elationes enim, quæ in uis sunt, difficultem faciunt ingressum.

5. Reuelabitur &c. puto in his uerbis contineri rationem, quare debeant uie preparari, & quare penitentiam agere dignum est, nempe quod inſtit reuelatio, seu manifestatio gloria domini, nam Ioannes in prædicatione sua hoc ipsum pro causa adducet; Appropinquauit enim regnum celorum. Quid autem est regnum celorum, nisi manifestatio glorie domini? nunquam sic conspicua facta est gloria domini, quam cùm mundo apparet Deus homo factus. olim nebula, seu fumus: è cuius medio emicabat ignis, & audiebatur vox domini, gloria domini dicebatur: quid ni ergo Deus in Christo munidum reconcilians sibi, & opera faciens, quæ nullus unquam fecit, & diuinam exercens potentiam, gloria domini dicatur? an non quando aquam in uinum conuerit, eo quod diuinam potentiam manifestauit, dicitur in euangelio manifestasse gloriam suam? uau ergo initio uerbi, pro rationali particula accipio: quæsi dicit, reuelabitur enim, seu conspicua evit: aderit: omnium oculis patetibit &c. nisi quis uelit dicere, in illa coniunctione, et, non solum causam tanti apparatus explicari, sed etiam rerum confectionem, arque cognitionem. quasi habeat morum correctio oculis ad diuinam gloriam uidendam, & intelligendum mysterium Christi, quibus carent mundani. Et uidebit omnis caro pariter;

quia quantum ex se erat, omnium oculis erat exposita illa humanitas, oculis, inquam, carneis: glorria quoque euangelij, & lux illa veritatis per totum orbem diffusa est, & omnibus innotuit, qui non di-  
lexerunt magis tenebras, quam lucem; & qui non commiserunt, ut Deus huius facili exacerbat mentes co-  
rit, ne fulgeret illis euangelium gloria beati Dei. Quod os domini locutum est, si id relati-  
nè accipias, ut interdum consuevit pro **יְהוָה**, ut Genes. 4. & Exod. 13. Iosue 17. Ps. 71. Eccl. Jen-  
sus erit, Videlicet omnis caro uerbum Dei: si autem pro quod, ut frequenter accipitur, sensus erit, si  
debit omnis caro, quam sit Deus uerax: quomodo adimplat, que promisit: quasi dicat, omnibus fieri  
manifestum, qua ego, & ceteri prophetæ uobis promittebant, fuisse promissiones Dei, uidetur ita-  
que, & intelligent Deum esse, qui illa promittebat: cum ueritatem promissorum, nempe Deum ip-  
sum in carne oculis suis conficiant. uel possimus sic distinguere, Et uidetur omnis caro, uidelicet glo-  
riam domini: quia os domini locutum est. Pro hoc uersu quinto **Luc. 3.** tantummodo habet, Et uidet-  
ur omnis caro salutare Dei. Salus enim, seu saluator erat illa gloria Dei.

6. Vox dicentis, uel uox dicens. audiebat Iesatas quempiam dicentem id, quod sequitur: & hoc  
facit ad id, quod suprà dixerat, precipere dominum, ut ministri uerbi populum consolarentur, popu-  
lum scilicet Dei, & electos eius: alioquin populo illi quid consolationis erat, cessare carnale ministerium  
templi; arescere, & emarcescere florem? uerum quia ad electos erat sermo, ad consolationem hec  
faciunt: & mi fallor, tria illa, que secundo uer. prophetæ promittebat, ad duo reducebantur, nempe  
cessationem ministerij legalis, & reconciliationem cum Deo: & quidem aduentus Ioannis, & prædicatio  
eius, præcipue utrumque continebat, atque confirmabat: iste autem uox, quam nunc audit prophe-  
ta, abolitionem gloria carnalis populi Israelicu uideatur continere. Et dixi: in hebr. & dixit in ter-  
tia persona: ego certè cum punctis participis legendum puto: sicut primo loco, quasi dictum sit, uox  
dicentis, prædicta: & [uox] dicentis, id est, respondens, quid prædicabo? Omnis caro foenum,  
uel gramen: totus cultus Israelicu populi, totumque illud legale ministerium, si que oculis cernuntur,  
tanquam consideres; si circumcidionem carnis, si purifications, si iustificationes à carnis immunditijs si-  
gnificatione spolies, uniuersaque huicmodi secundum se consideres, cum caro sint, & spiritu careant,  
feno merito ea conferes: idq; in auribus Iudeorum carnalium predices, necesse est: qui salutem sibi per  
huicmodi legis opera citra fidem, & absque Christi merito constare putant, neque nouum est, iustifi-  
cationes, seu ritus legis carnem, seu carnales dici, lege Paulum ad Heb. cap. 9. uers. 10. uidebisque  
ita ab Apostolo appellari, & ad tempus suisse instituta, tanquam pedagogiam. ergo hac eadem ratio-  
ne fano, seu herba comparantur, quod ad tempus tantum erant: uel potius, quod ita considerata, ut  
Iudei, qui in carne gloriabantur, uolebant, nullius essent efficacia, aut uirtutis. Non solum autem  
ministerium ipsum caro dicitur, sed ipsi Iudei, qui his carnalibus ritibus confidebant, hoc loco carnis no-  
mine confessi sunt. quod autem gloriarentur in carne, uide Phil. 3. Et omnis gloria eius, non  
nomen **יְהוָה**. Graci ferè semper nomine **יְהוָה** uerterunt: Paulus nomine caritatis, & dilectionis redi-  
didisse uidetur: denique non raro pro sanctitate, seu bonitate usurpat. certè locus **Offa 6** hanc uide-  
tur explicare, Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iebuda? misericordia uestra, ut nubes  
matutina, & sicut ros mane pertransiens. ubi est hoc ipsum nomen: & mox iterum eis obiicit, quid  
**יְהוָה** uel ab eis magis, quam holocaustum. quem locum adduxit dominus Matth. 9. ubi interpres  
Matth. nomine **יְהוָה** reddidit. non dubium autem, quin de affectu illo eo loco dominus loquatur, quo  
erga miseros peccatores tanguntur, quo eos non designaverit, sed potius suscipiantur, ut eis reme-  
dia impendamus, tanquam infirmis, & agrotis medici. Iudei autem iustificationibus, & riti-  
bus carnalibus contenti fidem, misericordiam &c. que potissima erant, non curabant. quare  
quid eis dominus sit facturus, rogat per prophetam. quid enim faceret. impis, & crudelibus? mis-  
ericordem etenim se solerit Deus exhibere **is**, qui misericordes sunt: at misericordia, & pietas apud  
Iudeos rarissima, ac tenuissima erat, ueluti nebula matutina, quam sol adueniens dissipat. quid igitur  
supererat, nisi ut duriter cum eis ageret? idem omnino hoc loco eis prædicare iubet, quod uniuerso co-  
rum pietas illorum uidelicet, qui in carne gloriabantur, effet ueluti flos agri, & exigui admotum tem-  
poris. non igitur mirum, quod uniuersa auferrentur, & ceſſarent. Ceterum, quod hic gloria nomine  
uerit uulgatus, quodque maius momentum habet, ipse Petrus Apost. hunc locum adducens nomine  
**יְהוָה** reddiderit, non te conturbet: nam licet nomen **יְהוָה** gloriam non designet, designat tamen san-  
ctitatem, qua illi tum gloriabantur, cù tamens omnium eius speciem, non autem ueritatem, aut uirtutem,  
posiderent. accipiunt ergo sanctitatem pro opinione sanctitatis, sicut dominus in euangelio eos uale-  
ntes, & iustos appellant, qui uidelicet medico non indigerent, id est, qui se iustos, & ualentes re-  
putabant.

7. Quia spiritus domini sufflauit in eo, uel potius in eum: uentus uehemens fœnum & exsic-  
cat, & flores agri marcescere facit: ita populum illum carnalem, uniuersaque eius sanctitatem, seu  
potius

potius sanctitatis opinionem tempestas, que à domino orta est, delcuit, immo & ipse domini spiritus  
ueram, & solidam sanctitatem docens, adeoque efficiens: inanem illam, & fucatam Iudeorum san-  
ctitatem traduxit, & uilescere fecit. Hæc ita acienda esse probat, quod sequitur. Verè fœ-  
num est populus: non dicit homines esse fœnum, (quamvis uerissime id dici posit) sed populum, ut  
de carnali illo populo, qui absolue nomine populi à prophetis dicitur, intelligi oporteat.

8. Verbum Dei nostri manet in æternum: euangelium intelligo cum Petro. Apostolo, qui hunc

locum adducens, dicit; Hoc est uerbum, quod euangelizatum est uobis, qui intelligimus promissiones  
uerbo Dei expressas, & insitiam euangelicam, adeoque populum ipsum Christianum, qui uerbo Dei  
adhæret, & eum tantum iustitiam ueram esse credit, quam uera uerbi Dei intelligentia, & interpre-  
tatio probat. Hanc autem intelligentiam, & interpretationem habet uno omnium patrum consensu,  
& traditione ipsorum, uniuersaliqe totius ecclesiæ approbatione: qui enim illos audiuit, Deum audi-  
uit: non à sensu uniuersius hominis, ut uolunt nosi heretici, qui à uerbo Dei excludunt traditiones  
patrum, & ecclesiæ interpretationes: suas autem nobis obtrudere uolunt pro uerbo Dei. quare illi sunt,  
qui Deum spernunt, quia sanctos patres spernunt.

9. Vbi stabilem, & solidam, semperque mansuram sanctitatem, qua euangelio, ac uerbo Dei, atq;  
eius ecclesiastica explicatione continetur, explicavit; iam propagandum euangelium, & uerbum  
domini de Ierusalem, id est, ecclesiæ excitaturum prædictum: ipsamque ecclesiæ inducit euangelizatri-  
cam, ut insinuet illam tantum esse euangelij prædicationem, quam ecclesia Christi approbat: & que  
consentienti matre ecclesia, immo iubente fit. penes ipsam enim mansit potestas, & iurisdictio, & in-  
dicum de doctrina, uelint, nolint heretici. Cum uerba autem, & participium מִשְׁמָרֶת sint femi-  
nina, non dubium, quin de Tzion, & ipsa Ierusalem sit sermo: & que, non, qui, sit legendum. ma-  
lui autem per nomen, euangelizatrix, reddeve, ut munus, & officium ipsius ecclesiæ significarem.  
Super montem excelsum. cum Tzion in monte eset, satis ostendit non de illa Tzion esse sermo-  
num. hæc autem, nempe ascensus in excelsum montem, uocis exaltatio, & depositio metus nihil aliud  
notant, quam euangelium magnacum audire, & animi contentione, totisque uiribus, & intrepide  
esse denuntiandum. Hoc illud erat, quod in euangelio dominus dicebat; Ire in mundum uniuersum, præ-  
dicare euangelium omni creatura: & illud, Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. & rurus,  
Ecce dedi uobis potestatem calendi super serpentes &c. & Ecce do uobis os, & sapientiam, cui non  
poterunt resistere omnes aduersarij uestrj, & rurus, Que in aure audistis, prædicate in rebus: atque  
ita eos fecisse sacra historie, seu ecclesiastica narrant. Dic ciuitatibus Indæ, ceteras ecclie-  
sias, & congregations ab una pendere, & illius prædicationi auscultare debere, uel hic locus fati-  
ostendit, rumpantur licet heretici. Ecce Deus noster: uester legendum est. materia prædicatio-  
nis est Christus dominus, neque enim Paulus se aliud prædicare dicebat, quam I E S V M Christum,  
& hunc crucifixum. tanti autem ponderis erat, tamque dignum, ut mundo innotesceret, filium Dei in  
carne uestræ, ut meritò montem considerere, & uocem exaltare iussit, ac metum omnem depellere.  
quare, ut ego quidem sentio, qui perfundor, aut molliter, aut trepidè euangelium prædicant, ad-  
huc que sit dignitas euangelij, ignorant, qui etiam aliud, quam fructum euangelij in prædicatione que-  
runt, adhuc quantum sit lucrum, & quanta dignitatis Christum annuntiare, non intelligunt. Deum  
legitimi præcones euangelij deferunt, Deum offerunt, Deum dant, quid huic dignitatì potest conferri?

10. In fortitudine ueniet: cum fortitudine, uel fortitudine, & obfirmato animo, quasi omnem  
difficultatem euifurus, & omnem potestatem extollentem se delecturus, ut reducat inobedientes ad  
obedientiam fidei, & debellat uniuersam tyrannorum potentiam. hec includit nomen בָּנֵי. Brachium  
eius, præcedenti membro nomine posuit, que non nisi Deo per essentiam competere poterant,  
ita coniuncta, Adonai, Ichoua, sustentator ille, qui est. Adonai enim interdum creaturis tribuitur,  
Ichoua autem nunquam, nisi uero Deo: neque coniuncta simul alteri competere possunt, ut Christum  
per essentiam Deum intelligamus: sed & humanitatem ipsius in brachio Dei accipio: per quam ueluti  
quibusdam brachiis omnem inimici potestatem debellavit, adeo ut loco ipsius, homo I E S V S adore-  
tur à mundo. Dominabitur: in hebr. additur pronomen, sibi, quod meritò uulgatus omisit.  
addunt enim huicmodi pronomina cum omnibus uerbis: sicut paulò ante, Ascende tibi in montem &c.  
nisi uelis hoc loco dicere, uirtutem brachij instaurari, quid sibi potestatem, & imperium peperit,  
& præminentiam sibi uendicauerit. quem sensum in uerfone mea expensi. Ecce merces eius. qui  
merces sit, que pro operis redditum, non dubium: at נַבְנֵי interdum ipsum opus, seu opera-  
tionem designat. Prou. 10. Opus insit ad uitam. & c. interdum autem ipsam mercedem, que pro opere  
redditur, unde pro uerbis Leuit. 19. Non pernoctet נַבְנֵי mercenarij tecum usque mane, habetur  
Deut. 24. Non pernoctet נַבְנֵי: ut pro eodem accipi manifestum sit. quare hoc loco idem bis dici-  
xit: quod familiare est prophetis. Dupliciter. autem hoc accipio: uel ut his uerbis circumloqua-

tur ingens studium, quo operi redemptio intendit dominus noster I E S V S Christus: qui enim pre-  
mium, & mercedem laboris coram habent; grauit laborant: quemadmodum Iacob, qui propter  
amorem, quo deperibat Rachelem, leue ducebatur multorum annorum, & amulatum, unde de domino di-  
cebat Apostolus, quod proposito sibi gaudio mortem suffluit confusione contempta: uel certe, hac ad-  
sequentia referantur, ut mercedem, & opus appeller propheti ipsos fidèles, & oues, quas ei pater  
tradidit; ut sit allusio ad Iacob pastorem, ut mox sequenti uersu uidetur: qui coram se ducebatur uxo  
res, liberos, & greges ouium: qua omnia merito mercedem, & opus suum dicere potuisset: quia  
in præmium laboris sui omnia illa accepérat. Profecto merces laboris, & mortis filii Dei fuerunt si-  
deles, quos secum ad patrem reduxit Dei filius. hoc est eius hereditas, ut in Ps. legimus. Postula a  
me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: ac de eo dicitur, quod  
ad hoc uenit, ut multis fratribus secum adducere.

11. Sicut pastor. ne quis putaret armis, & bello Christum imperium in terra obtenturum, & more  
aliorum regum propagaturum: ubi penes ipsum imperium orbis futurum dixit; mox eum, ut pastorem  
inducit, ut pastorale imperium eius potius, quam regale intelligeres; curaque, & dilectione erga ho-  
mines effectum: quod nemo aliis armis efficeret potuisse. In brachio suo congregabit agnos: id est, brachis complectetur agniculos, quos oues in montibus; & procul à caulis edunt, sicut solent  
pastores: idemq; mox notat, cum ait; In simu seu levabit, id est; deferer; eandem quoque curam, et  
affectionem continet, quod sequitur. Fecetas ipse portabit, sen deducit, id est, sensim ambulare fa-  
ciet, qua uentre gerunt, & granida sunt: hoc enim puto significare. ἡγετη participium plurale,  
uel etiam pars recens exonerata, & latentes, quasi sit significatio à uerbo. id est, ascen-  
dit, uide Genes. 33. & 1. Sam. 6. ergo latentes hic, vel facta dicere possumus. quid eas ita deducit,  
ut non magna itinera conficiant, aut nimis properent, id quod cuncti optimus pastor Iacob. Gen. 33  
ad quem hoc loco allusio: nibi uidetur Iesaias, figura enim fuit redemptoris nostrí: qui se in euange-  
lio optimum pastorem esse ostendit, quod animam ponat pro omnibus suis. Iacob autem ille gelu, &  
astu urebatur, & ut lupos arceret a gregibus, noctes ducebat insomnes. Vide apud Ezecl. quo  
pacio munia boni pastoris se impleturum promittet Deus: recole etiam parabolam in euangelio da-  
ou perdita, & humeris imposta: curam itaque, & prudentiam, & dilectionem in Christo domino hæc  
nobis commendant, & ut eadem ministri Christi exhibeant, semper optabo.

12. Quis mensus est &c. quorūm hæc nunc de potentia, & sapientia Dei à prophetâ dicantur, in-  
frā uers. 27. apparebit. nimirum quid infidelium mentibus, & ijs: qui ignorant Deum, quales erant  
Indorum plurimi, uix unquam persuaderi potest, Deum rebus hominum adesse, illas que curare, ni-  
hil eum latere, omnia prospicere, & omnibus prouidere ( quandoquidem quantum dexter Deus uerus  
ab alijs, quos pauci gentes sibi fingunt, non percipiunt) necesse fuit, ut intam: arduo mysterio, ad-  
uentus uidelicet Dei, & apparitionis in carne, in locum communem de Dei potentia, sapientia, ac pro-  
uidentia excurrexerit propheta, ut tandem omnem infidelitatem, seu disfidentiam à mentibus hominum  
auerteret, & ut Deo fiderent, persuaderet. Pugillo: Deum aqua maris ita contineat potentia sua  
significat, sicut homo pugno, seu pugillo contineat, immo tantam aquarum molem, potentia Dei  
collatam, esse rem adeò parvam, ut sunt aquæ, quas nos uola, seu fouea manus contineat, uel me-  
surare possumus. idem quoque intellige de immenitate celorum. Tribus digitis: hebr. ternario:  
senum uulgatus exprest: notat autem, Dei uirtute totum terræ globum ita in aere sustinere, tamq; fa-  
cili negotio, sicut ea, quæ nos tribus digitis è terra librata sustinemus. Appendix: propria uer-  
bi. significatio est sustinere, ut appetat ex affini eius. וְיַעֲשֵׂה, & ex Malach. 3. Ierem. 20. &  
Ierem. 6. Ioc. 2. Graci habent uerbum וְיַעֲשֵׂה: quo aliquoties pro sustinere, & posse utuntur 2. Cor.  
10. non enim sustinemus conferre nos cum quibusdam &c. & uote propemodum eum Hebr. congruit.  
Molem terra: hebr. puluarem terræ: ita totam terræ molem Deus contineat, ueluti si quis extremis  
digitis paullulum pulueris capiat. In pondere. וְיַעֲשֵׂה propriæ regula est ex eius extremitä-  
bus lances pendent, & pro ipsa libra capitur. De uerbo diximus supra Ies. 26. Semitam iusti regn-  
labis. In statera. וְיַעֲשֵׂה auris est: binc וְיַעֲשֵׂה, id est, due aures, id est, bilanx metapho-  
rice. Quid adiuuit. וְיַעֲשֵׂה hoc ipsum uerbum superiori uersu uulgatus uerbo ponderandi reddidit,  
sicut & Prou. 16. Spiritum ponderator est dominus: & Prou. 21. uerbo appendendi, & 24. inse-  
storem cordis dixit. Significat itaque propriæ uerbum hoc certò metiri, penitare, penitus persponde-  
re, & Grecis tantundem significat επιμέτρειν, dijudico. unde Apostolus 1. Cor. 2. & ad Rom. 1. red-  
didit, Quid cognovit spiritum domini, id est: quis penetravit mentem domini, ut rationes suarum  
operationum posset intelligere? Inaccessibilis planus est Dei sapientia: nam cum it amictus lumine, sicut  
vestimento repercutitur mentis nostra acies, neque lucem illam potest intueri. Aut quis consilia-

rius. hebr. & uir consilium suum scire cum faciet. ubi וְיַעֲשֵׂה pro וְיַעֲשֵׂה accipitur; aut certè re-  
petenda est interrogativa particula וְיַעֲשֵׂה quis uir. scire aut facere, uel denuntiare consilium, est He-  
breis consiliarium esse: & ita reddit etiam Apostolus.

14. Et instruxit eum: Graci, & ostendit ci: sensus planus est. Sapientissimi quique uiri, & reges  
alios solent adiubere in consilium. nam, ut est apud sapientem, Vbi multi consiliarij, ibi sanitas. at  
qui nam, inquit, sunt Deo consiliarij, qui ei aliquid in mentem reuocent, uel aperiant &c. ergo sa-  
pientia omnes superat.

15. Ecce gentes &c. posset quispam dicere, etiam nullus consilio indigat Deus, & omnes supe-  
ret scientia, & sapientia sua: homines tamen, quasi quidam terreni dij, ab eo magni estimabuntur,  
babreq; uidetur gentes, unde sibi placeant &c. hanc oblicationem etiam elidit. Momentum.  
nomen. וְיַעֲשֵׂה nota levitatem, & sumitur hoc loco pro temuissimo puluere in lances incidente,  
qui nullus est ponderis. non raro autem pro nube accipitur: Deut. 33. Tp. 89. pro aethere uidetur acci-  
pi. Insula quasi puluis. nomen וְיַעֲשֵׂה, id est, tenue, nunc adiectiu, ut Suprà 23. Puluis te-  
nus. Leuit. 16. Suffumento tenui &c. nunc substantiu Leuit. 3. Aut tenue, aut macula in oculo, id  
est, nubecula: & infra, ubi dicitur, qui extendit tanquam וְיַעֲשֵׂה celos; ubi pellem uertunt, tenuem  
nebulam dicere possumus: & eodem modo hic accipendum putarem. Exiguus. qua ratione nul-  
gatus uerbum וְיַעֲשֵׂה ut nomen accepit, ignoro: hoc loco ego potius putarem esse à uerbo וְיַעֲשֵׂה ge-  
minato, quam à uerbo. וְיַעֲשֵׂה & operive potius, quam proiecere, significare: quasi scribatur, Iatol.  
insule autem sepiissime nebula operuntur. ad hanc ergo naturæ confuetudinem alludens propheta, dicit  
facile esse Deo insulas omnes submergere, ac si illas nebula operiret. Nominé uero insularum, ut sepe  
dixi, intelligit remotissimas regiones, quas per mare adire solabant, ut erant Gracia, Italia, Hispania &c. non tamen reprehendo, qui uerbo proiecendi hic transferrent. proiecius autem puluis est, quod  
uulgatus dixit, Puluis exiguus.

16. Non sufficit: heb. non sufficientia accendere: sensus manifestus est. Si quispam Deum colendum  
putet, & pro dignitate illi uellet sacrificia offerre, qua iuxta devotionem offerentis, & placere Deo  
uolentis solent multiplicari; uniuersæ arbore, quas profert Libanus, ad ignem non sufficient; neque  
pro nihil universa, que nutrit animalia. Hic locus & Dei maiestatem, & sanctitatem continet;  
& quam ab alijs dijs distet, ostendit infinitus est, neq; adequare eius dignitatem, nisi ipsem potest.  
quare holocustum unicum illud, quo unigenitus Dei filius seipsum in atra crucis obtulit, efficit, quod  
totus Libanus, immo neque totus orbis si offerretur, efficeret. erat enim Deus, Deo aequalis is, qui  
offerebatur, & qui offerebat. Holocaustum: Hebrei ita vocabant, quid cleuareretur super al-  
tare, odorque eius in altum ascenderet in conspectu Dei: erat autem typus ueri, & perfectissimi ho-  
locausti Christi, qui exaltandus erat in cruce, & caritatis igne quasi exurendus pro peccatis ho-  
minum.

17. Quasi nihilum. וְיַעֲשֵׂה, quod defectum, seu cessationem notat Hebreis, interdum est nihil, nihil-  
lum: cum prepositione autem, mem, qua interdum comparationibus deseruit, ualeat, plus quam nihil-  
lum. Hac uera sunt, si naturam hominis, natura diuinæ conferas; ut uel hinc colligat homo, quan-  
tum Deo debeat, & quam merito exalamet propheta. Quid est homo, quid menor es eius, uel quia  
reputas eum? Quid dicemus nos, qui Deum pro homine hominem factum uidemus? certe si homo est  
plus quam nihilum, uere dictum est, Eximianu semetipsum, formam serui accipiens: erat enim ue-  
rus homo.

18. Cui ergo asimilabitis. cum potentiam Dei, sapientiam, maiestatem, ac sanctitatem commen-  
daret, nidebatur propheta id eo animo facere, ut in fabricatores, & cultores sculptilium inueber-  
tur. Sed quantum ego iudico, hoc quidem cursum facit. uerum hoc tendit tota oratio, ut fiduciam in  
Deum, ut dixi, suadeat. qua conclusio uers. 27. & sequentibus continet: facient ergo hec ad ean-  
dem Dei maiestatem commendandam, ac si ad hunc modum dicerentur; Maiestas Dei omnia humana  
superat, & homines ipsi si Deo conseruant, nihil sunt. quare insan sim, quicunque putant posse se  
Deum fingere, siue auro, & argento, ut faciunt diuites; siue ligno, ut faciunt pauperes. nam nun-  
quid non omnibus notum est, iam à mundi principio s; quo pacto, & quo auctore hic mundus prodierit?  
Equis ignorare poterit Deum terræ, & cycli, & fatigorem & moderatorem esse? illi comparati homines  
sunt ueluti cicadae, quinimum ipsi quoque principes ab eo in nihilum minimo negotio rediguntur: inter-  
dumque uix imperare incipiunt, cum subito euaneantur, uel tantillum sufflante Deo. manifestum igitur  
est insan esse, qui putant se Dei similitudinem posse exprimere, cuius opera sunt & celi, &  
omnia corpora celestia. tantius igitur cum sit, tamque sapiens, ne dicit Jacob &c. Pone-  
tis. וְיַעֲשֵׂה Hebrei est disponere, proportione, & ratione collocare, aequiparare. Prou. 9. Ps. 40. &  
Suprà cap. 30.

- 19 Nunquid sculpile. **הָדָר** optimè vulgatus interpres **in** pro nota interrogationis accepit: non enim narrat, aut affirmat propheta, ut quidam putarunt, sed sensus est; Nunquid dignum est, ut sculpile fundat faber **וְכֵל**, an si sculpile fundat faber in auro, vel argento, Dei similitudinem expressissime putandus est? Aut artifex. Hebrei usorem, exustorem, pro conflatore, ac pro artifice, qui igne aurum, vel argentum, vel quid simile confat **וְכֵל**.
- 20 Forte **וְכֵל**. Hieronymus in commentarijs pro nomine proprio, ligni quod cariem, & putredinem non sentit, accepit. quid autem sit **תְּרוּמָה**, non exponit. ego hic rursus **in**, initio positum notam interrogations esse putarem, **וְכֵל** autem esse nomen: nam si puncta alia apponas mischen, significabit eum, qui sine penu, & facultatibus est, ut Eccl. 4. ubi etiam vulgatus pauperem uerit, **וְcap. 9. at תְּרוּמָה** est nomen oblationis, & appellationem habet ab elevatione in altum. leuandum dicere posse, Exod. 25. & 29. &c. ergo ad uerbum sic est reddendus locus, Nunquid pauper leuandum lignum [quod] non putrefact, eligit, id est, nunquid si qui aurum, & argentum non habebet, lignum offerat, & Deo uelit dicare, ut ex illo sapiens faber simulacrum constitut **וְכֵל** putabitur ne Dei imaginem expressissime? Artifex sapiens quarit, quomodo constituat, vel artificem sapientem queret sibi ad constituendum &c. hac planè consuetudo erat, ut quicunque iuxta facultatem suam Deos sibi fabrefaceret, hic aureos, ille argenteos, iste ligneos. Pauper autem, ut uides hic tribuit studium querendi artificem sapientem, qui sibi ex ligno incorruptibili Deum efficiat: quasi hac diligentia uelit pensare materie uilitatem, adeo insita animis hominum est religio, ut Deum habere propitum, immo & presentem, ac familiarem querant. Quid non mouetur: sepe Hebreis deest relatinum, sicut hoc eodem uersu, quod non putrefact, in utroque loco suppendum est, ut in hoc fecit vulgatus. uolunt itaque Deum statibilem, non solum, qui non corrut, sed quod non putrefact, qui non intereat: cuius religio non labefactetur. qua tamen ab auro, & argento, & ligno expectare impium, & stultum est.
- 21 Ab initio. **וְאַתָּה** à capite, & de tempore interdum dicitur, Prou. 8. infra 41. & 48. Fundamenta terre: id est, Non ne iam olim notum uobis factum est, à quo habuerit mundus hic initium, & quis iccerit fundamenta orbis? non ne ab initio mundi hoc apud homines constitut, Deum esse auctorem totius mundi? Quid hinc colligat, mox inferet.
- 22 Qui sedet super gyrum &c. id est, is certè est, qui insidet orizonte terræ. & cùm in alto sedeat, homines humi degentes sunt locuti similes coram ipso &c. Velut nihilum celos, vel, ut nebula. **תְּרוּם** supra cap. 15. est autem hoc loco uerbum **תְּרוּם**, quod interdum est idem, quod **יְמִין**, quo usus est supra uers. 19. de extensione laminarum, & utroque infra 42. uers. 5. indifferenter utitur. uerum quia & multis alijs locis Deus dicitur extendisse celos, in quibus omnibus allusio est ad locum Genet. Fiat extensio in medio aquarum &c. ubi vulg. Græcos secutus, firmamentum interpretatus est. De quo loco quia est inter nivos doctos haud vulgaris controvèrsia, non omnino præter rem facere uidebor, si hoc loco, ubi dominus dicitur extendisse uelut nebularum celos, & ueluti tentorium ad habitandum, si qua fuerit illa extensio, aliquantum diffusius explicauero, præsentim cùm ex istius loci intelligentia, multi loci sacra scriptura fiant faciles. Verbum igitur **יְמִין** nihil nisi extende, seu expandere, nomen uero **יְמִין** extensionem, seu expansionem significare, loci in quibus uerbum reperitur, satius aperte ostendunt. ergo cùm initio Deus mundum crearet, primum supremum celum simul cum terra, & abyssu, id est, immensa aquarum mole, que quidquid erat inter calum illud, & terram, occupabat, eum fecisse non dubito: deinde inßisse, ut in medio aquarum fieret expansio quedam, & spatiu aeris, nimurum, aetherisque regio, que esset media inter aquas, & aquas, nam ex aquis factos celos, qui sub illo alio calo primo sunt, existimo; qui aquarum nomine in scripturis appellantur. Ita enim sunt aquæ super celos: nam super aerem, & expansionem illam sunt, qua etiæ calum dicitur. Hoc mihi manifestè confirmant uerba Davidis, qui in psalmo, ubi ordine creationem rerum attingit, dicit Deum extendisse calum sicut pellem, id est, tentorium, quando uidelicet intervalum, & aeris extensionem fecit aquarum rarefactione: cuius tentoriū superiora dicit operuisse aquas, seu contignasse, quasi huic mundi tabernaculo, seu amplissimæ domus, pro teatro dederit aquas, non quidem fluidas, sed constipatas & condensatas, atque in solidissimam naturam conuertas: ut isti omnino sint cali, quos Petrus ex aquis extitisse dicit, & forte qui in die iudicij sunt calore soluendi. est itaq; triplex calum, ut mea fert sententia, aereum primum, quod aquas, atque terram ambit: post hoc est calum ex aquis genitum, & in orbes illos, quos astrologi agnoscent, diuisum: tertium demum, quod est sedes beatorum: ad quod Paulus se raptum fuisse commemorat: quod calum cali dicitur, seu celorum (in heb. enim non nisi numero multitudinis dicitur celum) & propriæ celum, quodque primum celum dictum fuit: quo nomine postea secundum, & primum dicti sunt. Hunc ordinem uidetur David significasse, quando Ps. 148. ordine creaturas ad Deum laudandum invitans, primum Angelos, & spiritus exercitus

exercitus ex celis prouocat ad laudes Dei; deinde celos celorum, id est, supremū celum; subinde aquas que super celos sunt, id est, celos ex aquis factos, qui aereum celum operiunt. quæ etiam ordinem tres pueri in suo Canticō seruarunt. Hęc mihi uidetur de hac re simplicissima, & clara sententia, quam qui uoluerit tueri, facile se ab omnibus, que obici solent, difficultatibus expediat: quibus involuntur qui aquas elementales super celos collocant: quorum opinionē superioribus diebus docte confutauit Hieronymus Magius Anglensis in libris De conflagratione orbis, quos multa cum diligentia conservavit. Sed ad prophetam redeo, qui ut uires, ac potentiam Dei, ex uisibilium rerum contemplatione amplificaret, dicit, Deum tam faciliter celos extendisse, quam quisquam tentorum solerit extendere, ut sub eo se recipiat.

23 Secretorum scrutatores. **וְיָדָה**, quantum ex locis scripturæ coniugere possum, in quibus hoc nomen reperiatur, significat eos, qui proximum locum post regem obtinent, quales sunt confiliarij, legumulatoris &c. coniungitur ferè semper cum nomine regum. si etymologiam spectes, uidentur sic diti, quod gracilem habent, seu subtilem sensum in iudicandis negotijs, & in decidendis causis forensibus: interdum tamen apud Hebreos, quoquis principes designat. Prou. 8. conditores legum ueritutis uulgatus, sicut hic secretorum scrutatores. Abach. 1. uers. 10. tyranno uerit. Velut inane &c. potentiam Dei in regum, & principum perditione celebrat, qui mortalibus solent esse terrori.

24 Etenim non plantatus: id est, reges, & tyrannos statim initio imperij saxe auferunt, & de medio tollit, antè quā prolem generent, non relicta sobole &c. **בְּנֵי** non dum, nec dum, etiam non. Plantatus, satus: uerba pluralia sunt Hebreis: nec dum plantati erant, nec dum sati &c. Repente. sensum dōtē reddit ad uerbum, & etiam fluit.

25 Et cui assimilabitis me. repetit superiorē conclusionem: cui ergo assimilabitis me &c. quæ ta men non est precipua, & quam primò intenderat probare. sed accipienda sunt hæc, ut supra adnotui uers. 18. Et adaequatis: in Hebreis est prima persona futuri: sensus idem est.

26 Quis creauit hæc, uel hos, nempe celos **תְּרוּם**. Qui educit, id est, qui suis quilibet astra temporibus oriri facit, certa lege dierum, horarum, & momentorum numero seruato. **וְאַתָּה** exire faciens, id est, oriri, nam & ipse oriens, seu ortus Hebreis **וְאַתָּה** dicitur: quasi dicat, unde ortus, seu exitus: quia ex ea parte apparere incipiunt sidera, & astra. Fortitudinis. **וְאַתָּה** concupiscentiam illam prauam, & qua ex ea oriuntur, sapientissime notat: interdum tamen in bonam partem accepit, ut hic, & infra uers. 29. et pro ui, & efficacia, ut de Iacob Ojez 12. In concupiscentia sua certauit cum Deo.

27 Cum tantus, tamque potens, ac sapiens sit Deus tuus, ô Israel, quid igitur est, quod dicas &c. Iuc tendit tota oratio. Dicis, loqueris: futura sunt Hebreis, id est, dicere soles. Abscondita est: id est, non tangit Deum mei cura: me nescit, necqua sit uita mea ratio, intelligit, ac si me penitus, measque res non uideret: quantis affligat malis, & qua captiuitate premat, ac si ignoret, non curat. Iudicium meum, id est, causa mea præteribit à Deo meo, quasi dicat, Deus meus meam causam pertransit, negligit, indicare non uult: sine iure, sine iniuria mecum agant hostes, non attendit. sunt infidelitatibus noxes, & cogitationes: cuius est ingruentibus malis animum defondere. hanc auferre uult prophetæ a Iudeorum peccatoribus, & fiduciam gignere consideratione Dei potentia, & sapientia, ac bonitatis in eos, qui fidem non deserunt in aduersis.

28 Deus sempiternus. ab aeternitate Dei argumentum sumit, quod impium sit cogitare, illum res nostras posse ignorare, præteritum cum ipse orbem totum considererit &c. Terminos terræ, sine extremitatibus, id est, quidquid extremitatibus continetur, totum uidelicet orbem, potest autem dupliciter legi, Ichoua est Deus aeternitatis: ipse creauit terminos terræ: non defatigabitur &c. uel Deus aeternitatis Ichoua non defatigabitur &c. Non deficit, uel non defatigabitur: semper idem est, qui olim tuarum rerum ratione habebat, nunc quoq; habere potest: non est tedi, aut defatigationis capax, aut laboris, ut plus olim, quā nunc posit diminutis uiribus, sed neque sapientiam eius est, qui scrutetur: non est finita, ut eum quidquam nunc fugiat, quod clum notum erat: aut cui de novo quidquam posse accidere, quod non pertingat eius intelligentia.

29 Et ijs, qui non sunt, uel illis, quibus non sunt, uidelicet uires. Non solam inquit, ipse non defatigatur, sed defatigatis uires restituit, & plurimum roboris suppeditat. sequentes autem uerbi asserunt has, quas dominus dat uires, longè ijs præstare, quas natura conservat.

30 Mutabunt: commutabunt, id est, in dies noua uirtute donabuntur. huc alludit Paulus, quando se fortioriē dicebat, cum infirmus esset. nam eius infirmitas uirtute Christi pensabatur. & quando dicebat, quod licet exterior homo corrumperetur, interior tamen renouabatur de die in diem. uidetur autem esse metaphoræ sumpta ab armis, quibus fractis, aut retusis, alia, atque alia accipimus. Assument pennas: sensum uerit: Hebrei ad uerbum sic habent, Ascendent ala. uentur autem uer-



Noua.

Vetus.

rosolymis Euangelistam dabo.

Et uidi, &amp; non [ erat ] uir : &amp; ex illis, &amp; 28 nō [ erat ] confiliarius : &amp; interrogauit eos,

rusalem Euangelistam dabo.

Et uidi, &amp; non erat: neque ex ipsis quisquam, qui iniret consilium : &amp; interrogatus responderunt uerbum.

Ecce omnes ipsi concupiscentia, nihilum 29 Ecce omnes iniusti, & uana opera eo-  
opera eorum. uentus, & inanitas fusilia co-  
rum, uentus, & inane simulacra eorum.

- C**VM fiduciam in Deum superiori oratione Israëlitis persuasisset, hic iam ostendit, quanto id sapientius faciant, quam gentes, que idolis suis confidunt, inducit itaque Deum cum gentibus ueluti iudicio contendenter, uolentemque ut illi caussam deorum suorum agant, utpote quae muta sint simulacra, & pro se loqui nequunt, suam autem Deum ipsum agentem, cuius sunt ista uoces, Taceant &c. imperatiuus est, cessate ad me, uel silete ad me, id est, silenter, & absque omni strepitu me auscultate. cest enim eleganti hebraismi, ut uniuero alienum constructionem tribuat, suppleantque uerbum, cuius constructio exprimitur. perinde ergo est, ac si dicat; Silete, & auscultate me, id est, silenter attendite. Infulae: gentes remotissimas, ad quas per mare ibatur, sic uocant, ut erant Grecia, Italia, Hispania &c. per quas uniuersas gentes, que à religione Hebreorum aliena erant, intelligere oportet. Mutent fortitudinem. uide superiori capite uers. 31. nos diceremus, animum, ac iures colligant, ut postquam audierint, fortiter caussam deorum suorum agant. Ordo uerborum uidetur esse iniuersus; ut sc̄pē solent Hebrei scriptores facere. planus ordo hic fuisset; Commutent gentes uitrum: accedant: pariter iudicio appropinquemus: tacite auscultent me: tunc loquantur.
- Q**uis fuscitauit duobus tantum argumentis ostendit Deus se uerum esse Deum, gentes autem ficticios deos colere; & priori quidem sumpto à tempore præterito, posteriori uero à futuro: quod trahat in fine huius capituli, & sequenti prosequitur. prius ergo tantum consistit in iis, que Deus cum Abramino, & posteris ipsius egit. Iustum. p̄s iustitiam. uerum quia de Abramino erat sermo, & relativa, que sequuntur, ad iurum uidentur referenda; uulgatus per concretum reddidit: ego nomen iustitiae rectum, per quam iustum Abramum uoluit, data opera, prophetæ intelligere: quod ab eo uniuersa iustitia promanari; & pater iustitia, fidei fuerit: de qua Apollonius ad Rom. pluribus agit. Sufcitauit. non solùm autem Abramum aliud agentem excitauit, sed & in ipso iustitiam ipsam excitauit, seu adfecit. Ab oriente: Chaldaea ad orientem iacet. Sequeretur se. ḥād ad pedem suum: quod aut cum uulgato possumus accipere; uel, ut pedibus uocantem sequeretur, & pedibus iter conficeret. quod quanto humilius Jonat, tanto magis ad augmentum eorum, que sequuntur, facit: dedit coram eo genes &c. Cum hominem unum Deo uocanti obtemperantem, & ueluti pauperem pedibus iter consicentem, uidistis; quid magni ab uno hoc homine expectari potuisset, extorre à patria, & apud ignotas gentes peregrino? audite ergo: Dedit in conspectu &c. repetendum est. Quid dedit: uel sic, Dedit in conspectu sue gentes, & reges subiecit. [ deinde quasi explicaret quod dixerat ] dedit, inquam, gentes, quasi puluerem glaudine eius, & arcus eius subigit reges, quasi stipulam uento propulsam. atque hec interpretandi ratio, ex ipsa lingue proprietate, & consuetudine desumpta est &c. De uictoria autem Abramæ est sermo, quam habebat Genes. 14. quam non multo post quam in Palæstinam uenisset, obtinuit. Futura etiam sunt Hebrei pro præteritis, & per præteritum imperfectum, aut etiam in presenti tempore redditi possunt: sed hoc parui refert. Dabit quasi puluerem gladio: sensus constat secundum proprietatem Hebreæ lingue: nomina gladij, & arcus in recto accipio: gladius eius dedit gentes, & reges quasi puluerem, & arcus eius quasi quisquilius uento expulsas, id est, prælio fudit exercitum, & minimo negotio sine suorum sanguine reges uicit.
- T**ransfuit in pace: hebr. transiuit pax: seu integratio; id est, integer, incolunis euasit: nisi maius dicere, fieri aduerbiuim cum uerbo, transfuit, seu euasit pacificè, seu integrè, nemine ex suis amissio, nam & plur. huius nominis Ieremia 13. sic accipiatur. Semita in pedibus eius non apparebit: ad uerbum, semita in pedibus eius non ueni: sed ego posthabita ratione punctorum, que apponere solent Hebrei, nomen semita cum uerbo, transfusat, omnino coniungendum puto: deinde supplendum relativum, quod frequentissime omittunt: transfuit semitam pacificè [ quam ] pedibus suis non ingrediatur, id est, quam nunquam ingressus fuerat. nunquam enim Abramam bellum gererat, nunquam antea prælium inierat: quo miraculum auget, incoluem, & uitorem euasisse ex prælio, qui non fuit.

set unquam belligeratus.

- Q**uis &c. ille deos patrios reliquerat; idola non colebat; me uocantem fuerat secutus; dominus Iohannes dux eius fuit; ( ut alibi dicebat ) non erat cum eo Deus alienus; pauper, & peregrinus patriam reliquerat; apud exterios peregrinabatur; quatuor ecce reges cum suis uernacula debellat. Quis fecit hac? respondet ipse. Vocans &c. id est, is certè, qui secula ab initio uocat. De uoce ητη uide infra cap. 53. Vocare autem facula, siue generaciones, siue progenies ab exordio, est, ni fallor, quod Paulus uocat regem seculorum, id est, qui est auctor cunctorum, & moderator. qui ab initio uniuersa creauit, & uniuersorum prouidentiam haec. quid si queras, quis iste sit; Ego Ichona, inquit, primus &c. id est, qui ante omnia sum, & quem quando ultima uenerint, inuenient: à quo omnia, & in quem omnia.

**V**iderunt infulae &c. longinquæ nationes audientes, quanta per unum inuisibilis Dei cultorem Deus operatur: neque enim fama tantummodo credere uolentes proprie accesserunt: atque sic seruū habere intelligentes, metu, & tremore corripiebantur: nihilominus non despondentes animum multud se adhortabant, ut deos suos fabricarentur maiori, quam antea, studio; ut se religione, & cultu deorum defenderent a noua religionis professoribus, quinimum ut eos quoque, si opus esset, extermirent. ubi uides hominum inianam, qui cùm de abiectis diis ficticiis consultare debuissent, animum, & iures colligunt, ut errori antiquo insistant.

- C**onfortauit faber ararius: ararium legerem: nam habet articulum. פְּנִים: quasi dicat, faber fabrum exortabatur. פְּנִים est istor, conflator, quo nomine uocant Hebrei eum artificem, qui conflando, & excoquendo aurum, argentum, siue aliud metallum, quidquam operis efficit: פְּנִים autem fabrum absolute designat, tam qui in lignis, quam qui in lapidibus, quam etiam in metallis operatur. Percutiens malleo. omnis aliorum uerboribus, qua hoc loco uaria admodum sunt, (neque enim ipsi Rabini sibi constant) uerba Hebreæ examinabat, ut quam docte uulgatus Hebreæ expresserit, uideant, qui eum sine causa flagellant. פְּנִים quidem uerbum non percuteat significat: sed dispertere. dispertere autem malleo est diducere in partes laminam etc. unde non male dicit uulgatus, percutiens malleo. Eum, qui cudebat. פְּנִים pro participio uerbi accepit uulgatus, quod conuassare, pulsare, seu quid simile significat. nemo autem negare potest eam esse formam germanam participij: neque Pagninus alia ratione hanc uerionem reuicit, quam quia omnes interpres Hebrei dicunt non esse participium, que quantum ponderis habeat, norunt, qui quotiens ineptiant Rabini etiam in grammaticis, non ignorant. cum ergo non intelligerent Rabini orationem hanc, sunxerunt suo more פְּנִים esse nomen, & significare rem, que cuditur, laminam uidelicet, & bræcas &c. ego certè arbitror uulgatum recte pro participio accepisse: ac constructione plana est, hoc patet, Faber confortauit conflatorem; percutiens malleo, uel dispergents malleator [ confortauit ] eum, qui cudebat &c. neque hanc rationem constructionis negare possunt, uel ipsi Rabini. Dixerat autem, superiore uersu, quod alter alterum confirmaret, id iam hoc ueru exponit. Faber fabrum, malleator, malleatorem confirmabat. Tunc temporis. פְּנִים pro incide sunt etiam inter Hebreos, qui accipiunt: sed non aliud locum adducunt, ut hanc sententiam confirmare: ictum autem significare, nemo negabit: hinc pro uice. exempla sunt obvia. ego ut aduerbiuim accipiendo hic putarem: pro uicissim, quod malleator exhortaretur eum, qui iteratis uicibus, uel eum, qui secum uicissim runderat. uulgatus pro aduerbiu temporis accepit; neque male: sensus enim idem est, sicut Num. 24. uers. 1. פְּנִים reddidit, sicut aut: sensus autem est, sicut semel atque iterum. Glutino. פְּנִים à uerbo, quod adhævere significat, dicunt Hebrei nomen hoc significare coniuncturam, seu adhesio nem: hinc pro glutino accepit uulgatus: possumus tamen alijs punctis accipere pro nomine participiali, dabe, id est, adhærens, affecta: qui lateri alterius adhæret, ut sit sensus: dicens faber, & malleator adhærenti sibi, bonum est, uel bene est, iam aptum est, & perfectum, nihil iupr̄a: tuncq; clavis ferreis illud confirmabant, ne moueretur. Sunt autem qui hos tres uersus de genibus, que audito, quod proponuerat Deus de Abramino, timentes causa sua, se se mutuò ad idola defendenda adhortabantur. sed uerba priori expositioni magis suffragantur. nam de studio constituentium idolorum, & se se aduerbus cultores Dei inuisibilis cohortantium uidetur esse sermo. interim tamen mihi idolorum uanitatem elevar, & idolatrarum uefaniam amplificat. Huc quodammodo facit cohortatio illa Philiſtinorum 1. Sam. 4. quando aduenisse arcam Dei in castra Israëlitica intelligentes timuerunt, & ingemuerunt. Vero, dixerunt, nobis: quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorum? hi sunt dii, qui percusserunt Aegyptum omni plaga; confortamini, & esto uiri Philibrium, ne servatiis Hebreos; confortamini, & bellate &c. Ad hunc modum hæc uerba propheta accipio. nam ab historia illius temporis, & Abramino paulatim ad posteros Abramæ transit, & ea, que pro eis gesit Deus, ac tandem ad ueros filios Abramæ paucos illos, qui fidem seruarunt. quas transitiones, qui non ex frequenti pro-

IN QVADRAGESIMVM PRIMVM CAP.

- phatarum lectione animaduertunt, miserrimè decipiuntur, hærentq; sapienti, & quò se uertant, ne-  
sciant, saltem qua hoc loco est, manifesta sanè est.
- 7 Israel, Iacob, semen Abraham. iam uides, quòd ad posteros Abrabe uertat sermonem. non  
enim solum in ipsius Abrabe persone se Deus Deum esse ostenderat, sed multè etiam magis in semine ip-  
sius: Israclitas ergo cohortatur, ne sibi a ullis hostibus timeant, & ipsum habeant protectorem &c.
- 9 In quo apprehendi te. potest iuxta confutidinem Hebraici sermonis in relatioν **רְשָׁאָה** in-  
cludi prepositio, quam exp̄ess̄i uulgatus: quasi dicat, dominus, quòd dum vocauit, & apprehendit  
Abraham, in ipso apprehenderit eius posteritatem. siue autem ita accipias, siue non, uertasq; rela-  
tuum, & pronomen affixum per relatum tantum, ut superiori uerbi, quem elegi te, id est, quem  
elegi; & uerbi lingua Hebrei postulat, sensus tamen idem est. nam hoc innuit Deus, quod quando ē Chal-  
dea vocauit Abramum, in eo filios eius vocauerit. unde de Israele, id est, Israclitas dicit, quòd ab  
extremis terra eos vocauerit. A longinquis eius. nomen Hebreum, cubitos designat: attribuit  
autem hebraismus metaphorè mari, & terra manus, & brachia, quòd sinus, recessusq; habeant.  
Quod ergo dixit ab extremitatibus, idem repetit, à brachijs, seu cubitijs, seu receſſibus: ad quos se  
ueluti brachijs ostendit. Sensum uerit ulgatus. Habent autem appellationem hanc cubiti, quòd sub  
eis quidquam asseremus. credo esse, quas Latini axillas vocant, & pro concavitatibus accipi hoc lo-  
co, id est, abstruis locis, unde uidem amii uix educi posse, ut de educatione ex Aegypto in hoc secun-  
do membro posse esse sermo. Elegite. quando cum in populū sibi peculiarem elegit ex omnibus  
populis: neque unquam illos abieciſſe dicitur: quia ex illis Christus dominus secundum carnem, & re-  
liquæ sanctæ prodierunt, ex quibus constat regnum Dei, quod est omnium seculorum.
- 10 Quia ego tecum. dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo? dominus prote-  
ctor uita mea, à quo trepidabo? Ne declines, uel diuertas. **רְשָׁאָה** est animaduertere, licet  
iuxta uariam constructionem uariè reddi debeat. possumus etiam hic reddere, ne aduertas, id est, ne  
solicitus sis, nihil cures, ne circumferas oculos, ut quorum mens uacillat. & quia est in quarta, po-  
test esse sensus, ne temetipsum respicias: id est, ne ad te, niresque tuas attendas, sed ad me ipsum:  
qui sum dominus Deus tuus, qui te foueo, adiuento, sustento, ne cadas: & ista sunt proprie uerbo-  
rum Hebreorum significations: atque hanc ultimam interpretationem libenter amplector. Dexte-  
ra iuisti mei: hebr. iuisti mea: uulgatus accepit, ut suprà uerbi. 2. & de Mose, uel Christo do-  
mino possumus interpretari: si autem de iuisti Dei, id est, bonitate, ut sepe accipitur, nomen **רְשָׁאָה**  
intelligimus, planus sensus est, quòd Deus pro bonitate sua illos sustentari, protegerit &c. quos  
autem Deus sic suscipit, & fouet, nemo de manu eius poterit eripere: ut sit quod non uno loco do-  
minus testatur, propter semetipsum eos protexisse, propignasse, atque liberasse. neque enim quae se-  
quentur, ad tempora Mosis, uel alterius iusti tantum referri possunt, nisi Christum dominum intelli-  
gas; qui & iustus, & iuisti Dei dicitur, uerum ut, quod sentio, semel dicam; hic recenset prophe-  
ta non nulla beneficia, quibus dominus affectit populum illum, sed uerbi adeo genericis, ut & ad Mo-  
sis tempora, & ad posteriora referri possint: numerum quia & typum, & ueritatem simul insinuare  
uolebat Iesaias, ut sequentia manifeste ostendit. typum ergo, & ueritatem enarrabitur: nam hoc  
esse Christianè, & propriè prophetas interpretari, non dubitabit doctus, ac pius lector.
- 11 Ecce confundentur. Deo protegenti suos, hec sunt, que hostibus obueniunt, pudor, ignomi-  
nia, perditio, & omnimoda abolitio: quod iterum, atque iterum repetit, quia cum infidelibus loque-  
batur. Exemplo sunt Aegypti, & gentes, que in Palestina degebant. Viri, qui contradicunt  
tibi: hebraismus, uiri liis tua: quem docte molliuſt uulgatus interpres.
- 12 Quæres eos, & non: phrasis est usitata Hebrais, qua absolutum perditionem notant. Adeo  
inquit, abolebuntur, ita penitus tollentur, ut quamvis magno studio sois quæres, inuenire non possis.  
in Ps. Quæsiū eum, non est inueniens locus eius &c. Viros rebelles: in recto legendum est, uiri  
rebello: etiam hic hebraismus: docte uitauit: sicut mox uiros bellū tui uerit, bellantes aducysum te:  
quos ego in uerione retinui, quòd perspicui essent. Quasi consumptio. Hoc propria est signi-  
ficatio uocis **דְּבָרָה** consumptio, defectus &c. id est, quod absumptum, & deletum est.
- 13 Apprehendens manum: planior est oratio, licet sensus idem, siuertas, qui apprehendit dexte-  
ram tuam, dicens, neque enim est coniunctio in Hebreo, sed est **רְשָׁאָה**, cuius manus est aliquando, ut  
additum uerbo sit relatum, ut Genes. 46. Omnis anima dominus Israël, qua uenit. Ps. 18. Quia cingi-  
me uirtutem &c. exprimit autem humano more, gestum eius, qui alteri auxilium, & operam suam pol-  
licetur: solet hoc fieri apprehensa dextera: quod symbolum erat federis, & amicitia. Adiuni-  
scito, inquit, me non defuturum tibi, ita firmiter apud te statue, ac si res tam per alia efficeret.
- 14 Vermis: à rodendo dictus est hoc nomine uermiculus, qui lignum corrodit: Græci **τριχός**, La-  
tini teredinem dicunt. est autem nomen contemptus, ut Job 25. Quantò magis homini uermiculus, &  
filius

I E S A I AE.

143

- filius hominis uermis, & Ps. 22. Existimo autem prophetam in his uerbis insinuare statum Israelite-  
rum, quando à peccato quasi funditus uastati, paucissimi fideles reperti sunt, contemptibiles, & mul-  
tius pretij homines; quos elegit Deus, ut confunderet fortia &c. Huic interpretationis signum dat locu-  
s Luc. 12. ubi dominus ad discipulos suos dicit; Ne timeas pusille grex: quia cōplacuit patri dare re-  
gnum &c. nam quod sequitur, & qui mortui estis ex Israël, id est, quasi mortui reputati, &  
ut D. Paulus de se, & socijs ait, quòd esse nouissimi, & ueluti morti destinati, reddi potest ex  
Hebreo, ut in uerione nostra uides, Pusilli Israël, id est, pusilli Israeliteorum grex. nam à uerbo  
mortuus est, est nomen מִתְהַמֵּת, quod interdum mortuos, interdum idem, quod Latinis, mor-  
tales, seu homines, à condicione sua, significat: licet Massorites uarijs motionibus illud efferant, ut aqui  
uocationem uident. interdum etiam significat exiguum, pusillum, & infirmum cætum, qui est, uelut  
mortuus & mortali expositus, præfertim si immagno nominis, id est, numerus, aut ad-  
uerbio וְנֶסֶת, id est, parum. Genes. 34. Ego uero paucus numero. Deut. 33. Tribus eius sit pu-  
silla numero: & 26. Descendens in Aegyptum peregrinatus est ibi cætu modo: & Ps. 105. cum utra  
que dictione construitur, ut superlatiuum significet. סְמִינָה מִסְפָּר כָּמֹת, id est, paucissimi, & mul-  
tius pretij homines. hic autem licet sine illis uocibus sit positum, tamen non simpliciter pro uiris posi-  
tum appetit, neque pro mortuis absolute, sed pro hominibus, qui pro mortuis habentur: quales Apo-  
stolus se, & coapostolos non solum describit. Si typum hic queris, recole tempora illa, de quibus Ps.  
105. Cum essent numero brevi &c. Pertransierunt de gente in gentem, non reliquit homines nocere  
eis, & corripuit pro eis reges: tandem auxili populum suum ueberente, & firmavit super inimicos  
eius &c. si autem ueritatem, recole tempus illud, quo dominus discipulis dicebat; Nolite timere pusilli  
grex, quia complacuit patri uestro &c. quibus dedit potestatem calcandi super serpentes, & omnem  
uirtutem inimici: & nihil illis noceret, quos per universum orbem fecit uitores pergere &c. ut hoc sit  
quod sequenti uerbi continetur: quo similes illos facit trahere, seu rastro acuto, & nouo, & dentato &c.  
de qua uitioria in sequentibus plura.
- 15 Quasi plaustrum. nomen traham notat, seu rastrum, quo funibus bobus, aut alijs animalibus  
alligato gleba conteruntur: nam glebis comminuendis adhiberi traham, & tribulam legis Georg. lib.  
1. Tribulaq; trahend; & iniquo pondere raſtri. & non nullis in regionibus eisdem ferè instrumentis gra-  
na excutuntur ex paleis: plaustrum dixit uulgatus, idem omnino uolens significare. Triturans.  
רְשָׁאָה acutum: de sensu tantummodo fuit sollicitus uulgatus. quare & rostra ferrantia dixit, cum in  
hebr. sit nomen unum tantum plur. **רְשָׁאָה** quòd multa habeat ora, seu acumina: habent enim illa  
instrumenta plures, quos uocamus dentes: nomen autem oris, quo cibos incidimus, tribuant Hebrei  
gladijs & alijs rebus (ab ore etiam, apud Græcos, quod uulgo aciarum ab acie, que ex ea confici so-  
&, dicimus, σκοπεω appellatur.) quidquid quoq; aliqua re prædictum est, uocant dominum illius rei: sic  
hoc loco raſtrum uocat dominum dentum, seu acierum. Triturabis montes. pro glebis hic sub-  
stituuntur montes, & colles, id est, reges, ac tyranii: quos Israelite in typo subiungarunt, quosque  
Apostoli in heritate, uerbo Dei pedibus suis subiecerunt, in captiuitatem redigentes omnem altitudi-  
nem exzellentem se &c. hos quasi in puluerem redegerunt, quos humillimos reddiderunt, & preceptis  
piscatorum parentes.
- 16 Ventilabis eos. hic iam eos paleis, & quisquilijs comparat, quos suprà montes, & colles uoca-  
uerat: antè quād enim subiungarentur, montes erant: postea leuisimis istis rebus comparantur, in  
quas uim suam liberè uentus exercet. & quidem corporaliter olim Israelite eos abstulerunt, & in nibil-  
um redegerunt. spirituitaliter autem nō spiritus sancti, Apostoli eos debellarunt &c. Exultabis.  
quanta fuerit exultatio Israeliteorum, cum se uiderunt dominos regnum exterorum, omnibus no-  
tum est: quanta quoque fuerit gloriatio Apostolorum, cum se uiderunt subiectas fidei nationes gen-  
tium, quis explicare potest? de hac iam non nihil dictum est suprà cap. 9. Exultare autem in domino,  
dicit hebraismus, pro sanctis, & plè exultare, Deo honorem, & gloriam impendendo &c. Hic quoque  
recole interencionem Aegyptiorum, quos demersit Deus in mari, neque ultrà eos uiderunt: simul etiam  
exultationem Israeliteorum, que cantico illo Mosis coninetur, Cantemus domino &c. Aegypti enim  
fuerunt uiri liis, rixæ, & bellū horum superbiā contudit dominus &c. que omnia in figura con-  
gerunt illis.
- 17 Egeni, & pauperes: si hoc de itinere filiorum Israël per desertum uelis accipere, tanquam de ty-  
po omnia conuenient: non enim desertum illis fuit desertum, sed tanquam paradisi deliciarum. non  
defuerunt aquæ, neque panis de calo, & pro umbrosis arboribus, nubes astus tempore &c. immo cùm  
miraculo non uno loco erupserint fontes: quis dubitet, quin & huiusmodi arbores, quas hic commemo-  
rat propheta, illic creuerunt tot annorum spacio: sed nibilominus multò aptius mysterio, & ueritati  
stat conuenient. nam pauperculi discipuli domini, & omni humano auxilio destituti, aquis, & confo-

- lationibus cælestibus refecti sunt: & genus illud uite horridum, & necessitatibus, atque afflictionibus refertum, quod discipuli domini duebant, in delicia uersum est: tristitia coru uersa est in gaudium. nam egentes, multos locupletabant: & nihil habentes, omnia possebat &c. unde & dominus in euan gelio ait, quod flumina de uentre creditum in se, orirentur &c. quod dicebat de spiritu, quem accepti erant credentes in eum, ut ipse Ioannes interpretatur.
- 18 In lupinis: alij legunt supremis. νων Hebrae precipitum, seu præruptio est. ergo hic super præcipitijs, reddere possumus, id est, abruptis excelsis, atque innuis. Riuos aquarum: optimè reddit riuos: ego etymologiam retinui, ne ignoraretur: à uerbo enim κατειν, id est, egressus est, dicitur nomen, id est, exitus, egressus &c. egressus aquarum est scaturigo: egressus oris est eloquium, ut Deut. 8. Sed in omni egressu oris Iehona uiuit homo, id est, in eo, quod præcipit, promittit, aut loquitur. item 23. & Psal. 89.
- 19 Spinam. πονηρα qua arbor sit, ignoramus: Theodorio spinam uertit: Hieronymus scribit esse genus arboris nascentis in eremo, spina alba habentis similitudinem: ex quo arca federis, & omnia instrumenta lignea tabernaculi fabrefacta sunt: & addit lignum esse impetrabile, & leuisimum omnium lignorum, tam in fortitudine, quam in nitore soliditatem, & pulchritudinem superans: sed si in eremo nasci solet, quid mirum, quod in solitudine daret Deus sitam &c. quare et si infrugifer sint huiusmodi, qua hic commemorantur, arbore, non in desertis nasci eas passim merito quis credat, atque ad confessionem tabernaculi aliunde allatas, presertim cum ad construendam arcum, & instrumenta tabernaculi non magna lignorum quantitas necessaria fuerit. Post riuos autem aquarum, quos in solitudine illa Deus dedit, non dubito, quin omnes ista arbore illuc orta fuerint. Vlnum. qualis etiam arbor sit Tidbar, ignoratur. certè à fremitu, seu fragore uidetur dicta, quem à uentis agitata edit: Hieronymus ulnum uertit: sunt, qui pinum putent, quasi à resina appellationem habeat, aut à splendore, quem, si accendatur, edit. nam τοντον reflendere est Chaldeis, atque Hebrais, licet plerunque ad spiritalem lucem, qua abdortione, & commonefactione fit, transferatur. at quantum cognationem habeant litteræ ἡ & ἥ, est manufum: hinc existimo uocem latinam, Teda, originem ducere: qua primò arborem notat ex earum genere, qua resinam ferunt abundantiorem siccoc reliquis eiusdem generis, Gracia, δέλτα, δέλφιν. impropriè deinde dicuntur Teda, partes imæ piceæ sativæ, atque alia ligna, qua uel naturali pinguedine, uel oleo, pice ue illita facile modo lucent. Buxum: appellationem habet Hebrais à felicitate: quia semper uirat, & multitudine foliorum luxuriet.
- 20 Ut uideant, & sciant &c. id est, ita, ut negare nemo posse hac beneficio Dei inuisibilis fieri, cum nulli alteri populo alterius Dei cultori similia unquam contigerint: qua Israëlitis iussu Dei per desertum iter facientibus contigerunt: immo qualia Deus ueris Israëlitis postea præstvit. qua si quis pro dignitate consideret, non poterit non agnoscere nullius alterius uirtute hac eueniere potuisse, nisi uero Dei Q[uis] negabili Christum esse uerum Deum, si confideret dona, & uirtutes ipsas, qua de cyclo ipsius discipulū diuinitatem eius predicatoribus concessae sunt? certè aduentus spiritus sancti testimonium perhibuit ueritati: & predicatione ipsorum erat in signis, & prodigijs, & uirtute multa, ut testatur Paulus. Et recogitent: ad uerbum est in Hebreo, ut ponant. δικαιον ponere est; & quando pro cogitare, & prebē attendere accipitur, solent Hebrei nomē cordis apponere, ut 2. Sam. 18. Non apponit ad nos cor, id est, non curat &c. & ponere in corde est, quod poeta dixit, alta mente reponere: interdum tamen (ut hoc loco uides) absolutè accipitur, pro recogitare, ut uulgatus uerit, ut etiam Job 4.
- 21 Propè facite. batheus caussam suam Deus uerus egit, & ex operibus suis nempe, qua cum Abraham, & posteritate eius egerit, ostendit se uerum Deum esse: iam gentes urgeat, ut caussam decorum suorum non deferant. קְרָבֵנִי coram afferte, accedere facit, id est, proponite iam caussam ueris. Si quid forte: forte hic nomen est, id est, si argumenta alicuius roboris haberis, adducite ea, quibus confirmetis deorum uestitorum diuinitatem. ηδόνη enim sunt confirmationes, seu corroborations, quas quisque pro se in iudicio afferit: qua sunt in oratione, ueluti ossa, & nerui in corpore. Rex Jacob. data opera regem hic uocauit ipsum Deum insigillationem deorum aliarum gentium; qua cùm eis cultum tanquam dij exhibeant, ab eis tamen non reguntur, neque proteguntur, sicut Israëlitæ à Deo suo.
- 22 Accendant, uel adducant, inquam, afferant confirmationes: quia uero posset diuinitas comprobari uel ex predictione futuorum, uel etiam enarratione præteriorum, id est, qua iam olim fecissent, urgeat. Priora, qua fuerunt, nuntiate. ad uerbum, priora, aliquid ecce nuntiat, id est, quidquam eorum, qua præcesserunt, coram nunc narrare nobis. Et ponemus cor nostrum: sic omnino habent Hebrae: de quo suprà uers. 10. Et sciemus nouissima eorum. si quidquam,

- que olim fecerint, nobis annuntiaueritis, inde ratiocinantes, que nam futura deinde quoque sint, intelligemus. Eorum: in hebr. est pronomen femininum: & ad deos referri non potest; sed pro neutrō accipiendum est: quasi dicat, ex his, que Deus cum patribus nostris operatus est, licet conetur, quem finem illæ res habitur, quoque sint (ut in superioribus exposuimus) tanquam ex umbris, ueritates. ita si qua priorum nobis annuntiaueritis, que dij uestri operati sint, colligere aliqua ratione poterimus, eorum rerum exitum, atque finem aliquam ex parte intelligemus. Et qua uentura sunt. hebr. particulam 18 ut disuinctiā, sicut Leuit. 1. de turturibus, uel de pullis columbae, hic libenter accipio, & non tam uentura, quam uenientia interpretor uocem תְּאַבְּנָה, id est, instantia, & qua iam à tergo instant: quasi dicat, si neq; futura prædicere, neque præterita enarrare possint, saltem uel qua iam uenient, que uel mediocriter prudens uir prædicere, aut annuntiare posset, nos percipere faciant.
- 23 Annuntiate &c. iterum repetit utrumque membrum, urgetque, ut ex altero istorum capite ostendat se esse deos: uel que postmodum futura sint, nuntiate: uel quidquam boni, aut mali facite, ut sciamus uos esse deos. Et loquamur: potest esse sensus, & uersi uulibus ad nos mutuò pariter rem examinabimus, atque tractabimus, quo nam honore digni sita &c.
- 24 Ecce uos &c. obmutescitibus tam idolis, quam ipsorum cultoribus, concludit ipse Deus summa cum detestatione, atque contemptu, quasi dicat, Q[uis] uidregeo? quid immoror? ecce multò minus, quam nihil estis: & tantum abest, ut aliquid boni, aut mali facere positis, ut opera nostra inanis, & nulla proficis sint, & minus habent ponderis, quam sibilis quidam &c. uulgatus propositionem, mem, pro a, uel, ex, accepit, ut sepe solet. esse autem ex nihilo, hoc loco, est esse fictios deos, neque ab aliqua ueritate ortum habuisse, sed inani, & stulta imaginatione quorundam hominum: quo nomine abominationis statim notat. possumus autem mem, pro particula comparationis sumere, & sensus erit, quem iam apposui.
- 25 Suscitai. uidetur esse conclusio prædictorum cum quadam illorum capitum duorum repetitione: quasi dicat, me ergo pro Deo colere deberet totus orbis: qui qua præcesserunt, feci: que uidelicet iam audiisti, nempe quod uocauerim ab oriente uidelicet à Chaldaea Abramum; & deinde ab Aram, qua ad septentrionem sita est: de quo cum esset mei nominis cultor, & me solum pro Deo coleret; & ipse per se, & posteros suos, reges concularit, quasi lumen, nemo dubitare potest, an id uirtute mea fecerit. alterum autem caput de futuorum cunctu repetit uersus 27. atque hunc puto germanum huius loci sensum. Vocabit nomen meum: ad uerbum, uocabit in nomine meo, id est, invocabit nomen meum, uel uocabitur in nomine meo, id est, me coler: uel mei cultor appellabitur: & est futurum pro præterito. Adducet, uel inuadet magistratus: hebr. נגידים significat magnates in magistratu, sicut & Berodus scribit significare illos, qui magni sunt, & pontificatu funguntur. quam facili autem negotio, & Abraham quatuor reges, & Israëlitæ plurimos concilauerint, notum fatis ex sacra historiæ est.
- 26 Q[uis] annuntiavit. quis ex uobis, δικαιον seriem prius cognouit, aut prædixit? dicte supp. ut sciamus, quis nam uerum sit. Et à principio: idem repetit: & dicit, quis ante a istuc prædicerit, & cum iustum prouantibus, id est, laudabimus, & eius laudes decantabimus. iustificare enim quenquam in sacris litteris, interdum est idem, quod laudibus celebrare. nam iustum tantum laus est: & iusti tantum sunt digni laude: uel potius hic iustum prouantiae, est pro absoluere, & sententiam pro ipso ferre. superius enim deos, & deorum cultores quasi in iudicium uocauerat. Si quis, inquit, uestrum est, qui præterita ante quā eueniunt, præixerit, dicte, quis sit, & uictor ex iudicio prodibit, palmarumque referet? neque erit, cur deinceps dicamus, quod non sit Deus; immo ab hac labo innatus pro Deo deinceps habebitur. Sed non est &c. optimè reddit uulgatus sensum: sed frustra expectamus: non est quisquam, qui annuntiet: nemo est, qui audire faciat: neque est, qui uel nos misitantes audiat, aut aliquod uerbum ex ore nostro percipiat.
- 27 Primus &c. uerbum, dicit, supplet uulgatus: ad uerbum sic habent Hebrae, Primus Tioni, ecce, ecce ipsi, id est, adjunt, quasi dicat, nec præterita fuit, qui annuntiaret, antè quam uenirent, neque futura. ego primus omnium Tioni dico, Ecce ecce adjunt, nempe qui ea, quo futura sunt, tibi annuntient: & ego, primus omnium sum, qui ipsi Ieroſolyma dabo, qui fauila annuntiet, ponitur enim singulare בְּשֶׁנֶּה pro plur. non solum potens sum futura præducere, sed facio, ut homines ea præuideant, & annuntient. nam de redeuntibus à captititate, ut quidam interpretantur, nimis alienum est. Illud ergo, adjunt, quod in uulgatis Biblii legitur in tertian personam, adjunt, est mutandum: & ita in commentarij Hieronymus interpretatur, & legit. intelligit autem prophetas, quos dominus semper Israëlitis dedit, qui de futuris eos admonebant, ac certiores faciebant, præfertim autem ipsum Iesam prophetam: quem forte hoc loco dominus Euangelistam appellat, qui deinceps plurima

## IN QVADRAGESIMVM PRIMVM CAP.

de regno Christi annuntiat. est autem Christus ex semine illius iussi, quem ab oriente suscitauit dominus. atque ita manifestum appetit his verbis prophetam sibi uiam munisse ad sequentes de Christo prophetias.

28 Et uidi. ego Iesaias, an me hec pro domino proponente uellet quisquam suorum decorum diuinum ostendere: et si non primo loco, saltem secundo post Deum nostrum uellet quisquam futura predicere: & non uir, id est, nemo affuit. Neque ex illo: hebr. & ex illo, & non consiliarius, id est, & non nudi, an ex illo est quisquam, qui consultare cum altero, quid nam factu opus est: quorum silentium cum animaduertere, interrogari eos, an haberent, quid dicarent, & non rediderunt ullum respondendum: est enim repetenda negotio more Hebreo. quare uulgatus mutata orationis forma sensum docebat, & eleganter exprebat.

29 Omnes iniusti. vox misericordia, de qua iam sepius dictum est, non iniustitiam propriu notat, sed in natam illam concupiscentiam, atque uim omnis iniustitia caput, atque originem; deinde etiam & quid quid insuauit, & noxiuim est, notat, ideoque de idolis saepe dicitur. dicit ergo omnes gentium deos, esse meram hominum concupiscentiam, & absq; ulla ratione inueniunt, sed sola uultu quadam concupiscentia uoluisse singulos numina sua habere, sibiique propria: quare unusquisque sibi deos finxit.

30 Vana opera eorum, uel nihil, nihil enim prorsus agunt: ipsa quoque simulacra, seu futilia, quidam uentus, & inane sunt, id est, res nullius momenti &c. omisimus ergo ipsis, transit ad res solidas, & admiranda opera, que spiritu Dei plenus propheta preuidebat fatturum dominum futuris temporibus.

## Caput quadragesimum secundum.

Noua.

Vetus.

**E**CCE seruus meus sustinebo eum electus meus, in quo bonam uoluntatem habuit anima mea: dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus promulgabit.

Non uociferabitur, neque clamabit: neque audietur in platea vox eius.

Calamus quassatum non confringet, & linum obscuraru in non extinguet: ad ueritatem promulgabit iudicium.

Non erit tristis, neque curret, quoniam ponat in terra iudicium: & doctrinam eius insula expectabunt.

Sic dixit ille Deus Iehoua creans, caelos & extendens eos; expandens terram, & progerminationes eius; qui dat halitum populo, qui super eam est, & spiritum ambulantibus in ea;

Ego Iehoua uocauit te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruauit te, & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium;

A daperiendos obcaecatos, & educendum clausura uinculum, de domo carceris habitatores obscuritatis.

Ego Iehoua, hoc nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, & laudationem meam sculptilibus.

Priora ecce uenerunt: & noua ego annuntio:

**E**CCE seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet.

Non clamabit, neque accipiet personam: nec audietur vox eius foris.

Calamus quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in ueritate educet iudicium.

Non erit tristis, neque turbulentus, docet ponat in terra iudicium: & legem eius insula expectabunt.

Hac dicit dominus Deus creans caelos, & extendens eos; firmans terram, & quæ germinant ex ea; dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam;

Ego dominus uocauit te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruauit te; & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium;

Vt aperires oculos cœcorum, & educes conclusione uinculum, de domo carceris fedentes in tenebris.

Ego dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

Quia primia fuerunt, ecce uenerunt: noua

## IESAIAE.

145

Noua.

Vetus.

tio: antè quam succrescant, audire uos faciam.

Cantate ipsi Iehoua canticum nouum, laus eius in extremo terra: descendentes maris, & plenitudo eius, insulæ, & habitatores earum.

Eleuent [ uocem ] desertum, & ciuitates eius, uilla [ in quibus ] habitat Kedar, onerat habitatores rupis, è uertice montium clambant.

Ponant ipsi Iehoua gloriam, & laudem eius in insulis annuntient.

Iehoua, ueluti gigas, egredietur, ueluti uir bellorum excitabit zelum, triumphabit, acerrime uociferabit, supra inimicos suos confortabitur.

Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturio loquar: disipabo, & absorbebo simul.

Desertos faciā montes, & colles, & omnem gramen eorum exsiccabo: & ponam flumina in insulis, & stagna arefaciā.

Et ducam cæcos per uiam, [ quam ] nescierunt. in semitis, [ quas ] nescierunt, calcare eos faciam: ponam obscuritatem coram eis in lucem, & peruersa in planitiē. hæc uerba feci, neque ea deserui.

Acti sunt retro: pudecent pudore, qui confidunt in scuptili: qui dicunt fufili, Vos dij nostri.

Nunquid surdi audierunt. & nūquid cæci respexerunt, ut uiderent?

Quis cæcus, nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quem nuntium meum mittam? quis cæcus, sicut cui retributum est? quis cæcus, sicut seruus Iehoua?

Visiones multæ, & non obseruabis: apertas habens aures non audier.

Iehoua approbanit propter iustitiam suam, & magnificabit doctrinam, & amplificabit.

Et erit populus direptus, & prædatus, laqueus iuueni omnes ipsi, & in dominibus carcerum abditu sunt: fuerint in direptionem, & non est, qui eripiat. in prædam, & non est, qui dicat; Redde.

Quis inter uos aufulcat hoc: attendet, & audiet in postremum,

Quis dedit in direptionem Iacob, & Israelem deprædatibus? non ne Iehoua ipse, cui errauimus? in cuius uis noluerunt ambulare; & in cuius doctrina non acquieuerunt.

Et effudit super eos ardorem ira suæ, & obfirmitudinem belli; & inflammabis eum undique,

ua quoque ego annuntio: antè quam oriantur, audita uobis faciam.

Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terra, qui descendit in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earum.

Subleuetur desertum, ac ciuitates eius: dominibus habitabit Cedar: laudate habitatores petra, de uertice montium clambant.

Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabant.

Dominus, sicut fortis, egredietur: & sicut uir præliator suscitabit zelum: uociferabit, & clamabit: supra inimicos suos confortabitur.

Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturio loquar: disipabo, & absorbebo simul.

Desertos faciā montes, & colles, & omnem gramen eorum exsiccabo: & ponam flumina in insulis, & stagna arefaciā.

Et ducam cæcos in uiam, quam nesciūt: & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucē, & praua in recta. hæc uerba feci eis, & non dereliqui eos.

Conuersi sunt retrosum: confundantur confusione, qui confidunt in scuptili: qui dicunt conflati, Vos dij nostri.

Surdi audite, & cæci intuemini ad uidēdum.

Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? quis cæcus, nisi qui uenundatus est? & quis cæcus, nisi seruus domini?

Qui uides multæ, non ne custodies? qui apertas habes aures, non ne audies?

Et dominus uoluit, ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

Ipse autem populus direptus, & uastatus: laqueus iuueni omnes, & in dominibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est, qui eruat: in direptionem, nec est, qui dicat; Redde.

Quis est in uobis, qui audiat hoc, attendet, & aufulcat futura?

Quis dedit in direptionem Iacob, & Israelem uastantibus? non ne dominus ipse, cui peccauimus? & noluerunt in uis eius ambulare, & non audierunt legem eius.

Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combustit eum in

Bb in

Noua.

Vetus.

undique, & non cognovit: & exardescens in eo, et non reponet super cor suum.

in circuitu, et non cognovit: et succendit eum, et non intellexit.

**E**CCE seruus meus: Euangelista manifeste hic de Christo interpretatur. non est ergo, cur aliam expositionem queramus. neque mirum, quod cum seruum vocet dominus: nam formam serui accepit, & similitudinem carnis peccati, ut loquitur Paulus. addo, quod hoc nomen Hebreis 13. non semper ad servitutem seruorum referunt; sed ad cultum, & uenerationem. quis autem sic coluit Deum, ut Christus dominus? Ego honorifico patrem meum &c. Suscipiam eum. uerbum, proprium significat sustinere rem, aut personam, ne cadat, aut pereat. Exod. 17. Aaron, & Hur sustinuerunt manibus eius: & supra 33. sustinendo in munere &c. Manu autem tenere quenquam, aut sustinare, seu sustinere est amoris, & studij. Electus meus. licet nomen electionem proprie vocet, Hebreis, saepet tamen est castrensis. nam iuuenes ad bellum eliguntur: erat autem electus in ducem, & imperatorem exercitus militia spiritalis, quam insitibat in terra. nisi malis electionem hanc ad anorem referre, ut sequentia insinuant. Complacuit sibi, seu bonam habuit voluntatem. illud autem, In illo, docebat repetitius vulgatus, ex membro superiori. nam similem constructionem fortinuntur duo illa uerba Hebreis, sustineo, & complaceo. Eisdem perinde uerbis usus est pater caelestis, quando baptizato I E S V, & orante intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit c. & &c. Dedi spiritum meum super eum: sic ad uerbum habent Hebr. id est, afflavi eum spiritu meo: phrasis autem Hebrei uim, & impetum notat, plenus enim fuit spiritu domini hominis I E S V S, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Proficeret, promet, promulgabit, id est, ius dicet: estique regni, seu imperatoria potestatis periphrasis: per euangelium autem iudicium exercuit Dei filius. addo, quod & in ecclesia per ministros suos ius etiam dicit. & cum principes ipsi Christo nomen dederint; iudicia, ut par est, exercere; causas iustae iudicare; iustè ius reddere non se existimabunt, nisi prius legem Christi consuluerint.

**N**eque accipiet personam. uerbum οὐδεν leuauit raro sine nomine construitur: quando autem cum nomine faciet, seu iuuenis, seu persona construitur, significat uitium illud, quod acceptatio personarum, vulgo dicitur; in iudicio uidelicet, cum omissa ratione rei, que extrinsecis sunt, confiderantur, & extrinsecis, atque ad causam non pertinentibus, fauetur, aut honor defertur. vulgatus ergo ita hic accepit: ac si deesse nomen aliquod ex illis. certum etiam est, quod si construatur cum nomine manus, interdum sit iurantis, ut Exod. 6. Ezech. 36. leuare manum &c. & sine nomine manus supra ita accipi posse cap. 3. diximus: ubi vulgatus uerbo respondendi uertit: quare posset quispiam etiam hoc loco pro iurare, accipere. at cum euangelium Matth. cap. 12. hic duo uerba uerbis contendendi, & clamandi reddiderit; libentius hic de elatione uocis accipio; que in contentionibus fit: & ita etiam accipi non male potest in loco illo, cap. 3. sicut etiam infra uers. 11. dicere tamen possumus. Apostolos non tam de uerbis suis sollicitos, quam de sensu in plurimis locis: Contendentium autem est clamor, & iuramentum &c. neque de alijs clamoribus, quam contentionibus, & rixas intelligentius est locus. nam dominus in magno festiuitate die, clamabat dicens; Si quis sit, veniat ad me &c. & alijs locis uocem sustulisse dicitur in euangelio. 13. *τοις δέ τοις πάλιν τοις μη συγχρόνοις*

**C**alamum quassatum: puto esse prouerbia εὐλόγιο petita, que mansuetudinem notant. sunt enim quidam natura uito damnoſi, qui obvia omnia pefſuſant, uel abſque aliquo ſuo emolumento, crudeles, immites, qui bruta nihil nocentibus incommodeant: quod ſignum est immitis animi. unde ſcriptura erga bruta etiam animantia mansuetudinem commendat. Quod autem hic ita ſint accipienda; ostendit euangelij locus. nam cum Pharisei propter miracula, conſilium inirent, ut cum perderent: dominus I E S V S inde recessisse narratur, & plurimos ex eis, qui ſequebantur, ſanasse: quibus impetravit, ne eum manuſtum facerent, ut impleretur, quod dictum est &c. erant ergo Pharisei arundo conquassata: ſed qua adhuc ſpeciem integratatis retineret, nolebat eos iam exasperatos in furorem adigere, & omnino perderet. quod feciſſet, ſi cum indignari eos uidebat, in occaſione perſisteret, neque inde abire. Fumigans, id est, in que adhuc quidquam luminis remanet. Vox Hebreorum οὐδεν obscurari significat: hinc pro turbari, ſeu commoueri accipitur. uide uerbum ſequente: in frā 61. Amictum gloriosum pro ſpiritu obfuso, id est, perturbato. In ueritate, ſeu potius in ueritatem, educt, exire faciet, id est, proferet, ſeu promulgabit, quod pro ueritate ſententiam feret: uel in causis faciet, ut finis sit ueritas, ueritasque eluēſcat, atque uincat.

**N**on erit tristis, vulgatus obscuritatem hic, & 61. ad tristitiam animi retulit, ut Ezech. 22. Objcurus

Obscurus erit omnis ſpiritus: potest tamen ad perturbationem animi ex iracundia referri, ut 1. Sam. 3. Neque obscurus fuit in eos, id est, non est commotus, ut hoc membro, & ſequenti longè illum alienum notet à perturbationibus animi; quando, uidelicet, aut ira, aut amore, aut ſimili alio affetu homines perciti, feruntur ad iudicium ferendum. niſi malis hęc duo quod op̄oſta accipere, & prius hoc membrum pro uito illo interpretari, quo uultus nimia tristitia, & obduclis ſupercilij ſignificatur: terribus huimodi homines dicere poſſis. nos Lufitani huimodi uitium detinantes, locis ualde opacis illos comparemus, & nunc à pondere, nunc ab umbra, translati nominibus appellamus. huic uito quod op̄oſta leuitas, & precipititia, de quo membro ſequenti. Turbulentus, id est, non feretur, ut turbo: non erit praecep in ferenda ſententia, ut ſolent irati, aut etiam leues. uertere poteris, non procurret, uel non erit praecep: non impetu feretur, ſed ſumma cum prudentia res, cauſam ue iudicabit. Donec ponat, id est, quandiu ius in terra dicet, & inter uiuos aget, mortalesque gubernabit &c. uel quoque efficit, ut iuſtitia in terra uigeat. Juuante mansuetudine, atque prudentia regum Dei, in quo uiget iuſtitia uera animorum, propagabit. ſi enim in homines ira exarſifet, prout digni erant, & de Iudeis, qui cum non receperunt, conſeflum panis ſumpſiſet & gentemque illam deleſet; iuſtitia, que per euangelicam predicationem ex Iudeis orta est, in mundum non perueniſſet. uicit ergo patientia, & longanimitate, non ſolum ante paſionem ſuam, ſed & post mortem: neque ſtatiu perdidit homicidas illos, qui heredem occiderunt; ſed per quadrageſia annos prædicatum eſi illis euangelium, quoque ex illis prodirent pauci, qui replerent orbem diuino ſemine. Hanc eandem mansuetudinem, & patientiam exhibuerunt eius diuiniſſimi: neque aliter ſubdiſſent mundum Deo. hi enim erant terra illa bona, qua attulit multum fructum in patientia: quare primū, quod exspectari à Dei ministris dixit Paulus, est patientia &c. In omnibus exhibeamus nos, ſicut Dei ministros inquit, in multa patientia &c. unde mox, tanquam mansuetudinis fructum explicans, addit prophetas, Legem eius, ſeu institutionem iuſtitiae, id est, remoriflma queque gentes exſpectabunt, Cyprus, Rhodus, uniuersaque maris Aegei iuſtitiae; Creta, tota Gracia, Italia, Gallia, atque Hispania, quas nomine iuſtitiarum ſepe ſcriptura uocat, ut iam non ſemel dixi; totus denique orbis, fides ita que noſtra, fructus eſt Christi, atque Apoſtolorum eius patientia, & mansuetudinis, ut videant, qui diſciplinam Christianam reuocare, atque reſtituere cupiunt, quibus armis iuſtitii procedere debeant. Poteſt autem in his ultimis uerbis repeti particula τὸ in hunc modum: & quoque iuſtitiae institutionem eius exſpectent, ſubditusque ſiat totus mundus Deo.

**H**ac dicit, uel ſic dixit. **νῦν** ad praeterita referri potest, que ſuperioribus quattuor uerbis dixerat de Christo domino; que alijs uerbi repetit uerbi 6. & 7. nempe promiſiones de Christo, quod mansuetudine, & longanimitate ſua plantaret iuſtitiam in uniuersa terra, & quod futurus eſſet in lucce. Quorum hac dicit prophetas, uidebis uerbi 8. &c. Firmans terram. de uerbo γῆ, quod vulgatus uerbo firmandi reddidit, ſicut & nomen γῆ, firmamentum uertere ſolent, propriè extenderi ſignificat, de quo ſuprā cap. 40. uer. 22. De terra autem dicitur metaphorice propter apparentem ſuperficie in latitudinem, ac longitudinem, etiam alia rotunda ſit. ſed cum vulgo ſolent ſcriptura ſepe loqui. Extendens eos: in hebr. prius participium eſt ſingulare creans: hoc autem eſt in forma plurali, extendentes, niſi iod redundare dicas; eſequere paragogicum: noſtri ad myſterium diſtinctorum perfonarum referunt in unitate eſſentia.

**V**ocauit te in iuſtitia: id est, ea, qua ſum predictus, bonitate excitaui te, feciſſe, ut in terra naſcereris. uocare enim interdum uituit hebreiſ. pro adducere: ut uocare famem ſuper terram. Hagg. 1. uocare ſicitatem, Ezech. 36. uocare frumentum, ſuprā 41. uocans generationes &c. quo tropa, Dei potentiam notant Hebreiſ. uel in iuſtitia, ſeu cum iuſtitia ad ipsum Christum referri potest, quod eum iuſtitia, & ſanctitate plena adduxerit, ut eſſet ipſe iuſtitia, & iuſtitians alios, ut eſt apud Paulum. cum enim ueniret, ut iudicium, ſeu iuſtitiam poſeret in terra, neceſſe erat, ut cum iuſtitia apparet, denique Christi iuſtitiam, atque ſanctitatem tota ſcriptura prædicat. Apprehendi manum tuam, uel apprehendit te per manum tuam: quod eſt & fauorem, & auxilium præſtantis. ſauit enim pater Christo filio, illumq; ſeruauit, ne in morte maneret, quinimmo morte ſua plurimos ſeruaret, non ſolum efficaci redempzione, ſed tanti quoque amoris exhibitione. Et dedi te in feciſſus. dedit patet, ut ipſem filium eſſet fadus, id est, reconciliatio, ut nos ſibi reconciliaret. per ipſum enim accepimus remiſionem &c. uerum quia non ſat erat reconciliari nos, ſi adhuc in tenebris mansiſſimus ignoranter, quibus obruti, aut quantum beneficij in reconciliatione accepiffimus, uidere non poſſemus; aut quā eundum eſſet, quā uero ratione uita noſtra eſſet iuſtitia, non intelligeremus. in lucem nobis quoque datus eſt Christus dominus, datus (ut cecinit Simeon) in lumen ad revelationem gentium.

**V**t aperires: aliqua ex parte, quod paulo antea præcepit, exponit: eſtq; quod in euangelio loc.

IN QUADRAGESIMVM SECUNDVM CAP.

ipse dominus ait; Ego ueni, ut qui nō uident, uideat. in heb. est, oculos cacos, seu obcacos: & de spiritu tali cæcitate loquitur: sicut & de solutione innotorum, & educatione corum, qui in obscuritate agebat, mox subiungit. ad quem locum respexit Zacharias, quando dixit: orum dominum, ad illuminandos eos, qui in tenebris, & umbra mortis sedebant: peccata enim non solum nos uincunt; & quasi sunt bus cingunt, ne liberè ad uitam, & quæ Deus iubet, properemus; sed & menti tenebras offundunt, ut ipsa quoque ligamina non uideamus, & paulatim tenebris affuetati, lucem odio habeamus, in eaq; tristis, & miseranda uita ratione beatas scdes ignorantes, uel certè nihil facientes confidamus. dominus autem I E S V S peccata delet, ligamina soluit, tenebras discurrit. ex quibus malis qui cripiuntur, tunc se natos putant: eumq; ut totius boni fontem, & austorcm non possunt non diligere. ò miseros, qui hanc commutationem fastidunt.

8 Ego dominus. heb. Ego Iehoua hoc nomen meum. allusio est ad locum Exod. ubi rogatus dominus à Moysi, à quo nam se mitti dicturus esset, respondit: Sum, qui sum. (sic enim reddenda sunt futura, quibus pro presentibus passim utinuntur Hebrei) qui sum, misit me &c. nomen autem Iehoua ab existentia deductum est. atq; uel ex hoc loco habemus, necessarium esse nomen ipsum Iehoua retinere in ueste, ne lector existimat de nomine Adonai, aut domini Deum loqui. igitur cum iam que fecisset, olim narrasset; deinde & quæ nouissimis temporibus per semen Abrabæ effacturus, prædictus. (que duo, ut diuinitatis signacula, superiori capite proposuerat) quasi de uitioria in iudicio parta, nemine contradicente, latus sibi diuinitatis gloriam adscribit, non commissurus, ut alteri huiusmodi gloria tribuatur.

9 Quæ prima fuerunt. meriti, inquit, hanc mihi gloriam uendico: siquidem ex utroque capite (quod probandum suscepseram) ostendi me solum esse Deum. nam qua olim futura predixeram, queq; me Abrabæ præfuturum pollicitus fueram; si me tantum coleret, explosis ceteris sciticijs dijs gentium, iam dudum impleta cernitis: illi enim in senectute dedi filium, eiusq; posteris dedi regiones gentium, & labores populorum &c. noua quoque per Euangelistam meum Iesaiam ego, ut uidetis, annuntio: & sepis ante quām ueniant, audire uos per prophetas meos ea faciam, oriturum uidelicet in terra ex Abrabæ serui mei semine, qui terram iustitia repleat, sitq; uniuersorum rex: ac index, lux, atque salvator, quid igitur superest, nisi ut iam me solum pro Deo colatis? Quare statim propheticò more in laudes prorumpit propheta: ut nemo dubitare debeat, hanc esse germanorum caput expostionem: quam si pius lector attenderit, intelliget, quantum ponderis habeat series uerborum in prophetis, modo rite examinetur, neque leuiter expendatur. quod quia plerique interpretes non faciunt, cum Rabinos fecuti, usque ad precipitum, unde referre pedem, pietas, & religio, & ipsa quoque prophetarum uerba compellunt, quo se uertant, ignorant, filium prophetarum passim interrumpunt, salutisq; inauditos in oratione prophetica singunt, adeò ut humano capiti ceruicem equinam iungere, & undique membra conferentes in pifcem ut definat facere uideantur, non sine multorum rifiu, ut est apud poetam. quod tacere non potui, quod dignitati sacra scriptura hanc interpretandi rationem nequam conuenire existimarem: dignusque multo putem ignorantiam fateri, quando quid commode dicendum sit, non succurrit, quām perpetuam, ac fidele expositionem proferi, passimque lectorum deludere. Sed ad rem redeamus.

10 Canticum nouum. Si enim noua annuntiantur, dignum est, ut canticum nouum sit, non quo ex tua Israëlis, aut aliqua corporalis uitioria, quæ scriptura cantici celebrant; sed libertas à servitute peccati, & iugo mortis, & diaboli tyrannie per dominum celebratur. addo; quid noua cantiones plausibiliores sunt. Quid si canere canticum nouum, nihil aliud iuxta hebraïsmum sit, quām iterum, atque iterum canticum innouare, & de novo laudes domini repeterere? Forè, quod sequitur uer. 13, & tribus sequentibus, est canticum, quod iuber eani. Qui descendit. defensiones maris solet hebraïsmus uocare nautas, & eos, qui nauibus rem in mari agunt, ut in Ps. Qui descendunt in mare, facientes operationem in aquis multis &c. hos tanquam maris presides, & dominos, totamq; cum ipsis maris plenitudinem, ad laudes domini invitauit: quibus adiungit insulanos, quod plerunque illi sint, qui in mare descendunt: per quos, ut non semel dixi, exteris, & longe remotas nationes intelligit.

11 Subleuetur desertum. accepit ρωπο in uoce passiuua, quasi præcipiat, ut excitentur, & suberigant se habitatores deserti ad laudandum dominum: potest nihilominus in actiuua accipi, & de eleuentu ne uocis intelligi. eleuent, scilicet uocem: uel repetitur ex superiori uerbi nomen ρωπο, id est, canticum. nam particulari phrasij dicit hebraïsmus, leuare parabolam, leuare lamentum, & canticum &c. uide supra uer. 2. Desertum autem hic accipitur pro omni illa plaga, que erat uerbi meridiem Palestinae. nam superiori uerbi quidquid ad occidentem iacet, nomine maris, & insularum uidetur intellexisse. putarem ergo εβραι εsse hoc loco terram, quæ à mari distat. non tamen reprehenderem eos,

qui

I E S A I A E.

147

qui hic Arabiam desertam intelligere uellet: cui esti adscribat ciuitates, que paucissima erant, tamen quasi exponens quod dixerat, nullas, & oppida, in quibus habitabat Kedar, statim subiungit. Kedar autem in tentorijs, & tabernaculis agebat: quæ huic atque illuc transferebat: & huiusmodi cohabitaciones hic ciuitates, & nullæ uocari figurare uidentur. In domibus habitabit Cedar, uel nullæ [in quibus] habitat Kedar: supp. enim est relatum, & futurum pro praesenti accipiendum. Fuit autem Kedar nepos Abrabæ, filius Iismaeli, Gen. 25. à quo regio eodem nomine cognominata, postea Arabia Petree dicta fuit: in qua erat mons Sinai, & Horeb: per quam profecti sunt plurimi diebus Israëli: & populus illius regionis Hagaren ab ancilla Abrabæ dicti sunt: qui, iuxta etymologiam nominis, Cedar, corpore ob astum solis fisco, ex pecoribus tantum, & raptis uiuere confueuerunt, usque in hodiernum diem. De pelliibus autem & tabernaculis corum fit mentio Ps. 120. & Cant. 1. de gregibus, quos alebant, infra cap. 60. apud Ieremiam autem cap. 49. agitur de uastatione corum per Chaldeos: ubi eis tabernacula Cortina, & Cameli tribuuntur: ubi dicuntur filii Kedem, id est, antiqui, non orientis, ut non nulli interpretantur. quis enim ignorat, quod cum Babyloniis uocet, ut deustant Kedar, quod non uersus orientem, sed potius uerius occidentem eos auocaret? aut quis dicat Arabiam ad orientem esse Palestina? De uertice, seu capite montium clamabant, seu clament: hac notant, quanti estimant prophetæ redemptio[n]is beneficium; ut dignum putaret, quod barbaræ que uis nationes, & à Dei cognitione remotissimæ, quæq; feris similes in montibus, & rupibus degunt, dominum toto cordis affectu laudarent, & eius gloriam prædicarent. quid igitur facerent, quibus Deus ea iuramento promiserat? quid expectandum esset à populo Dei? sed non id silentio præterib[us] pro pheta, infra uer. 18. & sequentibus.

12 Ponent domino gloriam, uel ponant, id est, dent. uarius enim usus est Hebreis uerbi ρωπο, id est, posuit. Nuntiabant, uel annuntient: insulas hic maris rubri, à quo non longè distat Arabia Petrea, immo usque ad ipsum procurrit, & nationes illas, quas per mare illud rubrum solebant adire, intelligo, ut non solum ipsi laudarent, sed per totum orientem, & meridiem cognitionem nominis Dei deferrent.

13 Dominus sicut fortis &c. hoc uidetur esse canticum, quod ut caneretur, præcipiebat prophetæ: uel si non est, certè his uerbis continetur ratio, ob quam noua canere canica, dignum ducebat. Habet initio egressum filij Dei in mundum; de quo in Euangeliō, Exiui à patre, & ueni in mundum, & plurimi alios locis: notandum tameci est uerbum egrediendi Hebreis, præfertim, quando nominibus bellii, exercitus, ducum, seu militum coniungitur, & uerbum castræ. hoc autem loco inducit Dei filium, ut uirum bellicosum, seu gigantem, uirumq; prælii assuetum: nam ueniebat, ut forte illum, armatum mundi principem, fortior ipse superueniens ē mundo pelleret: & omnes, qui eius partes tuerentur, uel pudefaceret, uel omnino deleret, non per euangelium modò, sed etiam per hostes, quos ipse excitauit aduersus filij Dei, & cu[m] gelij contemptores. Hac qui considerat, non barebit, quando: in prophetis, nunc humilior in primo adventu induci uiderit filium Dei, nunc ueluti uirum prætorum: ut uocat hebraïsmus: & qui ad debellandos hostes zelo, & indignatione plenus, & ad sumendum de inimicis uindictam adueniat; ut hoc loco, & alios plurimos, in quibus ridiculum fuerit, ad secundum aduentum configere, cum in primo adimplenta omnia uideamus, electo mundi principe. & denudo mundo, & impiorum Iudeorum rebus eueris. Sed de his non uno loco, plura in sequentibus nobis dicenda sunt. Zelum: accipitur interdum pro ipsa ira, seu furore, qui in homine excitatur ex amore rei. Propterea. 6. Zelus est furor uiri, & non parcer in die uindictæ &c. frequens quoque est in prophetis, opus redemptio[n]is. Zelo Dei tribuere: Zelatus est populum suum, redemit Ierusalem: Zelus domini exercituum faciet hoc &c. uidebatur autem tot retro annis algere zelus Dei, quasi non curaret res suas, neque honorem suum: cum ubique impietas, & regnum Satana obtineret. excitauit igitur & amorem, & zelum, & indignationem suum dominus, quando ad nos descendit. Vociferabitur. ρωπο clara uoce personabit; quod olim triumphare dicebatur: licet postea Latinis aliis huius uerbi fuerit usus. Et clamabit. ρωπο est fortiter, & acriter exclamare, more gigantum, qui fortia habent latéra. uulgatus uerbo tribulandi apud Zoph. reddit. precedit autem hoc uerbum in Hebreo particula ρωπο, id est, etiam. quid si accipiatur pro ira, (ut solet) possumus dicere ponи pro aduerbio, iracundie, & magno impetu, seu acerrime &c.

14 Tacui semper. heb. ρωπο à seculo, inducit Dei filium loquentem, & quasi moras suas arguentem, quasi satis, superq; distinulauerit, siluerit, & quasi non audiret; sic se gesserit; at non posse iam ultra indignationem continere, sed tempus esse uindictæ in hostes, & panperum suorum liberationis. Silui. uerbum ρωπο de cessatione auditus plerunque dicitur: est autem futurum, id est, consuui, ueluti non audire, & obſurde cere: doſteq; uulgatus præterit uerit, alioquin nota interrogatio[n]is supplenda foret. Patiens fui. πάσχειν cohibebo, continuebo, comprimam me,

B b ij

id est, contineare confuerit. infra 63. & 64. in hac significatione accipitur: quando uidelicet quis reprimit iram: sicut etiam redditus vulgaris interpres locis citatis: Super me contineuerunt se. Nunquid super his continebis te &c. Ut parturiens loquar. τὸν σιβιλαῖον. rārum ēst uerbum, sed propter similitudinem parturientis, facile ēst significationem intelligere. Flatum cum gemitu emittunt, & non sine uebementi impetu parturientes, femina: & quō halitum diutius continent, ēd maiori impietu refundunt: qua elegansimā similitudine significat dominus longanimitatem suam, simulq; nobis, insinuat, se ultionem nequaquam differre ex indolentia, quod uel scelerum, & flagitorum hostium suorum sensu non tangatur: sed sciens, uidensque ex misericordia sese contineat, neque ad ultionem procedat, nisi cūm iam diutius ferre molestiam non posset. Disipabo. δέ τοι σιue πόνος, siue πόνος, flatum emittere, seu halitum notat, quod uerò sequitur uerbum, opossumus significare puto, scilicet inforbere, inspirare: ut pariter anhelitum emittere, & inforbere, sit frequenter inspirare, ac respire: quod est eorum, qui fatigantur, uel labore, uel animi dolore, & angustia. possunt ergo hac accipi de fatigatione ex ingenti fratre, quam se editurum designat. possunt quoque omnia hac intelligi de tempore, quod aduentum ad uindictam, & redemptionem praecepsit: ut in hunc modum reddi optimè posint Hebreæ. Taciū longo tempore, filii, contine me, quasi parturientes sibilabam, anhelitum emittebam, & inforbebam pariter. ut sit, quod Paulus ait, Sustinuit in multa patientia uasa ire apta, uel aptata in interitum &c. Has angustias ingenerant in Dei animo ( ut cum scripturis loquar humano more ) scleras nostra, & ipsius benignitas, bonitas, ac longanimitas: sicut in animo patris pugnant filii flagitia, & amor paternus; illa iram, & flagella requirunt: hic iram reprimit, & resipicentiam expectare cogit. dolet ergo, irascitur, se continet, gemit, conniuet, obfurdecit, apprehendit ensem, rursus recondit: & hanc confitacionē tandiū patitur, quo usque tandem sceleribus uictus, atq; exasperatus, filium exheredat, et domo pellit, tanquam alienum. sic sequitur in propheta.

15. Desertos faciā montes: suppleri hic debet aduersatiua particula, at, nunc, uel quid simile. τὸν propriètē exsiccare uel adustione solis, uel ignis, uel gladio: que autem humore destituantur, in deserta rediguntur. exsiccatio ergo montium, & collium, & herbarium arefactio, fluminis, & stagnorum exsiccatio, ni fallor, ingentem terra hostium Dei desolationem, & calamitatem designant: quā iratus Deus, neque sese iam continebat immisit. Intellige hic regni satana euersione, quam suprà uers. 13. habes. Flumina in insulis. δέ τοι insulas notat, uerti autem flumina in insulis, est aquam fluuiorum deficere: quod quando sit, in aliis nibil, nisi insulas est uider. adueniente autem Dei filio, in solitudinem uersum est regnum satanae; decorum suum, atque nitorem amiserunt delubra, & luci, qui in collibus, & montibus plantabantur: interierunt etiam regna idololatrarum: neq; quidquam mitoris, aut decoris habuit impietas, & peccatum, sed turpitudi ipsius omnibus per euangelium patuit. multitudi quoque Iudaorum infidelium hostium domini interiit, & cœlesti humore destituta est respub. illa, & in deserto uera est ipsa etiam Iudea.

16. Et ducam &c. ubi hostium perditionem commemoravit, electorum liberationem explicat: hos cacos, & in tenebris agentes, & obliqua, ac peruersa sectantes appellat: omnes enim peccauerant, & indigebant gloria Dei. ceci erant omnes etiam Israëlitæ: quia peccatis obruti, & cacos passionibus atti, neque lucem rationis, neque legis instructionem sequerantur, erat igitur illis & intellectus tenebris obductus, & lex caliginosa: quae etiā quando radios emittebat, è media caligine prodibit; neque ipsum Christum, quem promittebat, ac figurabat, ad eo exprimebat, ut cūm ueniret, non esset aliquis deceptio loci. hos duxit Christus per uiam, quam nesciebant: perduxit enim eos ad legem iustitiae, quam putabant ex proprijs meritis, & iustificationibus legis sine fide se posse consequi: hanc consecuta est electio, id est, electi, inquit Paulus: quia Christum amplexati sunt sibi ipsi dissidentes. Hanc semiram non calcauerunt superbi, arrogantes, & sibi omnia tribuentes Iudei. hanc quoque ignorauerunt gentes, & ex ipsis etiam sapientissimi, qui de uirtutibus acutè multa defnirunt. ac electos suos. Deus, qui ante a caci à cacos ducibus in precipita duecabantur, per iter incognitum, nempe fidei in uinculum filium suum, deduxit, qua etiam illustrati intellexerunt in ipsis moralibus uirtutibus plurimas, qua ratio humana non assequebatur; neque ipsi Rabini intellexerant. de quibus uide cap. 5. 6. & 7. Matthæi. Quam nescierunt, quas ignorauerunt &c. relativa in Hebreo non habentur, sed doct̄ ea suppletivū vulgaris. Ponam tenebras &c. id est, auferam tenebras, ut omnia ante eos lucida apparet, & salebroſas uia eorum complanabo, ut recti ipsi, & iusti iter recta faciant in celum. nam pro lege, & ratione datus est eis Christus, qui est lux mundi, uia, & ueritas: & pro depravatis moribus interior sanctificatio, & regeneratio. non enim putamus tantummodo imputata nobis Christi iustitia iustos nos reddi, sed intus quoque nos ipsos ab eo iustificari, inhōrente nobis iustitia de Christi plenitudine: à quo & lumen fidei, & sanctificationem morum accepimus. Et praua &c. possimus

possimus & conuersiōnem. hanc tenebrarum in lucem, & uiarum depravatarum in planitiem sic accipere. ut promittat Deus, intellecturos tenebras suas electos, & prauitatem, seu peruersitatem morum suorum; in quibus uersati fuerant, ut gratias agant Deo, qui de tenebris eos perduxit in regnum filij dilectionis sui. possimus ruris per tenebras, & peruersitatem uiarum, aduersa; per lucem autem, & planitiem, felicitatem, & pacem accipere, iuxta conuertitudinem scripturarum, sed prior sensus planior est, & simplicior. Hæc uerba feci eis. hic pronomen affixum est. Feci ea, & ad ipsa uerba referri potest, hoc modo: Hæc, quæ dico, quæ polliceor, feci ea, neque latum unguem ab eis recepsi: omnia, ut dixi, adimpleri: & præterita fata pro futuris propter certitudinem, more prophetico. hanc autem confirmationem addidit promissionibus de Christo, qui postremis diebus oriturus erat ex semine Abrahæ: quem propheta superiori capite in exemplum assumpserat, ut ex praclaris illis facinoribus, quæ cum ipso, & per semen eius fecisset, ac facturus esset, ostenderet solum Iehuam esse Deum, ēd quod cum incredulus ageret. & quidem priora iam impleta ostenderat: noua autem, que annuntiabat, non dum apparebant. assuerat igitur Deus, omnia illa se impleturum, neque uerba sua deserturum, aut ab eis nel tantillum receperit.

17. Conuersi sunt retrosum. possunt hoc adhuc ad superius argumentum pertinere, nempe ad concertationem, que superiori capite incepit, quasi affirmet, idololatras conuictos argumentis domini, relicta causa, cessisse, & terga uertentes abiisse: uel quod sit preddictio confusione eorum, qui idola colebant, postquam splendor euangelij gloria Dei per uniuersum orbem diffusus est.

18. Surdi audite &c. quasi recedentes renocare uidetur, quod non contentus sit dominus hostium confusione: sed, ut est apud Paulum, confusio illa adducat gloriam, intelligentesq; se hactenus aberrasse, & præ statuita idola cotuisse, uclit in luce ambulare, nec dubium est, quin Hebreæ ita uerti posse sint, ut uulgatus uerit: neque aliquem uidi, qui aliter uerteret. omnes enim τὸν bis in hoc uerbo pro nota uocandi accipiunt. ego uero aliam adlxx interpretationem tantum, ut intelligeret lector, posse etiam secundum Hebr. τὸν esse notam interrogations: qua transitus sibi parat propheta ad execrationem, & deuastationem Iudeorum explicandam, quasi dicat Deus; Postquam euidentibus argumentis ostendi me solum esse Deum, & cultores idolorum uitios se agnoscentes, terga uertentes abierunt; putas ne, quod propterea lumen aspiceret, & in cognitione ueritatis, quod antea ignorabant, uel deinceps uitam ducere uel sic, Quando audis seruum meum ex semine Abrahæ oriturum, & tenebras depulsum, τάκοςq; illuminaturum; putas ne, ita re ipsa factum esse? nunquid illuminati sunt caci? & surdi nunquid auctularunt? neque cum interrogabo, ad gentes cacas oculos mentis tua conuertas: nam,

19. Quis cacus, nisi seruuus meus? mihi certè hic deplorare propheta uidetur, quod Ioannes initio euangeli sui inquit; In propria uenit, & sūi eum non receperunt: & lux in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehendunt; id est, qui crant in tenebris, lucem abominati sunt: quasi dicat; Quid illuminando cacos commenoro? quid aduentum lucis, & tenebrarum depulsionem exstolle? nunquid non adhuc seruuus meus Israël in tenebris agit? qui nā sunt magis caci, quam Israëlitæ? Ad quos nuntios meos misi. parui refert, an nuntium meum; an nuntios meos legas: ego tamen malum in singulari legere: nam Christum intelligo, de quo hoc toto capite loquitur propheta: qui aduenit, & tanquam minister circumcisio, ut loquitur Paulus, id est, ut Iudeos inferuaret, & ei fidem, & ueritatis cognitionem offerret, propter promissiones patrum. ceterū in hebr. ad uerbum sic habetur; Et surdus sicut nuntius meum misi, & supp. relatiuum necesse est. quare quidam Rabini ita legunt, Et quis surdus, sicut nuntius meus, quem mittam? quorsum autem sic uertant, iudicet Christianus lector. certè, ut ego quidem sentio, tenebrae uolunt loco apertissimo offundere, ne eorum hic cœcitatem intelligamus: de qua est manifestissimum hoc loco testimonium ipsius Dei. sed nibil Iudeos cacos moror: minor Paganum; & alios ex nostris, qui Rabinos fecuti redunt; Et surdus, nisi quem, sicut Angelum meum, missurus sum? hoc ne est Hebraicam ueritatem reddere? & mirabimur, si impj. Iudei hanc uerionem, ut legitimam probent? multè certè doct̄ius uulg. relatiuum cum propositione iuxta exigentiam uerbi τὸν, & iuxta uerborum seriem suppletivū, ad quos, uel ad quem: quam interpretatio nem sequentia quoque confirmant, modo Christianè expendantur, & seruerat Hebraici sermonis proprietas. Quid hic afferat Munsterus ex Rabinis, pudet referre. ergo Iudei, ad quos misit Iehoua Angelum, seu nuntium suum, caci hic dicuntur, & surdi. & si quis contendat legendum, quis surdus, sicut nuntius meus, aut nuntius mei, quos mittam: de sacerdotibus, & Phariseis intellige, quos oportebat exigere fructus, fidem, iustitiam, misericordiam &c. sed qui alios decebat, seipso non docebant: & qui abominabantur idola, sacrilegi erant &c. Qui uenundatus est. τὸν notum est uerbum τὸν significare integrum, & abſolutum esse. atque inde per metalepsin habere pacem, quam Hebreus sermo concordiam, seu integratatem uocat, ēd quod pax sit par-

tum inter se disidentium compositio, & reintegratio, quare doctri Rabini, & nostri eos secuti, sic legunt, quis cæcus, sicut perfectus? populum autem Israëlitum intelligo; uel quod se perfectos putarent: uel ironie, & repetendum est pronomen meus. ego potius ad alterum modum significandi huic uerbi וְהַנָּא refero, in quo est frequentissimum hoc uerbum in piel, id est, reddidit, persoluit, retribuit, rependit &c. Deut. 21. Reddendo reddit bouem: & 2. Reg. 4. Vende oleum, & solue creditori tuo &c. ergo וְהַנָּא eum, cui persolutum est omne promissum, seu eum, qui beneficio affectus est, potest significare, nempe populum Israëlitum, cui, ut inquit Pj. fecit Deus, plus quam ceteris nationibus. Quid si in forma attine uocis uelii legere, cum retributorem, id est, gratum ironie appellat. quis, inquit, cæcus, sicut is, qui cum gratissimum esse debuerat, omnium est ingratissimus? quem iterum, atque iterum seruum illum esse declarat, quo nomine toties in scripturis hic populus uocatur: qua uero ratione nulgatus uenundatum reddidit, non intelligo, nisi forte participum in ea, quam super posui, significatione, accepit pro persoluto; non quidem cui persolutum, aut donatum aliud erat. sed qui ipse fuisse alteri redditus, seu traditus, ut sit in uenitione; intellige autem de uenitione illa, quam non uno loco commemorat scriptura, & de qua infra dicemus, qua nos ipsos peccato diuendimus. unde insignes peccatores, uenundati sub peccato appellantur &c.

20 Qui uides multa &c. מִתְחַדֵּשׁ sic nunc legitur in Hebreis: quia uero sine punctis Biblia erant tempore D. Hieronymi, legit raihi, id est, uidisti, quod in praesentia ueritatis, & relatum supplevit, qui uides. Massorite cum uau, scripserunt in margine, quasi, & si cum iod scriberetur, pronuntiantur, etiam eset cum uau, ut in alijs locis uidere licet. quasi sit plur. nominis מִתְחַדֵּשׁ, ut uertere possumus, uistiones multa sunt, sensus uero ferre idem est. ò serue mi, mi popule multa uidisti, plurimas uistiones, & revelationes habuisti, uidere multa tibi datum est, at non obseruabis, non attendes, non auscultare soles, aures quidem, quibus audire posset, habet Israel, at non acquiesceret. certè in hoc uerbi exercitatem Iudeorum exponit, de qua iam supra cap. 6. dictum est. & ex evangelio manifestum est, quod habentes oculos non uiderent, & aures non audirent: & hoc est causa, ob quam peccatum eorum non fuit remissum. nam apud Ioannem 9. inquit dominus, quod uenisti, ut qui uiderent, ceci fierent: cù Phariſei. Ergo nos caci sumus? respondit dominus, Si caci essetis, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis, quia uidetis, ideo peccatum uestrum manet, stat, non praterit, non remittitur. unde alibi dicebat; Qui habet aures ad audiendum, audiatur, nimis, quod multi haberent patulas aures, sed non audirent, id est, attenderent, obedirent: ideoq; in parabolis loquebatur illis &c. Cultoides: obseruabis conferens in corde tuo. מִתְחַדֵּשׁ enim ita interdum accipitur: indignum attenerat, ut qui promissiones, revelationes, seu uistiones plurimas a Deo accepterat, cecidiret sub aduentu lucis, ac ueritatis: de loco enim nativitatis, de tempore, deq; alijs circumstantijs omnibus, que cognitioni solet deseruire, uistiones habuerunt Israëlitæ. insuper & affueti erant, uerba Dei, & promissiones illas audire, qua per omne Sabbathum legebantur, & exponebantur: neque si tamen attenderunt. Caeante Christiani, ne hac ipsa uerba in eos dominus torquat, qui fidei lumine multo plura uiderunt, & auribus corporis audire confuerunt; paucissimi tamen obseruant, paucissimi audiunt: plerique caci, plerique surdastris sunt: caeant, inquam, ne sciat similes in peccatis sunt, similes quoque sunt in pena, quam paullo post prophetam explicabit. Qui apertas habes aures &c. nulgatus personam mutauit: ego Hebraica exprei: sed sensus constat.

21 Et dominus uoluit: uarie potest hic locus reddi. sed ego simplicissimam interpretationem (omissionis, que hoc loco alijs dicunt) apposui. & quidem nulgatae editionis sensus hic est: obsecatus est Israël, ut auditus: ne putetis tamen id aliter, q; uitio ipsius accidisse: dominus enim uolebat quidem eum sanctificare, seu iustificare, ac proinde magnificare legem, seu doctrinam suam, & uerbum suum, dum populum, cui lata est lex, sanctificat: at ipse populus sua culpa fecit, ut merito in directionem traderetur. qua interpretatione satis cum hebr. conuenit. Possimus tamen hanc uoluntatem, seu approbationem domini ad superiora referre, quasi dicat, hanc Iudeorum excacationem, hanc indurationem populi Iudeorum approbavit, ratam habuit, consenserit, & quodam modo latatus est, quod Israël sic sui proderet diuiciem animi, & ita innoesceret universis eius cæcitas, atque periuicacia. Ut sanctificareretur; וְהַנָּא יְהוָה, id est, propter iustitiam, suam: uel ut iustificaret se, id est, non tam faceret iustitiam suam. Forte est, quod Paulus ait Rom. 9. uolens ostendere iram suam, sustinuit in multa patientia uafa apta in interium &c. ostendit autem Deus, ubi Iudei obsecati sunt, iustitiam suam, dum populo suo non parcit, ob scelerum eorum, & ab eis auferit regnum Dei, illudq; dat genti facienti fructus eius: duo enim habet iustitia Dei, seu sanctitas eius, punire, & benefacere: utrumque nos uabet Paulus considerare, Dei severitatem in eos, qui ceciderunt, nempe Iudeos; bonitatem uero in eos, qui inferti sunt trunco &c. Magnificaret legem: consecuta est autem magnificatio, amplificatio: & gloria legis Dei, seu dictorum eius (quod nihil aliud est, quam iustificatio Dei) Iudeorum excacationem,

tionem, ed quod omnia, que ipsis excacatis acciderunt, in scripturis continebantur, & multò antea ea prædixerat & Moses, & propheta, si nollent luci uenienti applaudere, ac ueritati non acquiescerent. Ita significauit etiam se, & legem suam, postquam illi excacati sunt: quia ostendit se esse Deum, cui displaceant iniqui, eò quod abiecti populum suum: neque pro suis habere uoluerit, qui ueritati non credunt; consentiunt autem iniquitati: hos enim manet ira & indignatio, ut affirmat Paul. ad Rom. nec aliud erat, quod in euangelio dominus eis dicebat: Non habeo demonium, sed honorifico, seu cohonesto patrem meum. cum enim eos non Dei filios, neque Abrabæ, sed diabolii esse dicere; illi contrà Samaritanum eum, & demonum familiarem dicebant, non alia certe ratione, quam quod de honestate populum Dei, & ministris cultus ipsius detrabere uideretur. hanc uero blasphemian retinuit dominus significans, non eo se animo illos filios diaboli uocasse, sed ut honorem patris à calumnijs affereret: qui omnino in lubrico esse uidebatur, si tales filios pro filiis agnoscere crederetur, quod itaque in euangelio est cohonestare patrem, hic dicitur, iustum Deum ostendere, & magnificare doctrinam, seu legem &c.

22 Ipse autem populus. nulgatus uau, pro aduersatua particula accepit, ut interdum solet, propterea quod cum subesse sensum existimauit, quem supra dixi. uerum cum hæc penam solum potius, quam culpam, quadrabit uerbum futuri, vel presentis, si suppleatur, & ipse populus direptus, scilicet erit, quasi hoc malum secutum fuerit excacationem illam, sicut mox ipso prophetæ uer. 24. exponit. Laqueus iuuenum omnes. בְּקֹרִים קַלְמָה laqueus iuuenes uniuersitas ipsorum, uel omnes ipsi, ita ad uerbum uertendum est. nam cum nomen נֶגֶד habeat formam, quam emphaticam appellabat Angelus Caninus preceptor meus, casum regere nequit. sensus ergo hic est, omnes iuuenes electi in illo populo, qui ad bella eligi solent, sunt, uel erunt laqueus, id est, illaqueati, & ueluti laqueis capti. hunc sensum probant antecedentia, & sequentia, quod directi, quod depradiati, quod in dominibus carcerum &c. abdi sunt, iuxta nulgati uero uersionem dicuntur Israëlite laqueus iuuenum suorum: quia propter peccata populi, iuuenes in bello capti sunt &c. Hanc loquenti formam, quia plurimi ex interpretibus non intellexerunt, nomen בְּקֹרִים ut compositum acceperunt, id est, in seleni, certè si pro caeruis uelis acciperet, sensus hic erit, Laqueus in cavernas, omnes ipsi, id est, concatenati in foueas tristi sunt. Neque est, qui eruat &c. ultimatim haec uerba captiuitatem Iudeorum significant.

23 Quis est in uobis &c. queritur Iesuas, quod nemo ex Israëlitis hac, qua de ipsorum excacatione, & deuastatione prædicebat, uel eo tempore attenderet: neque secum quisquam reputaret, quod illa tandem eventura esset: quod non sine sensu doloris dictum existimo: idem enim uidetur propheta sentire, quod Moses, quando dicebat; Gens absque consilio est, & sine prudentia, utinam saperent, ac prouiderent.

24 Quis dedit &c. hec sunt, que uolebat Israëlitæ propheta, secum perpendere; antè quam fierent, quin etiam postquam facta sunt: quibus etiam uerbis exponit, quia paullo obscurius supra dixerat uer. 22. & 23. certè si Iudei hodie haec pro dignitate secum uoluerent, cæcitatem suam agnoscerent. quid enim peccauerunt patres eorum, unde tandem in captiuitatem, dispersi in omnes gentes, absque rege, sacerdote, & propheta maneat? peccata quidem grauiſſima & immania scelerâ, tum in Deum, tum in seruos eius prophetas captiuitate septuaginta annorum punita sunt. Quis, queso, dedit dilectionem populum in captiuitatem mille quingentorum & uiginti annorum? certè Iehoua ipse. ob quam cauſam? וְהַנָּא id est, is ipse, in quem peccauimus, uel errauimus: quando uidelicet ad nos descendit, cuius dictis audientes non uiuimus, quem negauimus &c. Et noluerunt: mutatio est persona Hebreis frequentissima: uel cum Iesaias sub prima persona pluralis dixisset, peccauimus, significans non omnes excacatos, neque omnino repulsi dominum populum suum, mutata orationis forma, ait, & non uoluerunt in iuis eius ambulare, & non acueuerunt in doctrina eius: sic enim reddi potest uerbum וְהַנָּא, quando cum beth construitur: malu autem doctrinam, quam legem hoc loco uertere, quia de doctrina domini I E S V est sermo.

25 Et forte bellum: firmitudinem bellum, seu bellum difficile, ac durum, in quo hostes obfirmato animo depugnabant: hoc est illud bellum Iudaicum, de quo apud Iosephum, Venerunt quidem Romani, ut Palestina subiungarent: sed aduentus eorum erat effusio ardoris ire domini. Possimus redire, sed eodem sensu, effudit contra eos ardorem nisi sui: familiare enim est scripturis Deo tribuere, quod fuimus, & ardorem & naribus effet &c. Et combusit eum in circuitu. nulgatus noluit cum Hebr. mutare personam: ego Hebreæ exprei. Et non cognovit. etiam post tam diram obſidionem, post tam diuturnum, & difficile bellum, post uniuersam Iudeam undique uastatam, non intellexit, quod ob infidelitatem in Christum domini puniretur, immo neque postquam totus conflagravit,

ponet super cor suum : in quibus uerbis excommunicationem Iudeorum , & duritatem cordis post uastationem Ierofolymorum notat , id eoque cum Hebreo prius uerbum in præterito uerti , Non cognovit : posterius in futuro , Non reponet super cor suum .

## Caput quadragesimum tertium.

Noua.

Vetus.

**E**T nunc sic dixit Iehoua , qui genuit te Iacob , & formauit te Israel ; Ne timeas , quoniam redemi te ; uocauit in nomine tuo : meus tu es .

Quando transieris per aquam , tecum ero , & per flumina , non innundabunt ope- riendo te ; quando ambulaueris per ignem , non aduerteris ; & flamma non ardebit in te .

Quia ego Iehoua Deus tuus sanctus Israe- lis , qui saluo te , dedi expiationem tua Aegyptum , Aethiopiam , & Saba pro te .

Ex quo pretiosus habitus es in oculis meis , [ ex quo .] honoratus fuisti ; & ego di- lexi te , & dedi hominem pro te , & nationes pro anima tua .

Ne timeas : quoniam tecum sum : ab oriente adducam semen tuum , & ab occidente congregabo te .

Dicā Aquiloni ; Da : & Austro , Ne pro- hibecas . adduc filios meos de longinquo , & filias meas ab extremitate terra .

Omnem , qui uocatur in nomine meo , & in gloriam meam creauit eum , firmauit eum , & feci eum .

Fac egredi populum cæcum , cui tamen sunt oculi ; & surdos , quibus tamen sunt aures .

Omnes gentes congregatae sunt simul , & collectæ sunt nationes . quis inter eos an nuntiabit hoc , & priora audire nos faciet ? dent testes suos , & iustificantur , & audi- ant , & dicant veritatem .

Vos testes mei ( fidelis sermo Iehoua ) & seruus meus , quem elegi , ut sciatis , & fi- dé adhibeatis mihi , & intelligatis , quod ego sum . ante me non est formatus Deus , neque post me erit .

Ego ego Iehoua : neque præter me est qui saluet .

Ego annuntiaui , & saluaui , & audire se- ci . neq; fuit inter uos alienus : & uos testes mihi ( fidelis sermo Iehoua ) & ego Deus ,

Insuper

**E**T nunc hæc dicit dominus creans te Iacob , & formans te Israel ; Noli ti- mere , quia redemi te , & uocauit te nomi- ne tuo : meus es tu .

Cum transieris per aquam , tecum ero , & flumina non operient te ; cum ambula- ueris in igne , non combureris ; & flamma non ardebit in te .

Quia ego dominus Deus tuus sanctus Israe- lis , qui saluo te , dedi propitiationem tuam Aegyptum , Aethiopiam , & Saba pro te .

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis , & glorirosus ; ego dilexi te , & dabo homines pro te , & populos pro anima tua .

Noli timere : quia ego tecum sum : ab oriente adducam semen tuum , & ab occidente congregabo te .

Dicā Aquiloni ; Da : & Austro , Noli prohibere : affer filios meos de longinquo , & filios meos ab extremitate terra .

Et omnem , qui inuocat nomen meum , in gloriam meam creauit eum , firmauit eum , & feci eum .

Educ foras populum cæcum , & oculos habentem : surdum , & aures ei sunt .

Omnes gentes congregatae sunt simul , & collectæ sunt nationes . quis inter eos an nuntiabit hoc , & priora audire nos faciet ? dent testes suos , & iustificantur , & audi- ant , & dicant veritatem .

Vos testes mei dicit dominus , & seruus meus , quem elegi , ut sciatis , & credatis mihi ; & intelligatis , quia ego ipse sum . ante me non est formatus Deus , & post me non erit .

Ego sum , ego sum dominus , & non est absque me saluator .

Ego annuntiaui , & saluaui : auditum fe- ci , & non fuit in uobis alienus . nus te- stes mei , dicit dominus , & ego Deus .

Et

Noua.

Vetus.

Insuper post diem ego sum : neq; de ma- nu mea est , qui eripiat . faciam opus , & quis reuocabit illud ?

Sic dixit Iehoua redemptor uester , san-ctus Israe lis ; Propter uos misi in Babylo- nem , & deieci uectes omnes ipsorum , & Chaldaeos , quorum est in nauibus ouatio .

Ego Iehoua sanctus uester , creans Israe- lem rex uester .

Sic dixit Iehoua , qui dat in mari uiuam , & in aquis uehementibus semitam .

Qui educit currum , & equum strenui- tatis , & obfirmatum . simul cubabunt , ne quaquam resurgent , extinti sunt , sicut li- num extincti sunt .

Ne memineritis priorum , & anterio- ne obseruetis .

Ecce ego facio nouum : iam iam succre- scet . non ne sentietis illud ? ponam in de- ferto uiuam , & in uastitate flumina .

Honorabit me bestia , agri , dracones , & filia struthionis . quia dedi in deserto aquas , & flumina in uastitate ad potandum populum meum , electum meum .

Populum istum formauit mihi : laudem meam recitabunt .

Et non me uocasti Iacob . nunquid in me laudisti in me Israel ?

Non adduxisti mihi pecudem holocau- sti tui , & uictimarum tuarum : non hono- rasti me . non seruire te feci in oblatione , & non laborare te feci in ture .

Non acquisisti mihi argento calamum , & adipe uictimarum tuarum non madefac- cisti me : sed seruire me fecisti in erratis tuis ; laborare me fecisti in iniuriantibus tuis .

Ego , ego ipse deleo transgressiones tuas : et propter me , & erratorum tuorum non recordabor .

Fac me recordari : iudicemur simul : re- citata tu , ut iustificeris .

Pater tuus primus errauit : et interpre- tes tui transgresi sunt in me .

Et profanauit principes sanctitatis , & de- di in anathema Iacob , & Israelem in op- probria .

**E**T nunc . quia & cœtitatem , & deuastationem Israe lis in superioribus enarrarat , ne uide- tur Deus omnino repulisse populum suum , & semen Abrahe abiecisse ; qualis futurus sit de- ceps dei populus , non solum ex Israe lis secundum carnem , sed ex omnibus gentibus , ita , ut isti etiam cœseantur ueri Israelite , & ad semen Abrahe pertineant , iam incipit exponere . in quo argu- mento petrato cum multus sit Iesaias , obscurus tamen est , eo quod inuidia plenum esset Iudeis .

secundum carnem. Est autem prophetis familiare transitionem his uerbis significare; & nunc sic dicit dominus, pro, nunc autem &c. estque uelut appendix quedam superioris orationis, & quasi temperamentum quoddam, quo superiora debent intelligi. Creans te Iacob &c. creationem, & peculiarem formationem, quando uidelicet gentem illam sibi in peculiarem populum in patribus elegit, commemorat, ut confirmet in spe, neque de se actum esse putet. Noli timere: quia redemite: de redemptione ex Aegypto intellige: quod eadem ratione, qua, quod praecepsit, hic in mentem reducit. Vocauit te nomine tuo: hebr. in nomine tuo, uel per nomen tuum. hebraismus est, quem sic aperte redderemus; Tuo te nomine compellando dixi, Israël tu meus es. hic quoque illam peculiarem electionem in memoriam renouat, quando inito fædere cum toto populo promisit, se forcis ipsorum Deum. illi autem obediens ei sempiternam polliciti sunt. unde peculum domini, & populus pecularius dictus est Israël non uno loco. immo & filius primogenitus. Ne timeas, inquit, ne putas ob ea, que dixi, funditus te euertendum. ergo ut Israëlis spem confirmet, quattuor genera beneficiorum commemorat creationis. ipse enim est, qui uniuersos creavit; & ab ipso omnes habemus quod sumus. Israëlitæ autem peculiari ratione creati dicuntur à Deo, quod miraculosè Abraham filium Isaac obtinuit, sicut etiam, & Isaac ipsum Iacob. alterum formationis: licet enim uerbum. <sup>¶</sup> Sepe pro creare, seu facere usurpetur, propriæ tamen formationem, seu fictionem, qualis est figurorum, uel statuariorum, notat, & ad formam, figuramque refertur. hanc in Israële ad legem possumus accommodare, & ritus, ac ceremonias, quibus à ceteris nationibus, uelut uas à uase figura, distinguebatur. tertium redemptionis ex servitute: quartum electionis in populu peculiarem; cum quo fædus iniit, ut eius esset peculiari nomine, ac ratione &c. hinc ergo habes, debere nos in aduersis, & comminationibus Dei, ne omnino an. n. m. despondeamus, nosmetipso commemoratione diuinorum benificiorum suffulcire, ut Deo dicamus, ne uelit opera manuum suarum perdere &c.

2. Cùm transieris per aquam: futura sunt Hebrei; transibis, inundabunt, ambulabis, adurbis, ardebit: sed futuri tam uarius, est usus, ut hæc uel de beneficijs iam olim in Israëlem collatis, uel tanquam promissiones conferendorum possumus accipere. ego in uestione uulgatum fecutus sum: sed si ad præterita uelis referre, sic uertas, cùm transires per aquam, tecum eram; & cùm per flumina, non inundabant te: cùm ambulares in igne, non adurebaris, & flamma non ardebat in te. similiter & duo uerbi, qui sequuntur. nequæ est hic sensus abiiciendus, quæsi, qui tot, tantaque beneficia contulisset, non commissurus uideretur, ut omnino interire populus ille, quinimum loco eorum, qui ex populo reprobarentur, adduceret ab oriente, & occidente, qui recumberent cum Abraham in regno celorum, & ex lapidibus suscitaret filios Abrahæ, ut uerbi. 5. & sequentibus uidere poteris. Nogrum est autem Israëlitæ per mare rubrum, & per flumen Jordanem incolumes siccò uestigio pertransisse, & in medijs deserti ardoribus illæsos quoque perdurasse adde, quod per ignem, & aquas uniuersa pericula solent designari in scripturis. Sin autem hæc, ut promissiones accipias, pertinent ad ueros Israëlitas, & ecclesiam piorum: quos dominus ab incendo, & inundatione, quibus genus Abrahæ penè obrutum fuit, tam scelerum, quam calamitatum, seruauit.

3. Quia ego dominus Deus tuus, sanctus Israël, saluator tuus: possunt hæc tam præcedentibus, quam sequentibus coniungi. Dedi propitionem tuam &c. de noce יְהוָה iam supra dictum est, quod pro piaculo, seu expiatione, seu lustratione accipiatur. inquit ergo; In gratiam tuantur, ut tibi possem tua sclera condonare, uincinostuos Aegyptios, & Aethiopes miris modis disuexai, ut eorum exemplo respicferes, uel tradidi, inquit, in tuam potestatem Aegyptios &c. ut mihi eos quasi immolares pro peccatis tuis, teq; eorum sanguine expiates, non bovin, aut arietum &c. ut idem sit hoc, quod scriptura non semel inuinciat, occisionem impiorum esse acceptissimam uictimam domino. quod fact, quod Leuitus dictum est; Consecratio manus uestræ domino &c. & quod Pro. 21. dicitur, Tiaculum est pro iusto, improbus. nam si improbi permittantur uiuere, propter eos intendam & flagella patiuntur probi: si uero occiduntur, quodammodo expiantur, & mundi, atque innocentes manent eoram domino: ubi est idem nomen, & constructio. uel dedi propitionem tuam Aegyptum &c. id est, ut mihi quasi fieres propitius, & tui gratiam promoterer, & te beneficij de uincire. Si hæc, ut res gestas, accipias, quasi faciant ad confirmationem spei, quod non posse Deus deferere populum, quem tanti fecerit; reducere hic in memoriam oportet, quanta passi fuerint Aegypti propter Israëlitas; Aethiopes autem uicini sunt Aegyptiorum, & supra de eorum uastatione dictum est. existimo autem hic קְנָעֵן populum illum significare, qui ingredientibus mare rubrum, seu Erythraum ex Oceano Indico, ad leuam habitat: quam regionem nostri communis nomine, terram Abicim appellant: qui longè, lateque diffusi, maiori ex parte subsunt principi Nubianorum. Fuit autem קְנָעֵן filius Cus, & nepos Ham, filii Noah: sicut legitur Gen. 10. a quo regio nomen accipit. quare pro eisdem accipio Cus, & Seba, quasi exponeret, quos Aethiopes designaret. Reperitur autem

autem & in sacris litteris aliud nomen huic simile nempe נְבָשׁ, quo exissimo Arabiam felicem designari: que mari Erythræo, ab illa altera regione distinguitur aliqua ex parte. utrumque ponitur Tp. 72. Reges נְבָשׁ & קְנָעֵן remunerationem adducunt. ubi uulgatus rectè Arabes posuit primo loco. Quid si quis hoc loco. ¶ pro uero positum contendat, & tres hic populos designari, Aegyptios, Aethiopes, & Arabes; cum hoc non contenderim. si autem hæc, tanquam promissiones accipias, quis interdum per præteritum efferuntur à prophetis, manifestum est, Israëlitæ gentium regiones subitas fuisse, nullasque uictimas Deo magis gratas unquam oblatas fuisse, quam quas Apostoli, & discipuli domini ex uniuerso orbe Deo obtulerunt. unde & quodam loco Paulus sacrificij fidei discipulorum meminit: accepta enim fide gentes mundo & carni morebantur, & Deo uiuere inciebant. alibi etiam hostiarum uiuarum mentionem facit, & eos, quos ad Christum adduxerat, gaudium, & coronam suam uocabat, ne dum propitiationem suam.

4. Ex quo. נְבָשׁ pro rationali particula accipiunt Hebrei, Quid, Ed quid: potest esse & temporis, Ex quo tempore, Cùm primum: nam de loco quoque dicitur Exod. 5. pendet autem oratio usque ad uerbum dedi. Quid, inquit, pretiosus fuisti in oculis meis, & quia honoratus fuisti, & quia dilexi te, iccirco dedi homines pro te &c. uel ex quo tempore mibi pretiosus esse ceperisti, & te in honore habui &c. Statim dedi homines pro te &c. id est, in cuius gratiam homines alios nibili feci: Corripuit pro eis reges, ne Christos suis tangere, inquit David, & transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: non permisit hominem nocere ei &c. It dabo. puto, uau, esse conuersuum: & dedi, uel tunc dedi, seu statim dedi, in quo usi saepe ab Hebreis usurpatur. Hic uides probos in pretio esse coram Deo. pro eodem autem accipit in pretio esse, honoratum esse, & dilectum esse: nisi forte, quod ultimo loco adiicit, nempe dilectionem, tanquam fontem, & originem præcedentium, & omnium bonorum in homine uolunt apponere. Quid enim dilexit, euexit, honorauit, & alios, tanquam seruos habuit, immo, ut uilia mancipia. An non primogenitus Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui erat futurus heres, usque ad primogenitum ancilla; ut illis bene esset, ut redimi possent, & uiuere, tanquam ultime, casi sunt? qui ergo dilectionem Dei non magni facit, quid sit beatum esse, omnino ignorat, etiam in hac uita.

5. Noli timere. iam mysterium agreditur absconditum sculis præcedentibus, ut inquit Paulus, reuelatum autem Apostolorum temporibus: ac quoniam modo cohærent excæatio, seu deuastatio Iudeorum cum magnificis promissionibus tam factis, quam etiam superioribus uerbis contentis, exponi: quare rursus bono animo esse iubet. Ego tecum sum. hebraismus est frequentissimus in sacris litteris (de quo iam non nihil supra dictum est, in nomine Immanuelis) quo favor, & auxilium Dei significatur: quid enim deesse, aut quid male accidere poterit ei, cui adit Deus? Ab oriente adducam &c. hoc est mysterium gentes esse cohæredes, & comparticipes promissionum diuinarum, & ex omni mundi plaga uenturos, qui in semine Abrahæ conseruentur. certè hue respexit dominus in euangeliō: Multi uenient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno celorum, quod autem ibi sequitur, Filii autem regni ejiciuntur in tenebras exteriores, expositiō est uerbi ostiū, ut mox uidemus. Ab occidente. פְּנַיְמָה plaga illa est Hebrei, que ad uesperam, & solis occasum spectat, ubi dies cum nocte commiscetur: quo sole oriente obscurior est, & tardius illustratur; & hæc est nominis ratio. Est autem ad occidentem Palestine bona Europa pars, ad orientem uero India, ad quam Thomas peruenit: in qua adhuc hodie plurimi Christiani dicuntur Christiani S. Thomas, & usque ad hodiernum diem ab oriente adducit dominus semen Abrahæ pernosteros, qui dum aurum, & aromata querunt, fidem illuc deferunt, qua mirantes Indorum singulis proprie mensibus imbuntur, ut recumbant cum Abraham in regno celorum. idem dico de novo orbe, qui ad occidentem iacet, ubi etiam siles in immensum propagatur castellanorum diligentia ac uirtute.

6. Dicam Aquiloni; Da. dedit Aquilonaria plaga Abrahæ germanos, Gothos, Luonios, Mo-scouitas, & ex Scyribis non paucos. dedit, & Australis regio Aegyptios, & Afros.

7. Et omnem, qui inuocat nomen meum. in hebr. non est coniunctio; sed eam non male uulgatus suppleuit; & vocari in nomine Dei, inuocare nomen Dei, dixit actiū: quod non raro Hebrei faciunt, dum actiua pasciū, & pasciua uerba actiū accipiunt. est ergo sensus uulgata editionis; Non præcipio, ut tantum Iudeos secundum carnem, qui differiunt, mihi adducas. nam quicunque inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum, siue sit Iudeus, siue Graecus. in quem sensum adduxit Paulus; Qui inuocauerit nomen domini, saluus erit: neque aliud est, quod ait Petrus Act. 10. In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente; qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: atque in hunc modum accipitur apud Euangelistam, Qui credidit, & baptizatus fuerit; & illud, Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, & similes loci, id est, ex quaenque gente quis fuerit, non propter genus à salute alienus erit, modò credit &c. Ceterum

IN QVADRAGESIMVM TERTIVM CAP.

*si, ut est in hebraismo, passim accipias, & omnis vocatus in nomine, uel cum nomine meo; id est, cui predicatum est de me: uel quicunque, audit a predicatione de me, acquieciuit; ut sit ex vocatis Dei, ut loquitur dominus Paulus: nam sicut Hebreis peculiari phrasu vocare in nomine domini, est predicare, pro-siteri publice, celebrare nomen domini; ita in noce passiva, vocatus in nomine domini erit: cui de domino est annuntiatum, & qui vocationi acquieciuit: dum glorificaretur per predicationem dominus, credit, atque confessit. Et in gloriam meam: sic legendum est, id est, & omnem vocatum in gloriam meam, qui audit euangelio gloria Dei, assensum prabuit, & Deum glorificauit. Omnes, inquam, qui tales fuerint, unde unde orti sint, aut genus ducant; ego creavi, formavi, & feci eos, non minus, quam Hebreos. Nunquid Iudaorum Deus tantum? non ne & gentium? immo & gentium.*

*8. Educ foras: optimè sensum exprexit: egredi fac: eifice, extrude populum: qui cum oculos habeat, cœcus tamen est; & aures habens, surdus est. Quid aliud est hoc, quam: Filii autem regni ejiciunt in tenebras exteriores? id est, extremas, uel quæ omnia occupant, quæ extra regnum Dei sunt. nam in regno Dei lux est: extra autem quidquid est, tenebris est, immo uerissima tenebra. & quidem merito: nam si propterea, ut est in euangelio, peccatum Iudeorum manet, quod cum caci essent, se tamen uidere dicentes, hoc est, & uiderent & caci essent, ut superiori capite pluribus dictum est; ergo peccati serui erunt: ergo non mansuvi erunt domi in aeternum: ergo expellendi erunt &c. Hic manifestè uides pro Iudeis uocatos esse Gracos: quia non fuerunt digni, & uocati ad nuptias noluerunt uenire: & diminutio eorum, & excisio fuit diuinitus mundi. Quid expressius potius? quid heres Iudeæ? dubitas, an in hoc uersu de te sit sermo? lege superius caput, quis cœcus, nisi seruus meus &c. sed quis est, cui iniungitur, ut ejiciat domo Iudeos? certe nullus: sed sic consuevit loqui scriptura, sicut suprà, Exercacor populi huius &c. id est, predecit exercendum; ita hic denuntia ejiciendos &c.*

*9. Congregata sunt: quasi dicat, animo finge congregari omnes gentes, ut non male quidam per imperium uertant, est tamen præteritum. Hic uides pertinere omnia hoc ad superius argumentum, quod cap. 41. incepit: nempe Iehova solum esse Deum, qui præterita fecerit, sicut predixerat: qui: noua facturus sit, nempe ut ueniat ex semine Abraham, qui illuminet uniuersum orbem, redimat de potestate tenebrarum: in cuius aduentu maior Iudaorum pars intereat, & à fide patrum degeneret: qua re loco ipsorum uocandas esse gentes, & in semen Abraham deputandas. hoc, inquit, mysterium, quis nam unquam reuelauit? quis ex diis gentium hoc futurum predixit? sicut nunc ego per prophetas mos præmonit? Annuntier, uel amittitur, id est, amittuntare potuisse. Et quæ prima sunt, uel priora, ut sit repetitio totius argumenti, & neq; quæ præcessissent, quinquam prius amittuisset. possumus & ἀναγνωτικόν ut ad uerbum accipere, sicut in forma masculina, Gen. 33. & Num. 2. &c. id est, initio, principio: quasi dicat, quis olim audire fecit &c. quod ego nunc futurum præmonio &c. Dent testes eorum: afferant aliquos testes, qui ea audierint. possumus & testes suos reddere. Et iustificentur &c. iusti præmonitari possent idolorum cultores: neque meritè reprehendi posse uiderent, si quispiam ipsorum sui Dei afflatus, de futuris procul à sensu hominum remotis posset quidquam præmonitare. Et audiant. uan, pro disuincta particula hic accipio libenter, ut Exod. 21. & alidas non raro, ut sit sensus; dent testes, & insufficiuntur, uel audiant, & dicant, uerum me dicere. quare alij non male pro, alioqui, accipiunt.*

*10. Vos testes mei, illi, inquit, testes adducere non possunt: at uos Israelitæ testes eis eorum, quæ dico: ex uobis enim fuerunt prophetæ, qui uobis predixerunt, docti à me, ea, quæ iam experti esis, & seruus meus Iesuas, qui nunc de futuris per Messiam uaticinatur, testis fideliissimus erit &c. in hinc ipsum, ut cum impletâ uideritis eius uaticinia, sciatios, & credatis, me solum esse uerum Deum &c. qui solus sum, à quo omnia, quæ præcesserunt, quæ presentia, & futura pendent, & in quo omnia consistunt. Dicit dominus. hic est in hebr. illa afferatio prophetæ familiaris, de qua iam supra dictum est, quæ initio, uel in fine ponitur in rebus arduis, & hic bis ponitur, quæ non melius reddi potest, quam D. Paulus reddiderit. Fidelis sermo, uel certus sermo &c. & per parentes his legi debet. Quia ego ipse sum: in hebr. quia ego ipse: sed pronomen in uerbum substantiuum uerti debet, & allusio est ad uerba illa domini in Exod. Qui est, misit me ad uos: & ipsius nominis Iehova etymologia explicatur. reddi nanque potest, & intelligatis, quod ego [sum] ille, qui est. hic est enim uis illius pronominis οὐμ. Ante me non est formatus &c. explicatio est eius, quod immediate præcessit, quod solus ipse fit. & hoc ipsum bis, terque, nimirum nomen suum, antiquitatem, perpetuitatem, potentiam, sapientiam, bonitatemque suam amplificans.*

*11. Non fuit in uobis, id est, inter nos, alienus, uel extraneus, id est, Deus quispiam alijs pre-ter me, quem alij populi colunt. atque in hoc consistit non minima pars argumentationis huius, ut su-*

præ

I E S A I A E.

152

*præ exposui, Abram, Isaac, & Jacob, non alterum Deum, nisi me Iehova coluerunt: ego autem eos uocaui, deduxi, magnificaui: accepserunt regiones aliarum gentium, quibus erant alij dñi: earum illi deos deridebant, & comminabant: non ergo uirtute alterius Dei conseruati sunt ea, quæ possede- runt &c.*

*13. Ab initio. hebr. δύο à die. rara est hæc locutio Hebrais: sed uideo, quod præpositio δύο preposita nominibus temporis, interdum sit post. Genes. 16. à fine. Iud. 11. & 15. à diebus, & Exod. 1. &c. ut hic à die idem sit, quod post diem, post tempus, post finem temporis, cum iam desierint dies, id est, in aeternum, ut sine principio esse dicitur Deus, & sine fine. Facit non nihil ad huius confirmationem particula δύο, quæ additionem notat. Insuper, Καὶ οὐνίμονος &c. Qui de manu mea &c. fortè in his uerbis, occulte tam perpetuam felicitatem iustorum, quam aeternam damnationem improborum notauit: quo duo postquam desierit hic mundus, & ceſauerint dies, manent: & de electis quidem dicit dominus in euangelio, neminem eruptrum ouer de manu ipsius. Sententiam au tem illam, Ita maledicti in ignem aeternum &c. irruant quis facere poterit, uel quis auerteret illam? certè oportet, hæc, quæ de se dicit dominus, perpetuò menibus nostris impressa manerent, ut & neminem formidare, & omnia nihil facere auderemus: sed perpetuo illi placere studeamus, qui habet clauem uitæ, & mortis: qui solus est Deus, solus sapiens, solus potens.*

*14. Hac dicit dominus. dixerat, quod est Israelite secundum carnem magna ex parte interirent, caderent, & foras evicerentur: tamen ex uniuerso orbe suppleret eorum defectum, quare bono animo essent, nunc multo maiora se præstirunt pollicetur nouo illi populo, ex diversis gentibus, tam Iudeis, quam Græcis, coadunato, quam Israelitæ secundum carnem olim præstissem. & primo loco reductionem ex Babylone commemorat, quæ tempore, quo hæc dicebantur, non dum contigerat; deinde educationem ex Aegypto. quo duo præ nouis, quæ facturus est, parvi facere iubet. Emisi, uel misi in Babylonem: de exercitu Persarum accipe ista. poliquam enim imperium Chaldeorum ad Persas, & Medos translatum est, patuit regressus capiunt Iudeis. initium ergo hic tantum tangit: ex quo torum intelligamus. Detraxi: ad uerbum, descendere feci, uel deieci, ex loco superiori in ima detraxi. Vectes uniuersos: certum est nomen hoc in plur. pro principibus figuratè accipi, propter fortitudinem, & quod muniant populum, ut iam suprà admonui: porest & pro ipsis repagulis, & munitionibus accipi: nam omnia deiecerunt Persæ: ita accipitur Ps. 147. & Nahum. 3. &c. nam quod pro profugis hic quidam accipiunt, non placet. Chaldeos in nauibus gloriantes. non ma-le exprebit sensus. ego hebraicum reuinui, licet transphœrim relatum. habet enim ad uerbum, Chaldeos in nauibus ouatio eorum: nam cum illac Tigris, & Euphrates fluant, nauibus, & triremibus abundabant. postea in lacus, & paludes, & insulas innumerabiles redacta sunt loca illa usque ad Persicum sinum, sicut ex uerbis certorum hominum cognoui, ut iam non nisi parvis admodum nauigis posset mare illud nauigari usque ad castrum, quod munitissimum habent Turcae, quod Barcora appellatur prope fluum, ex quo oram India infestare canuntur. Existimo autem tantam mutationem, ex au-silio illo & stratagem Cyri initium accepisse, quando extra suum aluum annem fluere fecit, qui Ba-bylonem intersecabat, ut miles per aluum urbem tutu intraret. ante cuius tempora tutu uidebatur posse esse nauigatio per flumen in sinum Persicum, atque inde per uniuersam oram Indicis mariis, quæ nunc nostris notissima est.*

*16. Qui dedit: participium est, dominus, qui dat, ac de præteritis: sic etiam consuevimus loqui, id est, potens est, dare in mari uiam, ut iam olim fecit. de transitu maris rubri est sermo.*

*17. Qui eduxit quadrigam &c. de exercitu Pharaonis loquitur: dicitur autem eos eduxisse, sicut dicitur induisse cor eorum, ut perséqueretur filios Israel. Contriti sunt. τυτι extinguiri significat: uulgatus dixit, contriti sunt expones, qui a uero in aquis suffocati sunt, & anima est, uelut igni- culus quidam in nobis, extintos Aegyptios, quasi linum fumigans dixit, quod non faciliter linum accensum, in aquis submersum extinguatur, quæ illi fuerint extinti. fortè etiam istis stimulitudinibus ad iram & ardorem, quo accensi infrequebantur Aegypti Hebreos, respxit propheta.*

*18. Ne memineritis priorum: quasi dicat, hæc, quæ commemorauit, quæ in uerbi gratianam feci, magna quidem sunt: sed non est, quod ipsa amplius celebretis: majora ecce iam iam efficiam, & noua edam miracula, quibus comparata antiqua hac prorsus uilescat. Arrigant hoc loco Christiani aures, & attendant, quanto maiora, quam Israelitæ accepérunt, ut tanquam beneficiarij dignas agant gratias, & Israel secundum carnem hec attendens erubescat.*

*19. Noua. hebr. in singulari, nouum; & de illo precipue mysterio est sermo, quod suprà attigit, & nunc alia uerborum figura iterum aperit: nempe gentibus aperiri gratia ianuam, ut pro populo Dei censemantur, remissis coram peccatis. quod multo maius esse, quam ex Babylone, aut Aegypto cri-pi, ut sequentes uersus ostendunt, non nisi ceci negabunt. Nunc, οὐμ, est presentis, aut iam*

C c ij

instantis temporis . ideo per , iam iam , uerti ; nam et si post multis annos futurum erat ; confuerunt sic tamen prophetæ loqui ; non solum ut insinuerit mille annos in conspectu domini , esse uelut diem hester-nam , qua præteri p; uerum etiam ut nō usq; adeo aperta sint diuina oracula indignis , ea præfertim , qua stomachum pietatis affectum non habentibus poterant mouere . Vtq; cognoscetis . interrogativa est oratio in Heb. bue responsione affirmatiua exigit , an non , nunquid non &c. Pro cognoscetis ; dixi , sentietis . nam uerbum yr. sape . non tam est intellectus , quām sensus , qui fit tactu , aut alterius sensus experientia . notat ergo omnib; manifestū futurū id , quod praenuntiatuuntur est . Sed quid illud est ? Ponā in deserto uiā . ne , quo , mibi hoc loco ex Rabinis contra seriem uerborum prophetæ nostri , reditum ex Chaldaea ingeras . nam , ut uidisti , illud inter uetera beneficia computatur . certè de grā-tia , qua & in gentes diffusa est , intelligendus est locus hic , immo in uniuersum de gratia , qua exube-ravit , ubi superabundauerat peccatum , ut quibusvis peccatoribus pateret uia salutis . Omisit autem hoc loco nulgatus interpres particularam & , quam reddere interdum uix possumus : & quantum ex plerisque locis scriptura conuicere possum , non rarò est interieccio insultantis , & quodammodo glorian-tis , præfertim quando initio orationis ponitur . atq; ita accipienda uidetur in uerbis serpentis ad Euām ; Aph. quare præcepit uobis dominus &c. quasi dicat ; Nunquid non satis manifestum est , quām non sit in uos benevolus dominus ; id quos uel ex hoc manifestū est , quād uobis præcepit , ne de omni ligno &c. sit ueluti insultantis , quasi alia colloquia præcessent : quibus serpens id perjuadere conatus fuī-set mulieri : hoc quoq; loco gloriantis esse uidetur ; Aph. ponam in deserto uiā &c. in hoc enim conueniunt uiri docti , quod iuxta significacionem uerbi & particula hæc impetu animi significet , & sapientia per etiam , quoque &c. redditur ab interpretibus . quod si hoc loco sic reddere uelis non erit sensus omnino absurdus , Ponam quoque in deserto uiā : nam quod Iudeis aduentura effet sa-lus , plane omnibus constabat : at quod gentes , & qui longè essent à Deo , sine testamento , & pro-missionibus , participes illius gratia futura erant , paradoxum erat , & uix credi poterat . Quando au-tem quis inexpectatus ingreditur , solet sic loqui , Ego quoque huc uenio &c. quemadmodū & in Actis Apostolorum loquuntur , qui erant ex circuſionē : hi cum uidissent spiritus sancti donum Cornelio , & domesticos eius concedi , dixerunt obstupefacti ; Quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est . ergo interieccio est , qua uariè reddi debet , iuxta orationes exigentiam .

20 Glorificabit me beflita : ita uocat gentes barbaras , qua ignorabant Deum , qua longè agebant à populo Dei ; nihil à brutis , seu feris , nihil à draconibus , & immitibus animalibus , & qua nulli af-fectu pietatis erga problem afficiuntur struthionibus , differebant . Si de ueteribus beneficiis effet sermo , certè de ipsis feris intelligerem uerba hec , qua cum ex aquis , quas dominus in deserto creauebat , in gratiam Iraelitarum , illac in terram promissam transuentis , potassent , uidebantur præleitia Deum laudare . uerū per allusionem ad historiam illam hac intellige , nempe , quod cùm gentes po-tarentur , & irrigarentur , doctrina & aquis illis , qua primo Iudeis data sunt ( ipsorum enim erant & promissiones , & legislatio &c. ut est apud Paulum ) super bac misericordia glorificarent Deum , ut idem Paulus interpretatur uersum psalmi . nam ingressi sumus ex triujs ad nuptias , quas Iudei repudi-a-runt , & pinguedinis oliva participes facti sumus , & in regnū Dei successimus , quod illi contempserunt . sicut enim ferre biberunt ex aquis , quas produxit dominus populo suo ; ita gentes receperunt Christum , qui uenerat ad uos perditas domus Irael , & gratiam regni , quo ab ipsis prodit : salus enim ex Iudeis est .

21 Populum istum formauit &c. præoccupatio est : nam tacite obiectioni respondet ; quorūm hoc adueniunt isti cæci , & claudi , debiles , & ignobiles ? quis est hic idololatrarum concensus ? quid sibi uult hæc ferarum congregatio ? respondet dominus , Populum istum formauit , qui reciter laudes meas , & misericordiam meam predicit : Iudei enim sibi gratiam banc , quasi debitum putant , & quidem qui ex eis crederunt , iustitiam , & ueritatem meam annuntiant , qui quod patribus promiseram , admiu-pleuerim . at qua mea est bonitas , uolo quoque , ut populo meo aggredientur illi , quibus ante uero nibil fuerat annuntiatio : qui bonitatem meam tanto incundius magnificabunt , quanto à mea magnificentia longius se antea positos intelligent . sumus enim in laudem glorie gracie sue , inquit Paulus .

22 Non me inuocasti Iacob : obscurus locus est , & quod hac pertineat , non usq; adeo manife-stum est . omib; ergo , qua ali' hic afferunt , tribus modis accipi hec posse existimo , primo , ut sit al-tera occupatio : posset enim Irael secundum carnem obijcere ; si non alia ratione gentes uocas , quam ut laudes tuas enarrant : ego quid aliud ago ? non psalmos , non hymnos decanto ? quid mea sacrificia , & uisitima sunt &c. responder dominus . Non me inuocasti Iacob : inuocations illæ tuae , & cantica carminum tuorum perinde sunt , ac si non essent . cùm enim illa offeras , non eo , quo oporeat , animo , neque ea , qua decet , fide ; ( in his enim putas confidere iustitiam ; etiam si multis sceleribus sic con-taminatus ) scias , quod neque me laudas , neque mibi pecudes occidis , neque in militia illa templi mibi militas

militas , neque quidquam molestie propter me sustinere diceris : quinimum mibi molestiam istis affers , & labore sustinens &c. ut primo capite dixerat dominus . Secundo hic subiecte potest sensus : nouum quid iam tam fabrurus sim , nempe ut gentes me glorificant , & ex ipsis frat nouus populus Irael , qui laudes meas annuntiet . nollem autem exsimes Irael , hanc me gratiam exhibuisse tuis meritis : nam non ex operibus iustitia , que feceris tu , hac feci : nec enim me inuocasti Iacob &c. id est , non tanti fuerunt hæc , ut propter illa salvatorem miserim , peccata abfulerim , nouum populum formarim &c. tua ista obsequia tuam porius mecum , quām beneficentiam provocabant . propter me ipsum misi filium meum , qui uos gratis iustificet &c. Tertio , ut & interrogatiū accipiatur , & responseū exigit affirmatiua : quod suprà annotau Hebreus interdum in usu esse . Non me inuocasti Iacob ? aut non laborasti in me &c. quasi dicat ; non alios uocau , qui me landarent , quasi tu non me laudares . certè me inuocabas , in me laborabas , me uictimis honorabas &c. sed manus uestræ sanguine plene sunt , & seruire me fecisti in peccatis &c. quare fidem amplectere : ego ego enim sum &c. Neque laborasti in me , id est , nihil molestie propter me sustinisti .

23 Non te seruire feci : nec tu id præstisli , neque id ego à te exegi . quid enim potissimum à te quasierim , Moys non semel tibi significauit ; nempe ut me diligeres , me timeres , mandatis meis obe-dires &c. sacrificia autem , tanquam signa mentis fidelis , & amantis exigebam , non quod illis tan-tum constaret iustitia . Nequé laborem tibi præbui in ture . hinc habes , quid sibi uolebat uer-su superiore , Non laborasti in me : de cultu enim , & ministerio , seu militia templi loquebatur .

24 Calamum τρόπον nomen Hebraum ; à quo nostrum , canna significat tam aromaticam , quām non aromaticam arundinem : & hæc de aromaticâ est sermo , quam Ierem . 16. uidebis cum ture etiam con-iungi . Ezech. autem 27. cum casta : ne quis putet easiam esse , que etiam arundo quadam est , & Exod . 30. dicitur canna aromatis . fortè est , quod nos cannellam appellanus , que dicitur in Ieremias , ad-duci de terra longinqua : nam ex insula , que nunc dicitur Ceylan , à fauibus maris rubri mille , & sexcentis milliaribus dista , hoc aroma desertur . nam , quod quidam cannellam cinnamomum esse uoluunt , non proba Cant . 4. ut duo numerantur , canna , & cinnamomum . est autem cinnamomum no-men Hebraum . τρόπον & suffici debuit , ut apparet ex Prover . 7. Suffici cubile meum , myrrha , Aloë , & cinnamomum : & in Ecclesiastico , sicut cinnamomum , & balsamum dedi , suauitatem odo-ris &c. adde , quid ad compositionem olei , quo ungì debebat tabernaculum , & arca , accipiebantur ducenti quinquaginta sili . τρόπον canna , & totidem cinnamomi . vide Exod . 30. mibi certè ueris-mile fit per cannam hæc intelligere prophetam , tanquam per partem , totam illam olei compositionem . Verumtamen seruire me fecisti &c. τρόπο potest esse , uel affirmatiua , uel aduersatiua . parti-cula : quo patto autem coniungi debeat superioribus , quod hic dicitur , uide supra uer . 22. Sed quid est facere Deum in peccatis seruire ? arbitror sic loqui prophetam , ut iustitiam Iudaicam omnino damnat . Non , inquit , feci te seruire , aut labore in ture : sed potius me seruire fecisti in peccatis tuis . mibi omnino dispicebat cultus ille tuus : neque talen à te mibi culum exhibere unquam optau ; fidem & pietatem exigebam , dum sacrificia & cultum illum instituebam : hæc cùm mibi denegares , nihil emolu-menti , ex tuo illo obsequio , ad me redibat . At quod ego , dum tu me sic coleres , tacebam ; quod tuos sacerdotes pro sacerdotibus haberi , & in honore esse permittebam ; quod ab ore eorum primicias , & oblationes non auferebam ; quod quos illi expiabant , pro expiatis haberi sinebam , quod eos ab altari meo non repellebam , illis erau gratissimum . ergo uos me potius seruire fecisti in peccatis uestris , ho-stis illis uestris , & sacrificiis , & uniuerso cultu , quām ego uos . ego uero questui , honori , ac uolu-patribus seruirebam : uos legem meam transgrediebamini , fidei , & misericordia , ac iustitia , qua gra-uissima sunt in lege & oculis meis gratissima , prorsus obliti . Videant hæc Christiani : legant , & atten-dant ministri domini , & apud se cogitant , an ipsos Deus , an Deum ipsi seruire faciant ; & quis , cui laborem , ac molestiam prebeat . huc facit bona pars capitis primi huius prophetæ : præfertim uero fa-cient uerba illa , Laborau sustinens , uel fatigatus sum ferendo &c.

25 Ego , ego sum &c. iuxta triplicem illum modum exponendi Superiora , ita hac connectere oportet . primo , si nihil agis , si me non colis ; quinimum in me peccas &c. superest , ut ad me conuertaris , amplectaris &c. ut tuorum scelerum remissionem obtineas : ego enim sum , qui deleo iniquitates &c. Secundo , si cultus tuus , & sacrificia tua plus sceleris habent , quam pietatis ; superest , ut aliunde remissionem queras ; quām ex iustificationibus illis tuis ; & me amplectaris , qui propter me ipsum deleo &c. Tertius modus cum priori coincidit . Propter me . superbiam Iraelitarum , & præsumptionem eorum refudit : qui ex lege arbitrabantur se iu-stificari , & ex genere à patribus : quorūm utrumque , ut inanem iustificationis originem abjicit . Ego ego inquam , neque propter iustitiam tuam , neque propter patres tuos deleo iniquitates tuas , id est , delectam , aduenio . id uolo , & innotescit habeo ; efficiamque , quantum ex me est , illa uero geminatio ,

IN QVADRAGESIMVM TERTIVM CAP.

Ego, ego &c. est gloriantis, & sibi nimium complacentis. in amorem tam benigni patris non rapiemur?

- 26 Reduc me in memoriam, id est, fac, ut mihi in mentem ueniat. sic sonant Hebrae: quasi dicat, si uero res non sic se habet, immo habere te putas, unde debeam meritum tibi ignoscere; fac, ut id mihi in mentem ueniat: nihil enim tale memini: fac me recordari. estque tacita in his uerbis irrisio. Quid enim Deum fugiat? Iudicemur simul: uideamusq; sit ne tuus meritis adscribenda iustificatio, seu remissio peccatorum tuorum, an misericordia, & bonitatem meam recita, profer, enumera, si que sunt, ob qua tibi istae gratia debeat. Vt iustificeris, id est, ut tibi debeat remissio peccatorum: uel potius, ut iustificeris, id est, superior in hac causa euadas, & pro te se ratur sententia, dicaturque, ex merito iustitia tibi debitam fuisse remissionem peccatorum, & non ex gratia. Hec loquendi forma, hac iustitiae, hac irrisio, hec confidentia nihil aliud insinuant, quam compertissimum esse, gratiam, & remissionem peccatorum misericordia Dei debere adscribi, & infanos esse, qui aliud crederent, quales nos esse Lutherani mentiuunt.
- 27 Pater tuus primus &c. quod si de iustitia tua diffidis, & id me patribus tuis debere affirmas, tuus primus pater, nempe Theral pater Abraham, & pater Nabor peccauit, idola coluit, & alii fuerunt omnes obnoxij delictis. nam Ioseph capite ultimo dicit Israelitis; Trans fluum habitauerunt patres uestris Thare pater Abraham, & pater Nabor, & ibi seruierunt diis alienis. Et interpretes tui: de Mose, & Aarone est sermo, qui irritauerunt Deum ad aquas contradictionis: hos interpretes vocat, quia interpretabantur Israeli diuinam uoluntatem, nomen autem יהו tam in bonam, quam in malam partem accipitur, nempe tam eum, qui similius interpretatur alterius dicta, uel facta, & illufor est, seu cauillator, quam qui recte &c.
- 28 Contaminauit principes sanctos, seu sanctitatis, id est, ut contaminatos, & profanatos duxi tuos illos principes, quorum erat eximia sanctitas, & tanquam immundos eos castigauit: noluique, ut terram promissam pedibus suis contingerent. insuper & ceteros omnes partes tuos, quod in me praeuaricati fuissent, dedi in anathema, ut omnino delerentur, sicut ciuitates, quae excommunicabantur a Deo: fueruntque approbatio uiueris: nemo enim erat, qui non eos damnaret, quem non merito pudaret, ab eis genus ducere, qui tam ingratis Deum suum fuisseint, qui toties ab eius fide receperint, qui ob leuisimas causas tam frequenter de Deo obmurmura fassen, ut ex tanta illa multitudine, soli duo reperti sint digni, qui beredes essent promissionum diuinarum. quo pacto ergo eorum tibi iustitia proderit, qui ob sclera sua damnavi sunt? non est ergo, quod de iustitia patrum glorietur IsraeL sed neque de iustitia sua, ut iam dixi: ergo non mirum, si populum nostrum creare uoluerim: qui laudes meas decantet: qui misericordiam meam celebet: qui, cum in se non habeat, nisi unde, erubescat, me amplectatur, adhaeretque ueris Israelitis, atque ex ueris fiat unum ouile &c. Hic habet causas & reprobationis Israelitearum, & uocationis gentium, ut perpetuo consideremus cum Paulo & bonitatem, & severitatem Dei &c.

Caput quadragesimum quartum.

Noua.

Vetus.

**E**T nunc audi Jacob serue meus, & Israel, quem elegi. Sic dixit Iehoua, faciens te, & formans te, qui ab utero auxiliator tuus; Ne timeras serue meus Jacob, & primogenite, quem elegi.

Effundam enim aquas super sitientem, & fluenter super ariditatem: effundam spiritum meum super fenum tuum, & benedictionem meam super progerminationes tuas.

Et succrescent inter scenen, ueluti salices iuxta securigines aquarum.

Iste dicit; ipsius Iehoua ego sum, & ille

**E**T nunc audi Jacob serue meus, & Israel, quem elegi. Hac dicit dominus, faciens, & formans te, ab utero auxiliator tuus; Noli timere serue meus Jacob, & rectissime, quem elegi.

Effundam enim aquas super sitientem, & fluenter super ariditatem: effundam spiritum meum super fenum tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta praterfluentes aquas.

Iste dicit; Domini ego sum: & ille uoca

bit

I E S A I A E.

154

Noua.

Vetus.

ille uocabitur in nomine Iacob. & ille scribet manu sua ipsi Iehoua: & in nomine Israel cognominabitur.

Sic dixit Iehoua rex Israel, & redemptor eius Iehoua tecbaoth; Ego primus, & ego postremus, & praeter me non est Deus.

Et quis sicut ego? pronuntiet, & annuntiet illud, & aequet illud mihi. ex quo posui populum saceruli, uenientia, & quae futura sunt, annuntient illis.

Ne expauefcatis, neque timeatis: an no ex tunc audire te feci, & annuntiaui: uos testes mei; nunquid est Deus prater me, aut petra [ quam ] non cognoverim?

Effigiantes sculptilis omnes sunt inanitas, & experibiliis corum nihil subleuamini afferunt, & testes ipsorum ipsi, non uident, neque cognoscunt, ut pudeant.

Quis formauit Deum, & sculptibile fudit, ut subleuamen non afferat?

Ecce omnes socij eius pudeant: & fabri ipsi ex hominibus, congregabunt se omnes ipsi, stabunt, expauefcient, pudeant simul.

Faber ferrarius lima, & operatur in carbone, & malleis format illud, & operatur illud brachio potentia sua: esurit etiā, neque uires [ ei ] sunt: non bibet aquam, & defatigatur.

Faber lignarius extendit lineam, format illud rubrica: facit illud dolabris, & circino format illud, quasi similitudinem uiri, secundum detorem hominis, ut dominus fedeat. artifex lignarius operatus est in angustiis, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem uiri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.

Abscindere sibi cedros, & accipit abietem, & querum, & surgit sibi inter arbores fylax; plantat ornatum, & imber cresceret faciet.

Et est homini ad incendendum, & accipit ex eis, & calefactus est: & succedit, & coquit panem: in super opératur Deum, & prodigidat adorat: facit ipsum sculptile, & sicut curvatus est ante illud.

Dimidium eius comburit in igne, super dimidium eius carnem comedit, assat asfaturam, & saturatur, quin calefactus, & dicit; Calefactus sum, uidi focum.

Et residuum eius in Deum facit, sculptile, sibi, curvatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat dicens; Libera me, quia Deus meus es.

Non auerunt, neque intelligunt, quia oblitio

bit in nomine Iacob. & hic scribet manu sua domino: & in nomine Israel assimilabitur.

Hec dicit dominus rex Israel, & redemptor eius Iehoua tecbaoth; Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.

Quis similis mei? vocet, & annuntiet; & ordine exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: uentura, & quae futura sunt, annuntient eis.

Nolite timere, neque conturbemini, ex tunc audire te feci, & annuntiaui: uos testes mei, nunquid est Deus absque me, & formator, quem ego non auerui?

Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantisima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non uident, neque intelligunt, ut confundantur.

Quis formauit Deum, & sculptile confluat, ad nihil utile?

Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt, & pauebunt, & confundentur simul.

Faber ferrarius lima operatus est in pruina: & in malleis formauit illud, & operatur illud brachio potentia sua: esurit etiā, & defatigatur.

Artifex lignarius extendit normam: format illud rubrica: facit illud dolabris, & circino format illud, quasi similitudinem uiri, secundum detorem hominis, ut dominus fedeat. artifex lignarius operatus est in angustiis, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem uiri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.

Succedit cedros, tulit ilicem, & querum, quae steterat inter ligna, satius: plantauit pinum, quam pluvia nutriuit.

Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succedit, & coquit panem: de reliquo autem operatus est Deum, & adorauit: fecit sculptile, & incurvatus est ante illud.

Medium eius combustit igni, & de medio eius carnes coxit, & comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit; Vah. calefactus sum, uidi focum.

Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile, sibi, curvatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat dicens; Libera me, quia Deus meus es tu.

Nescierunt, neque intellexerunt: obli

nit

cc iii einm

Noua.

Verus.

nit oculos eorum, ne uideant, ne accurate  
considerent corda eorum.

Neque reduxit ad cor suum : neq[ue] est 19  
cognitio , neque [est] intelligentia ad di-  
cendum . dimidium eius combusfi in igne .  
quin & coxi super carbones eius panē : affa-  
ui carnem , & comedī , & reliquum eius in  
abominationem feci , & germini arboris  
me flectam ?

Socius cineris [est] : cor falsum inclina-  
bit se ; neque eripet animam suam , & non  
dicit ; An non fallacia est in dextra mea ?

Memento horum Iacob , & Israel , quo 21  
niam seruus meus es . formauit te , seruus  
meus es , ne obliuiscaris mei .

Deleui , ut nubem , transgressiones tuas ,  
& ut nebula , errata tua : redi ad me , quo  
niam redemite .

Ouate cāli , quoniam fecit Iehoua : triū  
phate inferiora terra : resonate mōtes oua-  
tionem : sylua , & omnis arbor [qua] in ea :  
quoniam redemit Iacob , & in Israel glori-  
ficabitur .

Sic dixit Iehoua redemptor tuus , & qui 24  
formauit te ab utero ; Ego Iehoua facio om-  
nia , extendo cālos solus , deduco terrā  
à meipso .

Qui labefactat signa magorum , & diu-  
nos in glorios facit , reducens sapientes re-  
trorsum , & scientiam eorum incōstantem  
reddens .

Qui ratum facit uerbum serui sui , & cō-  
filiū nuntiorum : fluor perficit . Qui dico 26  
Iaco ipsi Ierusalem ; Habitaberis : & ciuitati  
bus Iehuda , Aedificabimini , & siccitates  
eius erigam .

Qui dico profunditati ; Exsiccare , & 27  
flumina tua arefacio .

Qui dico Cyro ; Pastor meus , & omne 28  
beneplacitum meum perficiet . & ad dicen-  
dum ipsi Ierusalem , Aedificaberis , & pala-  
tio fundaberis .

**E**T nunc , ueros Israelitas iterum consolatur , offendens ex eis ; que inter eos per Christum fa-  
cturus sit , se solam uerum Deum esse ; ut nullius alterius rationem habeat . ex beneficiis etiam  
iam olim acceptis fiduciām . Itemque confirmat , ne se omnino delenatos putent , sed multiplicationem  
exspectent , uidelicet per gentium conuersationem . Audi Iacob : ita alloquimur flentes , & queri-  
monias eorum interrumpimus , dum filios , aut amicos consolamus .

**A**b utero auxiliator tuus : ad uerbum , ab utero auxiliabitur tibi : quam formam recte vulga-  
tus uertit , id est , qui tibi auxilio semper fuit . ab utero enim usurpant passim Hebrei , sicut Latini ,  
ab incunabulis . Quando enim non expertus est Israel bonitatem Dei erga se , ab eo tempore , quo co-  
pit peregrinari in terra Chanaam , & in Aegypto ? hoc premitit , ne agnum despondeant , immo cre-  
dant ,

enim sunt , ne uideant oculi eorum , & ne  
intelligent corde suo .

Non recogitant in mente sua , neque co-  
gnoscunt , neque sentiunt , ut dicant ; Me-  
ditatē eius combusti igni , & coxi super  
carbones eius panes : coxi carnes , & come-  
di , & de reliquo eius idolū faciam ? ante  
te trunca ligni procidam ?

Pars eius cīnis est : cor insipiens adorabit  
illud , & non liberabit animam suam , ne-  
que dicet ; Forte mendacium est in dexte-  
ra mea .

Memento horum Iacob , & Israel , quo 21  
niam seruus meus es . formauit te , seruus  
meus es , ne obliuiscaris mei .

Deleui , ut nubē , iniquitates tuas , & qua  
si nebula , peccata tua ; reuertere ad me , quo  
niam redemite .

Laudate cāli , quoniam misericordiam  
fecit dominus : iubilate extrema terra : re-  
sonate montes laudationem , saltus , & om-  
ne lignum eius . quoniam redemit dominus  
Iacob , & Israel gloriabitur .

Hæc dicit dominus redemptor tuus , &  
formator tuus ex utero ; Ego sum dominus  
faciens omnia , extendens calos solus , sta-  
biliens terram , & nullus mecum .

Irrita faciens signa diuinorum , & ario-  
los in fuorem uertens , & conuertens sapie-  
trorsum , & scientiam eorum stultam  
faciens .

Suscitans uerbum serui sui , & confilii  
nuntiorum florū copiens . Qui dico Ie-  
rusalem ; Habitaberis : & ciuitatis Iudea,  
Aedificabimini , & deserta eius suscitabo .

Qui dico profundo ; Desolare , & flumi-  
na tua arefaciam .

Qui dico Cyro ; Pastor meus , & omne 28  
beneplacitum meum perficiet . & ad dicen-  
dum ipsi Ierusalem , Aedificaberis , & pala-  
tio fundaberis .

dant , quod non abiecturus sit dominus populum suum , cuius dona sunt sine paupertate . Rectissi-  
mè . variant omnino interpres Hebrei , Graci , & Latini in uoce Hebreā יְהוָה : uolunt tamen  
plerique ex Hebreis , ut sit à uerbo יְהוָה , id est , rectum fuit , significetque Israelem à rectitudine.  
hos secutus uulgatus , rectissimum uertit . Deut . 33 . sicut etiam hoc loco . in quibus locis Chal . Israelem  
ponit . at Deut . 32 . dilectum uertit uulgatus ; Incrastatus est dilectus , nimurum secutus Gracos , qui  
יְהוָה uerterunt . neque dubium , quin Israelem significet . at rationem nominis inuenire , non ita  
facile fuerit . ego certè , cum uideam יְהוָה taurum significare , consentientibus ipsis quoque He-  
breis , puto יְהוָה parum significatione differre , esseque uelut denominativum ab eo , ac primaria  
significatione notare taurum ducem , qui in armento præcedit ueluti dux : unde sumpta metaphora , nos  
Lusitani primogenitum , & qui maiores partem hereditatis accipit , Morgado appellamus , id est , qui  
maior est , seu qui ceteros fratres , ueluti dux , præcedit : est enim pater in domo , ueluti pastor : primo-  
genitus autem , ueluti dux gregis . cum iugur dominus Israelem suum primogenitum appelleret , hoc no-  
mine merito appellatur , quod in hac magna Dei domo inter ceteros populos primum sibi locum uendi-  
cet , à præundo itaque hoc nomen dicitur . Quod autem hæc sit nominis significatio , confirmant co-  
gnata dictio , & locus ille Deut . 32 . Incrastatus est Iessurun , & recalcitrauit impinguatus , & adi-  
pe obductus &c . ubi Israelem inducitur , ueluti taurus &c . hinc quoque Deut . 33 . Ioseph comparatur  
tauro pulcherrimo ; & familia , & cognationes Israël dicuntur . mea itaque sententia neque  
יְהוָה bouem simpliciter significat , sed præcipuum bouem , seu taurum à præundo ; similiter & יְהוָה  
eum , qui præminet , præcedit , & ueluti dux , armento præest , ceteris major . quoniam autem primo-  
geniti solent esse magis dilecti , non mirum si animaduertentes Graci ex contextu esse nomen dignitatis ,  
ac favoris , dilectum uerterint , etiam hoc loco .

3 . Effundam &c . quod in priori parte uersus , obscurius sub nominibus aquarum , & scaturigium  
sicutis , & ariditatis dixerat , in posteriori non nihil apertius effert , nominibus spiritus , & benedi-  
ctionis , seminis , & progerminationum . promissione itaque spiritus sancti , largiter effundendi super  
Israelitas solatur ipsi Deus : ex illa nanque effusione diuitiæ facti discipuli domini , replerunt orbem di-  
uino semine , & innumerabiles fratres secum adduxerunt in sinum . Abraham : non enim qui secundum  
carnem nati sunt , censentur in semine , sed qui ex promissione . Vbi animaduerte spiritum sanctum ,  
eiusque dona , aquis , & fluenti comparari , ut sepe aliis in scripturis : collationem autem donorum ,  
effusioni , nimur ut copiam , & abundantiam , seu , ut Paulus loquitur , diuitias bonitatis Dei , illis  
collatas intelligamus . & quidem si necessemus spiritus sancti uirtutem esse infinitam , ex huiusmodi lo-  
cationibus illam exhaustam posset quipham sufficiari : id enim sonant effusiones , præsertim aquarum :  
nullius enim alterius rei largiores sunt . nam sine inuidia , & sensu ullo doloris , aut commiser-  
tionis fieri solent . unde , ut omnino uirtutem suam prostratam , seque omnibus modis miserum , & om-  
ni aliorum commiseratione destitutum significaret David , dicebat ; Sicut aqua effusus sum . ergo effusum  
abundè in discipulis domini diuinam gratiam hæc notant . Hic quoque animaduerte , populum Israelem  
eo potissimum tempore , quo sceleris , & impietas prævaluerant , & omnia infidelitas deuastasse uide-  
batur , terra sitiens , &arenti comparari , que horrida est , nihilque fructus , aut uiriditatis habet .  
similes etiam sunt omnes , qui in Deum sunt impij . Sed quid , si adueniat spiritus de excelso ?

4 . Et germinabunt &c . quod aquæ , herbis & arboribus , præsertim salicibus , quæ aquis gaudent ,  
& breuitempore ramos oblongos emittunt , conferunt : hoc spiritus sanctus contulit discipulis domini .  
quare ceteris omnibus Indiæ eminentiores effecti , immo omnibus , qui eos præcesserunt , non minus ,  
quam arboreis herbis , & fano , toti mundo uigorem suum , & gratiam impertierunt .

5 . Ille dicit &c . de conuersione gentium est sermo , que in Israelem transferunt . Israël sunt proge-  
minations Apostolorum , uidelicet ut isti dicant , se ad Iehoua pertinere : neque alium Deum uelle col-  
lere , quam quæ colunt Israélita . illi se Israélitas , & ex Iacob prognatos eße profiteantur , nempe religio  
ne ac fide , sc̄is esse filios patriarcharum , & sanctorum patrum , quorum fidem settant &c .  
Vocabit in nomine Iacob . יְהוָה cum punctorum notis paſtuis legendum puto : uocabitur cum  
nomine , uel in nomine Iacob : uel uocabit in nomine Iacob , id est prædicabit , ut suprà 41 . Scribet  
manu sua domino , id est , scripto profitebitur , se ad Iehoua pertinere . repetendum enim uidetur  
pronomen , quod præcessit וְאֵל . Ipsi Iehoua ego , hoc scilicet scriber : quasi sit allusio ad consuetu-  
dinem militum , qui profitentur , suamq[ue] nomen apponunt , & iure iurando se , suamq[ue] fidem , & ope-  
ram imperatori , seu duci addicunt . quam consuetudinem olim seruasse ecclesiam legimus : diceban-  
turq[ue] ; qui baptisma sacrum suscipiebant , nomen dare Christo , in cuius militiam transfabant . As-  
siliauitur . יְהוָה cognominabit , denominabit , paſtūe accipendū puto . uide sequenti capite  
uers. 4 . uel reddendum , cognominabit se . Vides Israélitas totam consolationem hac una promissione cir-  
cumscribi , quid multi hinc , & inde ad Israelem conuenient , & ad Deum pertinebunt . uides

nihil aliud hic promitti, quā spiritus sancti dona, quibus donati non nulli Israëlitæ uastationem Israëlis instaurant, & satis dignè compenſent? nullus hic tumultus bellicus, nullæ sanguinolente nictoriae audiuntur; germinationes tantum, ueluti arborum, effusiones spiritus, ueluti aquarum, legis. Desinant cœci Indæ ſcīſos decipere, & redēptione ſpirituali contenti ſint: qua una felices ſint homines: quo uno alios deos prædicat ſe antecedere in ſequentiis. cuius ſolius felicitatis me ſuprema illa bonitas partipem faciat.

6 Cū totam conſolationem populi Israëli effuſionis ſpiritus ſancti circumſcripſiſſet, qua, ſi ueritatem attendas, nihil optabilius mortalibus poſſet accidere; ſi uero uulgi opinionem, non multum ſe felices fore arbitrari poſſent; neceſſarium fuit, & promiſionem amplificare, cum ex parte promiſtio, tam maximè ex iſiſus rei natura. & primò quidem ostendit hanc eſe Dei ueri promiſiōnem, à quo ex ſpēlabant redēptionem: ergo, cū Deus ſit uerax, hoc redēptionis genere ſibi eſſe ſatisfactum, & fidem ſuum Deum liberare: deinde uer. 22. rem iſiſum dilucidius aperit, & redēptione à peccatis contentos eſſe debere proclamat. Rex Israēl. Mefias ille, quem uenturum exſpectabat, in cuius regno uos beatos fore prædicatis; is inquam, qui nouit, quale futurum ſit ſuum regnum iſiſus. Redemptor eius: qui tanquam frater, aut propinquus alienatos uos à Deo uendicabit ſibi, & in libertatem uos reducit: ille iſiſe index, redemptor, & aſſertor libertatis ueritatis, cognatus ueritatis, Deus, homo ex ſemine Dauid, is inquam, buiūmodi conſolationem in tanta hac rerum uerſtrarum deplorationē, non aliam uobis promittit. Dominus exercituum: Ichoua tecbaoth, id eſt, qui natura Deus eſt in calo, & in terra potentissimus. ne uidelicet putetis, iſiſum huīuſmodi conſolationem, libertatem, & felicitatem prōmitit, quod alterius generis, conſolationem, libertatem, ſeu felicitatem dare non poſſet. Ego primus &c. id eſt, qui ſum, qui ſemper fui, & ero. idem; qui ab eterno, & in eternum ero: cuius ſunt illæ magnifica promiſiones factæ patribus, qui in nouissimis diebus eae adimplēbo: ille ergo in uos bonus; ille, qui omnia poſſet; ille, qui fideliſ eſt, & ſe iſiſum negare non poſteſt; bono animo uos eſſe iubet, in hac tanta calamitate, uel hac una re, quid ſpirituſ ſuum ſuper non nullos ex uobis imperiſt, abundeſt; diſſundet per I E S V M Chriſtum ſaluatorē. Q uod ſi felicitatem hanc preter dignitatē Dei eſſe putatis; neque dignam eſſe hanc redēptionem, qua retro ſeculū, ampliſſimis nominib⁹ decantaretur à prophetis; optaretur à patribus, & à Deo exſpectaretur, cia agit.

7 Q uis ſimilis mei? hoc ita accipi poſſunt, ut iam dixi. poſſumus quoq; aliter interpretari, nempe, quod cū magnifica effuſionem ſpiritus ſancti promiſiſet, uelit Deus per prophetā in conſideratio nem tantā beneficiorū Israēli reuocare, ut Deum admirentur, ex tam diuino munere, & illud, Sic dixit dominus, referatur ad hunc uerſum septimum, quā dicat, poſtquam ita futurum eſt, ut ſpiritus effundatur ſuper ſemē uerſtrum &c. quis tam ſimilis mei dici queat? ut ſint gloriantis uerba, ſicut inſtrā, cū uer. 22. remiſionem peccatorum promiſiſet, mox uerſu ſequenti cōlos ad laudandum Deum pronoucat &c. Hinc habes, quantum opus ſit ad Deo peccata hominibus remitti, & quād Deo dignum, ut uel ex hoc diuinitas poſit agnoscit. Vocet: quāmuis ἡρον uocandi reddi debeat, interdum tamen commodiſ alii uerbis reddi, ut prædicandi, ſeu clara uoce prouuntiandi. Pronuntiet, inquit, quifſam, & amuntiſ illud, id eſt, hoc iſiſum, nempe an ſit aliquis mei ſimilis. uulgatus reſtatuum omiſit, ut manifestior eſſet oratio. Et ordine exponat mihi. de uerbo ἡρον ſupradictum eſt: eſtq; ordine colloquare, ſeu diſponere: quod quando fit, ut res inter ſe ſe conſeruantur uerbo ſequiſ ſe redi poſſet: colloquati enim rebus, & uerbo ſe, uel è regione congrue diſpoſitiſ, oriunt, collatio, fitq; comparatio. quare hoc loca, etiamſi cum uulgato redere poſſem, ut tamen hunc alterum ſenſum demontſtrarem, uerbo ſequiſ, id eſt, comparandi redidi. Indicit, inquit, an aliqua ſit res mei ſimilis: conſerat eam mihi. Ex quo conſtituit populum: pronouniati ſubi redundant in non nullis codicibus Latinis. hebraiſmus habet, ex conſtitueri me, uel meo: quem docte uulgatus molliuit. Antiquum, uel ſeculū, id eſt, ex quo gentes in mundo creaui, poſui, atque conſtitui. Annuntient: uerbum plurale eſt ſine antecedente. ſed cū ſermo præceſſerit de diis gentium, quos occulēt notaſ, cū dicere, ut aliquem ſimilem nominarent: numerum prophetico more mutauit, & antecedens ſupplendit. annuntient, inquit, hominibus, ex quo mundus conſtitutus eſt: que iam iam eminebant, aut post longum tempus futura: quia dicat aliqua ne etate à mundo condito annuntiauerunt idola cultoribus ſuis, que non dum erant, quis ergo ſimilis mei? Ex quibus haemus futurom contingentium cognitionem, aut Dei eſſe, aut ex iſiſus reuelatione.

8 Nolite timere &c. cum idololatre omnia uafſent in regno Israëli, occasio dabatur infirmis, ut à diis gentium timerent: talia etiam patiebatur Israël, ex quibus non leui conjectura oriebatur actum eſſe de Israēl. iſiſco, inquit, ne expaſſeſtis: non ne iam olim ab orbe condito. & ſingulis pāndatibus ſignificati uobis hoc, quod nouiſſimi temporibus fieri uidetis? non ve, deſerat̄is rebus aduenturum

aduenturum pollicitus ſum, qui omnia inſtaurare: ſcelera, ob que puniebamini, auferret? non ne iam olim me ſolum uerum eſſe Deum experti eſtis? uos ipsi eſtis teſtes: plena ſunt uerba ipſorum ſcriptura: quid igitur nunc timetis? Et formator. uidentur uulgatus, & alij interpretes non nulli legiſſe ἡρον, ubi nunc habemus ἡρον: iſiſco formatorem uerterunt: eſt autem ἡρον petra, ſeu rupeſ prærupta: uerum quia huīuſmodi refugia non paucā habebat Palearia, ut eſt uidere in libris regum, & in profanis etiam biſtorijs, hoc nomine pro refugio, protectione, ſeu fiducia abutebantur Indæ, immo & Deo ipſi non raro tribuitur, ut Deut. 32. habetur ter in cantico: ubi uulg. dominum dixit, ſeu Deum, & 1. Reg. 2. reddidit nomine fortis; Non eſt fortis, ſicut Deus noſter. ita hic accepit pro Deo, eſtque idem biſ possum, ſcriptura more, eſt ne Deus præter me, aut Deus, qui mihi ſit incognitus? poſſumus quoq; reddere, & uos teſtes mei eſtis, num ſit Deus præter me &c.

9 Plaſta, ſeu fitores, formatores. Nilhil. hic eſt illa uox thou, quam non ſemel diſtum eſt propriè id significare, quod indigetum, & inordinatum eſt: inane uulgatus initio Genes, & alij locis non male uertit. eſt autem occulta antithesis, neque inelegans: fitores figuram, ſeu formam idolis dare conantur: illi uerò ipſi forma, figuraque carent, ſuntq; ipſa proſrus inanitas: nullius enim rei nomine digni ſunt, qui ſic desipuerunt, ut manibus ſuis ſe formare deos arbitrentur. Amantifima, uel preſcia: uox pro auro, & argento, & lapidibus pretioſis, quibus idola ornabant, accepit. Non proderunt: eis addidit de ſuo interpres ad dilucidationem uerbum ἡρον etiam Abacuk, 2. de ſculptili dicitur, & Prou. 11. De theſauris improbitatis: propheta itaq; idola non ſolum non afferre uilitatem notat, fed etiam, quando maximè ope indigemus non iuuare: id, quod irridendo obiecit Moses, Surgant, opitulentur uobis, & in neceſſitate uos protegant. Quia non uident. particulam, quia, ſuppleuit uulgatus, & ſenſus planus eſt. ipſi ſunt teſtes, quod idola non uideant, neque quidquam norint, ut uel ex hoc pudeſteri deberent. non addita autem particula, quia, ſic poſſunt hæc accipi; Non opem ferre poſſunt idola: cuius rei ipſi luculentissimi teſtes ſunt. hoc tamen non uident, neque norunt, huic rei nolunt attendere, ut uel ſic pudeſtant, & idolorum cultum defertur.

10 Q uis formauit &c. quam uana ſint idola, oſtendit, ut fateamur nullum eſſe Deum, qui poſſit cum Deo comparari, à quo eſt redempcio, & peccatorum remiſſio; in quo argumento ideo tam multus eſt, quia in uniuero orbe obtinuerat idolorum cultus. hac autem perculatione praestrinxit omnes idolorum cultores, ut prodeant, & manifeſtè erroris, & inſipientie ſua conuincantur.

11 Fabri enim &c. uulgatus uau, pro rationali particula, ut interdum ſolet, accipit: neque male. quomodo enim non pudeſtant fabri deorum, ſi ex Adam, ſeu ex hominibus eſſe uident, & Deum ſe fabricare conſipient? quod ſi pro coniunctione capias, dicit tam qui cultuū idolorū participes ſunt, quam fabros ipſos non poſſe non pudeſteri, ſi rem attendant. quare per hypothoſim rem, prout gemitur, expoſit.

12 Faber ferrarius. hebr. faber ferri. Ceterū nomen, quod ſequitur ἡρον, quod limam uertit uulgatus, ipſis Rabiniſ incertum eſt, quid ſit: quidam enim dolabram eſſe contendunt. ſed quid fabro ferrario, & dolabris ſe uerum quod faber lignariſ dolabra, hoc ferrarius lima facit, ut non male uulgatus hic limam uertat: at Jerem. 10. uer. 3. Aſciam dicit: alij forcipem eſſe affirmant. ſed hæc significatio loca Ieremias non conuenit: non alij autem loca, preterquid in his duobus hæc uox reperitur. ego tamen, ſi quod ſentio, dicendum eſt, hic ἡρον participium eſſe existimo uerbi, quod polye ſeu complanare notat, & ſic reddendum locum duco; Faber ferrum polit &c. in eo autem Ieremias loco, manifeſtum eſſe nomen instrumenti, quod iuxta etymologiam eſt, dolabra. quid ſi quis pro instrumento hoc loco accipiat, limam dicat, quæ ferrario eſt, ueluti dolabra, & cum uulgato uerat. Operatus eſt: per uerba præſentiſ redidi, ut planior eſſet oratio: promiſe enim interdum præteritis, & futuriſ uti ſolent pro præſentibus. Eſtruet, & deficit: exprimit artificium conſuetudinem, quando cuiquam operi ualde intenti ſunt, qui ut opus conſipient, neque cibum, neque potum ſumunt: etiamſi interdum ualde indigeant, peneq; uiribus deſtituantur: quod illis præſentim eueniare ſolet, qui igni, & malleis opus conſipient.

13 In runcina. Latinis runcina instrumentum fabrile eſt, quam uulgo planulam uocant, qua fabri affamenta radunt, ac poluent. uide locum Plini lib. 16. cap. quadragiſimo ſecundo ergo uulg. ἡρον fabrile instrumentum eſſe putauit: Rabini non nulli rubricam, ſeu alium colorē eſſe putant: quo etiā fabri utiuntur ad deſignandum quid incidere, quid etiā intactum ab instrumento relinquare debeat: neque ualde abluſit uerbi significatio: notat enim reſiduum eſſe: qua etiā uerbi significatio conuenit instrumento runcina. Angularibus. à uerbo, quod abradere ſignificat Leuit. 14. eſt nomen mygpa, id eſt, anguli, forte, quia anguli, ſeu prominentie abraduntur: poſſumus ergo dicere prophetam ſignificare, quod in angulis domorum, & locis ſecretis, & à tumultu alienis idola fabricarent. ſunt ta-

men, qui putent ex Rabiniis esse instrumentum fabrile, quo abraduntur prominentia lignorum, ut posse dolabrum, vel runcinam, vel quid simile. Sed quia circini mox mentio fit, nequaquam absurdum fuerit hic angularia pro altero quodam fabrili instrumento accipere, qui anguli similitudinem omnino exprimit: quo etiam ferreo utuntur latomi, & lapicidae, lignarij autem ligneo. Speciolum hominem: heb. secundum decorum hominis, id est, speciosum, seu decorum hominem. Habitatem in domo, vel domi sedentem: ironia est.

14 Succidit cedros. Hebraic dicitur; ad abscondendum sibi cedros: ubi Hebrei supplent uerbum, uadit: uulgatus pro praeferito accepit infinitum: neque male. pro presenti quoque accipere possumus, abscondit, vel abscondere sibi solet &c. Quia steterat: uulgatus, uan, pro relatio accipit, ut interdum ualeat Hebreis: sicut mox in hoc eodem uerbi, & pluvia nutriat, seu crescere faciat, quod magnificare dicit hebraismus. uerbum etiam γράπε accepit intransitu, ut in Kal solet. sed quia in puer est transituum, ut supra uidimus cap. 35. Genua labantia surrigite; & mox sequitur uerbi plantandi; possumus hic actiue accipere, & artifex, qui succidit sibi cedros, ut idola faciat, alias denou arbores erigat, & planet, quas pluvia nutriat, & ad instant magnitudinem faciat crescere, ne desit unquam materia artificibus idolorum. Auget autem indignitatem rei, & hominum uesania coaguit tam succiso, & plantato, quam etiam nutritio per pluviam de celo, quae est Dei ueri beneficium, quod in his usus à Deo conferri, ut uidelicet eo ex nuli sua diuinitatis nutriantur, & crescant, uerisimile nequaquam est. Hac etiam confirmant & hominis industria, & natura beneficio indigere arbores illas, ex quibus sint fabricandi dij.

15 Et facta est hominibus &c. ad amplificationem uesania hominum etiam hæc faciunt, quod ex eodem ligno, & ignem struat ad calcificandum, & panes coquat, & Deum faciat, quem adoret, & cui preces fundat, idem ferè uer. 16. & 17.

16 Medium eius combustus igni, & de medio eius. quod secundo loco repetitur medium, est hebraismus, & ponitur antecedens loco relatiui, quasi dicat, dimidium eius combustus igni; super quo etiam carnes comedit, quod mox exponit. Nota quoque alterum hebraismum, comedere carnes super carbones, est assare carnes super carbones, & comedere. Vnam autem, atque eandem medietatem accipio, ex qua ignis, & super quam assare sunt carnes. quia uer. 17. mox dicitur.

17 Reliquum autem eius fecit Deum. nisi malis dicere, quod comedere super dimidium sit fabricare mensam ex medietate, ut non solum duas partes fieri ex ligno significet.

18 Nescierunt &c. ubi qua agerent, descripsit, in eorum iniipientiam manifestè inuehitur. Obliti enim sunt. à uerbo oblinio accipendum est: uulgatus impersonaliter accepit, ut solent tertie persona in Hebreo. ad uerbum enim sic habetur; quia oblinit à uidento oculos eorum. potest & sic redi, oblitio [cf.] ne videant &c.

19 Neque recognit. ego Hebreæ ad uerbum expreſſi, nisi quid uerba in præterito posui. Hic uides, quod exigat a nobis Deus pressam considerationem nostrarum actionum: multi enim ab incerto defiserent, si quid agant, aut qua ratione moti, quis denique finis, & fructus suarum actionum futurus sit, mente noluerent, quemadmodum sapiens ille dux abstrahere conabatur. Danidem ne iuberet numerari populum. Quid, inquit, dominus meus uult in re huiuscmodi? sic etiam Paulus; Quem fructum habuisti in illis, in quibus nunc erubescitis? ergo non confusudo, non diolorum exempla, non infra uulgi opiniones animum asperfer, sed actiones hominis, mentis consideratio semper co-mittetur. Idolum faciam: ego abominationem uerti, ut nominis propria significatio immotesceret, alioquin uulgatus resili uertit: familiare enim est Hebreis abominationum nomine idola, & deos gentium notare. Et ante truncum. est nomen in hebr. collectiuum, quod germe reddere possumus. Job 40. Montes germe ferunt ei. uocat autem idolum germe ligni, quod instar germinis ex ligno sit fabrefactum, sicut eadem ratione de idolis dicitur Ierem. 10. Quia si palma dispositio eorum: & tamen non loquuntur &c.

20 Pars eius cinis &c. quia alijs punctis nunc legunt Hebrei uocem γράπε, quam uulgatus legit, hic uertunt, depascens cinerem, vel depascitur cinerem &c. ut sit simile illi, quod Osee 14. dicitur, Paſci ut uentum, id est, fruſtra laborat: at uulgatus non accepit pro relatio, & γράπε pro nomine, ab eodem uerbo uſtissimo, id est, amicus, sodalis, socius, familiaris &c. sed quia etiam dicitur de partibus inuicem pertinentibus, ut Genes. 15. uer. 10. uulgatus pro parte accepit: neque male, & uerbum substantium supplente. Ego quoque hac eadem ratione, quam, neque ipſi Rabini audebunt infringere, γράπε accepit, quasi scriptum effet alijs uocalibus, dixi, Socius cineris est, quasi dicat de idolo, quod altera pars illius trunci, seu ramii in cinerem uerba sit: & pro, Inclinabit illum, dixi, Inclinabit se: nam relatum in differens est, estque sensu planus: quem Hebrei, lectionem Massoritarum fecuti, nequaquam assequi potuere: neque longe absit a sensu, quem doctus interpres expreſſi:

expreſſi: cuius in locis difficultibus semper video prælucere iudicium, & pietatem, que duo in turbâ interpretum plerunque desidero. quod si cum Hebreis legas; ego certè per eum, qui pescit cinerem, quasi proverbiali forma, serpentem illum antiquum intelligerem, cui in panan datum est, ut pulucrem comedat. ille ergo est, qui falso cor inclinat ad colenda idola &c. sed tam hanc interpretationem, quam quas Hebrei afferunt, duritie aliqua non uacare video.

21 Memento horum Iacob. haec tenus infaniam idololatrarum explicauit, & qua ratione possent 22 ad sanam mentem redire, non tacuit: iam ad Israëlitas conuersus, quos uolebat intelligenter, solum ipsum esse Deum, monet, ne iforum obliuiscerentur: qua si gentes animaduerterent, errorem deponeant: prouinde se uno Deo contenti, ab ipso pendere uelint, tanquam domino qui, & illos initio creasset, & tandem à seruitute peccati redimeret. ob qua duo beneficia, si sapient, nunquam ab eo revererent: ut autem à peccatis redemptionem, prout dignum erat, estimarent, calos, & terram &c. ad laudes Deo decantandas, ex abrupto, inuitat, dicens;

23 Laudate cali: non male etiam sic redderetur, Congratulamini cali, non solent prophetæ insensibilia corpora, ad laudes, & congratulationes decantandas inuitare, nisi & in maximis rebus, & ex magno animi affectu, quando uidelicet uident non sufficere homines ad gratias reddendas, & beneficia omni gratiarum actione esse maiora. Misericordiam. quisquam de suo additum nomen hoc: simpliciter enim habetur: quoniam fecit, & maiorem emphasis habet hæc reticentia: sicut illic, Spera in domino, & ipse faciet, certè quando sic scriptura loquitur, aliquod Deo dignum opus fieri designat: nisi uelis ad id, quod uerbi superiori dixerat, referre: quia fecit uidelicet hoc, quod paulò ante dicebam, Deleuit transgresiones &c. quod mox exponit. Quoniam redemit &c. quasi dicat, has gratiarum actiones, hos triumphos, has & ouationes, & congratulationes redemptio a peccatis prometur. Ne putetis o Iudei rem esse parui momenti &c. Huc, ni fallor, referenda sunt omnia hæc, si cum initio capitii huius diximus: quibus omnino similia sunt, qua sequuntur.

24 Hac dicit dominus &c. hec summa est promissionum illius Ichoua, creatoris, & redemptoris tui: qui à primis incububus tui curam gestit, ex eo uidelicet tempore, quo Abraham uocauit: Isa, & Iacob per extero rum terras deduxit: patres uestris in Aegypto entruit, auxit, atque ex Aegypto liberavit. Huc tendunt promissiones illa de redemptore uentiro. Hæc sunt illa portenta, & præclarissima gesta, qua fatuorum credio illum omnipotentem, qui omnia ex nihilo condidit &c. Stabilens terram. de uerbo γράπε & extensione celorum, iam supra dictum est, capite 4. Genes. Grecos secuti nosiri firmamentum uerterunt nomen γράπε, ideoque ex hoc loco uerbo stabilendi reddidit uulgatus interpres, de terra item dicitur supra 42. propter latam, & extensem eius superficiem, & imensa terrarum spacia. neque enim figura rotunda impedit, quod minus celos dicamus extenso, aut etiam terram.

25 Irrita faciens. inter cetera, quibus potentiam Dei commendat propheta, est, quod signa falsorum prophetarum, & magorum, qui magna sunt auctoritatis apud exteriores nationes, labefactat, et infringat; qualia sunt extra animalium, garris autem, somnia, & similia, que passim mendacia esse facit. Vocauit autem prophetas בְּנֵי, id est, uectes (ut quidam vir doctus uult) quia sunt ueluti repugna communis. quare sic interpretant illud Ierem. 50. Gladius ad badim, & stulteſcent: ubi & uulgatus diuinos uectis. Ego, et si fateor, interdum principes, & magistratus בְּנֵי uectes in scripturis uocari, nullibi tamen prophetas, aut diuinos, uectes dici reperio. nam in his duobus locis, magos designari existimo, & eos, qui necromantiam exercent, dictosque baddim; quibus soſtarios: huinsmodi enim homines solitudine gaudent, & absque arbitris incantaciones suas paragunt. Iuxta uarias autem species huins artis, uaria sunt etiam & signa, que omnia irrita se facere dominus affirmat: ut hoc sit, quod dicit Ieremias, Stulteſcent Baddim Babylonici. Conuertens sapientes retrorsum: uel quid non audeant recte uulnus stare, cum inania fuisse sua confilia, & inanes deliberationes afficiunt: uel quia, cum contrarium euentur earum rerum, quas expectabant, contraria quoque cogitationes, & contraria confilia inire cogantur, hoc ferè est, quod sequitur. Scientiam eorum stultam faciens, seu inconstantem: non enim sibi ipsiſi constante, repugnante Deo, sed que paulò ante abiecerunt confilia, rufus sequuntur. sicut autem talem se exhibet impius, sic qualem sui Deum experiantur: iam explicabit. Huus 25. uer. expositionem habes in hoc ipso propheta, infra cap. 47. uer. 13. & 14. & sequentibus.

26 Sufcians &c. sicut impiorum confilia, & sapientiam labefactat, ita etiam uerba seruorum suorum stabilit, & confirmat. Existimo sane, quod quando in singulari dixit uerbum seruū sui, de ipso Iesaiā intellexit: & de uerbo, de Ierusalem readiſcanda iuſſa Cyri. qua promissio una, eademq; est cum ea, qua paulò ante processit, & toto hoc capite tractatur, nempe redēptionis à peccato per Chriſtum. etiā enim materialis illa Ierusalem per Cyrum iuſſa sit edificari, & hoc Iudei expectarent illo

tempore, quo destructa iacebat, tanquam ingens beneficium, idque hoc loco Iesaias promiserit, illius alterius spiritualis edificationis per Christum, totum hoc, typus quidam erat, ut in sequenti capite, & alijs appareret. cum ergo celos, & ceteras creaturas ad decantandas Deo laudes, ob remissionem peccatorum pronocasset, hocque esse opus Dei omnipotentis dixisset, atque sapientis, promissionem quoque de redificanda Ierusalem inserit, ut hanc non corporaliter tantum, sed etiam spiritualiter adimpleret, intelligenter auditores. Habitaberis, edificabimini: possunt per imperatiuum uerti hac verba. Deserta suscitabo: ad uerbum, siccitates erigam, uel suscitabo. hebraismus, ut iam ad monui, arbores, & adficia dicit excitari, quando succrescunt. promittitur ergo hic, quod loca arida, que deserta esse solent, replenda sint arboribus, & adficijs: quod spiritualiter quoque intelligendum est. meminisse etiam hoc loco oportet interdum etiam desertas ciuitates Hebraicas exsiccatas appellari, & siccitates.

27 Profundo, seu profunditati: certè de Babylone est sermo, per quam fluebant flumina Tigris, & Euphrates: quorum cursum auertit Cyrus, ut exsiccato alueo subintrarent milites ciuitatem. cum ergo de redificanda Ierusalem iussu Cyri ageret, meminit quoque uastationis Babylonis per ipsum Cyrus: per quem dominus in uindictam eorum, que Chaldaei aduersus Iudeos, & sanctam ciuitatem, & templum patraverant, Babylonem destruxit. Vide Ieremia quinquegesimum caput. eiusdem autem potentia erat, Babylonem in solitudinem redigere, & Ierosolymam redificare, eiusdemque bonitatis utrumque Iudeis munitare. Certè si seriem totam uerborum attendas, ex omnibus beneficijs in Iudeos collocatis, tam antiquis, quam nouis, intelliges fidem conciliare prophetam, ut sibi promittenti pecata per Deum delenda, crederent. Scis, inquit, quis nam sit, qui peccata tua auferat, & à peccatis redimat? ille certè, qui te formauit ab utero: qui te ex Aegypto redemit: qui omnia potest: qui sapientissimus est: qui nunc de Ierusalem redificanda prouidit, & Babylonem euertenda: quiq; hanc promissionem adimplebit, ut non posis non expectare illam alteram promissionem, qua calum, & terram latificabit, fore complendam. atque hanc redemptionem uolebat dominus, Iudei magni facerent, cetera autem ad hanc referrent, tanquam umbras ad ueritatem.

28 Qui dico Cyro; Pastor meus, id est, qui Cyrus mibi in pastorem instituo, & pastorem, atque regem meum creo. Insignis est hac prophetia, in qua nomen ipsum exprimitur illius Persiarum regis, qui redire iussit Iudeos ex Chaldaea. hunc suum pastorem appellat dominus: quod Cyro iusus est, tanquam pastorem, qui curam haberet ouium suarum; quiq; per omnia domini voluntati paruit. Hoc multò antedicti uolunti Iudeis, ob eas rationes, quas super commemoravi, & ut in sequentibus aperit, ne alteri Deo liberationem hanc adscriberent, infra cap. 48. uers. 5.

## Caput quadragesimumquintum.

Noua.

Vetus.

SIC dixit Iehoua uncto suo Cyro, quæ 1 Apprehendi per dexteram ipsius, ut sub iijiam coram eo gentes, & lumbos regum aperiam: ut aperiām coram eo ianuas, & portæ non claudantur.

Ego ante te ibo, & excellentia æquabo: 2 ianuas aries confringam, et uectes ferri succidam.

Et dabo tibi thesauros obscuritatis, & 3 thesauros absconditum: ut scias, quod ego Iehoua, qui uoco nomine tuo Deus Israel.

Propter seruum meum Jacob, & Israel electum meum, & uocauit te nomine tuo: cognominauit te, & non nouisti me.

Ego Iehoua, & non ultra, præter me nō 4 est

HAEC dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiiciam ante faciem eius gétes, & dorfa regum uertam, & aperiām coram eo ianuas, & portæ non claudentur.

Ego ante te ibo, & glorioſos terra humi liabo: portas æreas conteram, & uectes ferreos confringam.

Et dabo tibi thesauros absconditos, & thesauros absconditum: ut scias, quia ego dominus, qui uoco nomine tuum Deus Israel.

Propter seruum meum Jacob, & Israel electum meum, & uocauit te nomine tuo: assimilauit te, & non cognouisti me.

Ego dominus, & non est amplius, extra me

Noua.

Vetus.

est Deus. accingam te, & non nouisti me:

Vt cognoscant ab ortu solis, & à uespera, quod nihilum [ sit ] præter me. ego Iehoua, & non ultra;

Formans lucem, & creans obscuritatem: faciens prosperitatem, & creans malū: ego Iehoua facio omnia hæc.

Defuite cæli è supernis, & nubes effundant iustitiam: aperiatur terra, & fructificant salutem, & iustitiam succrescere, faciat simil: ego Iehoua creaui eum.

Væ litiganti cum plaste suo, testa cum factoribus terra. num dicet lutu factori suo; Quid facis? & opus tuum non habet manus?

Væ dicenti patri; Quid generas? & mulieri, Quid parturis?

Sic dixit Iehoua sanctus Iraelis, & formator eius, Imminentia interrogate me super filios meos, & super opus manuum mea rum præcipiti mihi.

Ego feci terram, & hominem super eam creaui: ego [ sum ] cuius manus extenderunt cælos, & uniuersam militiam eorum ordinauit.

Ego excitaui eum cum iustitia, & omnes vias eius dirigam: ipse adificabit ciuitatem meam, & emigrationem meam emittebit, non prelio, neque munere, dixit Iehoua tecbaoth.

Sic dixit Iehoua; Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopæ, & Scbaimi uiri mensura transibunt ad te, & tui erunt: post te ambulabunt, cum manicis transibunt, & ad te procumbentes supplicabunt, ad te deprecabuntur: profecto in te Deus [ est ] neque amplius, nisi Deus.

Certe tu [ es ] Deus, te ipsum abscondens, Deus Iraelis, qui saluas.

Pudefacti sunt, quin & ignominia affecti sunt: omnes ipsi simul cum ignominia abierunt fabricatores angustiarum.

Israel seruatus est in Iehoua, salute saclorum, non pudefient, neque ignominia afficiuntur in sæcula æternitatis.

Quia sic dixit Iehoua, qui creauit cælos ipsie Deus, qui formauit terram, & fecit eam, ipse, qui firmauit eam: non frustra creauit eam, ut habitetur, creauit eam. ego Iehoua, & non amplius.

Non in abscondito locutus sum, in loco terra obscuritatis, non dixi semini Jacob; Frustra querite me. ego Iehoua loquor iustitiam,

me non est Deus: accinxii te, & non cognoui me:

Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & ab occidente, quoniam absque me non est. ego dominus, & non est alter:

Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego dominus facius omnia hæc.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. ego dominus creaui eum.

Væ qui contradicit factori suo, testa de famijs terræ, nunquid dicet lutum figulo suo; Quid facis? & opus tuum absque manus est?

Væ qui dicit patri; Quid generas? & mulieri, Quid parturis?

Hæc dicit dominus sanctus Israel plastes eius, Ventura interrogate, me super filios meos, & super opus manuum mea mandate mihi.

Ego feci terram: & hominem super eam creaui: ego, manus meæ terenderunt cælos, & omni militiae eorum ordinauit.

Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse adificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimitter, non in pretio, neque in innumeribus, dicit dominus Deus exercitum.

Hæc dicit dominus; Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopæ, & Sabaimi uiri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, uincti manicis pergent: & te adorabunt, teq; deprecabuntur. tatum in te est Deus, & non est absque te Deus.

Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.

Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusione fabricatores errorum.

Israel seruatus est in Iehoua, salute saclorum, non pudefient, neque ignominia afficiuntur in seculum sacluli.

Quia hæc dicit dominus, creans celos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in uanum creauit eam: ut habitaretur, formauit eam. ego dominus, & non est alijs.

Non in abscondito locutus sum, in loco terra tenebroso: non dixi semini Jacob; Frustra querite me. ego dominus loquens D di iustitiam,

Noua.

Vetus.

flitiam, annuntio æquitates,

Congregamini, & uenite; accedite pariter, qui euaditis ex gentibus. nescierunt, qui leuant signum sculptilis sui, qui interpellant ad Deum non saluantem.

Annuntiate, & adducite insuper, consule pariter. quis audire fecit hoc ab initio, ex tunc annuntiauit istud? an non ego Iehoua, & non ultra Deus, prater me, Deus iustus, & saluator, non nisi ego.

Vultum uertite ad me, & salui eritis omnes fines terra: nam ego Deus, & non ultra.

Per me iuraui: egressum est ex ore meo iustitia verbum, & non reuertetur: quod mihi curuabitur omne genu, iurabit omnis lingua.

Certè per Iehoua mihi dixit; Iustitia, & imperium ad eum ueniet: & pudeſt omnes, qui excandescunt in eum.

In Iehoua iustificabuntur, & laudabuntur omnes posteri Israelis.

iustitiam, annuntians recta.

Congregamini, & uenite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. nescierunt, qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogan Deum non saluantem.

Annuntiate, & uenite, & consiliamini simul. quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædictis illud? nunquid non ego dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus iustus, & saluator non est prater me.

Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terra: quia ego Deus, & non est alius.

In me metipo iuraui: egredietur de ore meo iustitia verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

Ergo in domino dicet; Meæ sunt iustitiae & imperium. ad eum uenient, & confundent omnes, qui repugnant ei.

In domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

**C**HISTO meo, nomine יְהוָה reges propter unicōnēm dicebantur: Cyri autēm sum regem uocat dominus, quod ab eo electus fuisset, & ad implendam voluntatem suam cum destinasset. illi etenim reges, qui seruus Dei fauent, qui eos in libertatem afferunt: qui hostes eorum oppugnant; digni sunt, qui Dei reges dicantur, uerum enim uero, quia de reductione captiuitatis instiuebat sermonem; de Cyro, per quem eos reductūrus erat, plura dicendi cœpit occasionem, quod is esset Christi domini typus, & figura. Cuius apprehendi dexteram: ad uerbum, quem apprehendi per dexteram eius, notat autem hic gestus, & ipsa loquendi forma proverbalis favorem, & gratiam; frequenterque in scripturis occurrit. quis enim contingere audeat, quem confexerit à Deo per dexteram teneri? adde, quod est etiam gestus fedus inuenit, dexteram dexteram iungere. siue autem fatus, siue fauorem intelligas, aperte sequitur. Ut subijciam ante faciem eius &c. hoc autem fuisse fedus, uideri poterat, ut Deus illi subderet Chaldeos, ille autem liberum dimitteret populum domini. Sed qui poterat Chaldeos Persis subijcere, non ne poterat populum suum redire? quis hoc neget? uerum diuinorum consiliorum non est mei iustitii caussa inuestigare: sat nobis nunc sit, quod qui robur, & uires Chaldeorum disoluunt, & audaciam, ac uires Persis, & Medis conceperit, is ipse Cyri menti imprestit, ut populum domini uellet exire. Sunt, qui scribunt, à Iudeis fuisse Cyro banc Iesaiæ prophetiam enarratam: ex qua fiduciam debellandi Babylonios sumperferit, & libertatem captiui promiserit. quod ut uerisimile est, ita in hunc quoque usum, ante tot annos exarci hanc scripturam, nomine Cyri apposito, & per manus Iudaorum in Chaldaam, & Persiam deferri de minim uoluisse, non erit absurdum credere. uide infra uer. 3. & sequentibus. Et dorsa regum uertam: quia vulgatus lumbos pro dorso accepit, ideo uerbum יְהוָה, quod mox hoc ipso uerbi propria significatio transtulit uerbo aperiendi, hic uertere dixit: qui enim terga dant hostib[us], ea intecta, & aperta percutientibus offerunt. ego propriam significacionem & nominis, & uerbi retinui. Aperire ergo lumbos, est soluere, seu disoluere: quo utinatur Hebrai, pro infirmare robur, uel exarmare, ut nihil superest uiuum: sicut lumbos accingere, robur, & agilitatem accipere, seu dare in rebus agendis. Ut aperiam coram eo ianuas &c. hinc nides, cui & robur, & uires, ac uitioria tribuere oporteat in bellis. proinde regum, ac ducum quorundam in spiculam cernere est, qui de placanda Deo nihil prorsus sum solliciti. Et porta non claudentur, uel potius claudantur: quodam quidem, que clausa fuerint, statim aperientur. alia autem, que ante aduentum hostium aperientur, faciam, ut aduentante Cyro ne claudantur quidem, sed metu confestinati Chaldei liberum ingressum Persis, & Medis permittant. Hac patiuntur illi, aduersum quos dominus pro hostibus propugnat,

gnat, sicut non scilicet Iudeis promiserat, se Angelum daturum, qui ipsos præcederet; qui terrorem suum præmitteret ante eos, atque crabones &c. uide Exod. 23. Dicitur autem dominus ante illos istac face-

re, quia præmitit terrorem, auſert consilium, &c. id quæ dicit;

2 Ego ante te ibo: ueluti anteſignans, quem sequaris, uel ut præfectus caſtrationis, & ut præcurſores, qui an tutus fit progressus, conſiderant; & si quid fit periculi, antevertunt, ut nihil fit, quod timeas, dum me præcedentem sequeris. Humiliabo. est autem hoc uerbum in secunda, quæ dicas, rectificare, seu aquum, & planum facere, quæ significet, quod ea facilitate percureret uniuersam Chaldaeorum prouinciam, ac si omnia effent plana: neque aliquod impedimentum preberet Cyro munitiones &c.

3 Theſauros abſconditos. ego hebraismum retinui, quod ex uulgata planus esset. Est autem ἡ uerbo, quod recondere, seu includere significat: diciturque tam de loco, in quo continentur dinitia, seu res pretiosa, quam de ipsis rebus. reconduntur autem sub terra, uel in locis, ad qua lux non penetrat. quare theſauri tenebrarum, seu obscuritatis dicuntur non sine sale, quod illis Pluto tenebrarum Deus prefideat, & quæ tenebris eruuntur, in tenebris reponantur. neque enim harum amici sunt, nisi qui & tenebras amant. Dicuntur etiam סִנְמָן, סַמְנָן, pro quo uulgatus arca na ſecratorum: ego iuxta Hebr. theſauros abſconditos, id est, abſconditos. putarem autem ex hac uoce Hebræa fluxisse illam, que Rabini frequens est, & quia in euangelio uirius dominus, mamon ablatu, tet, è medio. licet enim sit uox Syriaca Mamona; quia tamē mifsum erat idiomā ex Chal, & Hebreo, & corruptæ erant uoces magna ex parte, quid mirum, si ex matmon sit factum mamon? ergo ab occultatione difſe sunt hac uoce diuitia. Vt Icas, quia &c. id est, ut cum hac omnia in tuam potestate tradita uideris, & me multò antè hæc tibi promisſe noueris, expreſſo etiam nomine tuo, intelligas me esse uerum Deum, ut qui te noueris, antè quam nasceris, & tuo nomine uocari. ex quo & uiforiani tibi à me concessam poteris intelligere. Hebreis autem uocare in nomine tuo, uel per nomen tuum, cognitionem, & peculiarem curam notat. uide ſupr̄a uerſu primo.

4 Propter Iacob &c. ex hoc loco uidetur haberi, hanc scripturam Cyro maniſtādam fore: ob quam gratiam Cyri invenit Iudei, cim uideret apud ipſos repositum de se oraculum adeo faustum, & ipſo rerum ſuccelu adeo comprobatum, ex quo poſſet quoque colligere, quam gratus effet ille populus Deo celi, ſeque nihil aliud effe, quam ministrum diuinæ voluntatis, ut populo illi benefaceret. uide priuum caput Ejdrae. Et uocauit te, redundant interdum uan, Hebreis, ut hoc loco: uel transferencem in uerbum ſequens, & uocauit te, cognominauit te, pronocauit te, & cognominauit te. ſunt autem huicmodi lingua ſanctæ ornatus, quos ceteræ non admittunt. ait ergo, quod propter Israelitas, nomen Cyri appofuerit, aperteque cognominauerit, regem suum eum appellando &c. Et non cognouisti me, id est, cim non cognovisſe me, antè quam de me quidquam ſciens, aut cogitares: ut qui non dum genitus effes.

5 Accinxī te: hebr. in futuro, accingam te. neque male conuenit significatio futuri, accingam te, armabo, expeditum faciam, ut strenuum militem, quo tempore etiam me non cognoscis. ſum quidem ego ſolus Deus, neque quidquam est, prater me, quod numinis uel tantillum habeat: interim ergo, dum me nefcis, Deum non nouisti: attamen ſic non agnitus a te, in te largus ero, & beneficijs preueniam, te accingam, expeditum ad prælia te mittam, & meis auxiliis manus conſeres.

6 Vt ſcient &c. cim uera Dei cognitione noſtri ſalutis omnino necessaria ſit; & tam longè quipiam à ſalute abſit, quantum à Dei cognitione diſtat; noſtri ſalutis amantissimus Deus tam miris modis noſtris ſenſibus ingerit. paſsim ergo in scripturis inuenies, inundationes, tempeſtates, ſubuertiones, calamitates, caſtigationes, immo liberationes, uictorias inexpectatas, & cetera huicmodi, quæ homines non poſſunt non animaduertere, in hunc finem à domino fieri, ut nemo tam hebes ſit, qui diuina cognitione non ſiat particeps. Hi, qui: has duas uoces ſuppleuit doſius interpres ad perſpicuitatem orationis. Quoniam abſque me non eſt. ego Hebreæ uincunque expreſſi, quod nihil abſque me. poſſumus etiam reddere, quod non amplius prater me. ſenſus idem eſt, quod nullum ſit numen prater ipſum: qui omnia nouit, & diſponit ſua prouidentia, quippe qui mundum ab initio conſiderit: hoc enim deſignat hic propheta,

7 Per opus primi diei, per creationem uidelicet lucis, & tenebrarum: quorum etiam potius meminit, quam cali, & terra, aut ceterarum rerum, quod lux, & tenebra ſymbola ſint in scripturis proſpera, ut aiunt, & aduersa fortuna: cim igitur calamitatis, qua oppreſſura erat Affyrios, & proſperitatis, qua fruituri erant Medi, & Persa, ac proinde Iudei quoque, ſe autorem eſſe testatum eſſe uellet: eleganti admodum alluſione utrumque coniunxit propheta. eadem etiam dicebat; Creans pacem, & faciens malum, ac concludens, ego Iehoua facio uniuersa haec, non ſolum in Affyria, ſed uicinque illa fieri contingat. omnia enim illius ſoli ſapientia, ac prouidentia gubernantur. neque enim

IN QVADRAGESIMVM QVINTVM CAP.

I E S A I A E.

160

fici potest, ut aliis sit, qui mundum considerit, aliis qui gubernet.

- 8 Rorate cali, sine desuite: cum magnifica promissione de Cyro precessissent, cuius liberalitate Iudei consecuturi forent libertatem, & Ierusalem, atque templum Iehova regia, construendū, subito in has uoces prorupit propheta: quibus (si ex consequentibus licet coniugere) uota expresſit eorum, qui in captiuitate positi aduentum huius diuini salvatoris anxiū exspectabant, & diuturnitatem exsiliū egresserentes, tantum non promissionibus prophetarum diffidebant, easq; amplificantes, talibus uerbis referbant, qualib; spiritus Dei, qui aduentum Christi, Cyri aduentu prefigurabat, proferri iubebat; ut ignorantes, quid dicent, prophetarent, dum ortum, & aduentum Cyri celis tribuunt, & oritur am simul salutem, & iustitiam in terra prouiniant. etiā enim redditum Iudeorum in Ierusalem, & redefinitionē sancte ciuitatis, & templi, summan, perfectamq; iustitiam ipsi existimabant, & diuinum hominem meritū nuncupandum, qui rem hanc conficeret, & quasi de celo lapsum: multò tamen aptius hec omnia, & singula uerba in Christum dominum, eiusq; aduentum quadrant: id quod uel cœcis notum est. In historico igitur sensu mentem ad Christum attollas, Christiane lector, & uelint, nolint Iudei, & non nulli ex nostris, existimato, hac tanquam de typo, de Cyro intelligenda esse; de Christo autem tanquam de ueritate: quotiescumque enim prophetæ uerba inferunt historia rerum gestarum, aut gerendarum, qua aptius rei figurat, quam historia conuenient; toties eam interpretandi rationem tanquam spiritu sancto profectam, amplectandam putato, que simil cum historiis mysterium enarrat. Pluant. Hebrais <sup>11</sup> est fluere, stillare, seu decurrere; ac de aquis dicitur propriè. Num. 24. Deut. 32. &c. sitq; interdum attinu, ut liceat uertere uerbo effundendi. Ierem. 9. Palpebra nostra effundent aquas. ergo hic effusionem in similitudinem aquarum pluuiatum accipe. Iuustum. in hebr. est in abstracto, iustitia: sed docte uulgatus, quia de homine loquitur, & mox dominus respondet; Ego Iehova creavi cum, pro iusto accepti. ortum enim eius, qui templum adiisciri iubet, & populum domini libertate donaret, ortum iustitiae appellabant. Germinet salvatorem. paulò fecus Hebreæ habent, sed sensus fere idem est. id est, fructifacent. est enim numero multitudinis, & ex eleganti prophetice orationis uerbum fructificat, ad celos est referendum; uerbum autem orietur, aut potius germinare faciat, ad terram: quasi cum cœlos, ac terram nominasset, cœliq; tribuisset iustitiam, id est, iustum; rufus cœli tribuat salutem, & terra iustitiam: Christus enim est Deus, & homo ex Deo, atque Adam ortus. atque hanc sententiam in uersione sum secutus: possunt tamen hec alter accipi, nempe ut uerbum, fructifacent, construatur cum duobus nominibus sequentibus, hoc modo, Aperiatur terra, & fructifacent, seu germinet salus, & iustitia. Sequitur deinde in Hebreo siue coniunctione, succrescere faciat, seu germinare faciat, producat, uidelicet terra, quasi desit relativum hoc pabto, quæ, nempe salutem, & iustitiam, succrescere faciat terra: propter uariam tamē uerborum acceptiōem possunt sic etiam, neque inepte, uerba hac construi: Aperiatur terra, & fructifacent (terra uidelicet, & cali) salutem; & iustitia succrescat simul. & hunc sensum obseruant uulgatus, nisi quid dixit, germinet, pio germinent; & salvatorem, pro salute, sed sensu eodem. nam Christus dominus, immo & dona ipsius dici possunt germen cœli, & terra; ut qui de spiritu sancto conceptus, & de uirgine natus sit: in aduentu quoque ipsius misericordia, & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax osculata se mutuū sicut. ueritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. quia dona caelestia in terris germinabant: & cum per totum orbem. cali mellifaci fierent, tota terra replebat ueris misericordia domini: & eadem erant diuitiae caelestes, atq; terrestres, terra, cœloq; in unum regnum redactis. hoc eodem modo uerbum <sup>תְּבִשֵּׁב</sup> in biphil accipit. Deut. 29. Neque succrescit, neque ascendet in ea ulla herba &c. Ego dominus creavi eum: si iustum, & salvatorem, cum uulgato legas, manifestum est ad eundem referendum pronomen eum. est enim in hebr. masculini generis. neque dubium, quin ad Cyrum referri debeat: de quo iam ante initio capituli dixerat: ut uel ex hac loco intelligere posimus, in hoc uerbi octauo ortum Cyri bac periphrasi, & uerborum ambage significari. Existimo autem esse domini responsum in his uerbis, & his obturare ora misitantium, & querulantium de nimia redemptori mora, ac tarditate, perinde enim accipienda superiora uerba sunt, ac si uicerent captiui prophetis: Quousque nobis aduentum iustissimi regis promittitis? quousque spes nostras ludicribitis? defluant iam cali, & aperiatur terra: progerminet salus, & iustitia in terra: succrescant caelestes illi fructus, & ueniat iam aurea illa ætas; quam tantis uerborum ambagibus nunquam nostris auribus non inculcati. his respondet dominus, ipse eum creavi: meum donum, ac beneficium est ortus, & aduentus eius. quasi insinuet propheta, si dominus est, qui Cyrum format, & qui sua liberalitate eum in assertorem uestra libertatis dat, non ne ipsi committendum est negotio? non ne studium fuerit ipsius negligenter arguere? quis melius, quam ipse dignoscere poterit oportunitatem aduentus ipsius? quare sequitur in propheta: Vae qui contradicit, aut contendit &c. Possumus nihilominus uerba hac de ipso Israële accipere, cuius, in exilio positi, erant prediche querimonias, quasi dicat,

dicat, dominus; Ego hunc, quem sic querulantem uidetis, creavi: meus populus est: hoc non animaduertens de me conqueritur. cui interpretationi satis aptè congruunt sequentia, & uerbum in præterito, creavi.

- 9 Vae qui contradicit &c. non tantum hoc loco, sed plurimis alijs, atq; eadem similitudine reprimet dominus curiositatem, temeritatem, ac diffidentiam plurimorum, qui sapientiores Deo esse volunt, & factorum ab ipso rationem exigere: quasi Deus aut ignorat, aut nolit, aut neguat rebus nosris attendere, ac prouidere. Vae, aut, ò miserum litigantem, disceptantem, seu contendentem cum factore, seu formatore suo. Quod autem dixit, ueluti in genere, dicit mos exponendo in specie; Testæ cum factoribus terræ, seu lutis. uel testæ contendenti cum figulo. hic sensus planus est. & si ratione interpretationis requiri, breniter sic habet, ωντι ὅπου σύνθετο τέσσαρα τεσσάρας εστιν αργιλλα, figuli opera facta, nemo credo, dubitabilis. Lutit. 6. Ps. 22. et supra cap. 30. &c. plur. autē, quod hic habetur ωντι, quod pro ipsis testis, seu uasis testeis, qualia sunt Samia, seu omnes accipiunt. ego, abrasis punctis, ut parre possemus: unde dicitur de aratoribus supra cap. 28. et Ps. 129. & Iob 4. in hac forma regiminis aratores iniquitatis, opifices, seu artifices, seu factores &c. ita hic eos, qui in luto laborant, seu argilla opus exercent, intelligi: nam si pro testis accipias, reddendum est, teste cum testis terra, uel telludo loco ωντι pro de, accepti, id est, uel testa, quæ est de numero usorum testaceorum, contendenti cum formatore suo &c. Litem autem, seu contentionem mox explicat. Nunquid dicit lumen &c. id est, dicere solet, quid facis, aut quod tale facis? Opus tuum absque manibus est: id est, inutile est, nihil uale efficere, ut Deut. 32. ubi nos habemus; Videbitur & infirmata sit manus: hebr. quando uiderit, quid sit sine manu. sensus itaque est; & nunquid dicit teste figulo, opus tuum non habet manus? uel manus pro ansis accipitamus, per quas apprehenditur uas: nam has interdum hebraismus manus uocat, ut Exod. 26. Due manus erant in tabula una &c. quasi dicat; Dicit ne teste figulo, opus tuum ansas habet, aut non habet? quid me sine ansis, aut cum ansis facis?

- 10 Vae qui dicit patri &c. Stultus est filius, & cerebro carens, qui patrem reprehendat, aut matrem, quid se talem, uel talem generarint, Quid generas? id est, qualem nam filium generas? quid parturis, uel cum doloribus edis? id est, cur talem factum edidisti? non talem, sed talem debuissestis generare &c. atque hic sensus conuenient satis uidetur. Possumus etiam dicere: Quid generas, id est, quid nam tibi est, quid rursum generas? & mater, Quid nam habes, quid iterum, ac sepius dolores sustines? quasi doleat filius ob fratrum multitudinem, nimurum propter hereditatem, aut aliquam aliam causam. Veru sequenti similitudines accommodat dominus,

- 11 Hec dicit dominus sanctus &c. in hunc modum dicit Iehova, Deus, quem colit Israel, plastes eius, qui cum ueluti figulus formauit: Israel lutum est, ego plastes: Israelites filii sunt, ego uero pater. non est ergo, quid mecum litigent Israelites, & quasi mihi non sint curæ, conquerantur: taceant; ut argilla; subdit sint, ueluti boni, & prudentes filii, hac est eorum fors: meum est illis prouidere. atque ita, quo sequuntur, ironiam habent. Interrogate me super filios meos: stultum fuerit, me rogare, quid decreuerim de filiis meis, quasi sit quispiam, qui de illis, plus quam ego, sit solitus, que nam illis uentura sint, uel quo illis imminet prospera, uel aduersa. Stultumque fuerit, mandata mihi dare super opere manuum mearum. Hebraismus, Mandate me super opere &c. uel mandata de te, seu commendate mihi opus manuum mearum. si sunt filii, si sunt Israelites opus mandationem differam. Quid uel solūm de redemptione è Babylone, uerum etiam à peccato, per Christum accipe: ut intelligamus, non esse respondentium illis, qui curiosè querunt, quid sit, quid non citius filius Dei in mundum uenerit &c.

- 12 Ego feci terram &c. hunc sensum uidentur hac habere; sufficit, quod sciant, me esse auctorem, & conseruatores uniuersi, quid terram creauerim, & hominem super eam produxerim, & manibus meis celos extenderim, & uniuersis sideribus mandata dedirim: quam unumquodque uirtutem diffundat, quo tempore oriatur, & occidat &c. ex his, si ea norunt, faciliter colligent, soli mibi curam uniuersi incumbere, & non esse, cur quisquam presumat sibi sollicitudinem hanc usurpare, quasi alia ratione posfit melius rebus humanis prouideri, quam ea, quo in actionibus meis conspicitur. Iudeorum uebris tangor, eis, cum mihi uisum fuerit, Cyrum, qui eos liberet, mittam. Quid hominibus uniuersis magis expediat, me nemo melius nouit. In plenitudine temporis mittam Christum meum: nemo enim præter me creauit hominem: ergo nemo præter me tempus aptum nouit rei hominum gerende.

- 13 Ego suscitaui eum ad iustitiam: quid sibi hac littera uult, manifestum est: nam supra dictum est uerbi. Cyrum iustitiam, & iustum meritū dici. interdum autem est Hebrais hac uis preposi-

tionis beth, ut motum designet, ut ad, in: atque sic eam accepte uulgatus. possumus tamen eam, pro cum, accipere, & iustitiam hic pro ipsa ratione diuinorum consiliorum, que equitatis est plenissima, estq; ipsa amissio, & regula omnium, que in illis sunt. Excitau, inquit, cum summa cum iustitia, & aequitate, pensatis omnibus, que in tam ardua re deberent pensari, habita ratione & causarum, & effectuum, temporis, & loci nulla circumstantia pretermissa: uel ego excitau eum in iustitia, id est, ea, quo mea est, bonitate, nullis prouocatus meritis: sed tantum, quia iustus ego, & sanctus sum. quare non est, quod quibziam querat, quare non antea, quare non aliter &c. sed quod gratias egat. neque raro ita accipit nomen iustitiae in scripturis. Aedificabit ciuitatem meam. Cyrus iustus edificari Ierosolymam; Christus dominus adiudicavit ecclesiam ex lapidibus uiuis, camque suo sanguine, & meritis fundavit, erexit, & summo angulari lapide clausit, nosque cives sanctorum, & domesticos Dei fecit: Cyrus demigrationem, seu exsilium, id est, exsules, & captivos Iudeos liberos emisit; Christus dominus de potestate tenebrarum, nos in admirabile lumen suum perduxit, non corruptibili bus auro, uel argento, sed prelio sanguine suo &c. ut est apud Apostolum.

14. Labor Aegypti &c. quanto congruentius superiora Christo domino, quam Cyro Persae aptentur, hac iam ostendunt. nam si de reditu ex Babylone, si de adiudicatione ciuitatis corpore & tantum erat sermo; ergo restitutis Iudeis, & adiudicata Ierosolyma, Aegyptus, & Aethiopia, qua ultra Aegyptum est, servi Iudeorum fuerunt: quod tamen nunquam factum est. nam quod quidam hic afferunt, exercitum Chaldaeorum diripiisse Aegyptum, & Aethiopiam, asportasse; eorum diuitias, quas Iudei, deleris per Angelum Assyrii, posse derunt, nihil ad rem facit. quod si adhuc huc futura sperant Iudei, quo nam pacio haec sic coniungit Iesaias, ut alterum post alterum mox futurum significet? et si libertatem per Christum in superioribus in mentem uenisse prophetæ existimas, agnoscere plane rerum consequentiam, sicut, & uerborum, in fidem enim Israelitearum, id est, electorum ex Israele transierit. Aegypti, & Aethiopes, quos Abiissinos nunc dicimus: qui & Sebam per d, appellantur: omniaque sua cum fide Christo domino obtulerunt, ut ueluti captivi Apostolorum uiderentur: figurata enim haec accipienda sunt: nam se ipsis tradebant primi illi Christiani, & animas, & omnia, oculosq; si oportaret, eruissent, ad promouendam Christi, & discipulorum eius gratiam. Non nihil quoque honoris uerisimile est detulisse Aegyptios, & nicias nationes Iudeis, cum eos libertate donatos, & in regnum gratia uidissent &c. Labor Aegypti, id est, que labore sibi perpererunt Aegypti: uel potius, laboribus dediti Aegypti, & negotiosi Aethiopes, duitis ex labore, & agricultura: Aegypti diuities ex industria, & negotiatione: Aethiopes cum Sebam uiris proceræ statuta. Ad te transibunt: deserentes suam religionem, & fidei tuae abdicens. optimè by pro. & accepti uulgatus. Vincti manicis: sensum reddidit uulgatus. heb. cum manicis. ut p. vincula sunt, que manibus inseruntur, dicta quasi retinacula, uel apprehensoria: designant autem omnimodam subiectiōnem: quod indicant, uerba sequentia, incurvationis, supplicationis, seu interpellationis. quod autem subiectio illa non uolenta, sed ex agnitione uerae fidei oritur effet, figurated; accipienda sunt hec, & non de corporali seruitute, confirming quæ sequuntur. Tantum in te est Deus: uel profecto in te est Deus: nos soli estis, qui uerum Deum colitis: tantumque dignitatem, & splendorem habet uera istuc uerba cognitio, ut dignum iudicemus, nos pro dominis colere: nosque felices repudemus, si uobis inseruiamus. ò nos felices, inter quos Deus inhabitat: id ex libertate, qua donati estis, intelleximus. quis enim posset homines sic liberis reddere, & omnibus affectibus imperantes, nisi uerus Deus. Vides, ut sanctitas Apostolorum gentes ad fidem pertrahebat & merito profecto nobis ascribuntur, & attribuuntur gentium infidelitas, & blasphemie: nam si in Christianis eam à peccatis libertatem, & affectibus purgatas mentes conficerent barbari, manus eorum nulla sic manica, pedes nulla sic uincula, constringerent, exclamarentque, Verè in uobis est Deus. Et non est absque. te Deus: & non amplius, nisi Deus: sic sonant Hebrei, id est, & non amplius aliis Deus querendus, nisi is Deus, qui in te est. uel, nihilique aliud est, cui tuam libertatem, tantumque felicitatem possimus adscribere, nisi Deo tuo, nihil amplius, nihil ultra, nihil omnino in te relucet, nisi Deus. Quis, nisi Deus, sic animum hominis immutare, posset? quibus uerbis sic semetipsum homo sic affectus domare? quis sic posset mundum de immundo conceptum femine reddere? quis tot simul homines deos quosdam reddere posset, nisi Deus? non nobis arma, non exercitus, non eloquentia hanc dignitatem perpererunt: solus in uobis conficiens Deus, uestre libertatis, ac dignitatis auctor. nemo Deo uestro hanc gloriam præcipiat: nihil in te, nisi Deus, hoc planè est, quod Paulus dicebat, non se predicare euangelium uerbis, qualia eloquentia effingeret, ne evacuaretur crux Christi: atque ita in Paulo glorificabant Deum. Hac Israeli dicta interpretati sumus, neque prater morem scripturae. nam, quid Israeli supplicarent, & ipsum deprecarentur gentes, non uno loco tantum habes. Hac autem oratio, de qua hic fit sermo, est protestatio fidei in Christum, quam mox explicat, proinde uellent se in eiusdem fidei

dei gremium recipere: uerum quam obnoxie id peterent, explicat, cùm ait, Post te ambulabunt: & infra uidebis, quod reges uidentis assigerent Israeli propter Deum, qui ipsum elegerit &c. fateor tandem aptissimè ad ipsum Dei filium hominem factum posse referri: in quo agnoverunt eis Deum, iuxta illud Pauli, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi &c. neque alium posthac uelle se Deum, nisi ipsum: uel uirtutem eius admirantes dicebant se nihil, nisi Deum in ipso uidere, etiam si hominem intuerentur. Cyro autem haec, quam malè conueniant, non opus est dicere. Quo uero sequuntur, aliqua ex parte confirmare uidentur gentes cum Christo domino loqui; nisi dicas, quod uertant orationem ad Dei filium, postquam gloriam Apostolorum admirari sunt.

15. Verè tu es Deus absconditus. מסתורך, id est, se se abscondens: quo significant Deum sapientia inuisibilis, & natura humana captum excedentem, iuxta illud, Qui lucem habuit inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed neque uidere potest. hoc autem dicunt ad differentiam decorum gentium, quos dixi ostendere, & oculis uidere possumus. Hunc Deum absconditum, & mundo ignorantem predicare se, dicebat Paulus Atheniensibus, qui aram habebant, Deo ignoto inscriptam. Verum enimvero sermo hic in Christum dominum aptissimè quadrat, in cuius ecclesia ac discipulis cùm dimisissent Deum inhabitat, & nihil, nisi Deum in eis resuere, uel etiam in Christo; statim eius diuisitatem oculis corporis absconditum aiunt, & tantum operibus se se reddere conspicuam. unde sequitur, Deus Israels, qui uiles; quasi ex hoc significarent, quod licet absconditus esset, eum tamen agnoscerent, uel ex eo quod salutem contulisset, liberaliterque homines &c.

16. Confusi sunt. omnes, qui hactenus scitissimi dies confidebant, & eorum partes tuebantur: Babylonij, qui suorum deorum auxiliis putabant se de ceteris regnis uictoriā reportasse: impii quoque ex Iudeis, qui Deo uero diffidebant, & colendos esse deos cum gentibus satius ducebant, quam à Deo, quem non uidebant, pendere. omnes denique tam artifices idolorum, quam cultores eorum, uia liberatione Iudeorum per Cyrum, sicut in scripturis ipsorum Deus ille inuisibilis multò ante prædixerat, pudore affecti sunt, & ignominiosi redditii, & cum ignominia, sine pra ignominia aliorum aspectum expectare non austi sunt, sed cum ignominia abiurant &c. Vocat autem idola angustias דרי'ץ per contemptum, quod qui ea colant, in conscientia semper premantur, saltē non habeant eam animi hilaritatem, quam qui sperant in Deum uium, & uerum, nam uerum numen cor confirmat, & in medijs afflictionibus spe alit, & surgit mentes: at falsa numina, ut immota in se esse sunt, ita nihil prius efficiunt &c. Si autem ad Christi temporā hæc referas, uides ruinam idolatriæ hic præuentari, manifestumque fore, quod solus Israël uerum Deum coluerit, cùm iuxta promissiones illi factas Christus ex ipsis prodierit, qui sicut homines à peccato afferunt, ita cultum idolorum è mundo absulit, ut pudeat Veneris, Iouis, Mercurij, ceterarumq; obominationum meminisse: ille enim cultus flagitia, & pestem terris attularet. at

17. Israel saluatus est &c. fructus idolatriæ, immo omnium peccatorum, fuit pudor, & confusio, atque ignominia: at Iehova cultus attulit salutem, camque seculorum, id est sempiternis seculis duraturam, quo sit, ut qui ex Israele seruati fuerint, nunquam in eternum pudore sint afficiendi, aut ignominia. Quis non uideat, nisi plane impius fuerit, hic salutem, quam ueri Israelite per Christum consecuti sunt, decantari? nunquid salus illa, qua per Cyrum, & Darium contigit Iudeis, hos titulos præmeretur? quam parum enim duravit illa libertas, atque felicitas, quis ignorat? certè plures, & graviiores calamitates pasti sunt Israelite per trecentos illos annos post reditum è Babylone, quam ullum unquam regnum per seipsum quisquam audierit. Lege Iosephum, aliasque scriptores, quantia malitia experti sunt ante Machabeos, immo sub ipsis Machabeos, usque ad Herodianorum imperium. Quid qua secuta sunt, commemorem? Quid autem de Cyro loquatur scriptura, non negabunt Iudei: quomodo ergo hæc cohærent? certè salus eterna à Deo uero uera Israelite contigit, in eternum duratura. nam neque umbra mortis, neque inferorum portæ præualebunt aduersus ciuitatem, quam Christus dominus uiscerat, & templum, quod ipse restaurauit.

18. Quia hæc &c. quæ dicit, meritò hæc dico, quod domini sit salus: ipseque saluauerit Israelem: idola autem neque Israelem, neque alios saluent. nam ipsius sunt hec uerba; Deus, qui formauit celos, & terram, certè non creauit eam, ut inanis, & vacua, uasta, & inordinata perpetuo esset; sed in hoc eam creauit, ut homines super ea habitarent: ego sum ipse Deus, neque aliud est; qui & hoc dico, et hoc feci; & terram, ut habitaretur, creavi. cui ergo alteri adscribi debet salus, aut quis alius pitandus est reducere exsiles Israelite in terram suam? ego expuli, ego reduco. Hic uides, quod indiferenter utatur hebraismus uerbis creandi, singendi, ac faciendo. נָאכַת, נְאַתֵּן, נְאַתִּי. Non frustra. vox יְהוָה, quam diximus significare inordinationem, indigestionem, indispositionem, ubi nihil distinctum, designatumque, quando uerbo iungitur, aduerbiū fit; ut uerbo sequenti, & infra 49. sic hoc quoque loco cum uulgato possumus accipere: Non inor-

- dinationem, creauit eam, id est, ut inordinata, & rudis perpetuus esset.
- 19 Non in abscondito. mibi, inquit, adscribenda est haec reducio: cuius fuit etiam ipsa introductio Israelite in Palestinam, siquidē pacem, quod cum eis pepigi, publicum fuit, non in abscondito, sed in monte excuso, magnis cum tonitrus, audiens infinita profē multitudine, que in planicie monti subiecta stabat, non sicut magi, & incantatores in locis subterraneis, sed clara noce, lucente sole, cum Israelitis fædus sanxi. Quod si mibi obedirent, possiderent terram, quam patribus promisram. si me deferenter, & idola colerent, è terra illa eycerent cito: neque eos terra illa sustineret. non cos fidei meæ astrinxí, non proposito ullo præmio; sed possessionem Palestina, pacem, & quietem in patria illis pro præmio pollicitus sum: sum enim iustus, & pacia mea equitas sunt plenissima. quis ergo putandus est, Israelite in patriam reducere? Ad priora uerba huius versus alludit dominus in euangelio; Ego palam locutus sum mundo, & in abscondito locutus sum nihil. seductorum enim, & ueritatem, atque aquitatem odientium sunt latibula, & conuenticula &c.
- 20 Congregamini &c. nos igitur omnes, qui nunc è Babylone anfugitis, & è captiuitate euaditis, convenienter simul omnes afferte, si quid habetis, quod ijs, que dixi, opponatis, pro causa idolorum: si quid ab ipsis gentibus, apud quas exsulatis, didicistis; si quid nimis, quando in exilio cratus, in idolis ipsorum experti estis, adducite in medium. at frustra id tentabitis: miseri enim illi, & commiseratione dignissimi sunt, ut qui, ueluti sensu communi careant. nam suis ipsorum manibus leuant, eriguntque lignum sculpili sui; & ad illud ipsum, quod sua opera stare fecerunt, preces fundunt, tanquam ad Deum: cum tamen saluare nequeat alios, qui seipsum erigere non potuit. Quod uulgatus dixit, qui saluator estis ex gentibus, Hebrei euafores gentium dicunt: quod docte uulgatus interpretatus est, Qui euaditis, uel euafitis ex gentibus. Sunt, qui saluatores gentium interpretantur, quas ad deos, & cultores deorum sit sermo: sed non uidetur convenienter; neque affectu acipi nonen illud alicubi inueni. uel certè, ut ad omnes omnium gentium homines, qui ex periculis, & calamitatibus eripiuntur, & euadunt, est sermo: quasi dicat, quicunque hominum euaditis, ex quouis periculo, dicite, si quid auxiliū ab idolis experti estis, deinde quasi per parenthesim inferatur; Nescierunt &c. quasi sit correctio quadam; quid eos uoco, aut compello? Stipites, & faxa sum potius, quam homines, qui leuant &c.
- 21 Annuntiate &c. orationem, quam interruperat, gentium sortem commiseratus repetit. nam quod hoc uerbu, Venite, dixit uulgatus, est uerbum biphil וְרִמְאָת accedere, facio, id est, afferto, uidelicet, quod uerbu superiori initio dixi. quod si opus fuerit deliberationibus, & consultationibus, id etiam ne omittatis, sed in medium consulete, ut unus afferat, quod alteri excidit, uel non animaduertit: atque inter consultandum, hanc in primis questionem agitate; Quis nam ante mullos annos prædicterit, eripiendos Israelite è captiuitate Babylonis, per Cyrum regem Persarum, nam si ego ipse Iehoua, quem Israel colit, solus id futurum prænuntiant, quis iam dubitandi locus, quod non sit Deus alius sanctus, & saluator, nisi ego? ergo
- 22 Conuertimini ad me &c. ad uerbum, uultum, seu faciem uertite, seu dirigite. cum enim alias deos queritis, & alijs rebus fiditis, Deum post tergum relinquitis: quod, si illos deseratis, & in me unum intenderitis, tanquam in uerbum, & solum Deum, ut iam ipsa res clamant; quemadmodum Israelite, præter hominum opinionem, ex Babylone liberari, sic omnes à me liberabitini, & uera libertate donabitini per filium meum, ut sitis uerè liberi, & saluati.
- 23 In memet ipso iurauit, uel per memet ipsum: quod paulò ante consulere hominibus uidebatur, ut facerent, id ueluti laxatis sua bonitatis habentis, iam se facturum non solum promittit, sed & iurat. Iustitia uerbum: hebr. iustitia uerbum, sensus idem, uerbum quod uerissima est iustitia. uel sumitur hic iustitia, ut non raro Hebrei pro ipsa beneficentia, & animo ad beneficiendum propenso significat ergo, quod dicturus erat, esse haud uulgarem gratiam, sed uotis omnibus expetendum beneficium. possumus & similipter accipere, ut uoces sonant, quod iuret Deus daturum si mundo iustitiam, quæ est ipsius uerbum. est enim Christus Dei filius iustitia & uerbum patris, quod non rediit uacuum, ut infra aperitus dicetur, sed inebriauit terram & secundauit &c. Et non reuertetur. hebr. est, non erit irritum, sed statut, & firmum erit. Quia mihi curuabitur &c. si hoc non est expositio eius, quod dixerat. Non reuertetur, iuxta ultimo loco allatam expositionem, dicendum est, explicari hic quidnam iuravit, & quod sit illud uerbum iustum, misericordieq; plenum. Quod autem Christo domino omne genu flectendum sit &c. affirmat Paulus ad Rom. 14, dicens, Omnes sicut mur tribunali Christi: scriptum est enim, Vnu ego, dicit dominus: quia mibi flectetur omne genu; & omnis lingua confitebitur Deo, confiteri autem Deo, est Deo honorem dare, & Deum prædicare: quod fit, dum per eum iuramus. nam per eum, quem Deum credunt, homines iurare solent, ceterum ad Philip. hac eadem uerba adducens, licet aliud agat, manifeste notat, etiam ante iudicium in nomine
- ne I E S V omne genu flectti, caelestium, terrestrium, & infernorum: quod consecutum dicit dominum I E S V M per humilitatem, qua se deprestit, accipiens hominum formam, & habitum serui. Ergo dum iurat facturum se, quo sibi curuetur omne genu, iurat, se formam serui accepturum &c. quod uerbum est misericordia, & iustitia, & sanctificatio. scimus autem non rediisse inane hoc uerbi domini, & in toto orbe ab Angelis, ab hominibus, & apostatis spiritibus dominū I E S V M pro Deo habitum. porrò agnita diuinitatis symbolum est, curatio omnym genuum, & iuramentum. omnium autem, more scripturæ intelligitur, id est, plurimarum gentium.
- 24 Ergo in domino, dicit: illud, dicit, duabus uirgulis includendum est. sensus uulgatæ uersio- nis hic est, Ergo omnis lingua dicer: In domino sunt mea iustitia, & imperium, seu robur. utrumque enim dicitur τὸν notat, quasi agnoscant, quod per Christum aduenient homini iustitia, & uires ad resistendum peccato. Hunc locum torquent, luxantq; Lutherani, ut probent, in nobis nullam esse iustitiam, sed extra nos uidelicet in C H R I S T O, & per ipsius iustitiam nos imputationem saluari. sed locus illis non fauet: non potest enim ueritas mendacio patrocinari. Et quidem nemo negat in domino I E S V iustitiam esse, id est, ab ipso pendere iustitiam nostram: ab ipsis enim iustitia, seu plenitudine promanat iustitia nostra, ut riuali ex fonte: quemadmodum autem riuali aqua, fontis aqua dicitur, & riuali ita nostra iustitia, nostra est, & ab ipso Christo dimanat: neque hoc est Christo domino derogare, sed omne nostrum bonum illi adscribere: ut qui per dominum, & in domino iustitiam nos habere fatemur. Sed ad rem redeo. Potest & alter subesse sensus videlicet ut exprimat, quibus uerbis iurabit, & Dei confitebitur omnis lingua. Certè per Iehoua dixit mibi, id est, dicit abque dubio, quando iurauerit, per Iehoua, per I E S V M Christum, ita omnes in mei gratiam dicent: nam illud, mibi, uel Hebreo more redundant: uel ualer, in gratia mei. Dicent etiam; Iustitia, & imperium ad eum uenient, id est, ipsius est iustitia, seu laus iustitia, & ipsius est imperium, ut sit expositio eius, quod dixerat, Mibi curabitur omne genu. dum enim confitemur Christum dominum in celis esse, in dextera Dei sedentem; eum iustum, & penes ipsum esse imperium confitemur. unde Paulus Phil. 2. h. duo coniunxit, ut in nomine I E S V omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur; quia Christus est in dextera Dei patris. & dominus in euangelio Ioannis exponens, de qua nam iustitia spiritus sanctus conuincebat mundum, ait: Ego ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Conuincet, inquit, mundum & apertè confirmabit, me iustum fuisse, & regnum spiritalē auctoritatum, in celum me recepisse. Verti autem, Veniet. nam in heb. singulare est οὐτι, & construitur cum nomine τὸν, id est, firmitudo, robur, regnum, imperium. neque distinctio Rabinorum me moratur. τὸν autem uerti, certè, nam initio orationis est affirmativa particula, uel aduersativa: uulgatus pro illatua accepit cum Gracis, ut in loco Tsal. Et dixi; ergo sine causa iustificandi &c. ubi affirmantis quoque esse potest. Est quoque in his uerbis aliis sensus haud abiendiens, ut hic uerbi sit pars iuramenti: dicit itaque Iehas; Profecto Iehoua dixit, per Iehoua; (nam hoc est per semetipsum iurare) mibi sunt iustitia, & imperium, id est, ego sum iustum, & iustificans, ut inquit Paulus; Extra me non est iustitia, neque iustificatio: quem ego non iustum prononciauero, non est iustum: cui non imputauero peccatum, iustum, & beatus est, meum quoque est imperium, & regnum, onensis potestas, ut auferre regnum, & dare, cui uolueru possem. An non sunt ista uoces domini I E S V Christi, qui sibi datum uniuersam potestatem post resurrectionem dicit, in calo, & in terra iuxta quam concedit discipulis, ut quorum remitterent peccata, remissa forent? certè ipsi sunt iustitia, & imperium. Quia autem sequuntur, uerba sunt prophete, qua ita uerti possunt; Ad se adducet, & pudeſſent omnes, qui excandescunt in eum, uel exardescunt in eum: qui repugnant, qui rebellerunt sunt: quod in die iudicij futurum manifestum est: quamuis sit & in hac uita confusio, que adducit gloriam. sed non uidetur de hac esse sermo. de electis enim sequitur per antithesim, In Iehoua iustificabuntur &c. quod autem: οὐτι, ac si esset in biphil, uerbo adducendi reddidi, ne cuiquam mirum uideatur: nam Hebrei interdum uerbis prima, pro tertia utuntur: & in hoc ipso uerbo iam exempla supra uidimus. Congruit autem hæc sententia cu illis uerbis domini in euangelio Luca in parabolâ, in qua dominus, ut rex introducitur: Post quem tamen abeuntem eius eius, qui eum oderunt, legationem miserant, dicentes; Nolumus hunc regnare super nos. at quando rediit, dicit; Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite ad me, & interficide ante me.
- 25 In domino iustificabitur: aduersari pudeſſent: at Israelite iustificabuntur, id est, iusti prouinciabuntur, ut nemo condemnare audeat, quem Deus iustificat, seu absoluīt, ut est apud Paulum. idem autem est, Deum absoluere, seu iustificare, & in Deo iustificari, seu per Deum. at iustificati per Deum, qui fieri poterit, ut non laudentur? certè neque ipsi aduersari laudes eorum retinere poterunt, cum uiderint eos, quos hic deridebant, inter filios Dei computari, & sorteum cum Angelis Dei accipere. Per uniuersum uero semen Israelite intellige, non filios carnis, sed promissionis, & fidei. Addit, & infinita quoque multitudine Israelite, etiam secundum carnem ad Christum, & regnum eius pertinet.

nct, & his nouissimis diebus quotidie ex Israels semine plurimi saluantur. adimpletur enim illud Pauli, Cūm ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Isracl saluus fiet. Iam plenitudo gentium intravit, ianque plurimi Isracliti cum eis, & post eos ingrediantur, ut non alia illorum conuersio forte expeditanda videatur, quam quæ quotidie fit.

## Caput quadragesimum sextum.

Noua.

Vetus.

**N**ICURVATVS est Bel: repandus contri-  
fuit Nabo: animal, & iumentum habue-  
runt idola eorum, gestamina uestra impos-  
ita: onus ad lasitudinem.

Repanda sunt, incuruata sunt pariter,  
non potuerunt facere euadere onus, & ani-  
ma corum in captiuitatem iuit.

Attende ad me domus Iacob, & uni-  
uersi residui domus Israels, impositi ab  
uterio, gestati à uulua.

Et usque ad senectetum ego ipse, & usque ad  
que ad canitiem ego portabo: ego feci, &  
ego leuabo, & ego portabo, & euadere fa-  
ciam.

Ad quem assimilatis, & cōfertis, ut sim  
similis?

Qui abiciunt aurum ex loculo, & argen-  
tum in statera ponderant: & mercede con-  
ducunt conflatorem, & faciunt Deum: fle-  
nt se, qui prostrati supplicant.

Leuant illum super scapulam: & portat  
illum, & reponit illum in loco suo, & statit, ac de loco  
suo non discedit, insuper exclamans  
ad eum, neque responderet: ab angustia ip-  
sum non saluat eos.

Recordemini huius, & uiriliter agite: re-  
ducite transgressores super cor.

Recordamini priora à saeculo, quia ego  
sum Deus, & non est ultra Deus, neq; est  
similis mei.

Annuntians à principio postremum, & ab initio, quæ non facta sunt, dicens; Con-  
silia mea firmum erit, & omne beneplac-  
tum meum faciam.

Vocans ab oriente agmen auium, à ter-  
ra longinqua uirum consilij mei, & locutus  
sum, & adduxi istud: cogitau, & faciam  
illud.

Attendite ad me robusti corde, procul  
remoti à iustitia.

Appropinquare feci iustitiam meam, nō  
elongabit, & salus mea non tardabit: &  
dabo in Tzion salutem, Israeli decorem  
meum.

**C**ONFRACTVS est Bel: contri-  
fus est Nabo: facta sunt simulacra eo  
rum bestijs, & iumentis: onera uestra gra-  
ui pondere usque ad lasitudinem.

Contabuerunt, & contrita sunt simul;  
non potuerunt saluare portantem, & anima  
eorum in captiuitatem ibit.

Audite me domus Iacob, & omne resi-  
duum domus Israel: qui portamini à meo  
utero, qui gestamini à mea uulua.

Visque ad senectetum ego ipse, & usque ad  
canos ego portabo: ego feci, & ego feram:  
ego portabo, & saluabo.

Cui assimilatis me, & adæquatris, & cō  
paratis me, & fecistis similem?

Qui confertis aurum de sacculo, & argē  
tum statera ponderatis, conductentes auri-  
ficem, ut faciant Deum: & procedunt, &  
caut se, qui prostrati supplicant.

Portant illum in humeris, gestantes, &  
ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco  
suo non morabitur. sed & cūm clamauerint  
ad eum, neque responderet: ab angustia ip-  
sum non saluat eos.

Mementote istud, & confundimini: re-  
ducite præuaricatores ad cor.

Recordamini prioris seculi, quoniam ego  
sum Deus, & non est ultra Deus, neq; est  
similis mei.

Annuntians ab exordio, nouissimum,  
& ab initio, quæ nec dum facta sunt, dicēs;  
Consilium meum firmum stabit; & omnis uoluntas  
mea fieri.

Vocans ab oriente agmen auium, & de terra lon-  
ginquaque uirum uoluntatis meæ, & locutus  
sum, & adducam illud: creui, & faciam  
illud.

Audite me duro corde, qui longè estis à  
iustitia.

Propè feci iustitiam meam, non elonga-  
bitur: & salus mea non morabitur: dabo  
dabo in Tzion salutem, Israeli decorem  
meum.

Confractus

**C**ONFRACTVS est &c. ubi Christum regnaturum dixit, erupturumque suos è captiu-  
itate peccati, cuius typus erat Cyrus; iam idolis, quorum cultum religio Christiana abegit, in-  
sultare uideatur propheta: cuius rei etiam captiuitas dcorum Babyloniorum typus erat. vulgatus con-  
fractum dixit, pre incuruatum: nam tunc idola, que nec iuncturas, neq; flexibile dorsum, neque ge-  
nua habent, incuruari dicuntur, quando confringuntur. Hoc idem uerbum vulgatus Genes. 49. uerbo  
requiescendi reddidit; Requiescens accubisti, ut leo & Num. 24. uerbo accubandi: suprà tamen  
cap. 10. uers. 4. uerbo incuruandi propriè reddidit, & superiori capite uers. 13. Notum autem est,  
Bel fuisse idolum Babyloniorum: hoc Numinum aiunt exexistere, ut patrem suum mortuum, pro Deo cole-  
rent. uide Dan. 14. De Nabo quoque nihil certi afferunt, nisi quid ex hoc loco idolum aiunt fuisse apud  
Babylonios: ciuitatem eiusdem nominis in terra Moab suprà, & in Ierem. habes, & in libro Num.  
ceßisse in fortem filiis Ruben Nebo cum alijs ciuitatibus, que erat in regno Seon regis Amorhaeorum,  
& Og regis Basan. Num. 32. & 33. Nabo autem Babyloniorum nesciam, nisi hoc loco legitur.  
Contritus est. uerbum δραστικό sequenti uerbu vulgatus reddidit, Contabuerunt: neque alibi legi-  
tur in scripturis. ex nomine autem derivato, & contextu uideatur habere cognationem cum uerbo in-  
curuandi. Quia uero idola ex auro, uel argento erant, que Medi, & Perſa milites, non ut colerent,  
sed ad alios uisus deferebant, ea, ut melius deferri possent, ex parte contundebant; iccirco uerba flēti-  
di, contorquendi; seu incuruandi illis tribuit prophetæ, que uerba, si rebus uiuis adaptantur, dolorem  
notant, quem forte irrisori illis tribuit prophetæ, sic mox anima eorum mentionem facit.  
Facta sunt simulacra eorum &c. uel fuerunt bestijs, & iumentis supp. imposta: uel fuerunt iu-  
mentis, id est, iumenta ea habuerunt, & in potestate iumentorum fuerunt, ueluti sors eorum.  
Onera uestra graui pondere &c. sensus idem est: ego tamen Hebreæ ad uerbum reddidi; Gest-  
amina uestra imposta supp. fuerunt, onus ad lasitudinem; seu defatigationem, id est, ualde onerosa.  
uideatur autem esse sermo, uel ad ipsa idola, uel ad ipsos idololatras: & gestamina vocat ipsa idola, ad  
gestandum aptata.

2. Contabuerunt, & contrita sunt: de his duobus uerbi dixi uerbu superiori, & ni fallor, hic  
ad iumenta referenda sunt, quid iumenta repanda facta sunt, & incuruata sunt pariter cum ipsis  
idolis, & sub onere corruerunt: neque onus ipsum a se potuerunt excutere: hoc enim uocat hebraismus,  
facere euadere; non tamen abicio sensum uulgati, quod idola confusa, & in onus aptata non potue-  
runt seruare portantem, ut saluare onus sit facere, ut iumenta non desicerent: ut hoc sit saluare por-  
tantem. Et anima eorum: hoc de ipsis idolis interpretantur, quibus per irrisiōnem tribuitur ani-  
ma, possimus etiam, neq; inepti, sic locum redderes & anima ipsorum cum captiuitate abiit, quod iu-  
menta sub onere animam efflante: atque ita simul cum rebus abductis auferatur, abeat, recedat, atq;  
euaneat. ita enim interdum accipitur uerbum γένεται, id est, abiit, ut Ps. 109. Sicut umbra, cum  
declinat, abiit, neque sale caret hic sensus; estque satis planus: quasi iumenta, sicut ipsa idola incu-  
ruata sunt, & pariter cum ipsis reflexa corruerint, & ipsorum anima simul cum ipsis abiit, & euaneat,  
quasi fortis idolorum, forti iumentorum comparet. O bellos deos, qui sic auferuntur, &  
euaneantur.

3. Audite me: id est, accommodate animum ijs, qua à me dicuntur: quasi dicat, uideatis, quid ac-  
ciderit diis gentium, quād infirmi sunt; ut hominum, ac iumentorum opera indigeant? audite iam, quid  
dicam, Vos, inquam, non quorum opera ego indigeo, sed qui sine me nihil estis, immo quos tan-  
quam filios, ego mihi assumpsi, humerisque meis imposui, ab eo iam tempore, quo genitū fuisti,  
quosque gero in brachiis meis, ex eo tempore, quo in lucem editi estis; id est, quorum amantisime cu-  
ram gero, iam ex tempore, quo esse cepisti, à tempore Abrahæ, Isaac, & Iacob. Quia autem nullus  
attenderit, infert uers. 5. & sequentibus, infra hac pulcherrima antithesis, qua ostendit, qua-  
rum praecellat diis gentium: illi portantur &c. ego uos porto, nutrio, alo, tam in iumenta, quād in de-  
crepita, libero, & seruo &c. Residuum domus &c. ad eos est sermo, qui ex uasatione Chal-  
daeorum superfuerunt, qui fuerunt typus sanctarum reliquiarum, qua superfuerunt ex infidelitate, qua  
tempore Christi inuidavit uniuersam Iudeam. Qui portamini à meo utero: ita uertendum  
contendit Hieronymus in commentariis in hunc locum: ego uero tanto uiro contradicere quid audeam?  
accepti ille iod in uoce οὐδε pro pronomine affixo, quasi ad uerbum dicendum esset. Qui portamini  
à me utero, id est, à meo utero: idem in sequenti membro: quam interpretationem nemo meritò impro-  
babilit, uerum cum uideamus in plerisque locis prepositioni τοι addi iod paragogicum, ut supra 30.  
uers. 11. & Iud. 5. & Ps. 44. & 78. recte etiam uerti potest, Impositi ab utero, gestati à uulua. nam  
sequitur, quod usque ad canos portaret &c. Qui portamini: supra uers. 1. dixi gestamina: erat  
enim femininum: hic uero est participium masculinum, à uerbo δραστικό, id est, imposuit, supp. onus.  
est ergo sensus, quod ab ineunte aetate non permisit eos pedibus suis ambulare, sed humeris suis eos

IN QVADRAGESIMVM SEXTVM CAP.

imposuisset. Fortè meminit educationis ex Aegypto, nam tunc dicitur dominus eos portasse, sicut nutritius &c. sequens uersus hunc sensum explicat.

4 Vsq ad senectam &c. ego ipse, qui uestri curam gesit à pueritia, seu primis annis, & tanquam puerulos in sinu meo foui, non sicut matrus, que ubi nati creuerint, à se curam illorum ablegant, atq ab ipsis uicem expectant: nos ego, ubi in uiro creuissetis, nequaquam abiici, quin usque ad senectam nos baubabo, uisque souebo, & ad decrepitam usque etatem eodem studio prosequar. Hec de populo illo, seu eccllesia Iudeorum intelligi, in patribus, ruditibusque principijs. In Aegypto, & deserto, tanquam parvulos aluit: sub Dauide, & regibus, iam uiros factos non deseruit: cùm etiam iam, ueluti ad senectutem tenderet respub. illa, & in captiuitatem abirent; illorum memor, prophetas excitauit, qui consolarentur eos, ac tandem ex captiuitate eduxit, cùm iam de eorum rebus actum esse uidebatur. Hac est summa uotorum piorum hominum, uidelicet ne à Deo deserantur: sed qui de uentre matris eorum curam gesit, usque ad senectam, & senium ab eo suscitentur, sicut non uno loco David petebat. Sed nunquid nos Christiani minus dilectam eccliam Christianorum Deo, quam fuerit Iudeorum, existimabimus? immo uero non una, eademq; fuit semper? putabimus ne, quod in his miserrimis temporibus dilecta sua obliuiscatur, rerumque nostrarum non habebit rationem? bono animo simus fratres, usque ad finem saeculi nobiscum est, & post tempestatem tranquillum faciet: & in tanta rerum perturbatione, atque ecclia sua iactatione scio, quod misericordia recordabitur, neq; obliuiscetur misereri Deus. Ego feci: ego eos procreavi, editos in lucem leuau, atque portau. quare & cuadere faciam, eripiam, atque liberabo: ut sit expositius eius, quod praecebit, quod à uentre portaset, & usque ad senectam gestaret, ut ex beneficijs, que haec tenus experti fuissent, spem firmanc conciperent, non eos captiuos desereret, unde sicut ex alijs infinitis locis habemus, optima spei, seu fiducia audeat fomenta, esse præteriorum beneficiorum in nos à Deo nostri amantissimo collatorum recordationes.

5 Cui assimilastis me. indignationem continet hac interrogatio, animosque Iudeorum acriter perstringit emphasi pronominis, me, & cui, quasi dicat: Si sic se res habet, ut tam humilis sit idolorum omnium condicio; si spites sunt, & trunci, & immobiles quedam statue; ego uero feci uos, educau, gestau in sinu, & uestri curam gerens, ab uniuersis malis uos eripui, & spes est, quod deinceps eripiam; cui nam rei me similem fecisti? aut facietis, id est, facere soletis? Hoc tempus illud resipere uidetur, quo abductis in captiuitatem ab Assyrio decem tribibus, reliqui Iudei nequaquam ab idolo latria abslinebant: ob quā, & alia scelerata grauiora, quām fuerunt Iraelitarum, ut est apud Ezech. etiam illis imminebat captiuitas: mihi enim uerisimile fit, eo animo Iesaiam toties in idolatriam inuehi ante captiuitatem Babyloniam, ne in tanta Iudaicarum rerum delectione, & Babyloniarum prospexitate animis cederent, à fideque exciderent, & ad cultum deorum prolaberentur. quo etiam consilio non solum educationem, liberationemque illorum prædicebat, sed Babylonie quoque eversionem, quam ipsorum, qui eo tempo erant uictores, dij non posset auertere. Et similem fecisti: hebr, & similis ero, id est, cui me adequatus, cum quo mihi posit conuenire? hac enim est uis uerbis, ut admonui primo capite.

6 Qui confert aurum &c. hebr. participium est à uerbo יְמַלֵּא, id est, abiicit, ut rem uilem: Thren. 1. Omnes, qui honorauerunt eam, abiicerunt eam. quia autem sequitur tertia persona, reddere possumus; Qui abiiciunt, id est, profundunt, ut rem uilem, aurum &c. habet autem hoc in loco hanc mediocrem uim hac uariatio personarum: cùm enim quasi exprobrantes, percuntlanur, si rē ualde indignam ducimus, non expectata response, ueluti ex quadam animi impotentia, ad alios nos conuerimus, rem, ut se habet, narrantes, ut quām iuste expostulationem suscipiamus, simul nobiscū uideant, & incusat. Argumentum in statera: hanc ponderationem accipe, non quod in pretio decipi timerem, sed ut certi ponderis Deum acciperent. nam, quod profunderent aurum, paullò ante obiecerat.

7 Portant illum. rem, prout gerebatur, exponit. In loco suo: hebr. sub se, uel pro se: quod Latinis, in suo loco uertunt. Sed & cùm: ego Hebraea expressi: illud autem uau, pro aduersaria uidetur accipendum; sed non respondet, neque seruat &c.

8 Mementote illud: nempe quid opera hominum sint idola, neque possint operem fevre. Et confundimini: credo locum depranatum in uestione vulg. legendumque fundemini, id est, tanquam fundamenta in corde ponite, id est, alta mente reponite. nam suprā cap. 16. nomen geminatum dixi, ex quorundam opinione significare fundamenta: ubi vulg. pro letantibus accepit. ego quia à nomine וְ deductum existimo, dixi uiriliter agite, id est, tanquam uiros uos gerite, ne hac in re uos decipi sinatis, ut femina &c. Redire ad cor. uerbum est in biphil, id est, reducere ad cor: reuocate, neque patiamini mente excidere, quod uos fecerim, & portauerim: idola uero hominum opera indigeant.

I E S A I A E.

164

digeant. Fauet hic locus illorum consilio, qui beneficia domini iugi memoria recolere præcipiunt, quod plurimum momenti ad uitam recte instituendam, & anum in fide stabilendum, & cor amore in-flammandum, in meditatione suum esse intelligent. buc quoque facit, quod sequitur.

9 Recordamini prioris saeculi: ad uerbum, priora à saeculo, uel antiqua à saeculo, à multo tem-pore, id est, renovate ad memoriam, qua antiquis temporibus gesta sunt, [ & uidebitis ] quid ego tan-tum sim Deus &c. Neque est similis mei, uel nihil sicut ego. hanc, qui imo peccore recondret ueritatem, nequaquam post uanitates uagaretur, sed potius hoc unum bonum quereret, in quo sunt omnia bona. Ad commendandam banc collationem facit historia, quam narrat Eusebius de Gregorio Neocesariensi, & sacrificio Apollinis: apud quem in alpibus in fano Apollinis hospitatus fuit Gregorius, & iuxta prouerbium, Purpura circa purporam diuidycanda est.

10 Annuntians &c. uel ex hoc agnoscetis me solum Deum, qui q; futura erant posse multa anno-rium millia, statim ab initio mundi prædixerim, ut cum semen mulieris dixi contritum caput serpen-tis, & multa huismodi. Quæ nec dum facta sunt: hebr. que non facta sunt, sed nouissimis temporibus adducunt. Dicens: uel, qui dico; Consilium meum stabit &c. quod exponit suo more; & omne beneplacitum meum faciam: hoc solius Dei est: omnia, quacunque uolunt; fecit. quia dixerat, prædicta esse, que non dum facta essent. hoc addidit, ne quis dubitaret futura.

11 Auen. וְ nomen est collectivum, & significat turbam uiuum feralium, ab וְ, id est, inuolando celeriter, & cum impetu, more uiuum rapacium, quo uerbo utuntur serui Nabal, quando retulerunt qualem se Nabal exhibuisset fernis Davidis, inuoluit in eos 1. Sam. 25. uulgatus auer-satus est eos, suprā 18. uers. 6. Genes. 15. & Iob 28. collectiū uideat capi & Iterem. 12. comparat Indeōs auibus rapacibus insinuans, quid sicut illi, quasi agmen uiuum feralium inuolabunt in dominum; ita quoque hostes eorum, quasi agmen uiuum feralium sanguine tintabar, inuolatur erant in eos. nam præcebit, quid quasi leo dedissent contra dominum uocem suam: ergo hic non pro Cyro, sed pro exercitu eius ex Medis, & Persis capi potest. In secundo autem membro Cyrus uiuum uoluntatis sue, seu consiliū sui uocat, ut posset sumi hic uersus ueluti expoñit præcedentis.

12 Duro corde. בָּרוּבָּה robusti corde, seu ualidi, id est, qui cor habet in domitum: neq; est, qui uos ab eis, que concupiscenti, retrahat: isti enim sunt, qui dicebant, post cogitationem cor-di nostri ibimus &c. Qui autem huismodi sunt, longe absunt à iustitia: resistunt enim diuini mo-tionibus, & contumeliam faciunt spiritui sancto. Similis phrasis est Ps. 76. Spoliati sunt robu-sti corde.

13 Prope feci. appropinquatio Dei, & iustitia, ac salutis, idem sunt, sicut salus nostra, & gloria Dei. quamus autem uotis hominum, qui haec importunè, curiosè & quasi sine fide exceptant (ut suprā exposuimus) dicentes; Rorate celi desuper &c. dñe responderit, ni sibi hanc curam relinqu-ent &c. non potuit se tamen contineare, quin ipsis rebellibus, & incredulis aperte iam dicat, prop̄ esse &c. Quia quomodo & Cyro, & Christo aptent, iam suprā diximus: ante dominum autem quin genti, aut septingenti anni sunt, sicut dies hebetra, qua præteri. addit, quid qui in Christum uen-turum, qui ab ipsis prædicetur, credidissent, eiq; adhæsissent, eam salutem consequuntur erant, quam qui uiderunt, & crediderunt. Suprā uero admonui, quare iustitia, quam Christus consulit, dicatur iustitia Dei. dicitur autem eius iustitia, sicut salus nostra dicitur, eius salus, ne nobis insultent hoc lo-co Lutherani.

Caput quadragesimum septimum.

Noua.

Vetus.

D E S C E N D E, & sede super pulue-  
rē uirgo filia Babylonis, sede in puluere uir-go filia Babylon, sede in terra: non  
est folium filiae Chaldaeorum: quia ultra non  
uocabunt te teneram, & de-licatam.

Accipe molam, & mole farinam; expli-ca fasciem tuam; denuda coxam; reuelati-biam;

D E S C E N D E, sede in puluere uir-go filia Babylon, sede in terra: non  
est folium filiae Chaldaoru: quia ultra non  
uocaberis mollis, & tenera.

Tolle molam, & mole farinam; denuda turpidinem tuam; discooperi humerū;  
E ij reuelati-

Noua.

Vetus.

biam; transi flumina.

Reuelabitur nuditas tua; uidebitur etiā 3  
ignominia tua, uindictam accipiam, & nō  
habebo obuiam hominem.

Redemptor noster Iehoua tcebaoth, no- 4  
men eius sanctus Israels.

Inhabita silentium, & ingredere obscu- 5  
ritatem filia Chaldaorum: non enim am-  
plius uocabunt te dominam régnum.

Efferui ira super populum meum: pro-  
fanaui hereditatem meam, & tradidi eos  
in manu tua. non posuisti eis miseri-  
cordias: super senes aggrauasti iugum tuū  
ualde.

Et dixisti: in sempiternum ero domina:  
insuper non posuisti hæc super cor tuum.  
non es recordata postremi tui.

Et nunc audi hoc delicata, quæ sedes fi-  
dicialiter, dicens in corde tuo: Ego, & ni-  
hil ultra: non fedeo uidua, neque expe-  
riar orbitatem.

Et uenient tibi duo haec cito in uno die,  
orbitas, & uiduitas, secundum integrita-  
tem suam uenerunt super te, in multitudi-  
ne præstigiorum tuorum, in condensatio-  
ne astrologorum tuorum ualide.

Et fiduciam habuisti in malitia tua. di- 10  
xisti: Non est, qui uideat me. Sapientia  
tua, & scientia tua ipsa seduxit te: et di-  
xisti in corde tuo: Ego, & nihil ultra.

Et ueniet super te malum, cuius aurora 11  
ignorabis: & cadet super te euentus, quem  
non poteris placare: & ueniet super te repé-  
te tempestas, quam ignorabas.

Subiste nunc cum astrologis tuis, & cū 12  
multitudine præstigiorum tuorum, cum  
quibus laborasti à iuuentute tua, forsitan  
poteris subleuamen accipere, forsitan præ-  
ualeces.

Consumpta es cum multitudine cōfili- 13  
orum tuorum. subsistant, quæso, & saluent  
te coniectores cali, qui attenti oculos pre-  
figunt in stellas, & scire faciunt ad unacio-  
nes: ex quo uenient super te.

Ecce fuerunt, ueluti quisquiliae. ignis cō-  
busit eos: non eripuerūt animas suas è ma-  
nu flammæ: nō est pruna ad calefaciendum;  
focus ad fedendum coram eo.

Tales fuerunt tibi [cum] quibus labora- 15  
sti negotiatores tui, à iuuentute tua: singu-  
li ad transitum suum errarunt, non est, qui  
saluet te.

reuela crura; transi flumina.

Reuelabitur ignominia tua, & uidebitur  
opprobrium tuum. ultionem capiā, & non  
refistet mihi homo.

Redemptor noster dominus exercituum,  
nomen illius sanctus Israël.

Sede tacēs, & intra in tenebras filia Chal-  
daorum: quia non uocaberis ultra domina  
régnum.

Iratus sum super populum meum: con-  
taminaui hereditatem meam, & dedi eos  
in manu tua. nō posuisti eis misericordias:  
super senes aggrauasti iugum tuum ualde.

7 Et dixisti: In sempiternum ero domina.  
non posuisti hæc super cor tuum: neque re-  
cordata es nouissimi tui.

8 Et nunc audi hæc delicata, & habitans  
confidenter, que dicens in corde tuo: Ego  
sum, & non est præter me amplius: non fe-  
deo uidua, & ignorabo sterilitatem.

Venient tibi duo haec subito in die una,  
sterilitas, & uiduitas. uniuersa uenerunt  
super te, propter multitudinem maleficio-  
rum tuorum, & propter duritum incanta-  
torum tuorum uehementem.

Et fiduciam habuisti in malitia tua: & di-  
xisti: Non est, qui uideat me. Sapientia  
tua, & scientia tua hæc decepit te: & dixisti in  
corde tuo: Ego sum, & præter me non est  
altera.

Veniet super te malum, & nescies ortū  
eius: & irruet super te calamitas, quæ non  
poteris expiare: ueniet super te repé-  
te mi-feria, quam nescies.

Sta cum incantoribus tuis, & cum mul-  
titudine malefidorum tuorum, in quibus  
laborasti ab adolescentia tua, si forte quid  
profit tibi, aut si posis fieri fortior.

Defecisti in multitudine confisorum tuo-  
rum: stent, & saluent te augures cæli, qui  
contemplebant sidera, & suppurrabant  
menses, ut ex eis annuntiarent uentura ti-  
bi.

Ecce facta sunt, quasi stipula: ignis cō-  
busit eos: non liberabunt animam suam  
de manu flammæ: non sunt prunæ, quibus  
calefant; nec focus, ut fedeant ad eum.

Sic facta sunt tibi, in quibusunque la-  
boraueras: negotiatores tui ab adolescen-  
tia tua, uniusquisque in uia sua errauerunt.  
non est, qui saluet te.

Aperiens

**A** PERTIVS iam hic de calamitate Babylonis differit: quandoquidem illa salus per Cyrus, quæ typus erat salutis per Christum, non nisi usq[ue] ad Chaldaeorum regno aduentura erat. allo-  
quitur autem Babylonem, quasi regiam quampiam, quæ plena delicijs, ac multo luxu, magna; su-  
perbia, que imperantes feminas comitari solet, regnorum habenas moderaretur. Descende &c.  
undo descendit, uide apud Danielem; Deus celi dedit tibi imperium &c. captiuarum autem ancillarum  
condicionem reficit. Virgo, uirginem vocat, quod postquam in illam amplitudinem imperij perue-  
nisset, nunquam alterius regis potentie succubusset. Mollis, & tenera. famuli, domestici, fami-  
liares, atq[ue] amici, nunquam non adulatio[n]em seruientes, ea, que quidquæ molesta, aut laboris afferre  
posint, à regibus, & principibus, prefertim feminis, abigunt: molliciem, ac teneritudinem preete-  
xentes, ipsiſq[ue] interdum principibus subiraci uidentur, quod sibi non parcant, neque suas uires me-  
tiantur. buc alludere uidetur propheta, quod non sit iam, qui Babylonis uicem doleat, quod in sortem  
seruorum transierit. quare laboriosas operas illi iniungit, dicens;

**2** Tolle molam &c. hoc quoque extrema est seruitus, ut notum est captiuus apud Mauritanos: id  
quod apparet ex Exod. à primogenito Pharaonis, qui sedet in folio eius, usque ad primogenitum ancille,  
qua est ad molam. uide Ind. 6. Denuda turpidinem. controuerſum uideo apud ipſos Rabinos,  
tam de forma huius nominis נָדָע, quæ de eius significatione sunt, qui uelamen dicunt significare  
ex tenui materia; quo orientales feminæ uenunt, quo ab umbilico ad pedes usq[ue] proteguntur.  
ergo uulgatum editionem ad hunc modum possumus interpretari, ut sensum non uerba reddiderit; Denuda  
turpidinem, non quod נָדָע pro turpidine acceperit: Hieronymus tamen in commentarijs af-  
firmat significare pudenda. sed non uideo, quo paſto ista interpretationes conueniant loco cantico-  
rum q[ue] capiti tribuitur, ob quem locum alij Hebrei pro uelamine capitum accipiunt. ego cum nihil  
certi habeam, inter tam uarias sententias, quantum ex locis scripta, & ex etymologia nominis pos-  
sum conjicere, existimo uoce genericâ esse reddendum, faſcia, uel altera simili. & quidem si membrum  
istud ad sequentia pertineat, pro uelamine partium inferiorum accipio: fin præcedentibus, de ornatu  
capitis, cuius uſus fuerit nobilis feminis, aut pectoris: nam & Græci experimentum interpretantur.  
Humerum. uocem quoque נָדָע uarie reddit interpretes; quæ nusquam nisi hic reperitur. cer-  
tè cognate uoces fluxum, aut protensionem norant. ut semitæ nomen & calami frumenti. uide supra  
cap. 17. ergo uidetur posse accipi pro parte illa, quæ excurreat à coxendice, usque ad talos. Alludit  
autem ad eos, quibus per aquas eundum est: qui eam corporis partem denudant, quam aquæ madefac-  
cere possunt. Babylonij autem transituri erant Tigrim, aliaq[ue] flumina, ut in Persidem captivi abi-  
rent: qua in morem seruorum pedibus suis trajectare oportebat. qua omnia figurati dicta intelligito,  
pro humili seruorum, ac captiuarum condicione.

**3** Ignominia tua. nomen Hebreis nuditatem propriè notat: quo nomine eam corporis partem no-  
tant, quam ignominiosum est denudare: Exod. 28. Lexit. 18. &c. quare non male ignominiam dixi-  
uulgatus. nam & Paulus de his partibus uerba faciens, eas nos abundatori honore circum dare di-  
xit &c. Non refistet mihi homo. sensum uerit uulgatus eleganter: hebr. non obuiam habebo  
hominem. obuiare enim pro interpellare usurpat Hebrei. Genes. 23. Ruth. 1. infra 59. Admiratus  
est, quod non esset occurrent &c. uidelicet autem capere sine occurrente, est modis omnibus ire, at  
que animo satisfacere. Non sunt uero inter infideles, qui obuiam eant domino percutere uolenti: at  
inter fideles nunquam desunt, qui seje opponant: non nulliq[ue] reperiuntur, qui (ut loquitur scriptura)  
consurgant, & teneant dominum. uide infra cap. 59.

**4** Redemptor noster: apostrophe est priorum, qui non possunt se continere, neque spiritum cohi-  
bere; quin Deum landent, cū audiunt ultionem de Babylonij plenissimè capiendam, non enim minus  
grata erat redemptio ex captiuitate, quam uindicta de Chaldais: utraque enim gloriam Dei, ac po-  
tentiam commendabat. Hæc nota babes expressa in Ps. super flumina &c. Memineris hoc loco, Deum  
se erga Israelitas, ueluti erga filios gesu: Babylonij autem, sicut etiam & Assyrios uirgām, qua  
filios percussere reputare; quam post uerba in ignem mitteret. Notare etiam hoc loco iuuat alia ratio-  
ne affectum patris in Deo, qui antè quam Iudei in captiuitatem eant, prædictit per prophetas, quod li-  
berandi forent, quasi nullo modo induci posset ad castigandam ecclesiam suam Deus, nisi finit etiam  
definire, quaratione eam liberaret &c. Nomen eius. in cantico Maria matris domini sic le-  
gitimus: Quid fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius, id est, cuius nomen est  
sanctum.

**5** Sede tacens, possumus & silentium, & tenebras uel ad captiuitatem referre (nam in obscu-  
ris locis detinentur captivi apud barbaros hostes) uel etiam ad mortuorum condicionem: quibus utrum-  
que tam in sacris litteris, quam profanis tribuitur. Ps. enim 94. dicitur; Parum absut, quin uici-  
na suisset silentio anima mea: & 115. Omnes descendentes in silentiū, unde & Virg. lib. 6. Zeneidos,

Dij, quibus imperium est animarum, umbræque silentes;

Et Chaos, & Phlegethon, & nocte silentia latè &c.

Vltri. hic rerum humanarum uicissitudines mente uolue Christiane lector, & condicionem hanc Babyloniorum cum ea, ex qua prolapsi sunt, tecum cogita, ut colligas, quod Deo, eternisque rebus adhuc, tantummodo sit sapere.

6. Iratus sum: quo consilio Deus aduersa immittat in suos, nempe ut puniendo ad sanam mentem reducat; quanta etiam misericordia, ut non supra modum, aut supra uirilium aggrauemur, in hoc uer si facile est uidere. sed primo loco propheta significare uult causas, ob quas enire uellet Babylonem: nam fama sua habere rationem uidetur dominus, ut pote qui nolit, ut quisquam posset querimoniis instituire, quasi immorit affligatur. Contaminaui, seu profanavi. ἦτι enim in terram defititum, profanare itaque hereditatem, est quasi rem uulgatam, atque communem aliorum uiolentia, & iniuria expondere. & hoc est, quod sequitur, Dedi eam in manum tuam: erant enim incircumcis, & immundi Babylonij: Iudei autem gens sancta, & populus domini. sicut enim profanari dicebatur sacerdos, si rem immundam tangebat; ita res sancta dicebatur profanari, si ab immundis tractarentur, praesertim cum iniuria, violentia, ac contumelia. Hic uide, cui adscribi debet. Turcarum uictoria, & triumphi de populo Dei, profecto non nisi ira Dei, quæ nunquam, nisi ob sceler a nostra effervescit. Non posuisti eis &c. uerbo ponendi largissime utiuntur Hebrei. arguit autem Babylonios primo loco crudelitatis, & immisericordie: cuius argumentum haud paruum erat secundum diuexatio: nam si senes tam male accipiebant Chaldei, quid facerent iuuenibus? ergo si rationem consulas, & secundum rationem hominibus inditam uiuas, canities reuerentiam, ac misericordiam, etiam à duro militi extorquebit. uide Thren. Ierem.

7. Et dixisti &c. obicit superbiam, atque arrogantiam, & numinis, ac diuine prouidentiae obliuionem, seu ignorantiam, quæ se ferè comitantur. Non posuisti hæc &c. nempe, ex indignatione domini in populum suum chenisse, ut uinceres ipsum, & Iudeam posses depopulari; neque tibi in mentem uenit, quid esset populus Dei, & hereditas eius. hec si intellexisses, atque, ut par erat, cogitasses, aliter cum ipsis egisses. Nouisimi tui. in hebr. est pronomen tertiae personæ feminini generis, sicut mox uerbi sequenti dixisti in corde tuo, hebr. ipsius. & manifestum est ad Babylonem seruonem, quare uulgatus in pronomen secunda uertit, sicut etiam doctri Hebrei, quasi in interdum seruiat secunda persona. quare Babylonem incogitantes arguit, quid quæ tandem sibi cœntura essent, non attenderet. Hec est imprudentia filiorum huius facili, & infidelium, ut si in futurum proficiant, nunquam sibi, nisi leta promittant. Verum enim uero si Babylon ea, quæ de populo Israel auerterant, & quanta in eorum gratiam dominum fecisse ex fama cognouerant, ad memoriam reuocassent; simul quoque si in eos seuerint, & illi ad Deum reueterentur, rerum uices sperare potuissent.

8. Audi delicata. delicijs dedita, seu delicijs affluens. imperium, & superbiam, & futurorum incogitantiam quæ fieri potest, ut non sequatur uita voluptaria? adde, quid nice uerba ipsa etiam delicie cor auferunt, & insipientes reddit homines. Et non est præter me amplius. sensum aptè reddidit uulgatus interpres. Nihil est in toto orbe, quod quis desideret uidere, ubi me uiderit: in me est summa totius eleganter, pulchritudinis, diuitiarum, ac totius denique felicitatis &c. Solum certè est Dei fuerit hæc dicere ( ut suprà non uno loco uidimus) qui unus omnia habet, & solus sufficit & sibi, & omnibus. in quoquinque autem also intolerabiliem arrogantiam continent, sed non durabit. Sterilitatem. duo sibi non defutura promittebar, non amissiram se, unquam regem legitimum, ac Chaldaem; (huc enim uidetur referenda uiduitas) & semper populi, & ciuium refertissimam fore. hi enim sunt, ueluti filii, sine quibus uidetur ciuitates similes matribus, que orbantur filiis. ἦτι enim non tam sterilem esse, quam orbatum notat. Genes. 27. Quare orbabor ego utroque uestrum una die &c.

9. Venient. uulgatus coniunctionem omisit, que, ni fallor, aut aduersatiuum, aut illatiuum uim habet. At uenient, uel Venient igitur duo &c. ecce arrogantia, & inanis fiducia, atque etiam incogitante pene, illud enim subito, & uno die, quæm displaceat Deo inanis illa fiducia, satis indicat. sicut enim gratissimum illi est, ab eo pendere animis, ita nihil magis inuisum, quam ssem in perituris rebus collocare. hoc enim est aliquo modo diuinitatem alteri tribuere, unde & auaritiam seruitatem idolorum uocavit Paulus. auarus enim in diuitijs fiduciam suam collocat. Vniuersa. ego uocis Hebreæ expressi significationem, secundum integratatem suam. uenustatem autem habet, & iocum, quid orbitati, & uiduitati perfectionem tribuit dominus. adde, quid ὅτι, id est, integritas non sit semper morum, sed uirium, ut 2. Par. 21. Quidam extendit arcum pro integritate,

tate sua, id est, pro uirili sua. Propter multitudinem &c. rectè uulgatus in, pro propter accepit. dixi autem præstigiatores, quia Hebreis propriè קָרְבָּן est res alter oculis obijcere, quam sint. uide Mich. 5. & Nah. 3. Duritiem. כְּרָבָן robur, seu corroborationem significat: pro densitate, seu confispatione hic accipere possumus, ut sicut dixit multitudinem præstigiatorum, sic dicat densitatem astrologorum, id est, qui ex coniunctionibus astrorum, & constellationibus indicium ferunt. no men enim בְּנֵי נְהַרְיָה à coniunctione, seu coadunatione dicitur: toti enim in coniunctionibus stellarum uersantur. Hanc esse ueram nominis interpretationem habes ex uer. 13. Vulgatus Hebreos secutus incantatores dixit. Quidam uenit audienti sint astrologi, plurima scripta sunt à uiris doctis, & pijs. Certè hic locus, & que sequuntur, manifestè eos redargunt, qui ex astris putant se certò sci re posse mutationes regnorum, euentus bellorum, & similia. hec Chaldeorum monstra vocat Cicero lib. de Diuinatione. de quibus Eudoxus Platonis auditor, & in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps sic opinatur; Id, quod scriptum reliquit, Chaldei in predicatione, & notatione cuiuscum uite, ex natali die, minime esse credendum. Non dannant sacra littera, neque qui rectè sentiunt Ethnici, eam astrologia partem, qua ex longa temporum obseruatione tradit certas leges cursus, & motus siderum: sed neque eam, quam iudicari uocant, omni ex parte: nam quatenus sequitur certas rationes physicas, habet suam utilitatem, & laudem: at quatenus tradit superstitiones quædam notaciones, & incertas obseruationes, aut astris tribuit, & configurationibus eorum certam uim constituti, aut auerendi regna, aut dirigendi humanas actiones, & euentus ( qui magna ex parte liberi sunt, & à uoluntate libera ortum habent) nequaquam audiendos esse docent sancti patres. quare neque ne signis cali nobis metuendum esse dicit Ieremias. & in Deut. præcipit dominus, ne astrologos audiamus, sed potius prophetam, quem ille suscitatus erat, id est, Christum dominum, & eius euangelium &c.

10. Fiduciam habuisti in malitia, id est, cum mala multa patrares, & sceleribus scateres, fidenter, & securè uitam degelas. hunc sensum probat, quod sequitur; Et dixisti, non est, qui uidet me: ignorabat enim Dei numen, ac prouidentiam. hinc in sceleris, laxatis habenis, prolabuntur impij: ubi enim dicunt in corde suo, Non est Deus; corrupti sunt, & abominabiles facti sunt &c. Videant, quorum est speculatores agere, & pro Deo in hoc mundo intentis oculis uidere, que alii agant, si conniveant, si discedant, si longe absint, quantorum sint malorum auctores. Sapientia tua &c. que fuerit hæc sapientia, duodecimo, & sequentibus uerbis uidere licet. Putabant nimurum ex astrorum influxu omnia pendere: & cum ex astris non uiderent sibi malum impendere, nihil sibi timel at &c. Ego sum &c. uide uer. 8.

11. Veniet, hic rursum omisit coniunctionem, & Hebreis interdum uacat. sed hic puto habere uim, quam suprà uer. 9. exposui. Et necies ortum eius, id est, cuius ortum ignorabas: auroram tribuit hebreus quibusvis rebus. Dicitur uero Babylon ignorare ortum calamitatis sue, aut quia statim, ubi incepit, ad finem usque grassata est, repenteq; ut suprà dixit, uenit, & uiduitas, & orbitas eius uel, quia non putaret cum propter sceleris sua sibi impendere malum; neq; haberet Persa odij causas, que norâ essent, ignorabat, unde tot sibi orirentur aduera. nisi malis hac etiam ad jugillationem astrologorum referre, quid in astris non uiderent signa, ex quibus colligerent impendentem tempestatem. Calamitas. nomen Hebreum, ἦτι est à uerbo, quod fieri, seu factum esse notat; semperque in malam partem accipiunt nomen, Ideo uulgatus calamitate uertit Ezech. 7. euentum dicere possumus, seu aduersam fortunam. hanc dicit non posse expiare, seu placare: quia non posset anteuertere, seu auertere muneribus, aut precibus: Medi enim & Persa non aurum, neq; argentum uolent: Deus autem iratus omnino est, & ut suprà dixit, non est habiturus obuiam hominem: neque erit, qui interpellat &c.

12. Sta &c. sarcasmus est, & ironie plena oratio, qua non infrequens est in scripturis: ut, ubi sunt dij orum surgant, & opitulentur uobis, & multa similia: iam enim dixerat, eos propter studium, & operam, quam impendebant malis illis artibus, perituros: tantum aberat, ut ex illis emolumentum capere possent. Cum incantatoribus tuis: uide de hac uoce suprà uer. 9. & uerbi sequenti. In quibus laborasti, uel cum quibus laborasti, id est, negotiis tibi fuit, neque leue, difficile est enim cum huicmodi hominibus uerari, & illorum opera uti uelle: siquidem morosi sunt, & avari: in super, quia mendacijs rem sepe peragunt, qua tamen, ne presentiantur, student occultare: sive mani alii miseris, illorumq; bona decurant. Semper autem Chaldei astrologia, & magia dediti fuere: exstant, quoniamplius apud Babylonem huicmodi artium professores. Possumus quoque has uoces pro abstractis accipere, ut interdum solent, pro ipsis præfigi, & iudicis ex artis, uel, ut uulgatus uult, incantationibus, in quibus perdiscendis haud uulgarem operam nauabant Chaldei, ut ex sacris, & profanis litteris constat. Vide Ciceronem de diuinatione, quam obseruant Chaldei tradiotiones, & motus Stellarum. Ceterum aliarum uocum ego proprias significationes expressi.



Noua.

Vetus.

dais; in uoce ouationis annuntiate: audi-  
re facite hoc: efferte illud, usque ad extre-  
mitatem terræ. dicite; Redemit dominus  
seruum suum Iacob.

Et non siterunt: per siccitates deduxit 21  
eos: aquas de petra produxit eis, & dispe-  
cuit petram, & effluxerunt aquæ.

Non est pax (dixit Iehoua) improbis. 22 Non est pax impijs, dicit dominus.

dix: in nocte exultationis annuntiate: au-  
ditum facite hoc, & efferte illud usque ad  
extrema terræ. dicite; Redemit dominus  
seruum suum Iacob.

Non siterunt in deserto, cùm educeret  
eos: aquam de perra produxit eis, & scidit  
petram, & fluxerunt aquæ.

Non est pax (dixit Iehoua) improbis. 22 Non est pax impijs, dicit dominus.

- 1** *V A M utilitatem deberent Iudei habere, tam ex consideratione liberationis à Babylone, quād ex istarum rerum prædictione, aperit dominus per prophetam, & uiam parat ad apertiora de Cibri stō natiuitate. Vide autem, quomodo interim dum capiat attentionem, eos, ad quos loquebatur, gra- phicè depingat: quod facit, ne in ijs, que dicturus erat, in quibus, quod eis parum confidisset, declaratur, quisquam Deum argueret. eos ergo nomine tenus Dei cultores hic appellat, filios, atque hypo- critas: qui à nobilitate parentum, qua gloriabantur, planè degenerabant, & sanctitatis tantum nomē posseiderunt: quo etiam ad inanem gloriam abutebantur. Existit: in Hebreis mutatus persona, exierunt. Ex aquis autem Iehuda dixit metaphora sumpta ex fontibus, & riuis, quād dicat, ex sca turigine, & sobole Iehuda: communicat enim fons laudatus laudem, & nomen suum aquis ex eo pro manantibus: sic etiam caput familie, ut Iehuda, qui non solum suis, ut ceteri fratres, sed toti geniti, & regno nomen dedit: quo generis auctore gloriabantur Israhælæ, & ex ipso nomine predicatoris se esse nominis Dei profitebantur. Qui iuratis in nomine, id est, per nomen Iehoua. Et Dei Israel recordamini. iam admonui, quod uerbum יְהוָה in hephil, sit interdum idem, quod prædicare, celebrare, confiteri: qua uerba Hebreis interdum construuntur cum præpositione, in: ergo commemorare in Deum Israhælis, est laudes Dei decantare, eiusque nomen celebrare: quod qui faciunt ore, corde autem longè absunt à Deo, quia implicantur uitij, & concupiscentijs huius saculi, à quibus Deus abhorret; dicuntur confiteri, & laudare dominum, non cum ueritate, neque cum iustitia: facti enim sunt, & iniqui: ut qui Deo auferant uita, & moribus, quod illi uicibus tribuunt: plandimy, qui cum laudes decantent ore, alios uita ad blasphemandum invitant.*
- 2** *De ciuitate enim &c. 19 pro continuationis particula libenter accipio hoc loco, id est, dici quoque, & appellari volunt de ciuitate sancta, id est, ciues Ierofolymitanæ: & qui à Deo Israhælis su- stentantur, quād domestici eius. Certe hæc duo membra Paulus sic reddit ad Ephes. Ciues sanctorum & domestici Dei: domesticos enim suis alunt patresfamilias: neque aliud fulcimunt habent domes- tici, quād herum suum. illud uero, quod sequitur, Iehoua exercituum nomen eius, uel referendum est ad initium orationis, audite hæc Israhælæ, & qui dicit, cuius nomen est Iehoua exercituum: uel ad id, quod immediatè præcedit; qui dici uultis ciues ciuitatis sanctæ, & domestici Dei Israhæl, ciuis nomen est, Iehoua-exercitum. & hic posterior sensus planus est: hoc enim nomine ualde gloriabantur Iudei, & effent de domo potentissimi Dei: qui paratos habet exercitus Angelorum, & hominum &c. quod certè si uerum esset, & cum ueritate sic appellarentur, nihil uideo adeo gloriosum.*

- 3** *Priora ex tunc &c. ecce quid uolebat audirent, & uel supplexum est relatum γένετα, quod sepe omittitur, uel certè illud ην, quod preponitur nomini ηνώσαν, (quod non, ut quidam uolunt, interrogativum est) uices ciuis gerit: quād dicat, qua priora ex tunc annuntianū, ut sit sensus; Priora, qua ex tunc annuntianū, qua ore meo promisi futura, cito feci, & uenerunt, seu feci, ut ci to uenirent. Prædictis, quod eriperet ex Aegypto, eueheret in regnum &c. iam impleta sunt.*

- 4** *Sciui enim: ad uerbum, à scire me, id est, eò quod scirem: pendet autem oratio usque ad se- quentem uerbum, Quid, inquit, sciebam, quād pertinax es &c. iccirco ex tunc annuntianū tibi &c. uel quād primum intellexi, quād pertinax es &c. uel sic cum non nullis Hebreis, cito feci, ut uenirent, etiamsi scirem, quād pertinax es &c. ut uau, uersus quinti ualeat autem, quād dicat, sciebam quidem, quād dura ceruicis es, & quād male acciperes beneficia, qua in te conferrem, nibilominus, qua iam olim promiseram patribus, quād certissime curauit, ut fierent. eo autem consilio, an- tè quam fierent, prædicti tibi futura, ne dij ruis sc̄ticijs ea adscriboreb. &c. Quid autem eos ceruicis ferrea vocat, alludit ad uerba Exod. & Deut. ubi pasim eos dura ceruicis appellat. Frontem uero ferream uocat, ob impudentiam, quād Latini vocant frontem perfidiam. uel alludit ad bones, quād cernice, & fronte ingum trahunt, quād illis est durissima: rigidos ergo eos, & pertinaces notat.*

Vos

- 6** *Vos autem num annuntiatis? in Hebreis est futurum, quod uulgatus pro præterito accepit, quasi diceret propheta, illos nequaquam nouisse, neque pronuntiare potuisse. Sed cùm interrogatio sit, an non, & affirmatiuam responsonem exigat, sensus esse potest, ex tunc, à principio audire te istuc feci: & hoc ita persuulgatum est, ut uos, si uelut id positis annuntiare, & testificari. nel, & uos non ne id soletis prædicare? nempe quād multè antè prædicta sint &c. Audita feci tibi noua ex tunc: puto uiatè legi, ex tunc, & legendum iuxta Hebr. ex nunc: & ita uidetur quoque Hieronymus interpretari. Non, inquit, adduco uetera, ut fidem abstruam; sed noua, qua contra Babylonios facturus sum, annuntio. ad hunc quoque modum supra dixerat propheta, Prima que fuerunt, ecce uenerunt, noua quoque annuntio: & ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini; ecce ego fa- cio noua, & nunc orientur &c. Quæ, ut ad mysterium detorsimus, ita hoc quoque loco, quasi redemptio ex Babylone inter priora, & uetera computetur: nouum autem sit, quod in illa figuratum, & delineatum fuit. Et conseruata, reservata, id est, recondita: hebraismum, Et non nouisti ea, uul- gatus docti uitauit, qua nefis.*
- 7** *Nunc creata sunt. noua sunt, non antiqua, nunc de novo producuntur, non iam olim edita. Et ante diem. negatio, repetenda uenit, non ex tunc, neque ante diem, id est, ante hunc diem. sic doctus quidam Hebreus.*
- 8** *Neque audisti, dixerat, ne dicas; Ecce noua ea: auget negationem, Quid non audisti, quinimum non nouisti: non est aperta &c. id est, neque ad aures tuas peruenit uel minimum huius rei. Hæc est uis particula δι. Praeuaricans praेuaricaberis. quasi dicat, toties te hoc ignorare repeto, quia noui, quod praेuaricans praेuaricaberis, id est, quia consueisti praेuaricari, & mores tuos persequeris. Ceterum τις, quod praेuaricandi uerbo uulgatus, & ceteri eius secuti reddiderunt, iam superius annotati, esse excurrere, seu depopulari, ac uel diripere. hic autem non male con- uenit, ut eos direptores appelleret, qui gloriam Dei diripiebant & alteri, conferebant. quare meritò etiam transgressores, seu transfiga appellarí possunt, qui legitimū imperatorem deferentes, ad ho- stes transfiguntur, ac transfigunt, quasi pro idolis starent, aduersus uerum Deum, & patrem. Ab utero autem sic vocatos dicit, quia, ut inquit Stephanus, Semper spiritui sancto restiterunt. Recole, quales se exhibuerint, egesti ex Aegypto, & videbis meritò, sic à domino iam tunc ap- pellatos.*
- 9** *Propter nomen meum, respondet tacita obiectio, qua talis esse poterat, si transgresores mer- itò iam ab initio uocati sunt, si nosti, quid ab stidijs suis non desistit, quid est, quod & eos à ca- piuitate educere uis, & hoc illis prædictis? respondet; propter nomen meum, & Longe faciam, seu prolongabo: eo modo, quo istud uerbum accipitur Prou. 19. Intelligentia horum prolongavit iram suam, id est, qui sapiens est, tardus est ad iram, differitq; uindictam. unde dominū uocat David Ps. 86. longum irarum, id est, tardum ad iram. ergo hoc loco insinuat dominus, quod ducti in captiuitatem Iudei non plenè pœnas luarent, sed prolongaret iram suam Deus, quoque, nisi fallor, illi adimplerent mensuram patrum suorum, & filium Dei interficerent. tunc enim effudit omnem iram suam, ut gens illa aboleretur, saluis tamen reliquijs, non autem ut amplius in regnum, seu rempib. coalescerent. nisi malis similitudine accipere elongare iram, pro auferre, seu longè facere. quasi indigneus esset qui reduceretur ex captiuitate, ex misericordia autem Dei reducendus esset. Et laude mea: puto scriptum fuisse, & laudem meam: nam ita interpretatur Hieronymus in commentarijs, repetita præ- positione, propter, è superiori membro, iuxta consuetudinem Hebrei sermonis. Infrenabo te. δια uerbum, modò uerbum sit, non nisi hoc loco inuenitur. in hoc autem conuenient uiri docti, ut si- gnificet constrictiōnem, seu cobiūtationem, seu obſignationem, qualis est sigillorum. quare uulgatus infrenare dixit, & in Hebreo pronomen est in dandi casu, ut sit sensus iuxta uulgatum, & propter laude meam frenum iniiciam tibi, nempe ut duellum meum separaris, ne omnino interreas: quād eum, ue- luti equum, reducturus esset à Babylone &c. Possimus nibilominus sic uertere, & simplicius interpre- tari, & laudem meam obſignabo tibi: cūm nibil habeas, quo me prouocare possum ad misericordiam, sed totus, quantus es, ab utero iram promerearis. obſigno tibi laudem meam, & quasi pallium indu- co super te, uel signo illam super te, ut appareas mibi, quasi materia landis meæ: qua te semper co- mitetur, ut si delere uelim, protinus meminerim laudem meam interire: atque hoc patet fieri, ut diffe- ram iram meam, ne prorsus exſcindaris, & interreas. Reddo autem uerbo obſignandi: nam uerbum δια id omnino notat, quod huic, ut uides, cognatum est. sed dices, ergo neque Romanorum tempore delendus erat Israhæl propter laudem Dei: dicam longè diuersam fuisse rationem, nam mox futurum erat, ut sciretur, propter Christum illos ea mala pati: quod ad fidem in Christum conciliandam fa- ciebat &c.*
- 10** *Ecce excoxi, non dubium, quin uerbum γένετα de excoctione, seu uisione proprie dicatur; sed*

decide de quibus alia examinatione, atque probatione dicitur, ac proinde de electione, quae facta examinatione sit, ut Iudicium 7. Deduc eos ad aquas, & uram eos tibi istic, id est, eligam, atque probatos separabo. Quod autem dicitur, & non in argento (sic enim habent exemplaria omnia Hebraica, qua iudi, quamvis errore librarii suspicari possumus) possumus pro, ut in non nullis alijs locis) idem ferè est, ac si dicaret, non quasi argentum, ut in argento sit in argenti fornace: uel certè nomen fornacis ex sequenti membro accipientium est, ut non dicamus in argento; sed in argenti: usi te in fornace inopie, non in fornace argenti, cuius uebemens est exstinctio, et examinatione consumptis omnibus scoris. Quia quidem examinatione Israëlitarum ad tempus Christi reserabatur, in cuius manu uenit abrura erat, quo permundauit arcum suum; & separata sunt paleæ à tritico in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, ut supra exposuimus: reliquia enim tantum seruata sunt, & in regnum spirituale redacta: reliquos abstulit infidelitas tempestas: congruit; hac interpretatio cum ijs, qua paullò ante præcesserunt de prolonganda ira, seu unitate. Leuior autem fuit istuc examinatione, que fuit corporalis in camino inopie, seu afflictionis, nempe captiuitate, ex qua uirfus redierunt in regnum promiscue boni, ac mali: durant enim in malis in pauperitate, in seruitu, alijsq; afflictionibus etiam mali: at in examinatione, que fit per uerbum Christi, nequaquam, tunc enim, ut est in euangelio, qui ex Deo est, uerbum Dei audit; & qui non est, non audit; & si ad tempus audiunt, postea recedunt. quod si hoc est huius loci germana expositione, non nimis durum, neque extortum uidetur, si mysterium hoc Iudeis aliqui insuauit, Iesaiam dicamus nomine argenti uoluisse obuolare: decantatisim enim erant psalmi Davidis: quod eloquia domini essent argentum igni examinatum, sepe, & sepius probatum, ut pro uerbo Dei posuerit argentum, significans probationem, que uerbo Dei futura erat, & in aliud tempus seruabatur.

¶ Propter me &c. ergo propter me faciam hoc, nempe ut te in camino inopie tantummodo examinatum liberem, & sic satis uexatum, & emendatum reducam. Ut non blasphemem: sensum reddidit: ego uerbum uerbo: quia quomodo profanabit? qui fieri potest, ut sinam nomen meum profanari ab infidelibus, qui dicunt Deum Israëli impotentem, ut qui non potuerit hostibus resistere, siuos autem deos fortiores &c. uim habet hac interrogatio, ex qua nos fiduciam concipientes, ea frequenter in nostris orationibus uiti deberemus, sicut Moïs, & Iosue, atque alijs. An non nomen Christi à Mahometanis blasphematur? an non gloriam filii Dei, impostori, & possumo nebuloni tribuunt? cum præualent aduersus Christianos, an hoc Mahometis auspicijs non tribuunt?

¶ Quem ego uoco. uocatum suum, iuxta hebraismum, dicit Israëlem, id est, familiarem, & domesticum, cuius nomen in ore semper habet, ut eius obliuisci nequaquam possit. Ego primus &c. est, cur me audire debas, & mihi attendere: nam & ante quam quidquam esset, ego eram; & post quam omnia interierint, ego ero. periphrasis est aternitatis: uel sum omnium rerum principium, ac finis, ex quo omnia, & in quem omnia.

¶ Manus quoque. mirum, quod toties suam potentiam, qua terram, celosq; crearit, commemorat. certè cum incredulis res ei erat: quorum bona pars idola colebat, & diis gentium plurimum defebat. Mensa est celos. Hebreis est enim uerbum deductum à palmo. cum autem palmus interdum sit mensura nomen, hinc factum est, ut pro mensurare acciperetur: quod non abiçio: sed accipe re quoque possumus, pro palma explanare, explicare, seu distendere. unde Thren. 4. de infantibus dicitur, quos matres nunquam cessant palmis extergerere, fricare, & recens natos explanare, ut ipsorum membra in planum, & longum distendantur, ne siant distorta, quos in palmis gestant, & palmis tractant. unde ipsi pueri, θρηνοι appellantur Thren. 2. Vocabo. promptam obedientiam stellarum, corporumq; celestium hic habes, quod non solum referri potest ad creationem, quando uocauit ea, que non erant, & extiterunt, sed etiam hoc tempore, quando nihil in ipsis est, quod non dicitur Dei parent. quemadmodum diligenter ministri, qui communis nomine vocati assūtunt omnes pariter, iussa accepturi.

¶ Congregamini, omnes nos Israëlite uocati moi. iam quid uelit, ut attenti audiant, enarrare incipit. Quis de eis. in Hebreis, quis in eis: & potest esse mutatio persona, pro, quis in uobis, aut inter nos: potest & ad ipsos celos referri: nam altra quoque colebant idolatria. Dilexit eum. agnosce prophetarum phrasim: cùm ianuas dudum de Cyro loqui intermiserit, quia tamen omnia, que ijs capitibus continentur, ad liberationem ex Babylone per Cyrum futuram pertinebant, sub relatu, non expresso nomine, de eo loquitur. Hic autem locus uidetur illorum sententiam infringere, qui Cyrum impium fuisse tyrrannum scribunt. certè ex scripturis propheticis dilectus fuisse Deo uidetur, & cultor unius Dei, ne quis putet fabulosa esse omnia, & ficta, que de eo Xenophon scripta reliquit. Voluntatem suam, brachium suum, uel eius: utroque enim modo uerti potest pronomen. Facere autem brachium Dei in Chaldeis, est potentia Dei ministrum esse in ter-

ra Chaldeorum: uel sic, Cyrus faciet beneplacitum Dei in Babylone, & brachium eius [erit] in Chaldeos: uel cum uulgato, Cyrus in Babylone faciet voluntatem suam, id est, quidquid sibi placuerit, & brachium suum in Chaldeos exeret. supple. Hæc nemo prædictit, neque annuntiavit, quis ergo?

¶ Ego ego &c. ego: uolui, ut hæc ita fierent: quare etiam locutus sum, & futura prædicti: adduxi cum &c. nemini alteri, neque res ipsa, neque ipsius præcognitio, ac denuntiatio adscribi debet. Directa est. est hoc loco construictio, que Ps. primo, Q uodcumque faciet, proficit: & Trou. 28. Qui calat iniurias suas, non proficit, uel non fortunabitur &c.

¶ Accedite ad me &c. sunt uerba prophetæ, fidem dicitis suis astruentis. Non à principio in abscondito &c. transposita negatione planior erit sensus, à principio, quando primum locutus sum uobis, & prophetam agere cœpi, non in abscondito id feci. existimo autem prouerbiali forma, & figurat dicere Hebreos, loqui in abscondito, pro, mendacia loqui, & incerta nuntiare. name magi, & aures, & huiusmodi homines malarum artuum studiosi, ut suprà 45. cap. annotati, tenebrarum, & angulorum sunt amici. Publicè, inquit, uos contestatus sum, ut uerax, & uerorum annuntiator: quando eriam uos in captiuitate ituros cœpi predicare, id non furtim annuntiavi, sed palam, & aperte: uerstram quoque liberationem per Cyrum futuram nemo me dicentem non audiuit: credite ergo mihi, ut ueraci propheta. iam enim cùm non dum sit tempus barum verum, spiritu præsens sum, illisq; intersum, & nunc à Deo missus sum, ut hæc uobis nuntiem. Ante quam fieret: Hebreæ ad uerbum, à tempore esse eius, id est, non dum existente tempore horum euuentum, hæc est enim interdù uis particularis mem. uide infrà cap. 54. ucr. 9. bis. 1. Sam. 15. Repulit te Iehova ab esse regem ne es rex &c. & ita accepit vulgatus, dicens id est, ante quam fieret. Quamvis autem hæc interpretatio absurdæ non sit, sed suam habeat probationem: libenter tamen acquiesco illis, qui hæc uerba Christo domino tribuunt. nam quæ præcedunt, & quæ sequuntur, uidentur euincere, quod Dei sunt uerba: qui quidem, dum populo primit libertatem, ex Babylone, alterius in ea deliniatæ mentionem facit, tanquam in typo: id est; non Cyrum nominat; sed ego, inquit, uocaui eum; progressum faciet uia eius, quod alibi dicitur. Non reuertetur ad me uacuus, sed faciet, ad quæ misit eum: hunc dilexit pater: huius aduentum nemo unquam nouit &c. Q uod ubi præmisit, iam uers. 16. ipse Dei filius homo factus loquens inducitur, qui palam locutus est mundo, non in abscondito, ut ipse ait in euangelio, quem misit pater in mundum, & sanctificauit utique spiritu sancto: a quo & hic misit dicitur: de quo uide apud D. Thomam. Q uo uerò banc rationem interpretandorum prophetarum non recipit, ne scio, quantum de spiritu Christi habeat, neque quot locos adducere poterit ex Mose, in quibus nobis interpretetur Christum: quod tamen fecit ipse Christus post resurrectionem eis in capellum Hemus. uide autem, quantum sequentia conueniant. suprà enim iam admonui, in hoc capite transitio facere prophetam, ad Christi mysteria aperiens annuntianda.

¶ Redemptor tuus. hec quidem, ut dicta à Deo per prophetam captiuo populo, imminentemq; libratione accipere poteris, nec minus apta, ut dicta à Christo ad dominum Iacob, ubique iam obtinente infidilitate, & spirituali redempzione. quare & uerba esse Dei redemptoris inquit propheta. Docens te utilia: uerbum ἦν, est subleuamen accipere, seu afferre iuxta uariam constructionem, id quod dominus in euangelio reddidisse uidetur, Inuenietis requiem animabus uestris, neque dubito, quin ad hunc locum respexerit: nam ibi iudicet, ut doctrina eius acquiscent. qui locus certè hunc exponit. Gubernans te: ad uerbum, calcare te faciens, id est, deduco, quasi puerum, quem etiam doceamus, quod pedem figere debeat &c. quod etsi Deus semper fecerit, manifestius tamen per filium suum, quem dedit in præceptore gentibus, qui uerbo, & exemplo nos erudit, quò ire, unde fugere, atq; in minimis quibusque rebus, & occationibus, quales nos gerere debeamus.

¶ Utinam attendisses &c. hæc sunt Dei nostra uota, qui totus bonus erga nos est; qui scit, quantum nostra interstit, obseruare eius precepta: hæc ipsa deberent esse, & nostra cum Danide. Utinam dirigantur uia mea ad custodiendas iustificationes suas. hoc est enim omnis homo. similia nota sunt illa; Quis det talen eos babere mentem, ut timeant me omni tempore, ut bene sit illis &c. Fuisset, uel fore: iam nunc excusationem continent hæc uerba, quare passus sit dominus captiuum detineri populum suum, & ad pacificatatem redigi; quare etiam per Romanos præmisit deuastari, & quasi penitus interire. & si uerba attendas, potius ad ultimam deuastationem hec pertinent. Culpa, inquit, tua factum est hoc: nam si uolueris, fuisset pax, seu prosperitas tua, ueluti fluius, qui nunquam deficit, neque fluere definit. Forsan & per antonomasiam de Eufrate intelligit, qui amplissimus est fluius: neque solum, ut fluius, sed ut convolutiones maris, id est, fluctus, seu undæ, que ad litus absque nulla defatigatione perpetuò decolluntur. quibus uerbis omnium verum abundantiam, & felicitatem notat: que obseruantes mandata Dei comitatur. Israhel, si audierit me, & in ijs ambu-

IN QVADRAGESIMVM OCTAVVM CAP.

*Iaffet, inimicos eorum humiliasset, inimici eis adularentur, perpetuo uiuerent, cibarem eos adipe frumenti &c. ut est apud Pf. Nota autem, nomine pacis, & iustitiae Hebreis uiuerfa bona spiritalia, atque temporalia designari: nomine etiam iustitiae, bona illa temporalia notantur, quae in prænium iustitiae à Deo hominibus tribuuntur. nam cum bene habemus, & rep. à Deo non immittuntur aduersa, & calamitates, uidetur Deus nos iustos pronuntiare. unde iustitiae dicuntur interdum beneficia Dei, ut 1. Sam. 12. ut disceperem uobiscum coram Iehoua de omnibus iustitijs, que fecit uobiscum.*

**19** *Quasi arena &c. non uno loco promiserat Deus multiplicationem feminis, si ipsi obedirent. alludit quoque hoc loco ad promissionem factam Abramæ; Sic erit semen tuum, sicut arena maris &c. Non interiret. uulgatus sensum uertit, interire, & attritum esse: que certè uastationi ultima magis conuenient, quam qua per Chaldaeos contigit. nisquam enim amplius fuit regnum Iehuda, & res pub. illa nisquam est, & in obliuionem abiisse uidetur, quasi nunquam fuerit. Sicut autem Hebreis scire nomen aliquius, & recordari nominis, est fauoris, & gratia; sic aboleri nomen, & interdicere, est nota odij, & indignationis. at quando odisse uisus est dominus populum illum? certè post occisum Christum.*

**20** *Egredimini de Babylone. agnoscet prophetarum phrasim: hac significant, que paullò ante dixisset, ea propter captiuitatem Babyloniam dixisse, quod in paucitatem tunc redacti, interiisse Israel nomen, immo & abolitum fuisse uidebatur; cuius cauissam quoque non siluit: supplendaque sunt non nulla: quasi dicat, At nunc iam tempus est, ut tui miserear. egredimini itaque de Babylone &c. Ego etenim adhuc mysterium subolfacio, quod Iesaias nomine Babylonis, & Chaldaeorum obuelauit. erat enim typus liberatio illa alterius magis admirande, quam certè decantare per totum orbem, ac predicare iubebat usque ad extremitatem terra. Hac est euangelij prædictio, de redemptione per Dei filium facta. Quis uisus ad ultimum terræ nisi quia ad omnes hac redemptio, que facta est in Iudea, & Israele pertineret? certè quoties in prophetis has denuntiationes, exultationes, & orationes ad omnes gentes lego, toties redemptionis uiuens mentionem facere prophetas non dubito. quandoquidem non tanti facienda uidebatur redemptio illa, quam tot calamitates mox subsecuta sunt ipsa captiuitate grauiores quoque ad culmen malorū perueniunt. non nego tamen, quin etiam secundum historiam intelligenda sint. uide Edr cap. 8. quod manus Dei fuit cum illis in itinere, & liberavit eos de inimicis in iua &c. Hoc autem loco ita ad mysterium hac esse ref erenda, que sequuntur, conuincent. quorsum enim. **21** hic commisceret propheta, qua in liberatione ex Aegypto contingunt? quid discessio petrae, quid emanationes aquarum ad iter per Mesopotamiam facturis? ergo hac mystice accipienda sunt, ut illis uidelicet nihil defuturum, eoque nullius rei penuria laboratores, qui ex captiuitate peccati, Christi beneficio a fugerint, significant. Nilla regio magis confusione plena, quam peccati: nulli Chaldaei peius filii Dei nocent, quam peccata. Hec est Babylon, & isti sunt Chaldaei, unde suos uabet dominus fugere. uide infra cap. 52. uers. 11. Recedite, exite inde &c. qua uerba adducit Paulus 2. Cor. 6. in hanc eandem sententiam.*

**22** *Non est pax &c. hac dupliciter possumus accipere: primo quasi opponat fortē improborum sorti, quam descripterat seruorum Dei, quibus nihil redeuntibus ad Deum deest: at improbis nulla est pax, dicit dominus, omniaque in malum eis cedunt. secundo ut dolorem quandam prophetæ continant hac uerba, quasi presagientis, frustra uocare Christum Israëlitas, ut Babylonem deferent, & a peccato fugerent: non enim audituri erant uocantem; & manus extendentem erant defecturi, ut per correctionem hac efferantur, ad hunc modum. Sed quid moror? quid uerba in uenitum profundo? improbi sunt, & indigni pace, & felicitate, qua illis offertur, quare ad gentes conuersus Christus ait: Audite insula &c. Interim tamen considerandum est, improbos a se pacem, & ueram tranquillitatem repellere: non enim acquiescunt uerbis Dei: sequuntur affectus suos, qui nunquam sibi constant: seminanti iniquitates, metunt dolores. uide infra 57.*

Caput quadragesimumnonum.

Noua.

Vetus.

**A**TTENDITE insulae ad me, & au<sup>1</sup> **A**VDITE insulae, & attendite po-  
scultate nationes de longino: Iehoua puli de longe: dominus ab utero no-  
cauit

I E S A I A E.

170

Vetus,

hōia ab utero vocauit me; à uisceribus matris meæ commemorauit nomen meum.

Et posuit os meum, quasi gladium acutum: in umbra manus sua abdidit me, & posuit me, sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.

Et dixit mihi; Seruus meus [es] tu Israël, certè in te glorificabor.

Et ego dixi; In uacuum laborau: in anima ter, & uane uitrum meam consumpi. profectò iudicium meū à Iehoua, & opus meum à Deo meo.

Et nunc dixit Iehoua, qui formauit me ex utero seruum sibi, ut reducēdum Jacob ad se; & Israel non colligeret: et honoratus ero in oculis Iehoua, & Deus meus obfirmatio mea.

Et dixit; Indecorum fuit, non esse te mihi seruum ad suscitandas tribus Jacob, & obseruatos Israëlis reducendos. & dedi te in lucem gentium, ut sit salus mea usq; ad extremitatem terræ.

Sic dixit Iehoua, redéptor Israëlis, sanctus eius ad respectam animam, ad abominabilem gentem, ad seruum dominorum; Reges uidebunt, & consurgent principes, & supplicabunt propter Iehoua, qui fidelis est, & sanctum Israëlis, & elegit te.

Sic dixit Iehoua; In tempore acceptiois respondi tibi, & in die salutis adiuui te, & seruauit te, & dedi te in foedus populi ad statu biliandam terram, & faciendum hereditate hereditates desolatas.

Ad dicendū uincit; Egredimini: & ijs, qui in obscuritate, Sitis conspicui. Iuxta uias pascentur, & in omnibus locis eminentibus pascua eorum.

Non esurient, neque sitiunt, neque feriet eos adiutio, neque sol: quoniam commiserator eorum adducet eos, & iuxta sca turigines aquarum deducet eos.

Et ponam omnes montes meos in uiam, & [ uia ] strata mea eleuabuntur.

Ecce isti de longe uenient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Sino-  
rum.

Ouate cāli, & exulta terra: personate montes ouationem: quia consolatus est Iehoua populum suum, & inopes suos commiserabitur.

Et dixit Tzion: Dereliquit me Iehoua, & dominus meus oblitus est mei.

An obliuiscetur mulier latenter sui, ut non misereatur filii uteri sui? immo si illa obliuiscatur;

cauit me; de uentre matris meæ recordatus est nominis mei.

Et posuit os meum, quasi gladium acutum: in umbra manus sua protexit me, & posuit me, sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.

Et dixit mihi; Seruus meus es tu Israel, qui in te glorificabor.

Et ego dixi; In uacuum laborau: sine causa, & uane fortitudinem meam cōsumpsisti. ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum Deo meo.

Et nunc dicit dominus formans me ex utero seruum sibi, ut reducam Jacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

Et dixit; Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob, & facies Israëlis conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, usque ad extremitum terræ.

Hac dicit dominus, redéptor Israëlis, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum; Reges uidebunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dominū: quia fidelis est, & sanctum Israëlis, qui elegit te.

Hac dicit dominus; In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruauit te, & dedi te in foedus populi, ut suscitares terram, & posideres hereditates disipatas.

Vt dices ijs, qui uinci sunt; Exite: & ijs, qui in tenebris, Reuelamini. Super uias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.

Non esurient, neque sitiunt, & non percuti eos effus, & fol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos.

Et ponam omnes montes meos in uiam, & semita mea exalrabuntur.

Ecce isti de longe uenient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra australi.

Laudate cāli, & exulta terra: iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.

Et dixit Sion; Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei.

Nunquid obliuisci potest mulier infante suū, ut non misereatur filio uteri sui?

Ff ij &

Nona.

Vetus.

obliuiscatur ; at ego non obliuiscar tui .

Ecce super utranque palmam constitui 16  
te ; muri tui coram me iugiter .

Festinauerunt adificatores tui : diruen- 17  
tes te , & exsiccantes te à te egredientur .

Leua circumquaque oculos tuos , & ui- 18  
de : omnes isti congregati sunt , uenerunt  
tibi , uia ego (fidelis sermo Iehoua) quòd  
omnes istos , tanquam ornamentū indues ,  
& alligabis eos , sicut sponsa .

Quia siccitas tua , & defolations tua , 19  
& terra ruina tua : quia iam angusta eris  
præ habitatore , & longè abibunt , qui ab-  
forbent te .

Adhuc dicent in auribus tuis , filij orbi- 20  
tatū tuarum ; Angustus est mihi locus : ce-  
de mihi , & habitabo .

Et dices in corde tuo ; Quis genuit mi- 21  
hi istos ? ego orbata , & steriles , migras ,  
& recedens : & istos quis enutriuit ? ecce  
ego derelicta , sola : isti ubi erant ?

Sic dixit dominus Iehoua ; Ecce leuabo 22  
ad gentes manū meam , & ad populos ex-  
altabo signum meum : & afferet filios tuos  
in gremio , & filias tuas super scapulam le-  
uabunt .

Et erunt reges educatores tui , & princi- 23  
pes mulieres eorum , lactatrices tua : pro-  
strati in terra supplicabunt tibi ; & pulue-  
rem pedum tuorum lambendo depascent .  
& cognoscetis , quòd ego Iehoua , in quem ,  
qui spem habent , non pudebent .

Num tolleretur à forti præda ? & an ca- 24  
ptiuatas iusti euadet ?

Quandoquidem sic dixit Iehoua ; Etiā 25  
captiuitas fortis tolletur , & præda præau-  
lidi euadet : & cum litigatoribus tuis ego  
litigabo , & filios tuos ego saluabo .

Et comedere faciam deprædatores tuos 26  
carnem suam , & quasi multo sanguine suo  
inebriabuntur : & sciet omnis caro , quòd  
ego Iehoua salvator tuus , & redemptor  
tuus potentissimus Iacob .

**A**VDITE insula , hactenus multa de Christo in Cyro uidimus , & de populo Dei in Israe-  
litis è Babylone educendis : iam nunc discutis umbris non nihil apertius de mysterio Christi pro-  
nuntiat Iesaias . quòd autem hec ad Christum dominum referenda sint , & in eo adimpta fuerint , con-  
firmat locus ex hoc capite , adductus in actis Apostolorum à Paulo : qui est uers . 6 . & alter 2 . Corin-  
6 . qui est uers . 8 . item aliis , quem adducit Ioan . in Apocalypsi , qui est uers . 10 . ut nihil nos morari  
debeat

& si illa oblita fuerit ; ego tamen non oblì-  
uiscar tui .

Ecce in manibus meis descripsi te : muri  
tui coram oculis meis semper .

Venerunt structores tui : destruentes te ,  
& disipantes à te exibunt .

Leua in circuitu oculos tuos , & uide : om-  
nes isti congregati sunt , uenerunt tibi . ui-  
no ego , dicit dominus , quia omnibus his ,  
uelut ornamento , uelutieris , & circumda-  
bis tibi eos , quasi sponsa .

Quia deserta tua , & solitudines tua , &  
terra ruina tua nunc angusta erunt præ ha-  
bitatoribus , & longè fugabuntur , qui ab-  
forbent te .

Adhuc dicent in auribus tuis , filij steri-  
litatis tua ; Angustus est mihi locus : fac  
spacium mihi , ut habitem .

Et dices in corde tuo ; Quis genuit mi-  
hi istos ? ego sterilis , & nō pariens , & trā-  
migrata , & captiuia : & istos quis enutri-  
uit ? ego destructa , & defolata : & isti ubi  
hic erant ?

Hæc dicit dominus Deus ; Ecce leuabo  
ad gentes manū meam , & ad populos ex-  
altabo signum meum : & afferent filios tuos in  
ulnis , & filias tuas super humeros porta-  
bunt .

Et erunt reges nutricij tui , & reginæ nu-  
trices tua : uultu in terra dimissi adorabit  
te , & pulucrem pedum tuorum lingent . &  
scies , quia ego dominus , super quo nō con-  
fundentur , qui exspectant eum .

Nūquid tolletur à forti præda ? aut quod  
captum fuerit à robusto , saluum esse poten-  
tit ?

Quia hæc dicit dominus ; Evidem &  
captiuitas à forti tolletur : & quod ablatu  
fuerit à robusto , saluabitur . eos uero , qui  
iudicauerunt te , ego iudicabo , & filios tuos  
ego saluabo .

Et cibabo hostes tuos carnibus suis : &  
quasi multo sanguine suo inebriabuntur : &  
sciet omnis caro , quia ego dominus saluā-  
te , & redemptor tuus fortis Iacob .

dobcant Indorum segmenta . Inducitur autem principio Christus , concionem habens ad universos ho-  
mines , in qua sine uocationis , & munieris rationem reddit , significans gentes pro Indis substituendas ,  
quæ tamci pro filijs recognoscet synagoga . Populi de longe , id est , remotissime quaque natio-  
nes . nam cum toto orbe mibi res est . omnes enim captivi detinentur in Babylone : omnibus offert Deus  
liberatatem . audiamus , quoſo , hunc eximium doctorem , qui de celo descendit magister . certè enarrabit , quæ nitid apud patrem . Ab utero uocavit me , id est , à multis iam annis mei rationem ha-  
buit , ut huc me destinaret : antè quād ex utero matris in hanc lucem prodirem , celebrauit nomen  
meum , commendauit honorificè , & cum praefatione honoris nomen meum ore protulit .

2 Quasi gladium acutum , uel quasi gladij acuti ( os supp . ) nam & gladio ortribuit hebraismus ,  
ut quemadmodum gladius acutus ore suo disindit , enecat , ac cedem facit , ita ego uerbo meo sepa-  
rationem faciam inter patrem , & filium , matrem , & filiam : gladium enim ueni mittere in terram ;  
non pacem , ut est in euangelio : cedem facturus aduenio , non quidem corporis , sed spiritalem : qua  
caro periret , spiritus uero uiuat . Suprà dixit , quòd spiritu laborium suorum impium , seu impictatem  
occideret : ubi non nibil de efficacia uerbi euangelij diximus . vide Paulum , ubi comparat sermonem  
Dei gladio ancipit &c . ubi quoq; nos armat uerbo Dei , ut possumus stare adversus uim , atque impetum  
diaboli . quare exhibeamus nos huic gladio secandos , & munendos , ut que carnis sunt , amputentur :  
& qua spiritus sunt , defendantur . Sub umbra : & hebr . in umbra . autem hoc loco est ,  
cum , & omitti potest ; Vmbra manus sua &c . Videtur autem in metaphore gladij perseverare , qui  
sub sinistro brachio abditus in uagina , ut dextera inde educatur ; & sicut mox dicit sagittam in  
pharetra reconditam , ita hic gladium in uagina notat : ideo uerbum שׁם in hiphil , uerbo abdendi  
reddidi , propria uerbi significatione seruata , ut Genes . 3 . Cum nudus essem , abdidim me ; & suprà 42 .  
In dormiis carcerum abditi sunt &c . quare in hunc quoque sensum accipe uerbum protegendi in uul-  
gato . Sagittam electam . ego propriam significationem uocis בָּרוּ expreſſi : vulgaris uerbo  
probandi , & eligendi solet reddere . nam in expurgatione electio fit , nobis cum de armis dicitur , est  
nitida reddere , & ferruginem detergere . Notandum autem est , quòd cum gladio cominus , sagitta  
uerò eminus dimicetur , significat hoc loco tam eos , qui propè , quād eos , qui longè erant , felici & uitali  
uulnere esse percutiendos . quare & in Ps . 45 . qui in Christum dominum editus est , gladium , & sagit-  
tas illi tribui uides .

3 Scrivis meus es tu Israel . quòd de populo Israeliticò hoc nequeant intelligi , quæ sequuntur , sa-  
tis ostendunt : at Christum nomine Iacob , & Iacobis notāri quid mirum ? nam & Dauidis nomine non  
uno loco appellari manifestum est . Ecquis , quoſo , nomine Israel dignior fuerit , quād qui in Deum  
ita præualuit , ut homini propitium ex irato reddiderit ? Quia . וְאַמְתִּין affirmantis , seu assue-  
rantis interdum est Hebreis , ut 1 . Sam . 15 . Immo audiui uocem Iehoua : ita & hoc loco reddi potest ;  
Qūn etiam in te glorificabor . est quidem seruus , & minister meus , sed per te plurimum glorie mihi  
accrescit : filius enim Dei patrem glorificauit super terram : nam illius nomen hominibus manifesta-  
uit , & quantum mundum diligenter , aperuit ; ut qui se filium mundo dederit , ut qui eum reciperent , in  
filios adoptaret . Hac amorem hominum conciliarunt , & subditum reddiderunt mundum Deo ; ut cum  
sicut Deum glorificarent , eiusque gloriatur , ac maiestatem celebrarent . es quidem seruus meus se-  
cundum naturam , quam assumpsisti . sed es tota gloria , & decor meus : quia in te uno ostendi mundo  
diuitias bonitatis , & misericordie . Duplicit hoc nomine gloria Dei est Christus dominus , quòd in illo  
gloriam suam , & ea , quibus gloriatur , manifestauit Deus , & quòd per Christum mundus agnouit  
Deum , ac glorificauit . uide orationem Christi ad patrem apud Ioann . 17 . Pater uenit hora &c .

4 Et ego dixi . . . hoc uerſu , quād uani fuerint labores Christi domini inter Israeletas , aperte docet.  
ordinem quoque diuinorum confiliorum manifeste exponit hoc uerſu , & sequentibus , qui talis est ; Datur Christus , ut in eo glorificetur Deus , mittiturque iuxta promissiones patrum , ut sit minister cir-  
cuncisionis , & Iudeis inferniat ad salutem : icirco cum Israelem uocat . executus Christus dominus  
ministerium , fruſtra se laborare conqueritur , quasi nihil profuerit , quòd à Deo missus in nulla re à  
patris uoluntate recesserit . insistit tamen Deus , ut Iudeis prediceret euangelium , & ad se reducantur  
signis , & uirtutibus , & donis spiritus sancti ; que gloriam Christi confirmabant : illi uero nec sic ac-  
quieciunt : ergo uocantur gentes . Sed expendamus singula . Et ego dixi . pater quidem in me  
glorificandum se fore dixi : quid ergo expectandum esset , nisi ut cum ad Iudeos uenissim , me illi pro  
bevide , & Dei filio agnoscentes recipieren , auscultarent ; coarent , & Deum pro tantis numeribus  
glorificarent : sed uideo rem longe alter euensiſſe . fruſtra uideor hanc prouinciam suscepisse : non cre-  
dunt , non auscultant : peiores sunt . defatigor nihil quod ad salutem ipsorum conferre posse uidebatur ,  
omito . aruit iam tanquam testa uirtus mea , & lingua mea adhæſit fauicibus meis . Neque dubites ,  
quoniam tanto studio rebus Indorum incubuerit , ut triennio nires absumperit , corrosis zelo Dei uisceribus ,

Et corpore laboribus, ac defatigationibus exhausto. Ergo iudicium &c. וְאַסְרֵנָתִים par-  
ticula esse uidetur, Et sic eam reddidit uulgatus Genes. 28. Verè dominus est in loco isto Et supra  
40. Verè sicut populus, Et infra 53. Verè languores nostros ipse tuli et. hic illatiua parti-  
cula uertit, quia iudicium pro lite accepit, quasi super hac re, cum Deo uellet iudicio contendere, Et  
opus suum cum Deo expendere, quo uideat, an dignum sit, ut tanti labores sine fructu maneat &c.  
Quam interpretationem non est, cur quispiam damnet: ego tamen in studio forun fac scripture gra-  
tiam, omib[us] aliorum interpretationibus, expositionem simplicissimam ex ipso hebraismo depromptam  
afferam, Et primo וְאַסְרֵנָתִים sit affirmantis, וְאַסְרֵנָתִים ucro, id est, iudicium, Et נָבָד, id est,  
opus, quasi pro eodem accipientur: uocant autem interdum Hebrei iudicium, hominis conditionem, Et  
ea studia, seu uite statum, atque tenorem, ex quo iudicium de homine fertur: opus autem uocant in-  
terdum exercitationes, studia, ea, in quibus occupatur, Et sepe exercet, quemadmodum haec duo si-  
mul posita accipere deberunt in libr. Iud. 13, licet ibi pro נָבָד sit נָבָד, quibus duobus no-  
minibus Hebrei indifferenter utuntur: exempla passim obvia: Hebrei autem eo in loco sic habent ad  
uerbum; Et dixi Manuel [Angelo:] Nun ueniat uerbum tuum. quod nam erit iudicium pueri, Et  
opus eius? pro quo uulgatus; Quando sermo tuus fuerit expletus, quid nis, ut faciat puer, aut à  
quo se obseruare debebit? non dubium, quin ibi querat pater ab Angelo, qua futura esse deberet  
pueri condicio, que studia &c. sensus igitur hoc loco hic esse poterit. Consumpti frustra uires meas:  
certè condicio mea à domino, Et studia mea à Deo meo: quasi dicat, non est, quod quisquam exifili-  
met, iccirco me frustra laborasse, quid non missis uenerim; aut alterius, atque oportet, rem tra-  
stalarim, in aliquo ne deliquerim: condicio, studia, status, actiones omnes meæ, omnia denique mea à  
Deo meo, à patre omnium Deo disposita, atq; ordinata fuere: à cuius iudicio ne latum quidem unguem  
unquam aberranti, neque aberrare potui. Hinc illæ uoces, Pater meus usque modo operatur, Et ego  
operor: Et Non potest filius facere quidquam, quod non uiderit patrem facientem: Et Doctrina mea  
non est mea, sed eius, quid misit me: Et Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: Et Ego à  
me ipso non ueni: Et Me pater sanctificauit, Et misit in mundum: Et Quare loquela mea non  
agnoscitis? ego enim ex Deo processi, Et ueni: Et infinita huiusmodi, que inexcusabiles redditur Iu-  
dex, Et nobis planum faciunt, quid & iudicium, Et opus Christi à Deo fuerit. neque noua uideat-  
tur hæc acceptio uocis, וְאַסְרֵנָתִים: latissime enim patet Hebreis. unde 2. Reg. 1. Quod fuit iudicium  
huius uiri. quarit autem rex de forma, seu habitu uelimentorum, quemadmodum ex seruorum re-  
sponse mox appetet. Particula autem וְאַסְרֵנָתִים pro a, uel ab &c. accipitur interdum Hebreis, ut  
Genes. 49. A Deo patris tui, qui adiuuit te, Et ab omnipotente, qui benedixit te: Et 44. Ipsi egredi  
erant ex ure: Et Exod. 9. &c.

5. Et nunc dicit &c. uel nunc quidem: seruit continuationibus hæc particula sapiens. Vers. 3. in  
genere uocationem explicauerat, se uidelicet seruum Dei, Et ministrum diuinæ gloriae in mundum definitum  
ab ipso Deo: id in specie iam exponit, nempe dixisse dominum, eiq; mandata dedisse, ut ad se redu-  
ceret Iacob. Hoc illud est, quod in euangelio habes: Misit seruum suum hora cana dicere invitatis,  
ut uenirent: quod autem ibi sequitur, Et nobleant uenire, hic dicitur; Et Israel non congrega-  
bitur: sic enim legendum est, tan ex Hebr. quām ex Hieronymi uerione: omnino enim affirmat,  
non uenturos Israëlitas, seu, ut est in Hebreo, non colligendos. Dicitur autem hoc uerbum non raro  
de grecibus, de oib[us]: ut & huc respicere uideatur, quod dominus in euangelio ait, se missum ad oues,  
que perierunt, seu que perdita errauerunt, dominus Israël: uenit enim dominus, tanquam pastor, ut  
eas ad Deum colligeret, seu congregaret: at noluerunt colligi, neque redire ad Deum. iam hic expli-  
cat, quod superiori uerbi dixerat, se in uacuum laborasse: nam Israël non colliguntur. Tertium autem,  
quod dixerat iudicium suum à domino &c. iam etiam apertius effert dicens. Et glorificatus sum &c.  
quasi dicat, non uirio meo, neq; Dei factum est, ut non reducentur Israëlitæ: mirum enim in modum  
me honorauit pater, seu glorificauit: nam summa cum gloria me filium suum coram ipsis in Iordanem  
declarauit; Et clam abiectissimus uiderer in oculis hominum, tamen illi non indigne uisus sum: qui pro  
filio ipsis carissimo haberer: quod etiam declarauit mihi sua potestate tradita: fuitq; is fortitudo,  
seu obfirmatio mea: nihil erat, quod non efficerem: manifestabam gloriam meam coram ipsis, Et  
quam gloriosus essem in oculis patris, ipsi in signis à me factis, uidebant: illis uocationem meam satis  
superq; confirmabant, ut si sanam habuissent mentem, omnes ad me uenissent cum Nicodemo dicen-  
tes: Scimus quia à Deo uenisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, que tu facis, nisi fue-  
rit Deus cum eo. Indignum autem fuit, quod sic honoratum à Deo Iudei imbororarent, neque auscul-  
tare uellent: quod in euangelio quoque illis obijcit, injurijs ab eis lacebitus: est pater, qui glorificat  
me, quem uos Deum uestrum appellatis: ille querit gloriam meam, Et uos iudicabit. quare se-  
quitur.

Et

6. Et dixit: respondet dominus illi, ueluti querimonie, nempe iubet, ut reducam Israëlitas: at il-  
li non colligentur: cum tamen per me non steterit, Et nihil omiserim eorum, que necessaria ad rem ui-  
debanter. Parum est, uel leue est, id est, indecorum, inbonum, ignominiosum reputatum est.  
Ut sis mihi. sensus huius editionis planus est: ad uerbū sic habetur, ab effendo te mibi seruum &c.  
quem hebraismum quantum ex similibus coniugere potui, (non damnata tamen uulgata editione, quam  
sequuntur plerique uiri doctissimi) sic licet uertere; Non esse te mibi seruum &c. ut 1. Sam. 15. Re-  
pulit te ab effendo regem, id est, ne essem rex: Et Psal. 62. Tantum ab exaltando eum, id est, ne ex-  
allectur ipse: quin & hoc eodem capite uersu decimo quinto, Nunquid oblinisceatur mulier infan-  
tis suæ, à commiserando filii uteri suū, id est, ut uulgatus uertit, ut non miscreatur. Inquit er-  
go, indecorum, turpe, seu ignominiosum uideri potui, quod non fueris mibi seruus ad suscitandas tri-  
bus Iacob. qua phrasí nos quoque Lusitaní uitum, non fuisti ad faciendum mibi, non uoluisti illud mi-  
hi præstare: quod dicat dominus, si ciuquam ignominiosum uideri potui, quod non ualueris ad me re-  
ducere Israëlitas, ecce do te in lucem gentium &c. Suscitandas tribus. nomine uirgarum, seu ba-  
colorum, frequenter tribus, seu familiis designat scriptura rationibus, quas suprà apposui, nempe  
quia ex uno trunco oriuntur &c. cum ergo etiam plantis Hebrei tribuant uerbum excitandi, fortè hic,  
ad nomen uirg[e] alludens, quod apposuit pro familijs, uerbo excitandi uti uoluit. quanvis non igno-  
rem וְאַסְרֵנָתִים uerbum in hiophil, septissime esse idem, quod stabilire, confirmare &c. ut sit sensus, ad  
stabilandas, seu confirmandas tribus Iacob: corruebat enim illa resp. & a peccato erant ualde labo-  
rantes res Iudeorum, priorem tamen expositionem sequor, quia rem leuem, Et factu facilem uide-  
tur debuisse apponere, ut ostendat, quare inbonorum uideri poterat, si Israëlitas non reduceret. Erant,  
inquit, ueluti uirg[e] radici optimè imberentes, heredes fidei, & religionis patriarcharum. Quid ma-  
gnum, si irrigate reuulscent & buc quoque facit, quod sequitur, Ad facies. hebr. יְהֹוָה He-  
brei pro וְאַסְרֵנָתִים accipiunt, id est, pro resuatis, seu conservatis, qui in uita remanserunt, & ser-  
uati sunt à domino: non difficile autem uidebatur tales reducere ad Deum: nam exspectabant ipsi con-  
solationem Israëlitas: quare & facies dixit uulgatus, quia ino uajarum relinquuntur, & conservantur.  
Est quoque hic allusio in hac uoce: וְאַסְרֵנָתִים enī surculus tener est, qui seruari solet, ut crescat, quæ,  
si deflectat à recto, facile est ad rectitudinem reducere. Vides, quo pacto hac facilitatem quandam  
contineant, ut ignominiosum uideri possit, si non sufficeret Dei filius ad eos reducendos, & conuerten-  
dos: quid si cum uulgato legas, parum est, ut sis seruus, id est, minister ad suscitandas &c. possi-  
mus obseruata dicere, & accipere pro abominatione, & a quibus se obseruant prætereunte: de qua ac-  
ceptione non nihil diximus capite primo, Et infra cap. 65. Dedi te in lucem. de predicatione  
euangelij optimè interpretatur Paulus in actis Apostolicis locum hunc. probat enim ex hoc loco, iu-  
sto Dei iudicio fieri, ut quia Iudei repulerunt uerbum Dei, prædicent illud gentibus. Ut sis, uel  
ut sit: Et ita exponit D. Hieronymus, ut salus mea uniuersam terram occupet. ex hoc quoque loco sum  
putum uideret illud Simeonis, Lumen ad revelationem gentium. Si quis autem querat, quomodo hic di-  
catur, Christus datus in lucem gentium, cùm ipse dicat in euangelio: Non sum missus, nisi ad ones &c.  
responde, Christum loqui de misione illa, que erat ex promissione patribus facta. audi Paulum hoc expo-  
nentem: Dico dominum I E S V M ministrum fuisse circumcisio[nis], id est, Iudeorum, pro ueritate  
Dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia collaudare Deum &c. ergo  
si minut gloriā, quod non reduxerit Israëlitas, uide, quanta sit gloria, hominem unum à suis cru-  
cifixum in toto orbe pro Deo colit, & barbaras nationes per discipulos suos ad Deum reducere. Ecce  
pro uirg[e] radici fixis, barbaræ nationes eidem radici inserviuntur: ecce, pro expectantibus Messiam non  
redukti, gentes, quæ ignorabant Deum, & in peccatis obduruerant: ecce denique pro angulo terra,  
fines orbis.

7. Hæc dicit &c. et si Christus dominus lux mundi, & salus gentium dicatur, & uerè sit: scimus  
tamen eisdem nominibus ornasse discipulos suos. quo sit, ut cùm in prophetis hæc ipsa legimus, non ne-  
cessit sit, illorum intelligentiam ad ipsam Christi personam tantummodo coarctare. nam illud, Dedi te in  
lucem gentium, Apofolus in eo loco, quem ex actis citauit, aperte per se, & coapostolos suos impleri  
testatur. est ergo Christus in se, & in suis lumen uite, & salus æterna. Quo autem operabantur di-  
scipuli, operabantur in eis Dei filius, & in ipsis loquebatur: ut hæc fortasse ratione, Israëlem hic vocet  
propheta dominum I E S V M: quod aliqui nomen gentis esse solet: pauci enim Israëlitæ, qui Christo  
adhæserunt, pusillus, inquam, ille grex, unum corpus est cum Christo: & de ipso tanquam de uno  
aliquo homine loquuntur interdum propheta; interdum etiam, ut de populo. est enim ecclesia, popu-  
lus Dei. His prænotatis non difficult erit, que sequuntur, intelligere. Ad contemptibilem ani-  
mam: de Christo, & discipulis ipsis est sermo. anima hæc pro toto individuo sumitur figurat.  
Minor erat Christus, & omnium minimus in illo colorum regno, cùm maior esset Ioanne Baptista, &

Ff iii

psis Angelis, despici qui que erant discipuli eius. Quid, queso, despiciens, & contemptibilis homo in cruce iussenso, in quem mouebant & populi, & magistratus capita sua, dicentes; Vah qui desleruis templum Dei &c. qui contemptibiores homines, quam qui huius cruci affixi erant discipuli? abominationi erat crux, crucifixus, crucis amici: de cruce autem sermones, gentibus stultitia, Iudeis scandalum, primos illos etiam discipulos dicebat Paulus, infirmos, & contemptibiles fuisse electos, ut confundenderet Deus, fortia, sapientia, & mundi pretiosa. Hoc, ut quidem ego sentio, hic predicit prophetas; & hoc uerbi, bono animo esse inbet, pusillum illum gregem cum capite suo despicio, & nouissimo omnium uirorum. hos in quos, tanquam in uilia mancipia, homines inuechabantur, probris, damnis, cruciatus, & morte ipsa eos afficiens, tanquam oves morti destinatas, & purgamenta huic mundi: hos, inquam, confortabatur per prophetam dominum, quod non diu haec fors duraret. nam, inquit, Reges uidebunt &c. id est, assurgent, & uenerabunt supplicabunt. Quantus, queso, erit hic honor? quem sic unquam honorauerunt reges? certe post uerba, & carceres, & omne tormentorum genus uicerunt tandem: & pauperes illi homines, & non nulli, qui eos consueci sunt, a principiis tantum, non pro diis colebantur? de quibusmo plura in sequentibus, & hoc eodem capite. Propter dominum: deferebant hunc honorem discipulis domini, quia eos uidebant, & agm. sebant electos a domino, a sancto illo: quod ex signis, & uirtutibus, & ingenti malorum tolerantia, inaudita mansuetudine, ceterisque calestibus donis, que non possunt non admirari, uel barbari homines, & reges ipsi, manifeste intelligebant. Ecce qua ratione in ecclesia Christi est adoratio, & cultus sanctorum: qui enim fuerunt contempi, & abominabiles propter Christum; iustum est, ut uersa nice nunc propter eum, qui eos elegit, nobis sint in honore, & prelio, illisque supplicemus, uelint, nolint Lutherauit. nam, quod de persona Christi tantum haec non intelligantur, (ut quidam ipsorum uoluit, ob quod interpretatur, contemptibilem animam, abominationem genti, reclamante hebraismo) sequentia satis aperiū declarant. ergo & dum hic uiuunt, & multò magis nunc, dum gloria perfuerintur, reges uidebunt, & assurgent, & יתנשׁוּ. sed propter dominum, qui ipsos elegit, & ad tantam dignitatem euexit, ut esset lux mundi, & salutem eius per totum orbem deferrent, tanquam mundi medici, & curatores; ob quod & Therapeutas eos appellabant, teste Philone. Et sanctum: uulgatus reddidit coniunctionem, neque immerito. eam enim non raro omittunt scriptores sacri, & propter sanctum Israeles, & elegit te, id est, qui: ita enim interdum uau, accipitur. possumus tamen & sic legere; Propter Ichoua: qui uifelis est sanctius Israeles, & elegit te. nam ψαλμος ualeat, quod, seu, quia: fidelitas autem referenda est ad promissiones factas patribus de semine benedicto, in quo bencidende efflent omnes gentes, & de multiplicatione filiorum, tanquam arena mari. Ergo gentes universae ex predicatione intelligentes Dei fidelitatem, & paucos illos electos a Deo, ad generandum per euangelium, & filios procreando ex gentibus, qui censerentur in semine Abrabe, adorabant Christum, & ipsos. nam adoratio, & cultus hic prouinitur pro contemptu, & abominatione, & seruitute. non possunt enim non coli, qui agnoscuntur electi a domino, praesertim si sit electio ad aliorum utilitatem, ut est corum, qui iusti ipsi ad institutionem eruditur plurimos.

8 In tempore placito. ex cunctu imponebantur nomina & locis, & temporibus. quare putarem hinc nihil aliud significare, quam si diceret, Exaudiu te ex bona voluntate mea, & adiuui te, salutemque tibi præstoli: ut merito tempus hoc dici posset, tempus acceptationis, & dies salutis. quare & Paulus ex istis uerbis hoc tantum accipit; Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Fine ergo sic prophetam dicere, ut habeas mentem ipsius, sic dicit dominus; Ecce habes me proprium, quem innocabas: cuius openi implorabas, ecce habes me auditorem: quare tempus hoc deinceps uocabis, tempus acceptum, & diem salutis: ecce seruauit te, & dedi te in fædus populi &c. uel certe allusio est ad locum Psalmi 69. ubi cum Christus dominus se inimicis suis in parabolam esse dixisset, & quod aduersus se loquerentur magistratus, & potentes, subdit; Ego uero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordia tua exaudi me in ueritate salutis tua &c. Fundo, inquit, orationem meam ad te, peteoque, ut sit hoc tempus tibi acceptum, & uelis hoc tempore me exaudire pro tua pietate, & ueritate salutis plena. Ergo cum contemptus Christi meminisset, & quod non diu duraret condicio illa, significasset; inquit, dixisse dominum; In tempore beneplaciti &c. quod dicat, dixi, quod affergerent tibi reges, quem hattenui tuu populares despexerant: nam iam instat tempus illud, quo petebas, placeret mihi, ut te exaudiarem, & quod uerax essem, ostenderem, salutem afferendo. iam exaudio, iam eripio, iam seruo &c. Dedi e in fædus populi. promiserat non semel Deus, quod reconciliaretur homini per Messiam, quem missurus erat: sublato autem in crucem Christo, & pro mortuo habito a Iudeis, reliquis tantummodo paucissimis, qui eum uiuere scierunt, ciferemque; contemptissimis; uane uidebantur illa promissiones, petebant igitur res ipsa, & haec uidebantur esse nota Christi, et suorum, ne durarent diutius probra infidelium, inamo offendere se ueracem Deus,

&amp;

& in Christo stabilirentur omnia. Hoc se præstissime hic dicit dominus; Dedi te in fædus populi, id est, populum, ut per te mihi perpetuo fædere copulentur: te pro hostia fæderis suscepisti: quo immolato reconciliatus sum mundo, fidei huius sacrificij, & dilectione: quæ agnitionem tanti beneficij hominibus ingenerabit: mihi adhaerebunt posthac populi: neque erit, qui hoc fædus dissoluat. Christus ergo fædus dicitur, quia victimæ fuit, qua sanctum est fædus, & nos sanguine eius expiati a sceleribus frâmus, que nos a Deo separabant. Dicitur & ecclesia illa primaria, & discipulicæ, qui uenit cum Christo corpus efficiunt, fædus populorum: quia m. n. strâ fuerunt reconciliationis huius, & legatione pro hac fæderatione, & reconciliatione fungebantur, adeoq; rem illam, quæ gesta fuerat, non tantum uerbis, sed etiam rebus exprimebant, ut scipios impenderent, ut immolarentur super obsequio fædei populorum. unde & suppone se ea dicebat, quæ dearent, passionem Christi pro ecclesia: quia ad fidem, & reconciliationem populorum necessarium erat, ut uidenter gentes predicatores illius sacrificij paratos esse pro ueritate, quam annuntiabant, mortem oppere. quare morte sua, ac malorum tolerantia prædicationi fidem conciliabant, quæ ecclesia Christi summopere erat necessaria. Ut suscitetares terram. homines, qui ad unum interierant, & in mortem corruebant, excites, & stare facias, ne in precipites labantur. quare in resurrectionem multorum positus dicebatur Christus a Simeone. Huc etiam illud facit, Venit hora, et nunc est, quando mortui audient filii Dei uocem: & qui audiunt, uiuent. & Paulus eum, qui à peccatis surgit, à mortuis surgere dicit. ergo hic pro excitare ad uitam, aut pro stabilitate, confirmare agnitione ueritatis, accipere possumus uerbum δόξαντος in hisp. Posideres. uerbum habraicum in hereditatem, & possessionem alios immittere significat: excise rediebant olm iuris consuli. ergo Christo, & Apostolis hic iniungitur, ut eo munere fungantur, quo Iosue, qui Israelitæ possessiones diuisit. ita accipitur hoc uerbum Iosue 1. & Deut. 12. Jerem. 18. &c. introduxerunt enim populos in terram & lacte, & melle manantem: & Christus dominus in ecclesia suis eis dimisit donationes, prout sibi uisum fuit, & alios dedit Euangelistas, alios doctores &c. Erant autem huiusmodi hereditates defolatae, dissipatae, seu, ut est in Hebreo, aflatæ, id est, quas initio qui uidebant, tanquam rem abominationem excrababantur, atque exsibilabant. quousque enim quisque erat, qui contemptum uigilias, ieiunia, paupertatem, famem, & nuditatem; addi innocentiam, casitatem, manuetudinem, & his simili non fugeret, & haec, ut res peccata, & hominem indignas non uitaret? at in has deseratas possessiones nos introduxerunt Christus, & Apostoli, in quibus nos felicissimos esse existimamus: in quas tamen nemo nos potuisset introducere, nisi dominus IESVS, quem ad hoc ipsum destinavit Deus.

9 Vt dices his, qui inuicti &c. non nullos effectus reconciliationis per Christum hic uides connumerari. primus, quem iam dixi, fuit, posse nos insolitam uirtutis uiam incedere, & ueluti regionem commutare. secundo loco hic habes libertatem, ne uidelicet ab afflictibus præpediamur, quod minus ad Deum curramus. tertius est tenebrarum, peccatorum, & ignorantia discusio, dum ait; Et his, qui in tenebris reueleremini: illustremini, & luce profundamini, ne amplius latebras appetatis, sed induamini arma lucis, & sicut in die honeste ambuletis. quanto autem loco affluentia donorum spiritualium ponitur. Super vias pascentur &c. id est, in planis locis. nam via publica in piano sunt, uel sumpta metaphora à pecoribus, qua dum è regione in regionem proficiscuntur, per eam uiam à pastoribus deducuntur, iuxta quam pascha inueniuntur. In omnibus planis. uocem δόξαντος uulgatus interpres suprà cap. 41. supinos colles uertit uer. 18. at Jerem. 3. nunc vias, nunc directum uerit. certe uox tumorem, seu eminentiam notat. quare pro montibus accipi puto, & fortis his duabus nominibus iuxta vias, & in montibus intelligit, quod quacunque ierint, pascha inuenient; ut sit idem, quod in euangelio dicitur; Ingredientur, & egredientur, & pascha inuenient.

10 Non esurient &c. iam quanto loco hoc commodi quoque habebunt, quod nibil eis nocebit. per famam, & stim, solem, & astum, intellige omnia, que incommodare possunt iter facientibus, non quod nibil eos molestia afficiat; sed quia omnia eis in bonum cedant, neque pungant afflictiones eos, qui sine peccato sunt, quod est afflictionum aculeus: non nocet autem sine aculeo uerba, sic neque mors ipsa, si peccatum deletum sit. Audi Paulum, In omnibus premiur; at non anxi reddimur: laboramus; at non deslitigiamur: perfectionem patimur; at non deferrimus: deiçimur; at non periremus, & alia plurima, que in Paulo leges. leuius itaque ferunt pijs suas aduersitates, in quibus interdum gaudent, & gloriantur, quam improbi suas felicitates, in quibus interdum naufragant. Miserator eorum. qui miseratur eos, & affectu pietatis super eos tangit, adducit eos. qui fieri ergo potest, ut a quoquam lodantur? iuxta scaturientes aquarum deducit eos. quomodo ergo sient, aut ab astu molestiam capient? Aludit ad Ps. Dominus regit me, & nihil mihi deerit super aquas refensiones &c.

11 Et ponam omnes montes &c. montes meos, inquit, uel de montibus, in quibus sita erat Ie-

rosolyma, intelligit: quia fingit ad illam terrenam Ierusalem properare Dei filios, per quam altera intelligenda est, ut supra; Ascendamus ad montem domini &c. uel montes suos vocat, montes altissimos, ut Taurum, Caucasum &c. nam isti dicuntur in hebrajmo montes Dei. Hoc quoque per Christum consecuti sumus, ut ad Deum unidique ueniri posset. non enim uno aliquo loco circumscriptur eius fides, agnitus, & cultus per montana, per mare, per saxa, per ignes: omnia peruvia fecit per donum fidei, & agnitionis, bonitatis ipsius, qua, facta reconciliatione, terram uniuersam inundauit, quae enim parum oportuna esse uidetur, & impedimento esse, ne ad Deum possemus properare, ea omnia emolliuit Dei misericordia, ut qui pusillo animo erant, ardua aggrediantur: & qui superbia tumebant, deposito tumore, aquabilitate gaudent, & in Christo I E S V non sit seruus, neque liber, Indens, neque Gracus &c. per paupertatem, & per regni fastigia ad regnum celorum iter patet. nulla est denique condicio, nulla fors, nulla uocatio, que impedimento esse posset, quod minus Deum comprehendamus. quo factum est, ut multi ab oriente, & occidente ueniant &c. quo in loco ad hunc, qui sequitur, allusio est.

12 Ecce isti de longe uenient &c. hic orientem intellige: nulla enim regio longius paterbat, quam orientalis: quam sciebant ultra Persas ad Indos protendi, quorun fines ultra Gangem nemolumstrauerat. per mare autem nempe mediterraneum, occidentem notabant Hebrei: septentrionali nero plagam, vocabant, quod ueluti abscondita esset: fama enim erat, quod propter fugis nulli essent, aut rari Hiperborei: aut certe, quod non dum quisquam illuc penetraisset ex Palestina, neque commercium ullum cum septentrionalibus populis haberent Palestini. Sinorum autem terram appellabant meridionalem propter montem Sinah, qui ad meridiem iacebat, celeberrimum Iudeis, iam inde ab egressu ex Aegypto. Ergo ex omninatione absque ullo discrimine ad Deum iter aperiisse Dei filium significat propheta. datus enim est in reconciliationem, & mediavorem inter omnes homines, quorum carne afflupta, iam affinis erat, ut Deum ueluti patrem communem haberent. quod cum uidisset propheta, non potuit se contineere, quin in laudes Dei prorumperet, innitatis omnibus creaturis.

13 Laudate celi &c. ego uerbo antiquo dixi, ouate. nam id propriè significat uerbum Hebreum ιων, exclamare ex letitia, letitiamque uociferando, aut canendo demonstrare, à quo apud probatos autores mansit participium ouans, & passim pro latabundo, licet pro minore triumpho confuerit accipi. Sed ego antiquam significationem retineo, quando hoc uerbo ouandi utor. Consolatus est populum. populum Dei uocat, filios Dei, qui erant dispersi: quos praenedit Iesaias, per Christum congregandos in unum: hos etiam uocat pauperes suos, impes, & quibus nemo opitulabatur, neque uociferantes exaudiebat. Si quispiam uero alteram à superiori interpretationem uelit eorum, quae procedunt, sic accipiat, ut pauperes isti, & filii Dei dispersi sint, illa contemptibilis anima, & gens abominabilis, & seruus dominorum, de quibus in uers. 7. quibus dicit dominus, quod reges illis honorem deferent, propter dominum, qui elegit te à Christe: te enim tempore accepto exaudiebat; te adiunxit; te dedit in fedis populorum, ut isti pauperibus subuenires, illos eriperes, adduceres, omnia illis prestares. hoc quia ueluti iam factum uidit propheta, omnia ad collaudandum Deum, & congratulandum filii Dei inuitat. Tu autem Christiane lector pietatem, & caritatem propheta hic considera, & quanto salutis omnium desiderio tenebatur: qui omnibus mutis elementis linguis optabat, quibus congratularentur, & captiuitate peccati redeuntibus. res enim est, de qua gaudium est in caelo. neque aliud est, quod sic in amore diuina bonitatis pertrahat hominum mentes. vide infra 18.

14 Et dixit Tzion &c. uocationem gentium superius commemorauit: hanc rursus repetit, (est enim in hoc argumento multis, propheta Iesaias) sed addit eos, qui ex gentibus uocandi essent, filios esse Tzion, & ad Israelem pertinere, quare cum celum, ac terram ad congratulandum deliberat prouocasset; adhuc tamen Tzion querimonias apponit: quia carnales Iudei hac restituione spiritalis generationis non sunt contenti, & impleri promises petunt, de multiplicatione filiorum: ut qui nibil nisi carnalia sapiunt, semperq; Ierusalem desolatam deslerint: quibus tamen non aliter satisfacit dominus, quam, quod uerbum suum seruet, & uerax sit; promises adimpleat; innumerabiles filios ei donet; eam restituat, reparat, semperque amet. quod nisi spiritalis oculos habent, nunquam intelligent.

15 Nunquid &c. respondet dominus, & consolatur Tzion, id est, ecclesiam: quam synagogam appellant, affirmans, quod maiori amore eam prosequatur, quam matres parvulos suos, qui ab ueribus suis pendent.

16 In manibus meis &c. probat signo se nequaquam eius posse obliuisci, uidelicet, quod delineatam eius figuram, seu effigiem super palmas suas gerat. uulgatus sensum optimè uerit: ego. uerbi significata

significationem retinui: sed de figura ciuitatis intellige: sicut cum eodem uerbo dicitur Ezechieli, ut si per laterem constituat ciuitatem Ierusalem: & Job 19. Vtinam in libro constituantur. Constituere ergo super manus, est constitutionem, & situm eius effigiatum habere in palmis. quod uidetur explicare, dum ait; Muri tui coram me semper. mandata sua iubebat dominus, ne unquam mente exciderent, sed ea, veluti annulus in manu, & quid appensum inter oculos gestarentur, id est, tam memoria hærent, sicut qua manibus gestamus &c. eadem figura res nostras sibi curæ esse hic dicit dominus.

17 Venerunt. Heb. festinauerunt, id est, festinantes uenerunt, id est, iam reparaberis: adiunxi, qui te rediſcent: uideo ruinas murorum: scio, quid tibi opus sit: recedent iam hostes, qui optimæ quoq; diruerunt, & expiſcarunt te, id est, substantiam tuam abſulerunt, ut in solitudinem redacta uidearis. Ego proprias uerborum significations expreſi. est enim רְבָה, ut iam dixi, expiſcari, uel adiunctione foliis, uel ignis, uel gladij: qui exurebant te, & contricudabant filios tuos, recedent longissime: aderunt autem constructores. expulsi enim sunt Pharisei, & impii sacerdotes, falsi q; doctores, qui ecclesiam Dei pessimederant, & panē in solitudinem redegerant: nam neque ipsi intrabant, neque alios ingredi permittabant, ut est in euangelio: Venerunt ueri Israelite, & ueri Iudei, Apostoli domini, qui laborem ecclesiam stabilierunt, & in pristinum decorum, immo multo maiorem restituerunt: reparauerunt collapsos paries ex lapidibus uisus, illi, qui omnia ad adiunctionem poterant. Fazit Deus, ut hos adiutores, non illos deſtructores immitentur: qui loco, & dignitate illorum gloriantur. Hac autem reparatio initium habuit ab inspectione illa Dei, & descriptione super manus. orandus ergo Deus, ne abiiciat nos post tergum, sed de excelso figat super nos oculos die, ac nocte, ut longe semineat diruentes ciuitatem sanctam: restituit autem Iudices, sicut à principio.

18 Leua &c. stebat Tzion, quod orbata maneret, & immunita essent plus quam omnes gentes, quas ante a numero uincebant. hoc enim derelictio illa Dei, & oblitio designabat, preter collapsos muros, & exstros domos. iam post reedificationem multiplicationem filiorum pollicetur. Venerunt tibi. in hoc est totius consolationis statu: cùm dico à quattuor plagis orbis uenturos pauperes ad Deum, ne putas nihil hoc ad te pertinere: te autem adhuc in orbitate tua permanere: tibi uenient omnes isti: et si sunt ex gentibus, & non ex semine Abrahæ; filii tamen tui sunt, & ad dignitatem tuam, & ornatum non parum faciunt: erunt enim tibi, ueluti ornatum mulieri. que enim ornamenti gratia mulieres induunt, aptissima sunt, & concinnitatem habent, atque ab illis plurimi sunt. ea illæ recondunt, contemplantur, dum promunt, extergunt: sibi deinde ubi adaptant, se tunc demum pulchras esse existimant. Ornamentis ergo comparat dominus illos, qui ex gentibus ad agnitionem ueri Dei perueniunt: synagogam autem mulieri, aut sponsa, que illis ornata est, illosq; sibi, tanquam ornamenta, astrinxit, & obligavit iuxta illud euangelij. Oportebat te letari, & gaudere, quod frater tuus iste perierat, & inuentus est &c. certe qui uerè ad synagogam, & Dei ecclesiam pertinebant, ad hunc modum gentium conuerſionem accipiebant. Vide interim Christiane lector, quibus se amiciat ecclesia Dei, & quæ sua reputat ornamenta: templorum quidem materialium ornatus, & decor catenus accepti sunt Deo, quatenus fidelium animos benè afficiunt, & ad contemplandam puritatem, maiestatem, & decorum Dei, ac sanctorum inducunt, sed nullis ornatisbus sic gaudent spiritalis mater, & caput eius, atque istis, quos hic commemorat: non enim illis se, tanquam additiujs ornamenti exornat, sed hos pro oculis, illos pro auribus, alios pro manibus, & alios pro alijs membris accipit: nec se sine illis uiuere existimat, quapropter horum generationi studebant: hos summa cura educabant, & nullam non impendebat operam, quod eos ad uiros perfectos perducerent. Vide in Paulo uiscera ecclesie, & Christi.

19 Quia deserta tua &c. scis, quantum ad te pertineant, & quād inter filios sint computandi? ad te, ad te, inquam, uenient; neque alias regiones incolere ualent, adeò ut siccitates tuas, id est, regiones aridas, & qua ob aquarum paucitatem deserta sunt, & ea, qua uastata sunt, & qua homines abominari solent (qua hebrajmo uocat afflictiones, seu afflata) has, inquam, regiones occupabunt, malentesq; apud te hac incolere, quād amanas, in quibus nati sunt, regiones, id est, malent in gremio ecclesie duriter uiuere, & abiecti esse in domo Dei, quād indulgere genio, & deliciatē uiuere extra ecclesiam in tabernaculis peccatorum. Vide de his regionibus non nihil supra in fine annotationis 18. Iudeis uero, quia tantum oculos carnis habent, hæc intelligere non possunt; sed ad sua figura recurrunt. Angusta erunt. doblet uulgatus ita mutauit personam. nam in Hebreo est secunda, ut uides in uerione nostra: & repetit particulari continuacionis 19: forte, ut infinuet in priori membro supplementum uerbum, quasi dicat, quia deserta tua, & uastitatis tua habitabuntur: quia angusta eris per habitatores &c. Nunc, ueliam. Longè fugabuntur, qui absorbebant, uel precipitabant se: hoc opponit multitudini. que enim absorbentur, aut precipitantur, euaneſcent, uide supra uerbi

17. quod isti absorptores sint, qui habebant clauem scientia, & neque ipsi introibant, neque ingredi sinebant alios. Sunt falsi doctores, qui inuentum ecclesiae deglutiunt, & orbatam reddunt ecclesiam: quibus nostro hoc seculo, pro dolor, plenus est orbis Christianus. nequit autem multiplicari fidelium numerus, ni longe absint absorbentes inuentum, & partus ipsius: ubi enim sunt animalia, quae aliorum partus deuorant, possibile nunquam erit, quandiu ferre illa non extermabuntur, generatorem aliorum multiplicari expellendi ergo sunt, ac de medio tollendi huiusmodi absorptores:
20. Filii sterilitatis tuae. Supradictam orbitatem propriè notare. Filios autem orbitatum vocat, qui ecclesia nati sunt, postquam ad orbitatem deuenisset: uel certè illos, qui ipsi remanserunt, & superstites fuerunt, nempe Apostoli. Continebat filios suos ecclesia intra limites Palestina: non poterat inuersus orbis illuc confluere: neceſſe ergo fuit dilatari ecclesiae sinus, non sine admiratione Indiae, hoc habet in his uerbis. Fac mihi spaciū. phrasis peculiaris est hoc loco in Hebreo. וְאַתָּה עִנֵּה אֶכְدֵּרְסֵת בְּשָׁמֶן אֲמֹתָה: fac ut aliò possum accedere significat: ad uerbum, dicendum est, accede mihi. sed quis hoc intellexisset? ideo uulgatus recte sensum uenit, Fac mihi spaciū, scilicet accessum: fac, ut aliò possum accedere, seu concedere: cede mihi, uel quid simile. In auribus tuis. non hoc rumore percipies; sed ipsa ab ipsis audies: non pudebit eos dicere, angustum esse spaciū, quo habentem contenta es; sed ipsi filii tui dicent, non opus esse imponere ingum alijs: quod neque ipsis, neque patres portare potuerunt. ipsi ipsis, inquam, filii tui per totum orbem proficiuntur, ut gentibus impertiant gratiam Dei, & te dilabunt, & compellent, ut pro filiis agnoscas Garamantes, & Indos.
21. Et dices in corde tuo &c. nouum fuit Iudeus (ut ex evangelio, & actis apostolicis apparet) uidere, quod & gentibus impertire dominus gratiam spiritus sancti; adeò ut miraculis, & reuelationibus opus fuerit, ut tandem acquiescerent. erat quoque admiratione dignissimum eo tempore, quo collapsa erat fides, & paucissimi erant in ecclesia filii; eo, inquit, tempore, quo ecclesia uidebatur prorsus interisse, exciso populo Dei, & Iudeorum repub. prorsus deleta, subito uideretur totum orbem, cognitione Dei illuſtrari, & barbaras nationes ad fidem properare. unde ista uoces, Ego orbata, & solitaria, quis genuit mihi istos? &c. Non pariens. וְאַתָּה מִי־אָתָּה: quattuor litteris constat, quas uocant radicales. quamvis autem hoc à Rabbinis annotatum non inueniam: mibi tamen pro comperto est, esse uocem compositam à nomine וְאַתָּה id est, ut medici uocant, mola (quæ in matrice gignitur, & in fructuosa est, ac nihil utilitatis habet, sed tantum similitudinem cum factu) & radice וְאַתָּה id est, genuit: quasi dicat, generatio, aut partus mole. quare illud Job 3. Nox illa sit וְאַתָּה, sic interpretor, sit nox, qualis est, in qua mulier, cuius partum expectabant, molam edit. unde additur, neque ueniat in ea laus, seu exultatio: & cap. 15. Congregatio hypocrite, generatio mole. quæ sanc comparatio est lepidissima, denique Job 30. intelligitur de oppilationibus, aliisque tunoribus, qui tempore famis, & egestatis ob infalubres cibos generantur. in hoc autem loco est forma feminina וְאַתָּה, id est, gignens molam. ego, inquit, orbata, & ueluti in utero molam gerens, qui nullus fetus produco, sed hypocritas, & non fidèles filios &c. quare sterilem cum uulgato reddidi: licet non plene significatio exprimatur. Hanc interpretationem confirmant loci illi ex Job. quid enim cap. 30. sibi uult nox sterilis, aut solitaria? sed de hoc uide, quia ibi annotau: item cap. 15. hac interpretatione ex sequentibus confirmatur: ubi quod dixerat, nempe congregacionem hypocrite esse, ueluti tunorem mole, & quod ignis deuoraturus esset eius tabernaculum, ueluti exponens addit. Conceptus dolorem, & peperit iniquitatem, id est, conceptus intra uiscera iniustitiam, & peccatum; & tandem eius rei perceptit fructum, nempe dolores, & afflictiones: quæ nomine iniquitatis Hebreis uenient, uentretna itaque hypocritam gestare significabat, cum bona congregaret, & substantiam augeret. meritò itaque ecclesia, quæ non solum orbata se filii uidebat, sed infirmitatem suam agnoscebat, quod esset sterilis, & nullus filius, qui filii nomine digni essent, ederet, cum tantam fidelium similitudinem conspiciat, admiratur. Quis, inquit, hos genitū? ego enim iam dudum filii orbata sum, qui nomine filiorum digni essent. nunc si uterum gero, si pario, perinde est, ac si molas pararem. facit etiam hic, quæ de legi impotentiā scribit Apostolus, & quæ de hypocriti illius temporis scribunt. Euangeliste. hac ergo admiratione, & his uerbis secundam Dei bonitatem insinuat: à qua generatio illa prodibat: ad quam nullas uires in se agnoscebat. Hic certè lector, si aquila sis index, intelliges, quantum momenti in una uocula sit, si rite expendatur, & quantum iuuet ad scripturarum intelligentiam linguam sanctam addiscere. Ego derelicta in Hebreo nulla coniunctio habetur. Ego derelicta sola, isti, ubi ipsis id est, erant. sed hoc parui referit. Hic considera, quām præter humanam spem oborti fuerint in toto orbe filii Dei: cum neque ipsa ecclesia id unquam somniasset uideatur. quis enim putasset ex lapidibus suscitandos filios. Abraham certè locus hic mirum in modum mibi Dei bonitatem commendat. Leuabo &c. explicat, quo nam pacto uenturi erant ex inuerso orbe ad ecclesiam filii ipsius, non

non ducto per mundum exercitu, non armis, non multo meo labore, aut tuo; nihil aliud faciam, quam extollam manum meam, & signum meum, ut gentes illud uide posint. Ne dubites, hic loqui dominum de signo, seu uexillo crucis, & prædicatione euangelij: ubi enim de cruce prædicatio ad gentes pertinet, in qua exercebat se manus, & uirtus Dei, quæ aereas potestates denicerat, & quibus in cruce moriendo triumphauerat, nulla mora, captivantes intellectum in obsequium fidei, excipientes filium Dei in euangelio, infiniti homines in filios Dei adoptati sunt: ex quibus quæplurimi regibus, & principibus mundi fuerint in pretio, & magnis honoribus affecti, præfertim cum ipsimet principes ab eis audiebant uerbum Dei, & in Christum credere inciperant, tunc se, regnaque sua illorum arbitrio tradebant, & illos reges, se uero seruos eorum arbitrabantur. hac enim est uis crucis agitæ, ut omnia reputentur uila, si cum dignitate eius conferantur. illi uero, per quos uirtus domini se exerit, in quorum pectoribus agnoscitur Christus habitare, & per os loqui, dictu mirum, quanto in honore habeantur ab iis, qui ueritatem agnouerunt. oculi eruerunt, ut est apud Paulum, si id seruis Dei uiderent, cordi esse. quare non immergit, & non nisi summa cum uenustate his tropis uitur propheta, in sinu deferre, & super humeros sustolleret, & quod sequitur.

23. Erunt reges nutriti &c. וְאַתָּה יְהוָה יְהוָה fidos, seu fideles sonat Hebreis: qua uoce curatores, procuratores, dispensatores, aconomos, nutritios, seu educatores, quorum fidei, & cure res, & officia, aut infantes commituntur, significante Hebrei, nimurum à fide, quæ potissimum in his spectari solet, atque requiri: quod & diuus Paulus significare, & quasi data opera hanc uocem explicare voluit 1.. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidelis aliquis reperiatur. Vide & I. Timoth. 1. At nomen nutritum וְאַתָּה יְהוָה יְהוָה est latitando, ideo latitantes dixi: pro regimis autem, principes mulieres, propter pronomen, eorum: quod omittendum non erat. maius enim est uxoratas reginas alere alienos, infantes. adde, quod וְאַתָּה princeps est, cuius hic est plur. femin. hoc figurat summos honores, & summas delicias notant, sicut etiam quod sequitur, quod nultu in terram demissi &c. quod non intelligas tantum de oculis in terram fixis, sed quod procumbentes, & nasci terram attingentes supplicant. nam pro nultu in terram demissi, habet hebraismus, nasci terra: quod puto Hebreos esse, sicut nos Hispani componimus duo nomina substantia, & quasi unam uocem efficiimus. qua oratio per ablutionem absolutum redditur. banc eandem phrasim habet Genes. 42. de fratribus Ioseph, & Genes. 19. de Lotu, quando Angelos invitauit in hospitium. ceterum, quod sequitur. Puluerem pedum tuorum &c. simile est, quod nos Lusitani dicimus, oculabuntur terram, in qua pedem fixeris, pro sumnum honorem deferre, & tantum non pro Deo colere. quod in iuſu fuſſe apud gentes, meminime audisse: hyperbolice autem, & per auxilium dictum est, lambido depascere puluerem. Et scies. tunc experimento comprobabis me esse uerum Deum, ut qui te ad tantam dignitatem euexerim, ciam iam de te actum esse credere alij potuissent, tu uero timeres. intelliges etiam me talem esse Deum, cui, qui innixi fuerint, non pudenſerint. Hebraismus sic habet, Cui non pudenſerint sperantes mei, vel qui erectis in me sunt animis. cum autem rebus ferre desperatis Deus adit. & tum maximè seruet, quando iam nihil spei superest, non ne quodam modo ab homine fiduciam extorquere uidetur, ut ab eo pendere uelis?
24. Nunquid tolletur &c. fingit incredulorum uoces, & rei difficultatem deshibit, ut bonitatem Dei amplificet, atque potentiam, & fiduciam confirmet. Qui si fieri potest, ut prædam, quam heros qui spiam, & gigas cepit, aliquis ab eo auferat? quo nam patro, qui à tyranno captiui tenetur, cuius potestati in terra non est quæ comparetur, eripi ab eius vinculis poterunt? qui fieri poterit, ut gentes diaboli mancipia ad simulacra muta, pro ut ducebant euntes excusso iugo, Deo seruant, & in filios Dei, & ecclesiæ computantur? In Bibliis quidem Hebreis in secundo membro est nomen וְאַתָּה captiuitas iusti, pro quo uulgatus, quod captum fuit à robusto, quasi legeri וְאַתָּה quod nomen uerba sequenti legitur, ubi hec uerba repetuntur. Est autem in litteris affinitas, ac similitudo, ut errorem scriba suspici possimus, nisi dicamus adiectum accipi, ut inter dum solet, & hic captiuitatem iustum vocari captiuos, quos fortis ille iuste captiuos detinebat: nam cuius voluntatem quis facit, eius efficitur seruus.
25. Captiuitas à forti. non potest à forte eripi præda, nisi ab altero fortiori. hic certè promittit dominus, fortiori quæpiam uenturum in mundum, qui alligaret fortem illum, & robustum gigantem, & universam eius substantiam auferret, ut est in euangelio Matth. 12. & Luc. 11. & Mar. 3. in quibus locis nomen וְאַתָּה uideretur redditum nomine וְאַתָּה: nam nulli dubium esse debet, quoniam in ea similitudine ad hunc locum Iesaiæ refererit dominus; & ex eo loco euangelij, huic loci intelligentia petenda sit. Et eos, qui te iudicauerunt: hebr. & eos, qui te litigando oppugnauerunt. ego litigando oppugnabo: uel cum litigatoriis suis ego litigabo, petit, quod hic se facturum pollicetur. ubi

nostra editio, Indica domine nocentes me, habent Hebreæ, Litiga domine cum litigatoriis meis: uel potius litigando oppugna Iehoua, qui me litigando oppugnant. ego, inquam, litigabo, ego oppugnabo, tu tacabis. id enim uersu sequenti explicat.

**26** Carnibus suis, id est, faciam, ut mutuis se uulneribus conficiant. tunc enim ore gladij carnes suas absument, & sanguine suo se se inebriant, dum suo ipsorum sanguine, & mutua cæde se se comaculant, & fraterno sanguine madent & gladij, & manus, & uestes. estque allusio ad locos illos in scripturis, in quibus narratur, quod hostes Israëlitarum mutuis cædibus se decelerint: quod non semel accidit. Quia nihil aliud significat, quam incurvant uictoram, & sine labore filiorum Dei partam. Concederunt aduersarii potestates: debellati sunt tenebrarum principes: erexit sumus de eorum potestate: quas, quæ, operas huic bello impendimus? quid contulit auxilijs ecclesia, aut eius filij? solus ipse hostis deleuit, & principem mundi elecit foras, ut uel hac una ratione damnandi sint improbi Christiani, quod princeps huius mundi iam damnatus sit: illi uero damnato, & expulso rursus obedient, & quasi dolentes de eius damnatione, ut loquitor magnus ille Basilius, iacentem stabilit, & eius regnum iterum exsuscitent. Et sciet omnis caro &c. id est, manifestum apparebit, cuius uolenti rem perpendere, & quo facta sunt, secum penitare, quod ego sim ille fortior: ego Deus carne induitus apparuerim, ut dissoluenter opera diaboli, & sim potentissimus Israëlitarum Deus, qui eorum causam ago. quis enim potuisset sic alligare fortem illum, & captiuos eius liberare, nisi Deus? quis potuisset efficere, ut qui ab incunabulis omne genus uitijs succubuit, subito fidem Christi amplexatus, & euangelio auscultans, sancte, & inculpatè uiuat, non solum à peccatis, sed à passionibus animi liberatus, nisi Deus multo fortior illo hoste? Quis similis tui in fortibus domine? uerè agnoscimus, quod tu potentissime nos liberaveris, & redemptor noster sis Deus, & homo dominus, noster, & frater noster: sit nomen tuum benedictum in secula.

## Caput quinquagesimum.

Noua.

**S**I C dixit Iehoua; Vbi est liber repudij matris uestræ, quam dimisi? aut cui ex creditoribus meis uendidi uos? ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in transgressionibus uestris dimissa est mater uestræ.

Eò quod ueni, & non erat quisqua: uocaui, & non erat, qui audiret. nunquid abbreviata, & parvula facta est manus mea, ut non possum redimere? aut non est in me uirtus ad eripendium? Ecce in increpatione mea exciscabo mare: ponam flumina desertum: fecerunt pifces eorum nulla existente aqua, & morientur præ siti.

Induam celos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.

**4** Dominus meus Iehoua dedit mihi linguam eruditam, ut sciam tempestiuè misericordia, & defatigo colloquium excitabit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam, quasi magistrum.

Dominus meus Iehoua aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abiui.

Tergum meum dedi percussoribus, & genas

Vetus.

**H**AE C dicit dominus; Quis est hic liber repudij matris uestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui uendi uos? ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimissa est mater uestræ.

Quia ueni, & non erat uir: uocaui, & non erat, qui audiret. nunquid abbreviata, & parvula facta est manus mea, ut non possum redimere? aut non est in me uirtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea exciscabo mare: ponam flumina desertum: fecerunt pifces eorum nulla existente aqua, & morientur in siti.

Induam celos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare cum, qui laius est uerbo: erigit manu, manu erigit mihi aurem, ut audiam, quasi magistrum.

Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abiui.

Corpus meum dedi percussoribus, & genas

Noua.

Vetus.

nas meas depilantibus: faciem meam non abscondi ab ignominij, & sputo.

**7** Et dominus Iehoua auxiliatus est mihi: ideo non sum ignominia affectus, propterea posui faciem meam, sicut chalybem: & sciebam, quod non pudeficerem.

Propinquus est, qui iustificat me. quis litigando oppugnat me? stenus simul. quis in potestate haber iudicium meum? accedit ad me.

**9** Ecce dominus meus Iehoua auxiliabitur mihi: quis est, qui condemnat me? ecce omnes, quasi pannus, ueterascet: tinea absumet eos.

**10** Quis inter nos timens Iehoua, audiens in uocem serui eius, qui perambulauit tenebras, & non est splendor ei? confidat in nomine Iehoua, & innitatur in Deo suo.

**11** Ecce omnes nos accenores ignis, accinatores laqueorum, ambulate in lumine ignis uestræ, & in laqueis, quos accendistis. de manu mea fuit hoc uobis, ad dolorem cubabitis.

nas meas uellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.

**7** Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meā, ut petram durissimam: & scio, quoniam non confundar.

**8** Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicit mihi? stenus simul. quis est aduersarius meus? accedit ad me.

**9** Ecce dominus Deus auxiliator meus: quis est, qui condemnat me? ecce omnes, quasi uestimentum, conterentur: tinea comedet eos.

**10** Quis ex uobis timens dominum, audiēs uocē serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine domini, & innitatur super Deum suum.

**11** Ecce uos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestræ, & in flammis, quas succendistis. de manu mea factum est hoc uobis, in doloribus dormietis.

**H**AE C dicit &c. cum incredulis Iudeis res iam nobis est: quasi enim non contenti fuerint response domini, qui orbitatem, compensandam gentium multitudine, promittet, adhuc de Deo conquerebantur: dicebantq; Deum, qui sibi despontisset progeniem Iudeorum, eam quasi immortalem abiecisse, & alteram duxisse. Hic ostendit non esse, q; conquerantur, nam Iudei primum diuortium fecerunt cum Deo: neque uoluerunt filio Dei imitanti, & reconciliare uolenti acquiescere, ac credere. unde ipse in euangelio iure optimo conqueritur; quoties uolui congregare &c. & noluisti. quare iusti Dei iudicio damnati sunt. Quis est hic. **x** de loco solet esse interrogatio, ut Genes. 4. Vbi est Abel? & saepe coniungit cum pronomine **vii**, ut hoc loco, quod tamen optimè per uerbum substantium redditur, ut 1. Sam. 19. Vbi est domus uidentis &c. interrogat ergo, apud quem nam est, ubi nam inueniretur, ut examinari posset &c. Repudijs. a uerbo, quod scindere significat, formant Hebrei nomen, quo uocant diuortium. unde in Legi, liber refusione est, quem Marcus uocat **Blaues**, id est, librum diuortij: quem interpres Matthei uno nomine dicit **anoxia**, quasi dicas diuortiale. uide Deut. 24. Seruabantur autem huiusmodi libelli, forte non solum apud repudiatum, sed apud publicum scribam: nam prohibitus erat in lege, ne iterum prior maritus reciparet, quod semel repudiasset, si alteri repudiata nupsisset. quare necessarium erat huiusmodi libellos seruari. ad quam confusurudinem non sine irratione alludens dominus ait, ubi est liber &c. ut fidem faciat, & ostendat uerum esse, quod dicitis, me scilicet tantum, quia libuit abiecisse matrem uestram, ac non potius ob iustas, & necessarias causas. Quo dimisi &c. nulgatus **viii** relatiuum retulit ad libellum: possumus tamen iuxta hebreum ad matrem referre. nam geminat relativa Hebrei. ad uerbum, quæ dimisi eam. Qui creditor: beb. cui ex creditoribus meis: quasi dicat, non habeo creditores: non habeo oppresores, quorum pecunias indigeam: quibus, cum non sim soluendo, oporteat pignus dare, aut filios meos in seruos tradere, immerentes, & seruitute indigos. Ecce in iniquitatibus &c. **5**, id est, in Hebreis, interdum ualeat per, uel propter: hic credo causam notare. non necessitate, inquit, mea, aut indigentia factum est, ut in seruitutem abiret: sed est fructus iniquitatum uestrarum, quas mox exponet. Et in sceleribus. neq; rursus tantum quia libuit, aut fastidio matris uestræ more humana non dimisi, ut alterem mihi copularem. feci cum illa diuortium, id equidem fateor, sed transgressiones uestra fuerunt in causa, qua me, quasi iniuitum, id facere compulerunt. Hinc propriæ dices loqui, quando dicimus, Deus oppresit nos, repulit nos, defruxit regnum &c. iam tametsi uerè ita dicamus,

magis apta locutio fuerit, oppresi sumus, repulsi sumus, perij regnum propter scelerā &c. cū enim Deus propter peccata calamitatis inducit, non propriè dicitur Deus auctor & causa malorum, sed illa, qua quodammodo impulerunt Deum, ut id faceret. iccirco cū quodam loco David dixisset; Non est fanitus in carne mea à facie iræ tue, statim quasi per correctionem addidit; Non est pax oīibus meis à facie peccatorum meorum.

- 2 Quia ueni &c. hic habes caussas diuortij, & exsiliū Iudaorum ultimi, quod adhuc durat. Veni in propria ad hereditatem meam, ad populum meum, ad domum meam, ad sponsum meā, & non erat id est, quisquam. solitu[m] ciuitatem meam, & domum meam occuparat, iam in peccati captiuitatem abierant: iam uenidit sub peccato erant: à quo tamen si resipiscerent, & me uocarent, obsecrare: & multitudine beneficiorum pertrahentem audirent, salui esse potuissent: sed uocau[er]e, & nemo mihi respondit. Hic uides eos, qui peccatis immergi sunt, non computari inter uiuentes, & quasi non esse in numero hominum; & qui uocacioni Dei non obedit, perinde uti mutū reputari. Hac autem dicit dominus propter paucitatem eorum, qui ex tam innumerabili multitudine euangelio crediderunt. Quid ergo miramini diuortium? quid uenditionem uestram defletio? quid erat à me amplius præstādūm? exspectabatis aduentum meum: ueni. quid si somnia oppresi, & aliud agebat; uocau[er]e nos: & totum illud spaciū temporis, quo inter nos fui, uocatio quedam fuit, & clamor meus, continuus: clamabam in congregacionibus, in synagogis, in templo, quod omnes conueniebatis, per uicos, per domos, per agros: item clamabant, & uocabant nos signa, & prodiga, que faciebam, immensa beneficia, uita mea, doctrina mea, ut ad me ueniretis, & reficeremini, ut penitentiam ageretis, quod ad regnum Dei pertinere possetis; & nemo respondit; nemo, inquam, ex nobis, qui conquerimini ob captiuitatem &c. nam sermo tantum cum incredulis est. Nunquid abbreviata &c. tacit[er] obiec[t]ionis respondet, quae talis esse poterat. Decebat redemptorem, quem exspectabamus manu, fortis nos eripere à servitio Ro[man]orum, qua iam eo tempore premebamur: at I E S V S, qui ad nos uenit, in humilitate, & infirmitate uenit: neque ullum regni, aut imperij specimen in eo aperieimus. respondet dominus; Non eo inficias, esto: at nunquid nesciebatis in Deo esse infinitam uirtutem, qua posset, si uellet uniuersum mare, & flumina exsiccare, & ueluti desertum, reddere, ut uniuersi pisces tam maris, quam fluminum corrupti putrefiant, & fateant? insuper & cali faciem immutare, & astra obscurare &c. igitur & Romanum imperium dissoluere, & nos in pristinam dignitatem restituere. quis enim illi manus præcederat, aut amputauerat? oportebat itaq[ue] nos mibi, quē ille ad nos mittebat, aures accōmodare, dicto patrē; illius mandata, qua ad nos deferebam, alacri animo percipere. quod ubi præstūtū a nobis fuisset, si repudiata matrem uestram, & nos in seruitute uitam ducere adhuc nideretis, esset fortassis querimonia locus. & hic planus, & germanus est horum uerbi sensus. Abbreviata, & paruula. hebreisnum ego reddidi: ad uerbum, nunquid abbreviando abbreviata est manus mea? sicut enim ad librandum dicitur manus extensa; & manus fortis dicitur manus magna, & excelsa; ita infirma dicitur decurvata. sensum uulgatus reddidi. Ut non possit redimere. heb. unico nomine dixit, à liberatione. Increpatione. allusio est ad uerba Davidis, quib[us] creationem mundi describit: cū enim ad mandatum illud peruenisset, Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida, sic ait, Abyssus, sicut uestimentū amictus eius, (scilicet terra erat) super montes stabant aquæ: ab increpatione tua fugient, à uoce tonitru tui formidabunt.

- 4 Lingua eruditam, seu eruditorum, id est, qualis est eorum, qui rem didicerunt, & à præptore optimè instruti sunt. Certe est, quod dominus in euangelio dicit; que audiasset à patre suo, illa numerare, & quod doctrina illa esset doctrina eius, qui se misseret, & à se ipso non loqueretur; sed quae audiasset, & uidisset, illa testaretur. Ut sciam sustentare eum &c. sensum doctissime reddidit interpres; suntq[ue] uerba domini I E S V. Ego, inquit, audiendus à nobis eram: à Deo enim ueni magister: diffudit ille gratiam in labia mea, inaudita eloquentia lingua mea prædicta est: didici, & optimè noui, quid afflictio, & defatigatio hominibus, & sub peccati iugo gementibus loqui debeam: tempestiū satis, & pro cuiusque captu, & quod cuique opus est, noui uerbum accommodare. Ad hunc forte locum replexit dominus, quando in euangelio ait; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati esitis; & ego reficiam uos. uidetur itaque sic dicere; Nunquid audire me, qui à Deo doctus, ad nos docendos, & consolandos ueniebam, quidquam uirtuti Dei derabebat, quā exspectabatis, ut nos liberaret? aderam ne derus exactor? docebam ne ea, qua non ego prius facerem? non ne saltēm propter manuētudinem, & humilitatem meam debueratis me pro præceptore accipere? imponebam ne onera graviā, & importabilia, sicut scribæ, & Pharisei, qua tamen dixi non attinębant? non ne eorum inexplicabilē avaritiam, & satanicū fastidū patienti animo tolerabatis? at ego ad sublevandos laſos, & defatigatos ueniebam, liberabam omnes oppresos à diabolo; pertransiſta benefaciendo; nulli laborei parcebam, ut nos bene haberetis; qua igitur uenia digni esitis, si me non audistis?
- Erigit mane &c. id est,

est, singulis diebus, primo quoque mane, eo uidelicet tempore, quod ad discendum aptissimum est. hec autem nihil aliud designant, quam summam in domino I E S V promptitudinem, obedientiam, & eruditōnem, qua à Deo instrūtus est, ut Iudeorum gentem doceret. quod facit uerbi, qui sequitur. Interim tamen nota, quod excitare aurem dicit hebraismus, pro excitare auditum, uel ad audiēdū: unde & Latinī arrigere aures dicunt. perinde ergo est, ac si diceret, mane me facit arrigere aures: & sic accipe uerbū erigendi apud uulgatum. nam quod quidam alludentes ad præceptorum confuetudinem, qui non nunquam discipulorum parum attentorum aurem uellicant, dixerunt, Mane uellicat mibi aurem, iudicet prudens lector, an conueniat. Ego hebraismum libenter amplector.

- 5 Aperuit mihi aurem: hebraismus est, de quo iam supra 48. & 35. id est, fecit, ut audirem eum, & auscultarem: significauit mibi, quid uellet, quid mibi pro tantis beneficijs reddituri essetis. Ego autem non contradico. de uerbo וְהַבָּא, quod est mutabilitatis, id est, inobedientie, ueluti ex quadam animi impotentia, superius dicitur est, quasi diceret; non molestie tuli; non indignatus sum, aut exarcebatus; tranquillo animo, qua dicebantur, excepti. Venit inimicus, inquit in euangelio, & in me non habet quidquam; sed ut cognoscat mundus, quod diligo patrem: & quod sicut dedit mihi mandatum, sic facio. Rerum non abiit. non me penitus aduentus mei ob tantam ingratitudinē, quae mihi significabatur: sed lubenti animo omnibus me me exposui. quod uerbi sequens exprimit.

- 6 Corpus meum dedi &c. 11 Hebreis est eminens pars corporis humani, scilicet dorsum, ut Trout. 19. & Job 30. deinde & pro corpore accipi potest. Hac autem prophetia manifestior est, quam us expositione indigeat. legimus enim in euangelio, uerbera, spuma, alapas, & contumelias, quae omnia pertulit dominus I E S V S summa cum dilectione nostri; qui procedebat suis, dum ieret Ierusalem, ubi eum hac manebant: qui coarctabatur desiderio baptisimi sanguinis sui &c. aperuerat ei pater aitrem: denuntiauerat, quae uellet eum pati: ille corpus suū dedit percuſoribus &c. passus enim est, quia ipse uoluit &c. De depilatione autem generum tacent quidem Euangeliſe: sed est etiam Isaia Euangeliſt: omni enim genere contumeliarum affectus est, habet asternū uellicatio barba & dolorem, & insignem contumeliam, quemadmodum & faciem confluere, quod proverbiā forma effertur. Job 30. A facie mea non proibuerunt sputum. hoc itaque pro obedientia, & subiectione mibi reddidit, quem intellexisti ad nos à Deo missum.

- 7 Dominus Deus auxiliator meus &c. in hebr. est coniunctio, & dominus meus Iebona, id est, & quidem quantum ad me attinet, et si hæc tam acerba passus sum, tamen cū dominus mibi auxilium præstiterit, factum est, ut ignominias pro nibilo duxerim, omniaq[ue] inenti animo peruerterim, ac si faxum durissimum percuterent. quantum illi impotenti animo, furore percitti, conniciorum, contumeliarum, ac tormentorum in me afferbant; tantum ego patientia, & fortitudinis exhibebam, ut saxo durissimo comparari posset facies mea: quare experimento didici, quod non pudefactus sum. omnia enim illa gloria, & exaltationis seminarium fuerunt. Non sum confusus: ad uerbum; non sum ignominia affectus, id est, non me putavi ignominia affectum: sed proposito gaudio omnia fixissimū latus. Ideo posui. quia nempe Deus auxilio mibi erat. ecce babes, si Deus adgit, si annum confirmet, ignominiam non esse ignominiam; neque contumeliam, contumeliam; neque que dolorem afferunt, dolorem afferre: sed omnia, ueluti simus cautes, & saxa, perferre nos posse. Vide Paulum, qualem se in aduersis gerebat: ea: qua illi infrebant hostes, frustem facere poterant; absente Deo: at ille cum suis semper gaudebat: nihil quidem habere uidebantur; at illi se gerabant, ut qui plurimos locupletarent &c. Petram durissimam. וְבָנִי unica vox est Hebreis, quam petram durissimam plerique interpretantur: de qua quia Rabini, neque nostri quidquam certi habent, credo mibi gratiam habiturum lectorē, si de hac uoce, ex cuius intelligentia non nullorum locorum sacra scriptura cognitione pendet, etiam aliquanto diffusus differero. & quidem si etymologiam Hebream spēles, uidetur à וְבָנִי, id est, donut, dicta, inserta littera ב: quam etymologiam apud quandam uirum doctum reperti. uerum cū ille existimaret cum alijs silicem, aut petram durissimum significare, dictam putauit, quasi contraria uerbo significazione, quod non domaretur. ego uero cū pro comperto habeam significare chalybem, recte à domando appellationem habere arbitror: pauca etenim sunt, que chalybe non domantur. chalybem autem uoco ferrum, uel potius medullam ferri, & quod Plinius lib. 34. cap. 14. nucleus ferri appellare uidetur: docet enim eius usum ad indurandam aciem instrumentorum ferreorum esse. unde Aristoteles 4. Meteor. ferrum durissimum uocat σιρφία: o enim, quemadmodum Hebrei, gladii tribuant Greci. Quid autem וְבָנִי chalybem significet, prater uocum similitudinem, & cognitionem elementorum, & etymologicā conuenientiam, locis Job 28. qui aliter intelligi non posse uidetur, confirmat: ubi cū de industria hominis multa differens, dicit mittere manū ad chalamicis, & uertere montes, atque excindere in petris

riuos &c. Certè si chalamis non est chalybs, quomodo hac facit homo? at chalybe, & ferro instrumento arrepto, quos montes non euerit? quos riuos non excindit? Sed de his uerbis ibi suo loco plura, quare quando in Deuter. & Tsal. dicitur edixisse Deus aquam, aut oleum de chalybe, hyperbolica metaphorā est, nihil aliud notans, quam unde sperare nemo posset, inde Dei beneficio, & uitute, illa fuisse producta in hominum utilitatem, quod si haec uera sunt, ut certè esse uidentur, non iam dicendum erit, ut non nulli existimarent, à populis, qui Chalybes dicuntur, prope fluminum Thermo doontem, qui ferri usum inuenierent, ferrum, chalybem appellatum; quinimum cùm nomen Hebraicum chalybs, ipsis populis sit antiquius, adeoque & nūs ferri, ut ex lib. Genes. est manifestum, ab ipso chalybe, tam illos in Asia, quam alios, quos Inslinus in Hispania collocat, Chalybes appellatos fuisse; sicut enim uocum. Graecarum à Latinis origo petenda non est; siveq; Hebraicarum à Grecis, aut quibusvis alijs. ergo, ut ad rem redeam, faciem suam iudicavit constantiam, atque fortitudinem chalybi comparat dominus I E S V S. Et scio, uel sciebam, uel experimento didici: est enim quandoque sensus, & experientia; Vidi, & expertus sum, quod non pudefactus sum. nam quia factus sum obediens usque ad mortem, accepi nomen super omne nomen, ut in nomine I E S V omne genu fleatur &c.

8 Poterat adhuc quīfiam obīcere, damnatum uidimus, crucifixum, ac mortuum, secundum legem maledictum: non eripuit eum Deus de manibus nostris. quid ergo ab eo expectare quis poterit, aut quid eius aduentum ad redemptionem nostri faciebat? bis, & huiusmodi cogitationibus respondet dominus, non pro damnato haberi debere, quem Deus in iudicio absolut, neque pro maledicto, & impio habendum, cui Deus optulatur. Quid mibi, inquit, hominum iudicium obicitis? en adeſt, qui me iustificat, id est, iustum pronuntiat: die tertio post hominum damnationem reducius appareo: non diu tardanit. quid crucem, & non resurrectionem cogitatis? iam iam adeſt, qui me iustificat. quis audet me, quasi litigando oppugnare, aut mecum iudicio contendere, audeatq; dicere, me morte dignum fuisse? Hoc planè est, quod dominus dicebat apud Ioann. quod spiritus sanctus conuinceret mundum de iustitia, id est, manifeste confirmaret iustum fuisse I E S V M, cuius iustitia uel ex hoc conspicua es- set, quod non ad patrem iret, iam non uidendus in terris. quem autem Deus, & celum sic suscepere; quis iniustum, & peccatorem auderet affirmare? Quis est aduerfarius meus? uariè potest reddi hebraismus, propter uocem οὗτος. Quis dominus iudicij mei? uel, quis habet iudicium meum? uel, quis in potestate habet iudicium meum? id est, quis audeat de me iudicium ferre? uel potius, quis speret, quod palmar ferat, & uictor euadat, si mecum in iudicium descenderit? hoc uocat dominus iudicium sui: accedat, & uideat, quam insanus sit.

9 Ecce dominus Deus: repetit fore, quod dixit, nisi quid explicat, quis sit ille adiutor. Certè ex hoc loco assumpit Paulus illud ad Roman. Si Deus pro nobis, quis contra nos? quis accusabit adversarios electos Dei? Deus, qui iustificat? quis est, qui condemnat? Quid hoc Deus auxiliator dicitur, Paulus; Si Deus pro nobis, quod hic dixit οὐτε, id est, litigando oppugnabit, Paulus dixit, Quid contra nos, quod hic οὐτε, οὐτε, Paulus uero ex quo reddidit: quod est, condemnare, & improbum declarare: opponiturq; Hebreis uero iustificant, absoluunt &c. quaenam hic de Christo dicta sunt, Paulus ad fratres Christi, filios Dei, & electos eius detorrit. nam exemplo Christi non timere, & pro nihilo ducre hominum damnationem, & iudicium debemus. Quae autem sequuntur, huic quoque faciunt. Ecce omnes, quasi ueftimentum &c. quid miseris homunculus ad iudicium uoco? an non manifesta est eorum iustitia: qui, cum sint mortales, & uermium esca, audent de cœlo Dei sententiam ferre: & quem Deus iustificauit, & exaltauit, & redemptorem uniuersorum constituit, non uerentur conuicijs froscindere, & seductorem, & maledictum appellare? Huc facit, quod infra dicitur; Nolite timere oprobrium hominum; & conuicia eorum ne metuatis: sicut enim lanam, sic comedet eos uermis &c.

10 Quid ex uobis &c. conclusio est in his duobus uerbiis totius orationis, & dignissima, quam perfetuò mente uolamus: quasi dicat; Quamobrem ô uiri Iudei, quicunque Deum colitis, non homini iudicium settentis, sed etiam in mediis malis, & tempestibus in Deum confidite: ab eo nunquam recedatis: audite uoces prophetarum suorum, præserit illius serui eius, qui ad uos mittetur, quando redemptionem spectabit. non uos eius manifestudo, & humilitas conturbet: sufficiat seruum esse Dei, dicit ergo eius acquiescentes, sperate, quod redimamini. sunt, ni fallor, prophetæ uoces de Christo, uel potius Christi domini, qui cauſam perditionis Iudeorum præconoscet. Timens Deum, facit timor Dei sanu confilia capere. Audiens uocem serui eius: auscultans I E S V M, quia eum seruum Dei agnoscit esse, quem misit Deus hora cœnæ dicere inuitatus, ut uenirent. Qui ambulauit &c. etiam in medio umbra mortis ambuletis, etiam in uinerba tenebris miseri uideatis, etiam nullam lucem affulgere, sed omnia obscura, temporum, & hominum malitia, quando habite illo

illo seruo Dei pro seductore, & comprehenso, tanquam latrone, & in crucem acto, tanquam impio, ad mentium tenebras notandas, in medio die sol obscurabitur; ne tamen spem, & fidem deseratis, sed in Dei nomine confisi immitimi Deo uestro, sicut Abraham, qui contra spem in spem credit. sciebat enim, quod mortuos posset suscitare. Hoc timentes Deum faciunt: quorum tamen paucissimus est numerus: infidelium autem immensa multitudo: qui, ut non timebant Deum, sic neque vocantem Dei seruum auscultarunt: sed, ut est in euangelio, contumelijs affectum occiderunt. quare in media luce sol eis occidit, & in tenebris remanserunt uisque in bodiernum diem, non enim speravunt in Deum: neque crediderunt, hominem illum I E S V M, aut doctrinam eius quidquam ad redemtionem, quam sperabant, facere. quare ad hos tam conuersus, non sine iritate ait;

11 Eccce omnes uos accendentes ignem &c. uel (ut exigit usus participiorum in forma, quam uocant regiminis) accensores ignis: qui ueluti ex officio id agitis omnibus uestrī actionibus, studijs, sermonibus, nec non & cogitationibus ignem accenditis, ueluti furnis accendendis deputati quidam homines, ferè omnes uos, & Iudei, tales estis, estis etiam Accincti flammis, uel accinſores: uidentur enim esse in forma actiua. Dicit autem uulgatus flammas, pro laqueis, seu manicis, ἡμέραι, quia mox sequitur, in zikot, quos succendiſtis. ex quibus uerbis uidetur flamas, uel quid simile significare: quod ut non reprobo, ita existimo hic uincula ignea designari, per que ignem dannatorum intelligit: nam & uincula sunt, & ignea sunt. quare succendere laqueos dicuntur, qui ignem illum, in quo detinebuntur, studijs suis nutrunt, & fouent. Estis omnes accinctores laqueorum: qui nihil aliud agitis, quam laqueos conficitis, uobisque, & alijs aptatis. uel certè laqueos uocat fasciculos laqueatos, & qui aliquo uinculo constringuntur. uocat ergo eos accensores ignis, & accinctores fasciculorum igni aptorum, id est, fornacarios, & carbonarios, seu lignatōs. hi sunt impiorum omnium tituli: fibi enim ignem aeternum, & fomenta parant iam hic semiadusti, & horridi, ueluti carbonarij. Ambulate. qui timent Deum, & audiunt uocem serui Dei, dum sum in mediis tenebris, innixi Deo suo, & fiduciam non deferentes tandem emergunt, & liberantur: uos uero infideles, & impii magni incendiū domini, & autores incedite in lumine, seu luce ignis uestri, & in luce laqueorum, seu fasciculorum, quos accendiſtis. Quid si uelis, accipere pro in motu, di; Itē in focum ignis uestri, & fasciculorum, quos succendiſtis &c. ad hanc certè lucem emergetis, ignis nempe inextingibilis: uester enim est: uobis eum parasti, ut sit illud euangelij, Itē in ignem aeternum, qui paratus est diabolus &c. De manu mea &c. ego, quem uos, ut hominem scelestum reprobasti, ego uos ad hunc ignem damno. uos enim ipsi dixistis iustum esse: ut rex mitteret exercitus suos, qui homicidas perderent, & ciuitatem illorum exurerent: qui heredem, & dominum uineas occiderunt; ab hoc incendio ad illud transibitis inſto Dei iudicio. quare illic, sicut oues cubabit, uel cubatum ibitis, ad dolores, & tristias: doloribus capit acclinabitis. Hac sunt latera inferni, hac strata, hac cernicalia, nempe dolores: nisi malis, iuxta hebraismi consuetudinem tanquam aduerbum accipere οὐαστόν, ad dolorem, id est, dolenter, seu cum dolore, huic deuenerint impii, & infideles Iudei, qui non auscultarunt linguam illam eruditam, neque refici uoluerunt à Christo domino, quinimum in seruum Dei fuerunt iniurijs, & impij. hac denique est fors impiorum omnium. pluet enim super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis corum.

## Caput quinquagesimumprimum.

Noua.

Vetus.

A TTENDITE ad me sectatores iustitiae qui queritis Iehonam: respicite ad petram, [ē qua] excisi estis; & ad caueam cisternæ, de qua effossi estis.

Respicite ad Abraham patrem uestrum, & ad Saram, que enixa est uos: quia unum uocauit eum, & benedixi eum, & multiplicauit eum.

A VDITE me, qui sequimini, quod iustum est: & queritis dominum: attendite ad petram, unde excisi estis; & ad caueam cisternæ, de qua præcisi estis.

Attendite ad Abraham patrem uestrum, & ad Saram, que peperit uos: quia unum uocauit eum, & benedixi ei, & multiplicauit eum.

Gg iii

Quia cōsolabitur Iehoua, Tcion cōsolabitur omnes siccitates eius, & ponet desertum eius, quasi Aeden, & incultum eius, sicut hortum Iehoua. gaudium, & lātitia inuenietur in ea, laudatio, & uox psaltrij.

Attende ad me popule meus, & natio mea mihi aures accommoda. nam doctrina à me exibit, & iudicium meum in lucem populorum concitabo.

Propinqua est iustitia mea; egressa est falaſ mea: & brachia mea populos iudicabunt: ad me infilæ intente exspectabunt, & ad brachium meum exspectabunt.

Leuate ad calum oculos uestros, & aspice ad terram subitus: quia cæli, sicut fumus, dissoluētūr; & terra, sicut pannus, ueterascer; & habitatores eius ad eundem modum morientur; & salus mea in sempiternum erit; & iustitia mea non prosterneatur.

Attende ad me, qui scitis iustitiam popule, in cuius corde doctrina mea [est:] ne timeatis conuicium hominis; & ab opprobrijs eorum ne confernamini.

Quoniam, ueluti pannum, absumeret eos tinea; & ueluti lanam, absumeret eos uermiculus: & iustitia mea in sempiternum erit, & salus mea in sæculum sæculorum.

Excitare, excitare: induere obfirmationem brachium Iehoua: excitare secundum dies priores, sæcula antiquitatum. an non tu es, quod excidisti Aegyptum; dolere fecisti draconem?

An non tu es, quod exsiccasti mare, aquas abyssi ingentis: quod posuisti profunditatem maris uia, ut transiret redempti?

Et redemptions Iehoua reuertentur, & uenient Tcion cū ouatione, & latitia ater nitatis super caput eorum: gaudium, & latitiam apprehendent, fugient mæror, ac gemitus.

Ego ego sum consolator uester, quis tu, ut timeas ab homine, [qui] moritur; & à filio hominis, [qui, ut] foenum, redditur?

Et obliuisceris Iehoua factoris tui, qui extendit cælos, & fundat terram, & expuescis iugiter omni die propter ardorē presuram facientis, secundum quod se parauit ad perdendum. & ubi [est] ardor presuram facientis?

Festinauit, qui uolubat, ad aperiendum, & non moriatur, ad soueam, & non defecit

3 Consolabitur ergo dominus Sion, & confortabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius, quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortum domini. gaudium, & latititia inuenietur in ea, gratiarum actio, & uox laudis.

4 Attende ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exibit, & iudicium meum in lucem populorum requiescat.

5 Propè est iustus meus: egressus est salvator meus: & brachia mea populos iudicabunt: me infilæ exspectabunt, & brachium meum sustinebunt.

6 Leuate in calum oculos uestros, & uide sub terra deorsum: quia cæli, sicut fumus, liqueſcent; & terra, sicut uelutimentum, atteretur; & habitatores eius, sicut haec in terribunt: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficit.

7 Audite me, qui scitis iustum: populus meus lex mea in corde eorum: nolite time re opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metiuatis.

8 Sicut enim uestimentum, sic comedet eos uermis; & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationem generacionum.

9 Conſurge, conſurge: induere fortitudinem brachii domini: conſurge sicut in die bus antis, in generationibus sæculorum. nunquid non tu percussisti superbum, uulnerasti draconem?

10 Nunquid non tu siccasti mare, aquam, abyssi uehemetis: qui posuisti profundum maris uiam, ut transiret liberati?

Et nunc redempti sunt à domino, reuertentur, ut uenient in Sion laudantes, & latitia sempiterna super capita eorum. gaudium, & latitiam tenebunt: fugiet dolor, & genitus.

11 Ego ego ipse consolabor nos: quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui, quasi foenum, ita arefecit?

12 Et oblitus es domini factoris tui, qui te tendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulat, et parauerat ad perditionem. ubi nunc est furor tribulantis?

13 Citò ueniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet usque ad internectionem, neque

deficit panis cius.

14 Et ego Iehoua Deus tuus concito mare, & fremunt fluētus eius, Iehoua exercituū nomen eius.

15 Et posui uerba mea in ore tuo, & umbra manus meæ operi te ad plantandos cælos, & fundandam terram, & dicendum Tcio ni; Populus meus es.

16 Excitare, excitare: surge Ierusalē, qua bibisti de manu Iehoua calicem ardoris sui faciem calicis tremoris bibisti, exsuxisti:

17 Non habet adductorē ex omnibus filijs, quos genuit: non habet, qui apprehendat manus eius ex omnibus filijs, quos magnos fecit.

18 Duo ecce euenerunt tibi, (quis condolebit tibi?) deuastatio, & fractura, & fames, & gladius: quis consolabitur te?

19 Filii tui obscurati sunt: cubauerint in capite omnium platearum, sicut bos sylvestris illaqueatus, pleni ardoris Iehoua, in crepitatione Dei tui.

20 Iccirco audi, quæſo, hoc inops, & inepti, & non à uiuo.

21 Sic dixit dominus tuus Iehoua, & Deus tuus, [qui] obiurgavit populum suum; Ecce accepi de manu tua calicem tremoris, faciem calicis ardoris mei: non adjicies bipere illum ultrâ.

22 Et ponam eum in manu maiore afficiens te, qui dixerunt anima tua; Incuruare, & transibimus: & posuisti, ueluti terra dorsum tuum, & quasi plateam tranfeunibus.

**I**NDICE ORVM populum superiori capite in duas partes diuferat, in eos uidelicet, qui Deum timentes, seruum eius I E S V M auscultabant; & eos, qui ex exteriori facie rem iudicantes, infernum Dei iniurijs, sibi ignem eternum succendebant. nunc eos tantum alloquitur, qui Christo aures accommodarunt: quibus superiori capite uerſ. 10. patientiam, & fidem suferat. hos hic uocat sectatores iustitiae, & inquisidores domini: qui hoc, ueluti ex officio faciunt: & in hoc tantum intenti sunt, ut quod iustum est, agant, & à domini uoluntate non recedant. ad reliquias ergo illas sanctas conuerit sermonem: iſi enim homines, cūm uiderent populi Indiae impietatem, & ob impietatem, quæ illum absorpsit, calamitatibus, non poterant non mæſti esse: hos igitur sibi attendere dominus iubet, & uerba sua auscultare: quibus animis erigere mæſta uolebat, & spem dare, ut adhuc meliora sperarent. Attende ad petram &c. sicut ex una lapidicina innumeris lapides, sic ex uno Abramō innumerabiles populi prodierunt. Cauernam &c. sicut effundunt aqua ex cisterna, sic filii exuentre Sarā: uideturque allusio esse ad etymon nominis, quo femina dicitur Hebreis, נָרָה. nam uoce נָרָה ab eodem uerbo deducta, id est, cœnea, seu cœnaria utitur. Præcisi. נְרִי propriæ de oculorum effosione dicitur, sed oculus Hebreis scaturiginis aquarum tribuitur, sicut & nobis Lusitanis. quare tanquam de effosione aquarum hoc loco non dure accipi potest.

23 Ad Abraham &c. explicat scripture more, quod obscurius dixerat. Quia unum &c. quid in Abramō considerare deberent, & Sarā, iam exponit, cūm unus tantum esset, & Sarā steri-

- lis, ad benedictionem meam multiplicatus fuit, ut numerum arenæ maris progenies eius equauorit.
- 3 Consolabitur ergo &c. nulgatus pro illatina particula accepit, & sensum non indolens explicavit: habet enim interdum hæc particula Hebreis hanc vim, ut cùm alteri respondet, inclusas collationem, & similitudinem contineat. Cogita, inquit, quòd cùm unus esset Abram, in tantam multitudinem creuerit, ut eodem quoque modo sphaerae tu consolatorum dominum Tzion. repetitur enim uerbum, respice, attende, quòd consolabitur dominus Tzion, in hebr. autem ponitur præteritum ob rei certitudinem. Consolationem uero Tzion exponens, ait; Consolabitur ruinas, seu siccitates eius, sic enim vocat reliquias, qua superfuerunt ex clade, & inenarrabili calamitate, qua opprescit ipsa calamitas, non solum temporali, sed spiritali. nam sicut grassantibus hostibus succinduntur arbores, & remanent stipes non nulli, & trunci; & grassante igne, & collabentibus teclis superflue existi aliquot parietes: ita omnia deuastante impietate, & ob impietatem, milite Romano omnia diridente, & proterente, remanerunt pīj non nulli Iudei, semiuīsi, & quasi nobilis illius adfici parietes exuīsi; & magna illius sylva non nulla uestigia. has siccitates, has reliquias consolatur dominus: quia ex paucis illis, quasi ex seminario quodam uidebunt infinitam multitudinem prodire, & in immensum augeri, ueluti segetem domini. Quid enim mirum, si is, qui ex uno plurimos; ex paucis similiter plurimos germinare faciat? si ex sterili Sara, & cisterna sine aqua educti es̄tis nos, & patres uestrī? si ex senio confecto Abraham non magis ad generationem apto, quam rupes quepiam, benedicente me, effossa est tanta iuñorum filiorum multitudine? ex iuñis quare non nascens plurimi? hoc ergo recognoscere uobis: quia unus, idemque est, qui tunc unum elegit, & nos nunc quoque ex Iudeorum repub. elegit. Quasi delicias. yr̄is nomen esse loci manifestum est: in quo dominus hortum initio mundi plantauit, Genes. 2. hinc quia locus ille longè amenissimus fuit, factum est, ut hoc nomine notaretur amēnitas, & uoluptas, atque delicia. unde & Gracis mutuata uoce ἡρῷον uoluptas dicitur. Opponuntur autem maxime Aeden, & desertum, ut Iobel. 2. Quasi hortus Aeden est terra ante eum, & post eum desertum uastum, in plur. pro deliciis accipit 2. Sam. 1. & Ps. 36. & Ierem. 51. Hoc certè impletum est, quando Galilei homines indotti, ac despecti, ditati benedictione domini, facti sunt, ueluti totius orbis delicia. Et solitudinem eius &c. idem omnino repetit. וְרֹא יְהוָה non planiūm notat, sed loca, in quibus omnia sponte, & promiscue nascuntur absque ullo cultore, à uerbo, quod misere significat. quare hic incultum redditi, in huicmodi hominibus uideres gaudium, letitiam, & Dei laudes, ad hos congregabant ecclesiae, & innumerabiles populi: qui regionem ingressi, & religionem, quam illi predicabant, profesi, nihil aliud sciebant, quam Deum laudare pro tantis beneficiis: introduci enim sunt in terram manantem lathe, & melle. quare laus domini perpetuō erat in ore eorum. Vox laudis. instrumentum uidetur esse וְרֹא: psalterium dicere licebit. Ps. 81. Sumite psalterium, & date tympanum. uidetur & pro Ps. accipi. supra 12. Robur, meus, & psalmus &c.
- 4 Attende ad me. iterum attentionem captat, & alijs uerbis explicat, quod dixerat. Scitis, unde consolatio uentura sit, unde gaudium, & letitiae? Lex à me exhibet &c. de predicatione euangelij est fermo. per hanc enim fides in orbe obtinuit, & predicatione conuocate sunt gentes: quae abiecto peccati ingo, pro cognitione ueritatis celebrabant dominum, gratias agentes Deo, qui de tenebris eos uocauerat &c. ut est apud Petrum: replebanturque gaudio inenarrabili. Iudicium meum. dicitur euangelium, seu predicatione euangelica Dei iudicium: quia in eo reuelatur sensus domini: quid sci licet probet, quid damnet, deinde qui illud recipiū, uiuit: qui non recipiū, ex ipso iam iudicatus est. ut ad hunc locum respxisse uidetur apud Ioannem: dominus, cum ait; Hoc est iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. ergo lux iudicium dici potest, quia damnantur ea mala opera, omne enim, quod manifestatur, à lumine manifestatur. ergo hic iudicium domini in lucem populorum aduentare ait: quia euangelij predicatione damnauit Deus mundi opera; & homines agnoverunt, quid quaque res esset, & quanti unumquodq; faciendum, nisi uel iudicium pro iudicandi potestate acciperet, seu dominio, ut interdum solet. uide uers. sequentem. Requisiceret ad uerbum, quiescere faciam: quod si hanc significationem amplectamur, quam non dubium est habere uerbum γένεται, ut Deut. 28. Inter gentes illas non quiesces, & supra cap. 34. Ibi quiescit lamia &c. sensus hic esse poterit; & iudicium meum in luce populorum quiescere faciam, ut manifestum sit universis populis, & omnes illud perficiant. Sed cum hoc uerbum sit de numero eorum, quæ Hebreis contrarias habent significationes, quod Rabini non aduertierunt; nam significat commotionem, seu conturbationem subitam: possimus uertere, iudicium meum in lucem populorum concitabo, id est faciam, ut momento appareat. quam expositionem uidit quidem Paginus apud Rabinos, sed eam non probat ex aliorum Rabbinorum iudicio, at certè sequentibus congruit.
- 5 Propè est iustus meus, nulgatus iustum, & saluatorem dixit, pro iustitia, & salute: sensus autem

- tem idem omnino est, sive de iustitia Dei, que est per Christum; sive de ipso Christo interpreteris. mihi autem uidetur hoc loco iustitia pro iustificatione accipi debere, ut opponitur damnationi, seu reprobationi. iustificant quidem homines alios homines, item & damnant; sed non raro euénit, ut qui à mundo damnantur, apud Deum iusti sint, & contraria. Vtra uero iustificatio pluris facienda sit, nemo non uidet: & mox propheta aperiet. Dixerat autem, quod iudicium citè afferret in lucem populorum, id ipsum alijs uerbis annuntiat, & explicat. Iam iam adest iustitia mea: iam egressa est salus mea, id est, orta est: isti sunt gaudi, & leticie fontes, & uera consolatione origo, & caput: quo uers. 3. promiserat. Brachia mea &c. brachia pro iuribus, & fortitudine saepe accipiunt sacra littera: & iudicare, pro dominum, & regem esse. quare uidetur esse idem, quod alibi dicitur, & brachium eius dominabitur. Exeram uirtutem meam per predicationem euangelij, & crucis: & illi obediens orbis. Poteris & brachia pro exercitibus accipere, ut apud Danielem. nam predicatores euangelij subegerunt orbem. sed prior exppositio simplicior est. nam crux Christi ubique obtinuit: & ei tribuit uitioriam, & imperium Paulus. ubi ea de causa non sapientes mundi, non eloquentiam, aut potentiam mundi elegisse Deum affirmat, ne euacuaretur crux Christi, id est, ne quod cruci adscribi debebat, alteri cuiquam rei adscriberetur. Quid si brachia dicere uoluit, ut extensionem in cruce insinuaret, & uirtutem mortis in cruce prædicaret? certè qui sic interpretaretur, nihil indignum dignitate prophetica afferret. Exspectabunt. de uerbo τίπητη σύνταξις cap. 28. dictum est. quo significat propria directionem cogitationum, locutionum, & actionum omnium ad Christum dominum: ut pote a quo pendeant Christiani, cuiq; uni placere studeant. Sustinebunt, scilicet expectantes. ergo non solum collationem ad ipsum, & omnium directionem, sed & ab ipso suspensionem notat: electi enim, ut omnia sua in ipsum dirigunt, ita & ab illo animis omnino pendent: eum expectant anxiè, donec ueniat. quae expectatio, et si non nihil discriuat, si pretendatur; secum tamen ineffabile gaudium habet. nam expectatio istorum latitia. ad brachium uero expectare, est imperio Christi obediens, & promptus esse ad quidquid ille iussit peragendum, hoc semper animo agitantes, Domine quid me uis facere? signum mihi da uoluntatis tua, parebo per saxa, per ignes.
- 6 Leuate &c. hæc ad cumulum consolationis, & gaudi faciunt. non breui tempore durabit hoc imperium; sed multò magis stabile est, quam calum, & terra. quare à me iustificari, & per me salutem consequi, omni alteri iustificationi, & salutis preferendum est. Quid autem dicit de dissolutione calorum &c. est, quod dominus in euangelio ait: Calum, & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt. Quid iuuat iustificari, absoluī, iustos pronuntiari ab hominibus citè morituri, si cuius imperium manet in eternum, te damnet &c. Damnabant Pharisei discipulos domini; & ipsi iustificabant se coram hominibus. interierunt Pharisei: perierunt tyranni: oues Christi de manu ipsius nemo abstulit: salutem, quam ille praefixit, nemo labefactauit: iusti sunt, & beati discipuli domini, quos mundus damnabit: qui tanquam purgamenta mundi reputabantur. Cæli liquecent. stultum sane fuerit ea, qua multò instabiliora sunt, quam cali, & terra, pro aeternis commutare: quare sequitur.
- 7 Audite me. ad pios aduic illos eisdem, qui bene affecti erant erga iustitiam, & corde tenebant Dei legem, & statuta, nempe electos ex Israeliis uerba facit. & in eodem arguento perseverans manuetudinem, & patientiam suaderet, ob oculos eis proponens, quam parum durare poterunt hostes eorum, qui ipsos conuiciūs, & consumelij impatiunt: at iustificari à Deo, & salutem eius non interire, hoc fere erat, quod Paulus dicebat, leue, & momentaneum tribulationis sue partis uirum aeterna gloria pondus. quod quia firmiter tenebat, patienter se gerebat. considerantibus, inquit, nobis non quæ uidentur, sed quæ non uidentur &c.
- 8 Confusore, confusore &c. uerba sunt Dei ad seipsum, seu uirtutem suam, necpe dominum IESVM Dei filium, qui & uirtus Dei, & brachium domini dicitur in scripturis. possunt etiam accipi ut uerba propheta, cum iusti illi discipuli domini adhuc timidi essent, & male eos acciperet mundus, uidebatur res postulare, ne tandem disimularet Dei uirtus, neque permetteret impios furem suum exercere in pios &c. Induere fortitudinem, seu obfirmationem dicit hebraismus, pro sumere uires, & fortitudinem, eamque exerevere, ut occultata paulisper patientia, mansuetudine, seu clementia non sentiant hostes, nisi uirtutem Dei, ut in omnibus luceat Dei maiestas, & fortitudo ad eripiendos suos, & perdendos hostes. In diebus antiquis. sensum optimè reddidit: quos autem appelleret dies originis, sive priores, & secula seculorum, aeternitatem, seu antiquitatem, mox exposuit. Noi tu percussisti superbum. in Hebreo est pronomen femininum, quia nomen brachij Hebreis est feminini generis: & ideo etiam participia, quæ excidisti, quæ exsiccasti &c. sunt feminina, & ad brachium domini dirigunt oratio. Superbum. ἀντι est intumescere seu superbire: & nomen significat tumorem, elationem, superbiā &c. sed in plurimis scriptura locis, ut Ps. 87.

- ¶ 89. & supra 30. &c. pro Aegypto accipitur: cuius superbiam propter paucim reprobantur. Vulnerasti draconem. ludit in metaphoris prophet: Pharaonem enim draconem marinum facit, & ueluti in mari dolores parturientis pati, propter ingentem marorem, quo affectus est, cùm reduci super se, & exercitum suum uidit aquas marios. quare uerti, dolere fecisti, id est, parturientis dolores, & nixus pati, ut sit patius herbū. ¶, quam ¶, ¶.
- ¶ 10. Non tu siccasti &c. nota est historia. tunc non nisi uirtutem, & potentiam domini experti sunt Aegypti, & Israelite uiderunt manum ualidam, quam exercuerat dominus aduersus Aegyptios, ut inquit scriptura: erat ergo tunc temporis induitum fortudine brachium domini.
- ¶ 11. Et nunc, nunc, addidit uulgatus de suo, ut manifestior eset oratio, & significaret nequaquam de Israelite egrediētē mari rubro intelligi locum iſlum: ut enim erat pius, & doctus, intellexit respondeſſe dominum animo prophetā, sic se rem habere, sicut diebus antiquis, ut uidelicet eriperentur electi ē tyrannorum furore, non ſolū Israelite illi pauci ex perſecutione Iudeorum infidelium, ſed uniuersi, qui Christo nomen darent, in quos totus orbis coniurare uidebatur, ex hōtiū unguis euaderent, ſicut euaderunt ex mari rubro ſubmersi hostibus non sine ingenti letitia: uenirentque non Tzion illam ſcelestam, & excidio perpetuo dignissimam, ſed uelutram Tzion, eccleſiam primitiuvorum. Super capita, uidetur eſſe metaphora ſumpta à mulieribus, que onera ingentia imposta capitibus deferunt: quod forte & alluit Paulus, cum gloria pondus dixit. Illud interim non præteruendū, quod docte uulgatus redemptos dixit pro redemptiobus: ſicut enim hebraifmus captiuitatem dicit, pro captiuis ita redemptio, pro redemptis.
- ¶ 12. Ego ego ipse: ſic eſt ad uerbum in Hebreo: ſed paucim pronomen pro uerbo substantivo accipitur: ego ego ſum, poſtquam inferuit illam ſuauem promiſionem, quaſi gloriabundus, & de praefito beneficio contentus, ac latus in hac uerba prorupit. ex quibus rurſus ad perſuaditionem patientis redit. Quis tu &c. quaſi dicat, ſi ſic ſe res habet, quod me habes promptum ad redimentum, & liberandum, ſicut olim Israelite, & me habes confolatorem; quis tu, & timebis? (ſic enim habet hebraifmus) id eſt, quare tam malè tibi consulis, ut timeas? quaſi inſinuet nullam prorufi ſubfelle à tyrrannis timendis redemptum, ubi Deum recogitamus redemptorem, & confolatorem: illi enim hostes moriuntur, mortales ſint, occidere corpus poſſunt, & non habent amplius, quid faciant, immo neque occidere poſſunt, niſi approbante Deo pro bono electorum. Quaſi ſenun ita areſcat. hebraifnum uitauit, & per quam docte reddidit, qui ſic habet, & à filio hominis ſenun dabitur. deſt enim relativum, & nota ſimilitudinis, quaſi ſepe omittunt, preſentim cum rem ſimillimam uolunt notare. ego breuius, qui ſenun redditur, id eſt, rediſ ſolet, quaſi ſenun.
- ¶ 13. Et oblitus es: hebr. obliuſciſſis, id eſt, obliuſciſſi ſoles? uel obliuſciſſi poteris? interrogaſiū: obiurgationem autem habet per curſatio hæc. cūn pro te habeas Deum omnipotentem, cali, & terra domini, qui fieri potest, ut tanto potentia oblitus, ab homine, fano ſimillimo, timeas? eſt autem hic nomen hominis ſumptum à miseria. ¶, eaque incurabili: diciturque & filii hominis, ad fragilitatis augmentum, innuiturque, quod ab huic modi obliuione oriretur timor ille, impoffibile enim reputatur, ut qui iuxta ſe habet robustissimum ſodalem, ab hominione timeat, niſi obliuſciſſatur, quem ſecum habeat. Et parauerat. hebr. ſתְּאַבָּדְכִּי secundum quod ſe parauit, uel firmavit: eſtque phrasis, qua nos Lusitani utimur, ſic te habes in timendo, ſicut ille ſe preparat ad percutendum, id eſt, ſtatim ut ille ſe parat ad nocendum, times. Vbi nunc, hebr. & ubi. uerba ſunt domini, iam patratam redēptionem, & liberaſionem ſignificantis, quaſi promiſioneris. ¶.
- ¶ 14. Cito ueniet. Hieronymus de Christo interpretatur, qui cito uenit conculcans hostes, aperiensq; uiam uictorie, qui non interficit uſque ad internectionem Iudeos &c. neque uerionem hanc uulgatam, que certè ipsius eſt, ut ex interpretatione apparet, quis merito reprehendere potest. nam ¶, id eſt, morietur, accepit affiue, & ¶, id eſt, ad perditionem, ſeu foueam, dixit, uſq; ad internectionem. uerum, ut omittam qua alij hoc loco nō ſeo quām tempeſtū afferunt, ſimpliſſimam interpretationem apponere conabor, qua in obscuris locis, qualis hic eſt, placere mihi ſolet. Cūm in fine ſuperioris uerbi de hoſte, qui perſuaram faciebat, & carceribus includebat, rogarerat, ubi nam eſet hic; breuius expoſit, quām iam non premat, immo mutatus ſit in amicum. Festinauit, inquit, uolator. ¶, quite, tuaq; omnia uolatibat, & proſternebat; festinauit, inquam, ad apereſſendum, ſeu ſoluentum, ut non moriatur, id eſt, ut quem detinebat captiuum, ſoluat, & non moriatur, festinauit, inquam, ad foueam, in qua detinebatur captiuus, quem ille conculcauerat, & ei. cibum ministrabit largiter. Iam ſiquis de huicmodi expofitione dubitet, is meminerit uerbum ¶, eſſe idem, quod uolat, uel ſe, uel alia. quando autem aliena ingreditur hoſlis, dum ſcrutatur, omnia trahit, uolat, proſternit: quaſi quidem actionem notat hoc uerbum metaphorice; propriè enim de elutriatione uini è dolio indolium dicitur: unde Ierem. 48. hoc particípio uisus comparat hoſtes iſtis transuſoribus

- transuſoribus uini: ſed inde ad alias uolitationes tranſerunt, ut cūm dicitur apud cundem Ieremiam, quod ſub omni arboſe frondosa ¶, uolitatibat ſe meretrix illa, ubi uulgatus, Tu proſternebaris meretrix. uide inſrā cap. 63. uerſ. 1. Et non deficit panis eius: quod non ſolū ei aperiet, ſed affatim ad uictum neceſſaria ſuppeditabit: uel ſic, ¶, viuor perſuaram facientis? quaſi dicat, ni bil plane efficit. festinanuit quidem uolator ad aperiendum, id eſt, euaginandum gladium, & non morietur iſ, in quem gladium ſtrinxerit: festinanuit item ad perdiendum funditus, & non deficit panis eius, quem perdeſſe festinanabat: quid ergo egiſ ſuror perſuaram facientis? nihil prorsus. at ego &c. ¶, uau, pro aduocatiua particula accepit non male uulgatus. at ego, coſcio mare, & uno pendere.
- ¶ 15. Et ego &c. nau, pro aduocatiua particula accepit non male uulgatus. at ego, coſcio mare, & uno pendere.
- ¶ 16. Posui uerba mea in ore tuo: uerba ſunt ad Christum dominum, cuius fortitudinem predicaueſſat in ſuperioribus, expetens, ut eam refuſeret: quod factum iam fuſſe cecinit. iam quo nam pacto id factum fuerit, ostendit. Non ſolū autem hic personam Christi intelligas, ſed etiam eos, per quos dominus locutus eſt, qui paulo ante timebant ab homine mortali, & includebantur propter metum Iudeorum: hos nuntios ſuos fecit dominus; his os, ac ſapiencia dedit, praciptions eis, ne cogitarent, quo modo, aut quid loquerentur: daret enim illis, quod ante reges, & praſides loqui deberent: hos protexit, & fauore ſuo operuit: tandiu enim eos manere in ciuitate preecepit, quousque induerentur uirtute ex alto. haec eſt umbra manus Dei. Forte hic eos gladium eſſe Dei ſignificat, cuius acies, quam Hebrew uocant os, acuta eſſet, ſicut uerbum domini, quibus, ueluti gladio accinctus, qui ſub brachio collocatur, per totum orbem incederet. Ut plantae celos: per plantationem, & fundationem celorum, & terra, intellige coniunctionem iudicis, id eſt ſpiritalis orbis, & regni Dei; cuius fundamenta Christus, & Apoſtoli iecerunt, multoq; admirabiliorum, quām hunc, qui oculis carnis certiuit coniuerentur. Cogita autem, quanta ſit dignitas, celos; ac terram creare; aut quantum dignitatis habeat, homines coniuertere a peccatis, & ad Deum adducere: hoc etenim eſt colum plantare, & terram fundare: quod ſtatim designat, cūm ait; Ut dicas ad Sion; Populus meus eſt tu: loc eſt euā gelium, Deū habere uelle in terraſ populum, id eſt, ut Tzion, qua uidebatur derelicta, & deserta, ſit congregatio ſancta. Certe ſi Tzion eſt populus Dei, ubi ubi terrarum eſt populus Dei, eſt Tzion. adde, quod in his uerbis manifeſtū inſinuat Tzion eſſe pauculos illos, qui ex Iudeis electi ſint, & euaferrunt ex tempeſtate infidelitatis. Quid, queſo, eſt dicere Tzion derelicta, & deserta, quod ſit Dei populus, niſi quod à Deo per prophetas de felicitate, & restauratione Tzionis dicta ſint; in eis complenda ſint, qui ex ciuitate illa prodierunt, ex quibus in unam fidem congregatis, populus Dei efficeretur? quare iam illius ciuitatis calamitatem ob oculos ponit, ſimil & restaurationem, ac dignitatis recuperationem.
- ¶ 17. Eleuare &c. ſine excitare: qua hactenus depreſſa fuſſi, nec ſtarre poteras, iam tempus eſt, ut animum reuſas, maxorem deponas, ita planè factum appetit, quando deletis prop̄ Iudeis, & ciuitate cuera, & rep. penitus abolita, ſubito florere caput ecclieſia ex Iudeis congregata, & per Iudeos undiq; collecta. haec certè eſt eleuatio, haec erecțio, et excitatio, haec readiſatio, et restauratio Tzionis, & Ierusalem. Bibifti. familiare eſt Hebreiſ, cuiusq; portione, & quod cuiq; contigit, ſine letum, ſi ue triste, calicem appellare, & conſuetudine coniuerorum, in quibus ſingulis ſingula uafa, quibus bibent, apponebantur, calix itaque ira eſt, quem Deus iratus propinat, cuiusmodi ſunt fames, peſis, bellum. Soporis. uerbum ¶, id eſt, lancea ex fraxino. inde nomina duo tremorem ſignificantia. Zeph. 12. Ecce ego pono calicem tremoris: & Pſ. 60. ubi editio Latina habet; Potasti nos nūno compunctionis. dicitur autem calix tremoris, qui tremorem, & concuſionem membrorum inducit: cuiusmodi ſunt ueneſetae, & frigidae potionis. Uisque ad facies. ſenſum reddidit: id enim eſt exuſgere calicem. omittitur autem in Heb. conuincio, & exuſſiſi: quo notat omnem indignationem domini ſuper Iudeos effusam, neque ullum calamitatis genus defuſſe, ſed extreſum malorum perpeſſos fuſſe: quod in ultima euertione contigisse teſtis eſt Iofeſphus, ut alios mittam.
- ¶ 18. Qui ſuſtentet. uerbum hebr. propriè ſignificat, ducere preeundo, & adiuuando, quod ſenibus, cacciis, & debilitibus obſequium preeſtamis, preeſtum parentibus filij: quod mox repetit; qui aperebant manum &c. quare non male uerbo ſuſtentandi reddidit uulgatus. ſignificat ergo in ea Ieroſolymitanā uaflatione nihil obſequij à filijs suis accepiffe illam rem pub. nam ipſi met eam deuafabant, & mutuis caſibus ſeipſos interimebant, & maiora damna ab internis ſeditionibus accipiebat ciuitas, quam ab ipſis hoſtibus, ut ipſi met filij perditionem matris accelerarent, & in ruinam eius coniurasse uiderentur: quod certè etiam ad calicem ira pertinebat.
- ¶ 19. Vaſtas, & contritio. deuafatio, atque contritio, ſeu confractio, pro uno computantur: al-

- terum autem famem, & gladium intellige fuisse. duo ergo erant, (ut alijs verbis esset) ciuitatis ruina, & ciuium clades, aut ex fame, aut ex gladio: que duo si coniunguntur, nihil superest ad cumulum misericordiarum, que ciuitati possint obuenire. Consolabitur. in Hebreis est forma prima persona, Consolabor: unde Hebreus quidam, Cum quo consolabor te? sed forte & pro iodi possum est, ut recte vulgatus accepit.
- 20 Filii tui proiecti &c. explicat, quid fames, & gladius agant: sub dio iacent filii tui, aut animam pra fame agentes, aut vulnibus confosci. Proiecti. qd' Hebreis est obscurari, obtungi. ergo dicere possimus, obvoluti sunt, ut Genes. 38. & Cant. 4. sed quia transfertur ad animum, meroe confecti sunt, reddere poterimus. obscuratur enim cor, & nigrescit humore tetro. Ezech. 31. Amos 8. &c. Bestia. נְתָן, sive נְתָנָה Deut. 14. In eum conceditur, tanquam animal mundum: bocum sylvestrem dicunt esse Hebrei, quem urum, alij turonem esse putant. certe retribus capitur: ubi interdum iacet irrectus, non solum aeris, sed canum, & uenatorum iniurijs expositus: tales fuerunt in illa ultima uastatione Iudei, est quidem נְתָנָה nomen retis: pro boue autem, retis uitato hebraismo, feram illaqueatam dixit vulgatus, quem fecutus sum.
- 21 Paupercula &c. iam ad consolationem deuenit, & nonnibus misericordiarum eam compellat inopem, & omnium ope defitum: cui nemo respondet clamanti, seu opem imploranti: ebriam, seu inebriatam, seu perfusam indignatione domini, ut superiori uersu dixit.
- 22 Qui pugnat in populo suo: bebi. ad uerbum, Litigauit populum suum: vulgatus in bonum accepit: sed uidetur ex alijs locis in malum posse accipi. Ego ipse, inquit, qui calicem tremoris propinavi, iam calicem auferam de manu tua, ut iam non exerceam iram meam in te, sed in hostes tuos. nouam enim Tzion, & ecclesiam suam ingenti semper studio, & fauore prosecutus est. quod si aduersa patiuntur electi, in ipsis tamen gloriantur; neque meroe affliguntur; neque iratum dominum, sed amantem reputant, qui filios corripit, ut feruet. Quod si spiritalem felicitatem ecclesie Christi uidere uis, lege caput sequens, de hoste uero pertransiente per Ierusalem, uide uersu primo sequentis capituli,

## Caput quinquagesimum secundum.

Noua.

Vetus.

**E**X CITARE, excitare: inducere firmitudine tua Tzion: inducere uestibus decoris tui Ierusalem ciuitas sanctitatis. quia non adjicet uenire per te ultra praeputium habens, & contaminatus.

Excute te de pulucre; surge captiuitas Israelis: soluta sunt uincula colli tui captiuam filia Tzion.

Nam sic dixit Iehoua; Gratis uenundati estis, & non cum argento redimemini.

Quia sic dixit dominus Iehoua; In Aegyptum descendit populus meus in principio, ut peregrinaret ibi: & Aslur pro nihilo defraudauit eum.

Et nunc, quid mihi hinc? (fidelis sermo Iehoua) quia ablatus est populus meus gratias: dominatores eius ululare faciunt, (fidelis sermo Iehoua) & iugiter omni die nomen meum blasphematur.

Iccirco scier populus meus nomen meum, iccirco in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

Quam

**C**ONSURGE, confunge: inducere fortitudine tua Sion: inducere uestimentis gloriae tuae Ierusalem ciuitas sancti. quia non adjicet ultra, ut pertransiret per incircumcisus, & inmundus.

Excute te de pulucre, confunge, sede Ierusalem: solue uincula colli tui captiuam filia Sion.

Quia haec dicit dominus; Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini.

Quia haec dicit dominus Deus; In Aegyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi: & Aslur absq; ultra causa calumniatus est eum.

Et nunc, quid mihi est hinc dicit dominus: quoniam ablatus est populus meus gratias: dominatores eius iniquè agunt, dicit dominus: & iugiter tota die nomen meum blasphematur.

Propter hoc sciet populus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

Quam

Noua.

Vetus.

Quam speciosi [sunt] super montes pedes annuntiantis, & praedicanis pacem: euangelizantis bonum, praedicantis salutem, dicentis Tzion; Regnauit Deus tuus.

Vox speculatorum tuorum, leuauerunt uocem, pariter ouabant: quia oculo cum oculo uidebunt, cum reduxerit Iehoua Tzion.

Resonate, ouate pariter siccitates Ierusalem: quoniam consolatus est Iehoua populum suum, redemit Ierusalem.

Nudauit Iehoua brachium sanctum suum ad oculos omnium gentium, & uiderunt omnes fines terrae salutem Dei nostri.

Discedite, discedite: exite inde: conta minatum ne tangatis: exite de medio eius: mundi estote delatores uisorum Iehoua.

Quoniam non cum festinantia exhibitis, & cum fuga non ibitis: ibit enim ante uos Iehoua, & qui colligit uos Deus Israels.

Ecce gnauiter ager seruus meus, exalta- 13 bitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde.

Sicut obstupuerunt super te multi, sic un- 14 &io aspectus eius praे uiris, & forma eius praefiliis hominum.

Sic asperget gentes multas, super ipsum contrahent reges os suum: quia ipsi, qui bus non fuerat narratum, uiderunt; & qui non audierant, intellexerunt.

15 Iste asperget gentes multas, & super ipsum continebunt reges os suum. quia, qui bus non est narratum de eo, uiderunt; & qui non audierant, contemplati sunt.

**C**ONSURGE &c. libertatem filiorum Dei, & ecclesia Christi a peccato, & ijs, quæ peccata consequuntur, canit iam prophetæ: interim tamen explicat, que sit Christi redemptio. quemadmodum enim redemptio spiritualis fuit, sic et Tzion reparatio spiritualiter accipienda erit. Conjurare, inquit: multis est in hoc propheta, sapiusque idem repetit: quo non solum affectum suum, & exultationem animi sui explicat, uerum etiam quam concidisset cor piorum, quam abiessent animum Israelite, quam desperare fuissent res ecclesiæ, quam denique præter opinionem mutata iam es- sent rerum uices, intelligimus. ubi etiam animaduertere oportet, quid quemadmodum brachium domini superius alloquebatur, & incitabat, ut refusim fortitudine, uirtutem suam illam tot facilius contestatam exereret; ita nunc ipsos, qui redimuntur, ut fortitudinem, & animi firmitatem omnibus collectis uiribus induant, excitare miris modis conatur: & primò quidem ut uestibus pretiosis, quibus in diebus latitia ostentationis gloria sua uti confueissent, induantur. Neq; mireris, quod apparente brachio domini cum uirtute, ac fortitudinem exrente, homines ad refuendas quoque ui- res excitet: quandoquidem uiribus redemptoris, uires nostras accommodemus, oportet, ut fructuosa in nobis sit redemptio, quæ desidibus, & in utraque aurem dormientibus nihil commodi afferat: emen- tibus uero, & torporem excutientibus, mirum dictu, quanta hinc gloria, quantus decor, & dignitas nobis accrefet. Ciuitas sancti, seu sanctitatis, id est, sancta. profectò si terrenam felicitatem, aut iucunditatem decantaret, nequaquam sanctitatis nomen apponret; sed antiquitatem, dignitatem, diuitias, multitudinem, ac pulchritudinem ciuitatis commemorasset: uerum quia ad sanctitatem erat redemptio, eius tituli meminit, qui penè deletus fuerat, & iam iam erat restituendus. quis enim unquam ad temporalem iucunditatem inuitauit quempiam, sanctitatis nomine praefixo? Quia non adjicet &c. non amplius ab hosibus deuastandam ecclesiam hæc significat, duraturam eius integratatem, & pulchritudinem, nempe ut nulla amplius redemptio expectanda sit, hoc notat transitus in-

Hb ij

IN QVINYAGESIMVM SECUNDVM CAP.

circumcisorum, & contaminatorum: quo nibil peius habeat carnales Iudeos in civitate illa terrena. sed, ut hoc secundum carnem accepta, mentibus carneis laxa sunt, quia tamen nunquam futura sunt; ita secundum spiritum iis, qui non in carne ambulant, suauissima. Dixerant hostes, Incurvare, ut transcamus: quo significabat propheta extremam misericordiam, & durum imperium. eramus enim, velut nulla mancipia: prout ducebamus, ibamus, inquit Paulus: at iam conuersa sunt omnia, & non ultra incurvabitur, non ultra seruierius, non ultra iules erimus, sed hostibus potius illudemus; & serpentes, & scorpiones calcabimus, si uolumus.

2. Exutere &c. ex his uerbis intelligere poteris, quales fuissimus, & futuri eramus absque Christo. Finge animo captiuos vinculis ferreis detentos, humili cubantes, squalore, ac pedore confectos, & cetera his similia: certè nunquam aquabis fortem eorum, qui Christo carent, & ab eius redempzione sunt extorres: multò enim peiora, multò duriora in animo patiuntur: nam terræ adhærent: terram comedunt: ut qui terram sapiant: propter quam tantummodo nati uidentur: quare nibil, nisi terra sunt, quid si affectus, quibus ducuntur, consideres, quæ uincula, qui carceres, istis possint comparari? neque tantum gentes hac seruitute premebantur, sed & ipsi Iudei: neque enim erat, qui faceret bonum, ne unus quidem, ut est in Ps. quare omnes indigebant gratia Dei. inuenti enim sunt & ipsi Iudei peccatores, ut dicitur ad Galatas: sed Deo gratias, quid puluerem excusimus, & uincula abiciimus &c. Sede. יְהִי interpretantur ferè omnes cum uulgato, quasi sit imperatiuus à uerbo יְהִי. sed quid sibi uult, surge, sede? certè interpretationem non abiçio; sed uocem hanc pro nomine accipi posse affirmo à uerbo נָשַׁבֵּן, quod frequenter occurrit, & captiuitatem notat, id est, captiuos: ut Num. 21. & suprà 49. Amos 4. &c. eritque quem in uersione habes. Solue. מִנְחָת aperta sunt, id est, soluta sunt. & licet sensus idem sit, malui tamen in tertia persona dicere. nam ab alio soluta sunt nostra uincula: quibus solutis, & confractis, iam surgere, & ambulare, iam puluerem excutere possumus.

3. Quia hæc dicit &c. iubeo, ut exciteris, induaris pretiosis uestibus, annuntio solita iam uincula: quia sic dicit dominus; Gratus uenundati estis &c. δοῦλοι gratis, sine causa, temere: sed quia sine argento dicit redimendos, gratis quoque uenditos quadrat, ut dicamus, nullus fuit uenditor, nullum fuit pretium, uenditi estis in iniquitatibus uestris (ut suprà dictum est.) quare etiam sine argento redimemini. Nolnū dicere. Et gratis redimemini: licet enim non corruptibilis: auro, & argento redempti sumus, nequaquam tamen sine pretio, coquæ inestimabili, pretioso uidelicet sanguine agni immaculati, nos quidem nibil perfoluiimus: qui tamen pro rebus uilissimis nos metipos uendideramus; & legitimo domino subtraxeramus: ille uero, que nos rapimus, exsoluit, & pro nobis pretium dedit: disciplina enim pacis nostra super eum, & liuore eius conciliata est nobis sanitas, ut dicitur cap. sequenti. Et sine argento. hebraismum retinui, quod facilis esset, & non cum argento, uel in argento redimemini.

4. Quia hæc dicit dominus &c. explicat exemplo populum sine argento redimendum: quasi dicat; Seminiūtne, quid olim egerim, quando populus meus descendit in Aegyptum, ut in Aegypto perigrinaretur? nam adacti fame è terra Chanaam illuc profecti sunt: mortuo autem Iosepho, rex natus, qui illum ignorabat, eos ut captiuos habuit atque tractauit, quia igitur immerente opprimebant populum meum, descendit tunc temporis, ut oppressum iniqua seruitute eum liberarem: non enim potui sustinere, aut aquo animo pati clamorem, qui ad aures meas ascendebat, at nunc quid moror? an non graviori seruitute premitur? descendam ergo, & liberabo. Hic est germanus horum uestrum sensus, & de mysterio incarnationis est sermo: rumpantur licet Iudei, & Rabmi. Et Assur. ferè omnes, quos uidi, de captiuitate per Abyrios, seu Chaldaeos interpretantur, propter nomen Assur: ego certè tantum de captiuitate Aegypti sermonem esse puto. nam ualde imperfectus esset sermo, si secundum hoc membrum de alia captiuitate loqueretur. Descendit populus tuus in Aegyptum, ut peregrinaretur ibidem, quid inde? sed quid alij sentiant, omitto. Assurum itaque uocari existimo. Tharao nem propter potentiam, & crudelitatem: erat enim ueltati in prouerbio nomen. Assur, ea tempestate, ut ex lectione prophetarum apparet, qui hostes populi Dei illorum populorum nominibus solent appellare, quia Iudeis infensi fuerant, adducit autem exemplum captiuitatis huic, quia similior erat captiuitati, de qua erat sermo. Ut ibi inquit, peregrinaretur, descendit, non ut hostis, non ut noceret; sed, quod tunc licebat, fecit: ibi uero positus uim passus est, & eum defraudauit Tharao absque ulla causa. si enim aliqua fulset, eam certè Tharao suis exposuisset, cum consilium eorum opprimendorum imbat: uidemus autem cum suis nibil nisi timores quoq[ue]d inanes exponentem, uidelicet ne si ingrueret bellum, adderetur inimicus: cuius tamen rei nulla erat probabilis suspicio. absque ulla causa ergo, seu pro nihilo defraudauit eos, ut legis initio Exodi.

5. Et nunc. id est, nunc autem quid mihi hic? quid nam hic habeo, ut non idem faciam, quod tunc feci?

IN QVINYAGESIMVM SECUNDVM CAP.

fecit quid me morabitur? inserit autem (fidelis sermo Iehona) quod solet facere in rei certitudinem, praesertim cum mysterium tractat: ob quod bis in uno hoc uerbi confirmationem repetit; ut attentionem capiat, & uerba penitus implicere faciat. Quia ablatus est populus meus gratis. uidetis, ut infistat uerbi similitudinis? Assur gratis oppresit: nunc quoque gratus abactus est populus mens: id quod suprà dixerat; Gratus uenundati estis. Nihil commeruerat homo in diabolum: nasceremur quidem omnes filii ira: uerum id ex alieno peccato contrahebamus: adde, quod electi omnes morti tradebantur, & captiuos detinebantur, etiam si pientissimi uitam duixissent: nec sat erat, quod gratis abacti essent, nisi Dominatores eius inique &c. quia indigna eam patenter peccatores à dominis suis, uix uerbi explicari potest. & ut cetera omnium, quis ignorat Pharisaeorum, ac scribarum superstitiones, traditiones, & studia? cum turpi lucro omnes studebant, & quastui omnia deseruerint, quas non iniquas leges conderint, quid iniustis omittent? lege quintum & 10. capituli prophetæ. Eadem uerisimile est pertulisse per torum orbem plurimos, qui, ut præordinati erant, ad uitam aeternam, ita etiæ interdictum recti, equique erant amantes: quare & non bene accepti ab inpiis; immo postquam Christo nomina dare ceperunt, grauiissima perpepsi sunt electi. ad quodcumque egitur tempus hæc referas, uerisimila sunt. uerum sub id tempus, quo Christus dominus in mundo aperte paruit; omnia occupabat uis, & dolus. Ceterum, quod uulgatus dixit, Inique agunt, Hebrais est hoc loco uerbum. בְּרִירָה, id est, uulare fecerunt: uidelicet ob uim, quam inferebant, & iniustiam, quam exercebant. quare uulgatus secundum morem Hebraeorum cauissimæ pro effectu posuit. Scito autem, quod licet non repatriari, nisi in illa forma; sepe tamen neutrum est, ut Ierem. 47. Zach. 2. 1. & suprà 13. Ullate &c. quare sic reddere possumus, dominatores eius uulant, ut sit similitudo sumpta à feris, ut puta lupis, qui noctu predæ expertentes pro fame uulnus edunt, infestos igitur, & quasi hostes populi notat magistratus. Et iugiter &c. non raro queritur dominus de Iudeis, quid inquietarent nomen eius, & blasphemare facerent nomen domini &c. quo uniuersorum scelerum pelagus scriptura notat. quare de illis potissimum hoc intelligentem puto, è quorum tyrannie Dominus uero Iraelitas liberavit: malè enim tunc audiebat nomen domini, non purus, nec sanctus, neq[ue] sceleru inimicus putabatur à plurimis, qui uidebant eos, qui nomine seruorum Dei insigniti erant, omnis generis sceleribus imbutos, ac contaminatos. Huic quoque rei additæ affuerationem (fidelis sermo Iehona). uiam non minus certum erat, Deum ob bonitatem suam uoluisse mundo subuenire, quam indignum fuisse mundum ea misericordia. nam, ne inimici essent, filius Dei ad nos seruandos descendit, & pro inpiis mortuis est. Hic est fidelis sermo, & omni acceptance dignissimus, quod dominus I E S V S uenit in hunc mundum, ut peccatores saluos faceret &c. in quibus uerbis ad hunc locum Iesaiæ repxisse, uidetur diuinus Paulus: ubi etiam se blasphemum fuisse fatetur.

6. Propter hoc. partim eò, quod gratis ablatus est, partim quia male eos accipiunt dominatores eorum, partim propter conuicia; quæ in me coniuncti. Propter hæc, inquam, sciet nomen meum, id est, illis adero, & meam uirtutem in seipso experientur. Est autem phrasis Hebreæ, scies nomen meum: quia & nos Lusitanū uimus tam in bonum, quam in malum, id est, scies, senties; quantum. initium autem habuit hic loquendi modus ab invocatione regum, aut magistratum, quos solent invocare, qui ab aliis uim paruntur: sicut etiam apud nos ad invocationem regis mox adiunxit auxilio plimi. Bis autem in Hebreo habetur. בְּרִירָה, id est, icirero: icirero sciet populus meus nomen meum, icirero in die illa, pro sciet, inquam, in die illa. quamvis Hebrei hoc alterum ad sequentia refringant. Quia ego ipse &c. quid sit fære nonen Dei, hic habes. Adsum, inquit: optime enim uulgatus hebraismum, Ecce ego, hoc uerbo reddidit. Ego, qui olim loquebar, cuius non sciebatis nisi uerba, promissiones per prophetas, iam adsum, certè si de uirtutis presentia tantum loquatur, etiam olim adfuerat. de persona igitur intelligentius est locus. uenit enim dominus ad nos: cuius nomen scimus: cuius fortitudinem experti sumus: qui nos eruit de potestate tenebrarum multò felicius, quam olim Iraelitas ex Aegypto: qui olim loquebatur in prophetis, locutus est nobis in filio, ut iam prophetis non opus sit nobis. O miseris Iudeos; qui ut hanc ueritatem non agnoscunt, ita neque cum loquentem audiunt, neque uenientis auxilio gaudent, ob quod palpant in meridie, quasi in tenebris.

7. Quam pulchri &c. si aduenisset dominus, non autem fuissent, quæ deo annuntiarent, quis nam, queso, credidisset? quomodo enim credidissent sine predicatione? inquit Paulus ad Rom. 10. ubi etiam locum hunc in hanc sententiam adducit. quare cum dixisset se adesse, mox de predicatoribus euangelicis addit, Quam pulchri &c. uerbum τὸν gratiam notat, & dicitur de rebus, quæ inuitant, & allicunt ad anandum, ut de genis sponsæ Cant. 1. & Nahum 2. Negatur de superbo, quem comparat ebrio: opponit itaque turpi, et indecoro. laudat autem pedes euangelizantium redemptorem per Christum factam, eo quod pedibus itinera conficerent, & nuntium de regno in regnum deferente. pedes itaque habere oportet euangelicum predicatorum non minus, quam eruditam lingua, ita

ut quoad eius fieri possit, & Romæ cum Paulo paratus sit euangelizare, & usque ad fines terra Christi nomen deferre. Videant, qui euangelizandi munere ad delicias abutuntur. Notandum uero est, quod cum nihil minus decorum sit in homine pedibus itinera consciente, quam ipsi pedes: istorum tamen decorum admiratur, non solum ut gratiam in nuntio, atque euangelio esse intelligas, uerum etiam, ut totos speciosos esse sciamus eos, qui euangelium prædicant, adeoq; speciosos, ut ad pedes usque gratia percurrat. quid enim non decorum, & speciosum in homine uideatur, qui Deum reconciliatum homini, Dei filium in terris regnare, multis comparatis fratribus, & remissione peccatorum concessa, adoptionem in filios Dei annuntiat, & se testem tantæ miserationis, & largitatis oculatum esse testatur? Placent uerba, uultus, pedes denique speciosi uidentur, & tantum non pro diis sibi punitur. hinc existimo manasse ritum illum laundi pedes sanctorum in primitiva ecclesia, de quo loquitur Paulus.

Super montes, montium meminit, quod de Tacione sermonem instituebat: que & in montibus sita, & in vicinis montibus speculos, & speculatores habere conueuerat: qui que uiderent, celesti cursu nuntiarent per montana currentes. conuenit autem mysterio. nam super montana Iudeæ (ut est in euangelio) diuulgabantur omnia illa, quæ in conceptione, & ortu Ioannis Baptiste acciderant. adde, quod è locis arduis melius audiuntur uoces. neque prætereundum est, quod non sunt speciosi pedes, sed neque ora eorum Euangelistarum: qui non super montes sunt, sed humilia, & iacentia settantur. quare & super montem adiutata ciuitati comparantur, & lucerne super candelabrum constituta: quorum lucem uidentes & opera, homines glorificant patrem, qui tam speciosos homines, & decoros creavit, & terris donarit ad aliorum salutem. Annuntiantis, & prædicantis. duo uerba sunt Hebreis hoc loco sine coniunctione, quorum posterius est clara & intelligibili uoce loqui: prius uero est idem, quod euangelizo: unde nonen bisrah idem, quod Latinus, & Græci euangelium uocant, quasi bonum factum, ac luctum nuntium, ut 2. Sam. 18. & 2. Reg. 7. aut primum, quod pro leto nuntio datur, ut 1. Sam. 4. & Paulus in eo epistole ad Rom. loco, uerbo euangelizandi reddidit. est autem Hebreis caro, ut non desint, qui dicant uerbum inde sumptum, & esse, quasi mollia, & sucula nuntiare. Pacem, bonum, salutem. tria sunt nomina, quibus ea significantur, quæ euangelij prædicatio complebitur. his autem uniuersa felicitas continetur, & corporum, & animorum, reconciliato enim Deo, & effusa super nos diuina bonitate, cuius participatione fugantur uitia omnia, & uirtutes renouantur interius, quid ultra desiderandum est? quod si uno uerbo uniuersam uim complectantur: Tacion regnauit Deus tuus.

hinc pax, hinc bonum, hinc salus, immo hoc est omne bonum, quod transire fecit Deus coram Moysi. nam reuelauit ei Deum in homine, cuius tamen non nisi posteriori uidiit, uel quid posterioribus temporibus id futurum esset, nel quid anteriori parte, id est, qua Deus est, uideri non poterat ab homine. hoc ergo est euangelium. Regnauit Deus tuus: non diabolus, non peccatum, non mors, & infernus, non iudex, aut quispiam rex similis illis, quos iam habuisti, sed Deus ipse, qui est sapientia, & iustitia, & sanctificatio. Hac est euangelij prædictio, quæ tota mysterium quoddam continet, nempe Deum apparuuisse in carne, Angelis conspicuum factum, hominibus prædicatum, & a gentibus, & toto orbe creditum, & suscepsum, & tandem cum gloria in celum assumpsum. Iuuat hic meminisse, quod cum olim petiuerunt Israelitæ regem, dixit Deus, quid se abiessent, ne super eos regnaret: nam habentes per duces, & ministros suos eos gubernauerat. quam curam ob ingratitudinem ab eis auferendam significabat. euangelium hanc gratiam restitutam prædicat, ut primo huius prophete cap. dictum est.

Vox speculatorum tuorum: id est, hac est vox speculatorum tuorum: hoc indicant speculatores tui, qui super montes sunt: hoc significant: hoc, inquam, est euangelizantium uox; Tacion regnauit Deus tuus. Lenauerunt uocem: hanc uidelicet, quam dixi: regnum itaque Christi non summissum, aut pauidè, aut quasi rem tristem annuntiabant; sed ueluti, qui letum nuntium afferunt. Simil laudabant: non contenti nuda rei annuntiatione, laudes addunt, ut auditores ad celebrandam Dei magnificentiam prouocent. decet ergo præcones euangelij, mysterio Christi recte affectos, non frigida tam letum nuntium annuntiare. Quia oculo ad oculum. עֵינָיו עֵינָיו oculus cum oculo: qui hebraismus apertam, & clarum uisionem, ac familiaritatem notat. dicunt enim Hebrei, ore ad os loqui, & oculos cum oculo uidere, pro familiaritate, & confuetudine uti. hebraismus hunc paulò apertius exstulti Ierem. 34. Oculi tuū oculos regis Babel uidebunt; & os eius os tuum alloqueretur, pro. Venies in confutum regis, & te coram alloqueretur. eadem phrasis est, Facies cum facie. Exod. 33. Deut. 5. & 34. &c. significat ergo speculatores Tacionis, & prædicatores illius boni nuntij ipsum regem oculis suis confuturos, & familiariter allocuturos, & testes futuros oculatos eorum, quæ diceret, & faceret rex ille. unde in euangelio huc respiciens dicebat: Vestri beati oculi, qui uident &c. & Ioan. Quod uoluit ab initio, quod uidimus, & perspeximus, & manus nostra contrafruerunt. denique si hac uerba prophetæ cum illis conferas, quæ dicebant Apostoli in actis, non possumus, quæ uidimus, & audimus, tacere;

tacere; uidebis idem omnino hic, atque illic significari. hic enim tanquam causa exaltationis uocis eorum, & predicationis assignatur, quia oculo cum oculo uidebunt: sed quando? Cùm conquererit dominus Sion, seu quando reduxerit dominus Tacion, id est, testes aderunt, & oculis suis apicent dominum reducentem Israëlitas. quod suprà dixerat regnare Deum, hic uocat reducere Tacion. Viderunt certè Apololi Christum regem conuersioni Israëlitarum totis uiuibus incumbentem, ipsiq; ex Israëlia erant, quos dominus ore suo uocauerat, ac reduxerat: ipsi uiderunt in crucem sublatum, & morte sua de morte triumphantem: testes denique fuerunt resurrectionis, & in celum ascensionis. quare tacere non poterant, quin dicerent: Regnauit Deus tuus: aduenit Meßias tuus: I E S V S ipse est Meßias: is redditu a potestate peccati: neque est aliud nomen sub celo, in quo posset quispiam saluus fieri. id significabant, & predicabant, quoconque ibant.

9 Gaudete, & laudate &c. cùm terra habitatoribus uacuatur, lugere dicitur, & omnia in solitudines, & deserta rediguntur: at restitutis, gaudere, & letari. omnia itaque in Israele, occupante impiate, spiritualiter deserta erant, & terra calore solis adustæ & exsiccatæ simillima: adueniente autem redemptore, & rediectis filiis ad prudentiam, & fidem iustorum patrum, gaudere, & letari ueretur. Attende Christiane lector, quid etiam si redemptio spirituialis fuerit, res tamen est gaudio, & iubilo dignissima: ob quā non ciuitates modò, sed & ipsa deserta a merito exultent, & pariter cum ipsis uerbi Dei præconibus festos choros ducant, peruadet enim, & penetrabit annuntiatio euangelij ipsa etiam deserta: neque erit regio adeo steriles, que non satione uerbi germinet, & exultet. non enim à participatione diuina gratia excluduntur extremi in populo, & ignobiles: neq; in Christo I E S V illa est distinctio, aut personarum, quā uocant, acceptio. Quia consolatus est &c. consolatio populi Dei, & redemptio Ierusalem idem omnino sunt. Simeon expectabat consolationem Israëlis, quia expectabat redemptorem: antonomastic enim illa tantum dicebatur consolatio. adde, quid absque redemptione, quæ nam posset esse uera consolatio? quid si apud Iudeos, quorum bona pars corporalem tantum redemptio nem expectabat, obtinuerat hac opinio, ut aduentus Meßiae, consolatio Israëlis diceretur: cogitemus, quā indignum sit, ut Christiani mundanas consolationes consolationum nomine dignentur.

10 Parauit dominus &c. sensum expressit vulgatus. nam uerbum queri denudare notat: quod uulg. Ierem. 49. uerbo discoperiendi reddidit uerj. 10. & Ierem. 13. uerf. 16. uerbo nudandi &c. Cùm ad quidquam operi faciendum preparamus, brachium nudamus: ideo parare dixit interpres. Dicit autem brachium sanctitatis sua, seu sanctum suum: nam nihil sic sanctitatem Dei nostri mundo commendauit, quā exhibito unigeniti filii Dei. in hoc intelleximus, quanto odio omnem immunditiam peccati Deus odit: cùm, ut nos immaculatos, & irreprehensibiles redderet, filium suum mundo dedit, & tam dira pati uoluit. uel brachium sanctitatis nudauit, id est, uim sanctitatis sua exercuit: qua potuit hominem ex immundo mundum, ex peccatore sanctum facere. Hoc est Dei benedicti, & sancti brachium, quod oculis omnium gentium uisibile apparuit. quod enim priori membro dixerat, posteriore quoque repetit. Et uiderunt omnes fines terra salutare, seu salutem Dei nostri, id est, saluatorem, quem misit oculis carnei uisibilem. licet enim tantum in Iudea ueritas fuerit, non latet: sed si totus mundus illuc conuenisset, oculis suis omnes illum uidere potuissent: & tandem credentes illis, qui uiderunt, oculis fidei uiderunt, & salutem percepserunt. Hac addidit, ne quis cum cæcis Iudeis in superioribus uerbis, Consolatus est populum suum, redemit Ierusalem, ad Iudeos putaret tantum pertinere Meßiam, & redemptionem eius.

11 Recedite &c. ad eos, quibus reuelata fuerat uis sanctitatis Dei, id est, filius Dei, qui erant dispersi per totum orbem, uidetur esse sermo: ad quos tamen loquitur, quasi loqueretur cum Iudeis detentis in Babylone, ut supra cap. 48. uerf. 20. quare cùm hic dicitur, Exite de medio eius, in hebreo est relatum feminini generis. uel certè, cùm præuidisset propheta Ierusalem ipsam, impiate, & omni genere scelerum contaminandam, ipsos Israëlitas, qui ueram Tacion efficiebant, paucos illos, qui Christo credituri erant, alloquitor, ut cauerent à fermento Pharisæorum, & Scribarum, ut deferrerent impianam Ierusalem, & recederent à contaminationibus eius. quare nomen ciuitatis noluit apponere, ut mysterium calaret; sed relatum pro antecedente posuit, quod præcesserat uerf. 9. Quod autem illis dicit, omnibus dicit, uidelicet ut recedant ab iniuitate, & peccato omnes, quibus innotuit Christus. ob quod Paulus, cùm scriberet ad Corinthios, ne iugum ducentur cum infidelibus, quod nihil commercij haberet iniuita cum iniuitate, & lux cum tenebris, & templum Dei cum idolis, nimis ad hunc locum respiciens, dit 2. Cor. 6. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam uos. Ergo, ut uniuersalem admonitionem accipiamus, Pollutum nolite &c. allusio est ad legem, in qua tactus rerum immundarum interdicebatur; alioqui immundi, & tangentes ipsi iudicabantur: cuiusmodi erant cadavera, menstruata femme, occisa a feris &c. quæ omnia immunditatem peccati significabant: a qua ualde remotos esse suos multe

- dominus. Mundamini, qui fertis uasa: allusio item est ad purificationes, quae indicebat dominus Luitis: quorum erat deferre uasa tabernaculi, & res cultui diuino dicatas de loco in locum transferre: nos autem, ut ex loco dicit Apostolus, templum Dei sumus, & corpora nostra, & animi nostri sicut spiritus sancti: ob quod praecepit Apostolus alio in loco, ne ea contaminemus. Nescitis, quoniam corpora uestra membra sunt Christi: tollens ergo membra Christi, feciam membra merecritis? absit. an nescitis, quod membra uestra templum sunt spiritus sancti, qui in nobis est, quem habetis a Deo, & non estis uestris? enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore uestris: membra itaque uestra sunt uasa: seu instrumenta Iehoua mundos ergo nos esse inbet, tanquam huius templi Letitas, & ministros eiusdem cultus, quem intra nos exhibere debemus Deo.
12. Nonnam non in tumultu &c. manifestum est alludere hic prophetam ad exitum de Aegypto: de quo dicitur Deuter. 16. Quoniam ἐξῆλθεν εγενέσθαι επί την Αἴγυπτον, ubi vulgatus nomine pavoris reddidit: reddit autem eo loco Moyses rationem, ob quam eximios panes deberent comedere in festo paschatis, nempe ut meminerint egressionis ex Aegypto, in qua quia se quasi furtim suberahebant: & maxima erat acceleratio, non potius panis fermentari, notat autem uox celarem subtrationem, seu subductionem, qualis est pre meta fugientium. hic autem uidetur reddi ratio, quare debent mundi esse delatores uasorum sanctorum, quasi spaciū habeant ad purificationem faciendam, & maculas omnes delendas. Non est hostis, qui urgeat a tergo: & si surgeat, dominum habemus ducem, qui tutos nos reddat. quid si nihil aliud hoc significent, quam non esse hunc recessum corporalem, & visibilēm: quasi dicit, praeceptio munditiae, & separationem ab omni contaminatione: quandoquidem spiritualis est ista discessio, & non similis egressioni ex Aegypto, aut ex altera quoniam capititate, in qua nulla habetur ratio sanctificationis animorum: quod tamen in hac maximè attenditur: nam ductor noster est Iehoua: & qui nos, tanquam ones colligit, est Deus noster. Quo in loco certè alludit ad eam corporalem munditiam, quam in castris exigebat dominus: quandoquidem omnes fordes corporales efferriri inebebat, & terra operiri: & qui nocturno polluebantur somno, extra castra secedere inebebantur. dominus enim, inquit Deut. 24. Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, ut eruat te, & tradat tibi iniurias tuas, & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fidelitatis, ne derelinquat te &c. quasi hec sic accipiendo sint: brachium sanctitatis sua nudauit coram uobis. discedite ergo ab omni iniuritate, & nullo peccato contaminemini, sicut qui defercerant uasa templi, ab omni immunditia corporali abstinebant: nam liberatio hac non est similius liberationi ex Aegypto, sed animorum est, & spiritualis: in qua debet haberi ratio peccatorum, & sanctificationis spiritus. Deus enim ipse est dux noster, & dispersos suos congregat, & ut pastor, ad se colligit. quem sicut sussum in his verbis aperit Paulus: optimus prophetarum interpres, in eo loco 2. Corinth. 6. ait enim ex Leuit.
26. Inhababo in illis, & in ambulabo: & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi in populum. propter quod exite de medio eorum, & separamini &c. Vides nihil, nisi tantum ordinem uerborum inuersum? Paulus ait, Deus inter nos, ergo separamini, & sitis sancti: Iesaias uero, separamini, & sitis sancti, quoniam Deus praeedit nos &c. Congregabit: participium est in hebreo, a uerbo, quod colligere significat: colligens uos, uel collector iuester, dicitur autem sepe hoc uerbum de gregibus: de castris etiam dicitur Num. 10. de contaminis autem, cielis extra castra, cum renocarentur, dicitur Num. 12. postea colligentur, de exercitu etiam dicitur supra cap. 13. quoniam autem istorum modorum uerum est, dominum colligere suos, id quod apud Iohannem dicitur, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum, & alias ues habebet, quas oporteret adducere: & apud Paulum 2. Cori 7. si separarentur ab immunditiis, ipse suscipiet eos.
13. Ecce intelliget &c. hanc eandem rem magis explicat, & qua ratione futurum erat, ut colligerentur filii Dei dispersi, nempe per Christum, qui formam serui haberet, expandit: de quo primo ait, quod διάβολος considerat, & prudenter rem faciet, seu gnatior se geret: sicut de David 1. Sam. 18. dicitur: quod gnatior agebat, uel se gerebat praे reliquo omnibus seruis. Saul & quicunque, eum mitteret Saul ad quem locum fortis hic est allusio. erat enim David typus Christi iam tunc. est autem sermo de Christi actionibus, & conseruatione: & qua sequuntur uerba, uel de gloria, & honore, quem, dum uiueret, habuit a populo propter diuina opera, & diuinam beneficentiam, quam exhibebat mortalibus, accipienda sunt, uel etiam de gloria, quam post mortem per euangelij predicationem, & fidem gentium sicut consecutus.
14. Sicut obstupuerunt &c. vulgatus, & ceteri omnes, quos uidere licuit, hic, & que sequuntur, hunc in modum accipere uidentur: quod quemadmodum ob miracula, quo Christus patruuit, plurimi eum admirati sunt: ita plurimi quoque eius mortem, & ignominiam conficerent: non tamen propterea impediretur redemptio; sed reges & gentes, plurimi eum postea adorarent &c. quam interpretationem non solum non reprehendo, sed excolgo, quod sit sanctorum patrum, & fere ab omnibus recepta.

recepta, adeoque & ab ipsis Rabbinis: è quorum numero doctus quidam sic ad uerbum reddidit; Quemadmodum admirati sunt super eo multi, sicc corruptus plus quam uiri aspectus eius; & forma eius, plus quam filiorum hominum, sic loqui faciet gentes multas &c. ego tamen propter nodos, quos non ita bene soluebam, aliam interpretationem afferre non sum ueritus, quod non minus haberet pie-tatis, quam superior, & magis hebraismo quadrare uideretur: quae duo ubi simul reperiuntur, non est, quod quisquam uereatur noua adducere: & primò quidem uerbum טבָשׁ, quod plurimis locis in scriptura legitur, nescio, an dabunt, uel unum locum, ubi in bonum accipiatur: sed neque participia, neque nomina, quae multa sunt, sed omnia afflatum sonant, quem emittere solemus propter malum aliquod ingens, aut culpa, aut pena: quare uerbo desolandi, deserendi, & nominal nominibus desolati, & uastitatis reddere solent: adeo, ut quod habetur infra 54. Quoniam plures filii patre reddiderit: quare & hoc loco in malam partem accepi pro afflare, seu statim emittere uidelicet propter deformitatem, inaudita tormenta, grauissimosq; cruciatu: & quidem uerbis stupendi, seu ad mirandi reddi posset, sed, ut dixi in malum. Dictio uero, טבָשׁ, quam perditum, seu inglorium uertunt, à uerbo טבָשׁ, id est, funditus perdidit, si dicamus mem, esse radicalem, quasi sit à uerbo טבָשׁ, id est, unxit,unctionem, seu unguentum significabit, ut Exod. 25. & Leuit. 7. Hec est unxit Aaron, & Exod. 30. Oleum unctionis, sanctitatis: quasi dicat, quemadmodum multi super eum obstuperunt, seu fibilarunt, uidentes crucis ignominiam; sic unxit aspectus eius erit prie-niro, id est, p̄a alijs, ut sit quod Ps. 45. legitur: Vnxit te Deus tuus oleo exultationis p̄a consortibus tuis. & forma eius p̄a filii hominum sit, quod eodem psalmo legitur; Speciosus forma p̄a filii hominum, uel nomen forme à nomine unctionis regatur, & idem bis repetatur: Et unxit forma eius p̄a filii hominum. Dicit autem Hebraeus unktionis nomen gratiam, menustatem, letitiam. unde ungere caput, uel faciem prouerbialiter dictum p̄a letari. adeo, quod iuxta proprietatem Hebraici sermonis שְׁאַלָּה, quando ei respondet יְהִי, potest reddi, quanto magis, tanto magis, ut Exod. 1. Sicut affligebantur, sic multiplicabantur: uel quanto magis affligebantur, tanto magis &c. Sicut redidit vulgatus. possumus ergo reddere, quanto magis super eum obstuperunt, eō maior erit gratia aspectus eius &c. qua interpretatio superioribus uidetur conuenire. nam cum dixisset, Exaltabitur, eleuabitur, sublimi erit; posset quis obijcere, quid? an non capietur? an non conspicitur? an non flagellabitur, & morti ignominiosissima adiudicabitur? subiicit ergo, nihil haec obstabunt: sicut enim illa uera sunt, sic nullus ei in decoro, aut gratia conferri poterit: nam etis ex infirmitate crucifixus est; uisit tamen ex uirtute Dei, sicut & nos infirmi sumus in illo; sed uiuimus cum eo, ex uirtute Dei in nobis (ait Paulus 2. Cor. 13.) Vides, ut apud Paulum uiuere in Christianorum pectoribus, & fide, infirmitati crucis, & morti opponatur: ita tamen, ut simul sint; neque alterum alterum destruat: omitto, quod sic despiciens, & pro portento habitus à plurimis, habet suam gratiam alijs: usq; adeo ut neque altam formam pulchriorem, aut quam maiori cum uoluptate aspiciant, & contemplentur, quam crucifixi formam. Sic, sic, inquam, omnes homines gratia, & pulchritudine superabat. 15. Hic asperget. in heb. repetit uero eadem uox similitudinis יְהִי, sic: & sensus iuxta vulgatam editionem hic est. Etsi p̄a alijs hominibus despiciens, & uilis habitus sit; redimet tamen gentes plures; lauans eas lauacro uita &c. idem omnino dicendum est iuxta nostram uerionem: sicut super eum obstuperunt multi ob ingentem humilitatem; sic multo plures sanguine suo asperget, & mundabit &c. uel si crucifixus, sic ludibriu habitus, & uelut portentum, & prodigium admirationi exposuit redimet, reconciliabit, initio per sanguinem suum federe, & confirmato: ut allusio sit ad afferentes illas, que fiebant in lege ex aqua, & cineribus uacc a rufa. Vide Num. 19. & alias languis aspersiones, que aspersio istius, de qua Paulus ad Hebr. 12. & Petrus prima epistola cap. 1. mentionem faciunt, figura erant. principie tamen ad illam reflexisse existimo, quam habes Exod. 24. quam Paul. ad Hebr. 9. diligenter enarrat, ut sanguinis Christi aspersi figuram. Continebunt reges &c. sicut Hebraeus aperire os super aliquem, est contumeliosè debacchari in aliquem, ut Iob 16. & Ps. 109. estq; audacia, & procacitatis symbolum, seu inuercundia, ut Ezch. 16. ita continere, seu comprimerre os, est pudoris, & subiectio, penitentia, & interdum admirationis. Admirabuntur, inquit, reges, & obstupefcunt, neque loqui audiebunt quidquam aduersus Christum, eius; religio nem, quando uidiebunt, quod nunquam anteua audierant; & intelligent, que in mentem eorum nunquam uenerant, quis enim, ubi intellexisset, unde in homine interna bella, & ad uitia, incitamenta orum habuissent, ac tandem mors, & qua cum morte habent affinitatem, ex Dei uera bonitate profectum, ut filius dilectionis sua homo factus, nos sanguine expiarer, Deo reconciliaret, mentes sanaret, aires restitueret, ad uitam iter ostenderet, & patifacaret, non obstupefceret, non cogitabundus obmutaseret? &c. si uero יְהִי pro quoniam accipias, exposicio, & ratio est eius, quod dixerat; Asper-

get gentes multas, & reges super rebus eius obstupescunt. Dixi uero gentes multas: nam non solum Iudea, sed uniuersa nationes, quibus nunquam fuerat quidquam de Christo redemptore narratum, uidetur; & qui nunquam audierant, intellexerunt hoc mysterium. est autem sermo de gentium fide, & conuersione, his enim uerbis de hac re solent propheta loqui, ut infra cap. 56. initio: & in hanc sententiam adducitur locus a Paulo Rom. 15. Sic enim predicaui euangelium hoc: non ubi nominatus est Christus, sed sicut scriptum est: quibus non est annuntiatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent. qua certe Apostoli expositione contenti esse debemus. Vide autem pulcherrimam antebensem: multi exsufflarunt; at gentes plurimae quoque apergentur ab eo, & mundabuntur: illi ob humilitatem obstupescunt, & sufflantes uultum auertent; at reges etiam super eum, & ob eius dignitatem os contrahent. hoc ergo & in nobis sentimus, quod in Christo I E S V, ut (sicut ex Paulo superius dixi) contenti simus, si cum Christo infirmi simus, modo & in ipso, aut cum ipso uiuamus ex uirtute Dei, neque nos conturbet externa deformitas, humiliations, & ignorinia: habent enim haec suum deorem, & gratiam prater illam, qua postea obueniet, gloriam, & aeternam felicitatem.

## Caput quinquagesimum tertium.

Noua.

Vetus.

**Q**VIS credidit, auditui nostro & brachium Iehoua super quem reuelatum est?

Et ascendit, sicut surculus coram eo, & sicut radix de terra siccitatis. non forma ei, neque decor: & uidimus eum, & non aspectus, & expertiuimus eum.

Despectus, & cestatio uirorum, uir dolorum, & expertus aggritudinem, & quasi absconditus facierum ab ipso: despectus, & nihil aestimauimus eum.

Verè aggritudines nostras ipse leuauit, & dolores nostros portauit: & nos putauimus eum tacitum, percussum Dei, & ope destitutum.

At ipse dolore affectus est a transgressionibus nostris, & contritus ab iniquitatibus nostris: disciplina integritatum nostrarum super eum, & cum luore eius sanitas est redditia nobis.

Omnes nos, ueluti pecudes, errauimus: quisque in uiam suam faciem uertit: & Iehoua incurrere facit in eum iniquitatem omnium nostrorum.

Abaecus est, & ipse ope destitutus est, & non aperuit os suum: tanquam pecus ad matrationem ducitur, & sicut ovis, qua coram tondentibus se obmutescit, & non aperte os suum.

A turba, & a iudicio pertractus est: fasculum illius quis explicabit? quia decisus est è terra uiuenter, a transgressione populi mei, plaga eis.

Et

**Q**VIS credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatum est?

Et ascendit, sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra siccitatis: non est species ei, neque decor: & uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.

Despectus, & nouissimum uirorum, uir dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus uultus eius, despectus, unde neque reputauimus eum.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum, quasi leporum, & percussum à Deo, & humiliatum.

Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter sceleris nostra: disciplina pacis nostra super eum, & luore eius sumus.

Omnes nos, quasi oues errauimus: unusquisque in uiam suam declinavit, & posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrorum.

Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem duceretur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

De angustia, & de iudicio sublatus est: penetrationem eius quis enarrabit? quia abscessus est de terra uiuentium: propter factus populi mei percussus eum.

Et

Noua.

Vetus.

Et posuit apud improbos sepulcrū eius, & apud diuitem excelsa ipsius. cùm uim non fecisset, neque dolum in ore suo:

Iehoua tamen uoluit contundere eū cruciato. Si posuerit piaculum, animā suam; uidebit semen, prolongabit dies: & beneplacitum Iehoua in manu ipsius proficiet.

Post laborem animā suā uidebit, saturabitur per cognitionem sui iustificabit iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

Iccirco disperiat ei: cum magnis, & cum robustis diuidet spolium: eò quod nudauit morte animā suā, & cum transgressoribus annumeratus est: & ipse errorē multorum leuauit, & pro transgressoribus intercescit.

Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. eò quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius:

Et dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longævum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur.

Pro eo, quod laborauit anima eius; uidebit, & saturabitur. in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

Ideo disperiat ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis repatuatus est: & ipse peccata multorum tult, & pro transgressoribus rogauit.

**M**ANIFESTORIA sunt uiris Christianis, qua hoc capite continentur, quā ut expostionem requirant: neque in tota scriptura uideo, quibus plus Iudei torqueantur. nam quod se uertant, nesciunt: ad aperta enim de gloria Christi oracula facile est Iudeis respondere, non dum impleta esse: unum etiam, aut alterum uerbum, quod propheta de passione domini inserunt, alijs rebus accommodare non est ualde difficile hominibus, ad fingendum, atque mentiendum parati simis. At integrum unum caput, in quo tota Christi domini passio, quasi ab Evangelista quopiam describitur, ut neque quid Iudei illius temporis eggerint, neque caesse, quod talia passus sit, abscondantur; adeò luculentem, immo uerbera, iudicium, mors, sepultura, locus, socii denique, latrones aperte pronuntiantur; alteri quād Christo accommodare quis poterit? quare consilium mihi fuit, ferre nihil eorum, quae impīj Iudei hic somniant, & suo more singulare, apponere: nam quidquid dicunt, ab ipsis prophetae uerbis mendaci comincuntur: quia uero quād pertinaces essent, & quantum in cruce Christi scandali zandi forent, praesidit Ieslaus: iocingo, sic aufficatur de passione domini sermonem; Quis credit auditiu nostro? qua uerba, nisi ea Paulus ad Rom. 1. c. & Ioannes 1. 2, ad probandam Iudeorum credentium paucitatem adduxisset, admiracionem eorum, qua dicere uolebat, continere putarem. Q uoties quisque, inquit, fidem adhibuit ijs, que a nobis audiuit? id est, paucissimi credent, quod Christus dominus Meſias ille, quem exspectamus summa cum dignitate, & amplitudine regnaturum, hoc, quād iam disturus sum, passus sit, uerbū enim crucis Iudei est scandalum. Aptissime autem Iudeorum infidelitatem commemorat, siquidem gentium conversionem, Iudeorum uero stuporem, & emisionem flatus cum abominatione, horrore, & detestatione attigerat in fine præcedentis capituli: ut autem cauſam, seu occasionem pótius infidelitatis annullit, rem totam narrat. Et brachium domini cui reuelatum est? uidelicet ex Iudeis: nam de gentibus superius dixit, quod nudasset dominus brachium suum in oculis omnium gentium, & agnouissent termini terra salutem Dei nostri; & quod qui non audierant, intellexissent: agnouimus enim in cruce, & morte brachium domini, & uirtutem crucis in mundi conuersione sensimus: ac nihil sic potuisse mundum Dei obedientia subiungare, quam Dei filium pro homine hominem factum, & pro hominum amore passum luce clarius perceptimus, Iam uero quod hebraismus habet, super quem, Ioann. cap. 1. 2, reddidit, cui, quem locum, ut dixi, adducit, ut Iudeos non creditorum offendere. negant ergo illi hominem crucifixum esse, brachium domini: nos uero nel propter hoc illi fidem adhibuimus. illi extra uineam eum cicerunt: nos extra vineam positi, cum uel mortuum suscepimus, & salutem, quam operatur brachium sanctitatis Dei, leti experti & celebramus, & misericordias in eternum cantabimus.

2. Et ascendit. uerbum ascendi, passim tribuit hebraismus herbis, plantis, & omnibus, que è terra producta augmentum acipiunt, & sursum eminent. Virgultum pīm surculus tenet, & qui, ueluti latens, succum attrahit, fugitq; sifit, aut radicus. Coram eo: nempe Israele, coram ipsis Iudeis. Et sicut radix: wv radix, eti propriæ ea pars plantæ, aut herba, que sub terra latet, dicitur; accipitur tamen abusivè pro ima parte rei, adeoq; & pro ipso trunko, qui ex ra-

dice oritur, immo & pro ipsa planta, ut suprà cap. 11. atque ita accipendum hoc loco puto. Et ter rae sicuti, uel siccitatis, id est, siccá: quod tam uirgulto, seu surculo, quam radici, seu planta connecti debet. Hic incipit narrare, quam occasionem arripiure Iudei, ne Christo crederent & brachium domini non agnoscerent, etiam si nudaretur, & uisibile in carne apparceret: in ipso statim suo ortu, ac pueritia similis fuit in oculis Iudeorum surculo, seu frutici orienti in terra, qua humor carnis: cui non est illa species, forma, pulchritudo, aut decor: huc enim ad ipsum surculum referenda sunt iuxta hebraicum. Notum autem est, quam parum uiroris, aut pulchritudinis habeant plantæ, que in arenosis regionibus oruntur. contrà uero habent plantæ, que iuxta aquas plantatae sunt. nido harum colationem apud Ierem. 17. Natus est autem dominus I E S V S ex paupere uirgine, priuatamq; uitam duxit trigesita annos, humilis, & ignotus, ut fabri filius, inter homines egit non diutius, non honoribus, non nobilitate clarus, licet ex regibus ortum duceret. huc accedit, q; neque seta erat Pharisæus, aut Sadduceus, sed ut quisvis alius è media plebe in Galilea regione ignobilis; ex qua nihil boni oritur sperabant, cum paupere matre, & Iosepho fabro degebat. ascensit ergo, sicut surculus è terra siccâ in oculis Iudeorum, quare sequitur. Et uidimus eum, & non erat affectus, & desiderium eum. quod duobus modis accipi potest, primo, & desiderauimus, id est, ut desiderarimus, seu expeteremus eum: sicut surculus, aut planta, qua specie, & decore caret, non expeditum, neque desideratur, cum uidetur; sic nos uidentes I E S V M non putauimus esse brachium domini, quod humilis, & abiectus esset, neque habere uideretur, cur eum pro Meſia, & redemptore uellemus. ex primis autem prophetis in se sensum populi. secundo, eodem tamen ferè sensu, ut illud, & quod præcedit uerbū, desiderauimus, cum præcesserit negatio, iuxta hebraicum, pro, neque accipiatur: quasi dicat, & uidimus eum, & non affectus ei, & non desiderauimus eum &c. uulgatus uerbum cum sequentibus nominibus construxit. sensus tamen, quem apposui secundo loco, planus est, & innuit occasionem simplicis sua infidelitatis, quod cum sine affectu uidissent, ac propterea eum non desiderarent pro Meſia, quod humilis esset. Vocat autem hebraicus formam non nunquam τέντω, id est, uisum, seu affectum: quid que formosa sunt, oculos obliccent; & non habere uisum, pro deformem esse. Cùm ergo Iudei essent auari, deformis eis erat paupertas: cùm essent gloria cupidi, & dignitatum ambitionis; deformis eis erat humilitas &c. neque enim de delineatione uultus, aut corporis deformis erat sermo, licet enim proceræ stature esset Saul, & melior omnibus: filii tamen Belial eum despicerent, ni fallor, ob ignobilitatem, & paupertatem.

3. Despectus, uel despctus erat, uel fuit: exponit præcedentia: ecce quid est esse sine affectu: erat despicio in oculis hominum, nulla earum verum, quas mundus magnificat, conspicuus, atque insignis. nam ipsa eius scientia, que in pretio esse solet, quod eam non didicisset, scandalus erat eis; & insaniisse eum putabant consanguinei eius, ut est apud Marcum; neque sine animi indignatione, & supercilie dicebant; unde hic litteras scit, cùm non didicerit? Nouissimus uirorum: hebr. cœfatio, uel cœffator uirorum, id est, ultimus, & finis, seu nouissimus uirorum, ultra quem non amplius uir, omnium minimus. de se enim dicebat, quod minor erat in regno colorum: & ita accepit uulgatus. poteris etiam cessationem uirorum, seu abstinentiam interpretari, à quo uiri abstinerent, & cuius familiariate uti degnarentur. ea enim fuit condicio eius in terra, ut nobiles uiri iacturam sui nominis, & dignitatis facere putarentur, si eum adiessent. quare & Nicodemus ad eum nocte accessit, & nemo ex principibus in eum credebat, & maledictam turbam dicebant, que illi adhærebant, & esse discipulum eius, maledictum, seu maledictione dicebant. Virum dolorum. idem ferè est, quod sequitur, qui sciebat infirmitatem, id est, expertus: nam defatigabatur; itinera pedibus conficiebat; inedia, & siti laborabat; flebat sepius; ridebat nunquam: & cùm intus zelo Dei astuaret, uideretq; nomen Dei uilipendi, ius, & fas pestiferni, hypocrisy rerum habenas manu tenere; suspiria trahebat: ex uultu, ac uerbis, quod amaro esset animo, credebat. uel simplicius, Vir dolorum, & sciens infirmitatem, id est, doloribus expositus: qui, quo eos arceret, non haberet. Abconditus uultus eius: hebr. & quasi absconſio facierunt ab ipso: ut sit periphrasis lepra sine cum uulgato, sine cum Hebr. legas. nam & leprosi operire solebant faciem, & qui eos habebant obuiam, idem facere conseruerunt. sciendum tamen Hebrei abscondere uultum, esse non solum, faciem uerte, aut alia re operire, sed etiam auertere. Et despectus. coniunctionem addidit uulgatus: potest sequentibus connecti. Despectus fuit, & non reputauimus eum, id est, nullo honore dignum duximus: hoc enim est Hebraicuſ. εὐτὸν.

4. Verē languores nostros &c. ego aliam huius loci interpretationem non afferam, quam Matthæi, qui 8. cap. cùm infinitam multitudinem agrotantium, & male habentium à Christo domino sanatam narrasset, addit, ut impleretur, quod dictum est per Iesum prophetam dicente; Ipse infirmates nostras accepti, & agrotiones nostras portauit. est enim iuxta hebraicum, leuare interdum

idem,

idem; quod auferre, ut Iob 7. Quare non leuas iniuriam meam? & multis alijs locis. quare, ut ex uerbis Euangelij appareat, uerbum ἀλλας non pro, super se suscipere accipendum est, sed quasi manu apprebendere, ut ab eo, qui habebat, auferre: quo modo uerbum καὶ. Hebreis non raro accipitur: quo etiam hoc in loco accipendum existimo. nā qui alterius onus accipere dicitur, aut leuare; non propterea necesse est, ut super se illum tollat: ut sic etiam accipi possit illud Ioannis. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi: ubi uerbum καὶ ad abluendas labes peccatorum accommodandum est. nam sanguine illius agni expiatum. abluebat autem Ioannes corpora, cum hac diceret in Iordanis. qua re uim natuam agno ιη̄tis inesse significat. sordes peccatorum eluciuntur: satisfactionis autem domini I E S V P̄ pro nobis, & quid p̄sonas querit pro nobis, peccata nostra sibi imputando &c. infra dicitur uers. 5. & 8. & 11. ad quos postius, quam ad hunc respxit Petrus, cum ait; Q; n̄i peccata nostra ipse portabit in corpore suo super lignum &c. eodem quoque modo significandi accipendum est hoc loco uerbum portandi: quod ἀλλας. διδicunt. nam εἰσὶ propriæ de gestatione onerū dicitur: eo tamen interdū tanquam synonomo uerbi καὶ, id est, lenauit, uentur. accipitur ergo pro exportare, & quasi sublatum extrā cicerere, & auferre. Quasi leprosum. uide mundi iudicium, cum ille aggritidines, & dolores auferret, non ut medici, sed ueluti si manu acciperet, ac proiecet, aut exportaret, nos tamen caci Iudei (borum enim personam induit propheta) eum, ueluti leprosum, & à Deo percussum reputauimus. Pro leproso est in Hebr. tactum. quia forma loquendi utimur & nos Lusitanis; cum ingentem plagam, & que non natura uito, sed peculiari Dei immisione cuenerit, significamus. unde Iob 19. se manu domini tactum dicebat. quare pro lepro accepti uulgatus. Humiliatum autem dicit pro ope destitutum. nam hæc est significatio uerbi πάπας, quod contraria habet significaciones, ut iam non semel annotauit. Hac iam de passione domini accipienda sunt: cuius illi etiam scirent se autores esse; credebant tamen impossibile esse hominem quenquam tam diri pati posse, nisi à Deo esset destitutus propter ingentia sceleris. unde deridebant eum in cruce pendentes, quod uane in Deum sperasset. Hic autem insinuat propheta insignem malitiam, & ex malitia cæcitatem, quod non concrecent oculis in uirtutem illam sanandarum infirmatum, aut in beneficentiam illam, qua omnes oppresos suis à morbis, sive à diabolo sanauerat; sed in tormenta, que cum pati uidebam, que tamen ipsi met ex iniuria in eum excogitauerant. in quibus rursus non hanc malitiam, & inuidiam contemplabantur, sed occulta Dei iudicia rimabantur, quasi Deo peccata sua imputarent, & non se, sed Deum ipsum tantorum scelerum, & inuiditatis auctorem putarent. bac puto de causa prophetam hoc uerbi, & Christi beneficiam, & pro posterum Iudeorum iudicium coniunxit. Sed dices, quid ergo iudicandum fuerat? respondet;

5. Ipse autem uulneratus est &c. potest etiam esse à uerbo οἴμη iuxta diuersitatem punctorum, id est, profanatus, seu uim passus est. Propter: hebr. à transgressionibus nostris, id est, propter: ea enim interdum est uis prepositionis τοῦ, ut Pro. 25. Tropter frigus, et 27. Propter consilium &c. seu pro transgressionibus nostris: quasi dicat, non eum percutit dominus, ut imp̄i sufficiantur, propter ipsius peccata, quod seductor esset &c. sed pro culpa nostra, pro peccatis nostris illa pertulit. uel simplicius, ab iniquitatibus nostris, id est, nostris illis iniquitates ligno affixerunt &c. sensu eodem, quod magis explicat, dñm ait; Disciplina pacis nostra &c. ut integri essent res nostra, & nobis bene esset, & in sancta pace, tranquillitate, & felicitate uitam ageremus, placuit ipsi, ut correptionem illam, uerberis & plaga, quia nos commeruit eramus, filii si sciperet: nos ergo, qui eramus inimici, & filii ira, quia excedente non poterat nobis pax, & salus constare digni eramus uerberibus, quibus uel si affecti fuissent, non propterea reconciliaremur, & bene nobis fuisset. castigatione, & uerberibus filii reconciliati sumus patri, & deferunt ira patris: unde redditia nobis est sanitas. nam sicut dicebat David; Non est sanitas in carne mea à facie iræ tua: non est pax obſibus meis à facie peccatorum meorum, ex peccatis: ira oriebatur, ab ira aggritudo, fratrum, ut nihil integrum; nihil sanum sit in homine: Christus autem dominus pro peccatis nostris dolore affectus est: ergo peccata nostra delecta: ergo ira Dei remisit, conseditque: ergo reconciliatus est nobis: ergo pax, integritas, salus, & omne bonum in nos demandauit.

6. Omnes nos, quasi &c. quia significauerat pace nos, & integritate carere, exponit, quo passio res nostra labefactata fuissent. Omnes, inquit, erraueramus, ueluti oves absque pastore non erat, qui nos in officio contineret; sed neque contineri uolebamus: unusquisque impetu affectuum uororum ferabatur; & faciem ad ea, que adluebant, conuertebat: non disciplina, non metu, non spe retinebamus: abiecto freno, & excuso rectore uagabamus: nostrum partem precipitabam, partem fare absuemebam: mors denique omnibus certa erat; & in eternum barathrum miseri noſmetipſos concitatibus, diuina iraque manu opus erat, eaque solūmodo restituī res nostre poterant. peccauerant omnes, & gratia Dei indigebant, quia enim iustitia nostra s; aut quis aliis nos in aliam restat; ad sanam

IN QVINQVAGESIMVM TERTIVM CAP.

mentem, ad ueram disciplinam; ab ore luporum, & unguibus leonum, à perditissimis moribus, à nostris affectibus, impūnissimis tyrannis reuocare potuisset? aut quis tandem pro abiecta Dei lege, pro confracto Dei iingo, pro Dei à nobis spreta religione, iram Dei in nos effusam emollire, & placare, si iniuitates olsceruasset, quis sustinueret? diuina ergo bonitatis consilium hoc fuit, ò homo, ut omnium nostrum iniquitates Christo, ac si earum auctor fuisset, adscriberentur. is pro ipsis penas lueret. ut quia Deo patri erat acceptissimus, tolerantis eius, & patientiam, ut nostram acceptaret, & nos uini mancavemus, peccatis tautummodo nostris cum eo mortuis, & uitiose, ac concupiscentias crucifixis. peccatum itaque, quo moriebamur, interiret, nos uiuercemus, & filii Dei merita nostra efficerentur, modò fide, ac dilectione ci inhaerentes, uniuersus cum ipso factos, & ab eo nunquam diuina iustitia separatos referiret. O felicem commutationem, ut homines diaboli mancipia à suorum peccatorum onere lenarentur: filius autem Dei ea siscipiens, ac proinde penas luens, in peccatum iratus, ea in profundum proiecseret, ut est apud alium prophetam, ut non amplius ea sentiremus uiuere, aut regnare; sicut Ifrahita olim suffocatos, non autem uiuos Aegyptos ultrà uiderant. Pro, posuit in eo, habet hebrei, incurere fecit in eum, aut cum eo, id est, commisit eos, ueluti hostes. hæc enim est interdum uis uerbi, quasi insinuaret, quod peccata irruerint in Christum dominum, ut ab eis significet dominum occidisse: sed quia Deus erat, morte tandem sua ea occidisse. utrumque autem istorum video in scripturis hoc uerbo significatum, nempe irrue in aliquem, ut cum perdat: sicut Iud. 8. Surge, irru in nos: item 2. Sam. 1. Surge tu, & irru in eum: & 1. Regum 2. Qui irruit in duos uiros iuflores, & meliores se: & in his locis commode uerbo irrueendi redditur. secundo irruere in aliquem, ut ab eo perdurat; & tunc uerbo incendi optimè redditur. Exod. 5. Ne incidat in pèslem, uel in gladium. utroque autem modo peccata nostra in Christum incurverunt: irruerunt, ut perderent; incidérunt, ut perderentur. Aliorū modos significandi non est, quod hic prosequamur. certè aliud multò ab his diuersum habes in frā uersu ultimo. Hic mecum Christiane lector confidera, peccata tua, ac mea, partem illius exercitus extitisse, qui in Christum irruit.

7 Oblatus est. uerbum וְנַאֲלֹתָה cum punto sinistro, est adigere ad solutionem debiti, uel ad aliud operis faciendum, notatque uim quandam. uerbus ergo exigendi, seu adigendi reddi non male potest, in novo testamento uerbo וְרִאֵלֶּה redditum uidetur Matth. 5. & 27. & Marc. 15. ut hoc loco Iesaias Christum uaticinatur angariatum iri, nam est in passua uoce adactus est, uel potius abactus est, ut ad similitudinem ouium pertineat, que mox sequitur. Quia ipse uoluit: uel aliam lectio nem habuit nulgatus, uel certè uerbum superius, וְנַאֲלֹתָה in uoce actiua accepit, id est, accedit: accedere enim, eoru est, qui uolunt: trahi autem, aut adiui uim notat, ad uerbum ergo dicendum erat; Accedit, & ipse affluitus est, id est, accedit, ut pateteretur. quod quid aliud est, quam oblatus est, quia ipse uoluit: hoc est, quod habet Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me: sed ego pono eam à me ipso. at si, ut Hebr. habent, exponas, sic dices; Abactus est, & est ope destitutus, id est, afflitus, tanquam is, cui nemo responderet, ex opem, auxiliuq; fert. omnes enim eum dereliquerunt, & auferuerunt. Et non aperuit os suum, propter uerbalis forma est, pro non conqueri, seu queri, ne uno quidem uerbo emiso. Qui cùm maledicetur, non maledicet, cùm patetur, non comminatur; tradebat autem iudicanti se iniuste. hæc Petrus ex hoc loco accepit, quia afferit, ut nos ad similitudinem patientiam exhorteatur. Quasi ouis. וְנַאֲלֹתָה pecus. uerbum obmutuit ad ipsam ouem לְרִאֵל referendum est. Est enim feminini generis. uerbum autem aperiet, masculinum est; ideoque ad ipsum dominum uidetur referendum, id est, sic non aperiet os suum; nisi referas ad pecudem וְנַאֲלֹתָה, quod nomen est Hebrei masculinum: cui etiam tributur uerbum ducitur, masculinum, neque miris, quod ultimo loco reddatur uerbum nomini, quod priori præcessit: id enim familiare est Hebrei, ut sit sensus; sicut pecus, qua ad mastationem ducitur, & tamen non aperit os suum; & sicut ouis, qua coram toniforibus suis obmutuit. Nota autem prudens lector, hanc similitudinem ad id, quod superius dixit de Christo. Et non aperuit os suum, omnes referre, nec male. Dominus non aperuit os suum, sicut pecus, qua ad mastationem ducitur, & non aperit os suum; & sicut ouis, qua coram tendente se, obmutuit. possimus tamen sequentibus connectere ad hunc modum; sicut pecus ducitur ad mastationem, & non aperit os suum, de angustia &c. sublatus est.

8 De angustia: difficilis locus est, & uaria interpretationes hic afferuntur, quas apud autores uidere licebit. ego certè angustiam, seu compressionem, & coartationem pro turba sepe comprimente, & coarstante accipio, seu pro cætu populi, & synagoga, que cogitur diebus statim imperante legi, uel indicente principe, aut quoniam alio conuocandi populum potestatem habente: tum quia hec acceptio loco aptissima est, tum etiam quia uerbum ipsum וְנַאֲלֹתָה Hebrei non raro pro concludere, coartare, impedimento esse, accipitur; & nomina וְנַאֲלֹתָה וְנַאֲלֹתָה ita paſsim accipiuntur, ut 2. Reg. 10. Sanctificate coalitionem, seu cætum, ubi uulgatus sensum reddidit. Sanctificate diem solennem

I E S A I A E.

188

lennem ipsi Baal. & Ioe. 1. Sanctificate ieiunium, uocate cætum. item Ierem. 9. Cætus preuaricatum. Deut. 16. Leuit. 23. &c. sic etiam hoc nomen licet alterius forma וְנַאֲלֹתָה accipi potest, ut Christus dominus à synagoga, & uniuerso cætu illo, uel ad festum psalmatis coacto, uel à concilio, quod pontifices, & Pharisei coegerunt, uel à turba furente ad supplicium, damnatus dicatur, & pertractus, nec solim à turba, sed à iudicio illo, id est, iudicium confessu; ut iudicium accipiat pro ipsis iudicibus, sicut constrictiōem pro ipsa turba coacta, quasi significet propheta ab omnibus ordinibus damnatum fuisse dominum. nam Pharisei, & sacerdotes conciuerunt turbam, ut peterent Barabam, I E S V M uero ad mortem postularent: ipsi uero indices dixerunt; Reus est mortis; & non esse dimittendum apud Pilatum contendebant. Sublatus est, uel captus est. turba enim ad eum capiendam missa est: uel potius, Pertractus est: sicut Prou. 24. Eripe וְנַאֲלֹתָה qui pertrahuntur ad mortem. dupli enim uerbo illa conformatio reddi solet: qui capiuntur ad mortem, id est, qui capti pertrahuntur ad supplicium. Generationem cius &c. uel seculum eius. cum enim à turba populi, & ab ipsis magistris, Phariseis, principibus sacerdotibus Christum dominum damnatum, & morti adductum dixisset, non potuit non admirari generationem illam, seculum illud, mores hominum illorum, qui talia arsi suillent, dor enim Hebrei etatem, seu seculum notat; a uolubilitate, quod etas etat, & seculum seculo succedit, ut circulum videantur confidere: dicitur autem tam de tempore, quam etiam de hominibus illius temporis, & omnibus denique, que spacio illo sunt, & encrivunt: exempli paſsim obvia. Quia abscissus est &c. est, inquit, quod admirer homines illos, gentem illam perditam: quia tandem eum de medio sustulerunt, immatura, uolenta, & immetita morte. uel, uitam eius quis enarrabit? fuit enim brenuſima: præceptus enim fuit immatura, & uolenta morte, & jubilo euauit. est enim וְנַאֲלֹתָה sape idem, quod etas. suprad, Aetas mea translata est, & ablata est à me, uelut tentorium pastorū cap. 38. potest & sequentibus annecti: Quia excusis est de terra uiuentium, à transgressione populi mei, plaga eis, supple erit: quasi dicat, quia per suam ipsorum malitiam, & pro sua ipsorum transgressione, malitia, ac contumacia ausi sunt eum à uiuis tollere, qui ad eos redimendos missus fuerat; plaga, seu persecutio ingens nemet eis: quasi non potuerit propheta retributionem tantæ impietatis retinere, sicut neque ipsam impietatem non admirari in media narratione. Percussi eum. וְנַאֲלֹתָה, eis, uulgatus pro וְנַאֲלֹתָה accepit. ex hac dictio ne infideles Rabini occasionem accipiunt, ut de populo Israelitico hac interpretentur: sed Ps. 28. inuenies וְנַאֲלֹתָה pro וְנַאֲלֹתָה 8. & וְנַאֲלֹתָה pro וְנַאֲלֹתָה 10. pro וְנַאֲלֹתָה 20. non semel, & alibi. ego tamen, eis, malui dicere, tum quia de Christo domino iam dixerat, quid à transgressionibus nostris fuisse occisus; tum etiam quia וְנַאֲלֹתָה plerunque est multitudinis, & interpretatio aptissima etiam aduersus Iudeos.

9 Et dabit impios &c. obscurus locus est hic, & quem, mibi ualde uerisimile sit, impios Rabinos aliqua ex parte uitasse. & quidem Hebrei sensum, quem uerba uulgati interpretis exprimunt, admittunt, ut sit similes illi phrasii, quam habuimus supra 43. cap. uers. 3. Dedi propitiationem tuam Aegyptum &c. Dabit impios sepulturam suam, id est, faciet, ut hanc impij penas mortis sua, & dñites illi, & pingues uaccæ retributionem accipiunt sui sceleris. & hic sensus superioribus fatis conuenit. Ego longe aliam interpretationem aponere uolu, quam à quadam uiro docto accepi, qui putabat hic gloriosam domini sepulturam à propheta decantatam. nam, ut Mattheus narrat, Iosephus Arimatæus uir diues monumentum nouum habuit in petra excisum in monte Calvaria excelsø, instar facelli, splendidi, ampli, & magnificum: sicut ex alijs locis historiæ colligitur: fuit enim saxum ostij ipsius ingens, ipsum monumentum duos uiros, sic Angelos uocat, & aliquot mulieres capere potuit. quare hic non uulgare, aut uulgari hominis sepulcrum, quale etiam fuit malefactorum, & nomine נְבָתָה notatur: sed excelsum, seu monumentum, & quasi facillum dñitis alicius hominis, qualis Iosephus fuit; significatur. existimo autem puncta à Rabini ad sensum suum in hac uoce apposita, & sic esse legendum. בְּמִתְבָּרְכָה bamothau, excelsa eius, non bemothau in mortibus, seu cruciatibus eius. nam præterquam quid mem dagues notatur, præcedente seu in prima uocis littera contra uniuersam grammatices rationem, quaro, quare etiam in priori uocabulo וְנַאֲלֹתָה non sit preposita prepositio beth, quam tamen iuxta Hebreæ lingue confuetudinem, potius habere debebat, quam posterior è est autem Hebrei. וְנַאֲלֹתָה excelsum, uenit facillum, seu altare, eo quod in altum erigebantur, uel etiam, quia plerunque in excelsi loco extrubabantur: sepulcræ quoque excelsæ, in scripturis vocantur, ut suprad cap. 22. Excidi si tibi hic sepulcrum, celstitudinem sepulcri sui, constituit in rupe habitaculum sibi: & apud Ezech. 43. de excelsis, que adiocabant reges pro cadaveribus suis condendis iuxta domum dominum, fit mentio: & infra 65. ipsa excelsa, deorum sepulcræ per contemptum uocare uideatur. nam in ipsis excelsis, aut prope illa adiocabantur sepulcræ propter superstitionem, & studium erga idola. Hoc autem loco in plurali dicuntur excelsa; credo per amplificationem, nisi fortè id sit additum, & in singulari cum affixo legit. בְּמִתְבָּרְכָה excelsum eius. Certè si quid hac in parte creden-

1 i

IN QVINQVAGESIMVM TERTIVM CAP.

dum esset initiatum fuisse à Rabinis, ego tantum voces ab illis transpositas dicere, & additam, ut rem obscurarent, quasi sic Hebreæ legenda essent, Et dedit cum improbis cruciatus eius, & cum diuinitate sepulcrum ipsius. si autem nihil immutatum, aut initiatum à Rabinis fuit, (neque enim uniuscunq; Biblia, que in toto orbe erant, simul uitiari poterant) aliud adhuc mysterium non minus celebre sub his uerbis latè arbitror, quam sepultræ domini in monumento diuinitus Iosephi. Accipe itaque prioribus uerbis 2. 3. & 4. prophetam ea attigisse, que domini passionem praecicerunt, priuatum uidelicet condicioneum, humilitatem, paupertatem, & alienam à regno, & imperio personam atque figuram: sub fine nero quarti usque ad nonum, uerbera, ignominiam, crucem denique, atque mortem commemorasse: sub fine nero octani non nihil de pena, que maneret sceleris, illius auctores, attigisse: iam uero hoc nono, & sequentibus effectus, & præmia passionis domini recessere: initium uero sumere ab eo mysterio, quod Paulus ad Rom. cap. 6. celebrat, nempe quod commortui sumus Christo, & consepulti per baptismum. Dedit, inquit Iesaias, Deus improbos sepulcrum eius, id est, fecit, ut sepulcrum eius (quod perfectæ mortis est symbolum) efficeret improbi, & malefactores, id est, sepultus est, ut improbi cum ipso sepelirentur, & omnis improbitas in barathrum trudiceretur: neque amplius super terram uitam ageret: & tandem cum ipso resurgentem in nouitate uita ambularemus. si enim complantati facti sumus similiitudini morti eius, simul & resurrectionis erimus. nam in hoc Christus mortuus est (inquit idem Paulus) & resurrexit, ut qui uiuant, non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuis est. ergo est sepultræ Christi, & mors Christi, & sepultræ improborum, id est, totius improbitatis. existimareq; debemus nos mortuos peccato cum Christo, uiuentes autem Deo in Christo I E S V domino nostro. Dedit quoque diuitem per cruciatus ipsius, quia reddidit dominum I E S V M per suos ipsius cruciatus, & mortem, omnium diuinitum sic enim reddi posse Hebreæ nemo dubitat, qui uel mediocriter Hebreæ nouerit: Et dabit improbos sepulcrum eius, & diuinitat in cruciaturibus ipsius. De diuinitat autem, quas consecutus sit, ueribus sequentibus plura. quod autem non tam mortes significet, quæ cruciatus mortales, paret ex Ezech. 28. & Ierem. 16. solent enim Hebrei, que mortem afferunt, aut intentant, mortes appellare: sicut etiam Paulus 2. Cor. 11. In mortibus frequenter: & 2. Cor. primo; De tanta morte nos eripuit. Vulg. De tatis periculis. Ambros. De tantiis mortibus: ubi etiam Chrysostomus dicit ingentia discrimina hyperbolice dici mortes. iam uero quod sequitur, ad sequentia pertinet.

Eo, quod iniquitatem &c. hebr. **viii** 5, id est, super non : quæ p̄ibrais Latinis non iusta : at nobis Hispanis elegantissima est. similis locus est Ps. 119. id est, etiā si nemini uim fecisset, aut quem piam dolo deceperet, eriam si neq; ni, neq; fraude cuiquā nocuisset ; Ichōniam uoluit contundere eum &c. Voluit. **vix** beneplacitum habuit ; singula uerba habent excessum & oppressionem, seu opprimendo contudit. Ps. 143. Contudit in terra uitam meam : de quo suprà cap. 3. Facies oppressorum contunditis. caussam mox aperit. Si posuerit pro peccato &c. **vix** piaculum : ita enim accipitur interdum hæc nox, prefertim in ritu sacrificiorum, id est, uictima, quæ pro expiando delicto immolatur. Levit. 5. & 7. In loco, in quo iugulant holocaustum, ibi quoque mactabant hostiam. Paul. Rom. 8. & 2. Cor. 5. peccatum, dixisse uidetur, pro nobis peccatum fecit, & de peccato damnauit peccatum in carne. Facere autem Christum peccatum, est erga eum sic se habuisse, atque erga peccatum ipsum, si enim ipsum peccatum Deus pro dignitate uellet punire, quid amplius illi, quam Christo domino fecisset ? atque ea ratione uictimas hominibus olim profuisse credimus, quod ex diuina institutione, ac bonitate in eas transferebantur ea, quæ peccatores perpeti oportuissent. unde & piacula dixerunt Latini, quod eis expiarentur, & à morte, quam committerit füssent, per pecudis mortem liberarentur. Ponere ergo animam suam uictimam, seu piaculum, est, quod uulgatus dicit ; Si posuerit animam suam pro peccato ; si, ut expiatur homo à peccato, ipse fiat peccatum, seu pro peccato hostia. utrumque enim notat nomen **vix** Hebreis : sicut apud Paulum, peccatum, seu **μητρία**, ut Genes. 2.6. Induxisses super nos piaculum, id est, reatum, cui expiatione opus esset : & Prover. 14. Stultus subfassnant piaculum, id est, nibili ducunt, uel immanc scelus : quin & Latinis piaculum utroque modo accipitur. Horatius,  
Teque piacula nulla resoluunt, id est, nullis hostijs te expiabis : & Virgilius 6. Aeneid.  
Disfluit in seram commissa piacula mortem, id est, criminis, utriusque  
na, quæ expiatione indigebant. ergo si iuxta linguæ Hebreæ consuetudinem, quam retinuit Apostolus  
locis citatis, locum hunc reddere uellemus, dicendum foret ; Si posuerit peccatum animam suam,  
Videbit semen longazium : sensum uulgatus exposuit : hebr. ad uerbum, uidebit semen, prolongabit dies. forte decet relatiuum **vix** uidebit semen, quod prolongabit dies. Multitudinem fo-  
bolis in præmium illius oblationis promittit : Granum enim frumenti nisi cadens in terram mortuum  
fuerit, solum manet : at si mortuum fuerit, multum fructum effert. Certe quia Isaac filium offer-  
re uoluit

I E S A I AE.

189

re uoluit Abraham , uidit ex Isaco semen longeum : nec hoc gaudio desstitutus fuisset , si gaudie cum ei sumpsisset in holocaustum Deo , praeccepto ipsius obediens . nam is erat Deus , ut inquit Paulus : qui posset Iсаac ē mortuis reuocare , ut generandis filiis indulgeret . suscitauit itaque Christum Deus : quia factus fuit obediens usque ad mortem : ille uero rediuius , à suis exorsis , eos in fratres confirmauit , & per eos in toto orbe solum spargens , ab oriente , & occidente suscitauit Isem , & filios , generatione nrum quam interitura . Hinc habes non esse Sterilem obedientiam , sed multitudine filiorum exultantem , etiam si mortem afficerat : cui enim obedimus , dominus est uix & mortis . idem cogita in praescindendis affectibus , & mortificatione Christi iugiter in nobis circumferenda : si occumbas , si obediens occideris , si uitia , & concupiscentias crucifixeris , immo si sepelieris ; non tristem , non sterilem , non orbata uiam dicendam tibi existimes : non deerit , qua te latifacet proles &c. Et uoluntas domini &c. illa nimirum , de qua in conuersione Samaritanorum dicebat ; Meus cibus est , ut faciam uoluntatem eius , qui misit me , ut perficiam opus eius . redditio ergo bonitatem ad Deum , & progressus salutis usque ad ultimum terrae , erat uoluntas domini , seu beneplacitum domini . Eadem autem uoce , qua supra Iisus est , cùm dixit ; Dominus uoluit contundere eum , nunc uitur , vñ . hac siquidem ratione placuit Deo cum contundere , ut ad Deum , qui perierant , renocarentur . utrumque hoc beneplacitum , desiderium , & intimi affectus studium in Deo nostro semper nos agnoscere ac recolere neceſſe est : uidelicet , quod ut hoc , ueluti summum , ingens , difficile , & arduum negotium , quod summo pere Deus exoptabat nempe reductionis hominum ad se , proficeret , progressus faceret , felicemq; exitum consequeretur . libui ipsi Deo , ut filius dilectionis sua piaculum fuerit . Hoc certè insinuabant illi redemptoris noxii ; Sic Deus dilexit mundum , ut unigenitum filium suum daret . his accedit , quod hoc patris beneplacitum , ita animo Christi inferatur , ut címed uerbis , & eamdem animi indignationem significantibus , quibus diabolum à se repulit , ut ab eo adoraretur postulantem , Petrum , ne crucem pati uellet , & pro hominibus piaculum ne fieret suadentem , redarguerit , ac repreßerit . O Deum hominis amansissimum . uoluntas , inquit , domini id , quod ille toto bonitatis affectu ambit , & perfici per optat , hominum uidelicet sanctificatio , in manu , & per ipsum Christum , & eius uirtutem proferit procedet , augmentum capiet : neque erit illa potestas , qua progressum euangelij possum impidere , si Dei filius piaculum fiat . hoc itaque , ò homo , affectus Dei tuus ; ad hoc aspirat ; hoc in uotis habet , ut occidatur filius cius , modò à morte tu seruus eripiaris . Si mortuus , inquit , promouebit salutis humana negotium , moriatur . Hæc sunt decreta , hæc uota Dei nostri , & hoc filij premium , multos fecum fratres in gloriam adducere . Audi ergo quid sequatur ,

I Pro eo, quod laboravit anima eius, ut post laborem: utrumque enim solet Hebreis significare illud mem. *huius* autem est verbum, & nomen, diversis punctis; eumque labore notat, qui cum molestia, & desatigatione fit, qualis ille est, qui homini propter peccatum iniunxerit fuit, quando ei dicunt est: In sudore vulnus tui uesceris pane tuo. ad quem locum Iesu sicut uideretur alludere dominus. Videlicet, inquit, saturabitur: post labores sequitur quietis, ut post tempestatem tranquillitas: uidebit, saturabitur, id est, uidens saturabitur. uidebit fructum sui laboris, illuviae saturabitur. ita enim absolute uitetur interdum verbo uidendi Hebrei: uoluptatemque notat, & gaudium, quando de re late dicitur, ut infra 60. Tu ne uidebis, & afflues. Si hoc loco, Vbi uidentur semen longanum, saturabitur, id est, plene sibi satisfactum putabit: hoc uno sui laboris premio afferat contentus erit. uidisti enim siue ex Ioaanne hunc esse cibum filii Dei, & has esse ipsius delicias, quem imitatus ipse discipulus, dicebat; Mains hic non habeo gaudium, quam, ut uidem filios meos in ueritate ambulare: & Paulus gaudium, & coronam suam vocabat: de ipso uero redemptore in euangelio legimus, quod cum initia tantum huiusmodi successus uidisset, & primos euangelij progressus considerasset, remuniantibus discipulis mirabilia, que egissent, & demonia sibi subiecta &c. ex illis initis rem totam animo uersans, exultauerit in spiritu sancto, & gratias patri egerit. Quid cum uidisset orbem uniuersum Deo subiectum? uidit, & saturatus est. Hac sunt uisceria Dei nostri, ut tunc bene habere dicatur; cum res nostra bene habent: tunc comedat, tunc quiescat, tunc delicijs affluat. neque est obsequium, aut munus, quod sic cum denunciata, & animum eius nobis placabiliter reddat, quam multos timore ipsius imbure. Quid nam aliud Deus in Abrahomo recolebat, ut ei nihil se posse denegare fateretur, quam quod docturus esset filios suos, & posteritatem suam post se, ut Deum timerent, ac colarent? ita dominus noster Dei filius hoc porrisim cibo uescitur: quod sequentia adiuc declarant. In scientia sua &c. id est, per suam scientiam, atque doctrinam ipsius iustificabit quamplurimos, non quod sola doctrina iustificantur, sed quod generetur fides per auditum. Iustificare ergo per doctrinam, est uerbo uiam ad salutem, & iustitiam aperire: nam si de bonitate quopiam etiam hodie dicimus, quod predicatione uerbi, & exemplo populos sanctificet; multo uerius de filio Dei dici poterit, quod iustificauerit per doctrinam suam plurimos: quia eos, qui

per uerbum ad detestationem prioris uitæ, & fidem, atque amorem Dei trahabantur, ipse iustificabat, atque hodie etiam iustificat. ipse enim est, qui baptizat spiritu sancto, & igni: ipse est, qui auferit iniurias nostras, id quod mox sequitur. Et iniquitates eorum portabit. quo in loco etiā insit ne iubum נָסָר, quod propriè portare, seu gestare notat; puto tamen eodem modo accipendum esse, quo ex Matthao suprà uers. 4. accepimus, id est, exportare, auferre, quasi exponat, quid sit iustificari. nisi malis dicere iuxta legis phrasim. Portare iniquitates esse, puniri pro iniquitatibus. possumus etiam uertere, cognitione sui iustificabit iustus seruus meus. est enim quoddam cognoscere Deum, seu Christum in scripturis, quod non est sine ijs omnibus, quaे catholica doctrina ad iustificationem dicit seū necessaria. Est, inquam, quedam cognitione, quam affectuam nocent scholastici: que non minus habet amoris, quam fidei, que uera, & integra est sapientia. Ceterum cum in hebr. sit iustus iustificabit, uulgatus nomen iusti, nescio, cur omiserit, & pronominis apposuerit, certè ad hunc locum allusio uideatur Paulus, cum ad Romanos ait, ut sit ipse iustus, & iustificans &c. hoc quoque facit, quod Ioannes 1. epist. 2. ait; Si scitis, quoniam iustus est; scitote, quoniam & omnis, qui facit iustitiam, ex ipso natu est.

12. Accirco dispertiam &c. peruerterat in enarrando præmio passionis Christi. Dispertiam ci plurimos; hebr. in plurimis, id est, inter plurimos, dabo illi, ut inter multos accipiat fortē, & multos secum deferat, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Possumus & נְבָרֵךְ pro magnis accipere, ut non sit multitudo, sed magnitudo, ut interdum Hebrei usurpat, ut Ierem. 14. Magni regis, id est magnates: & Iob 19. Magni eius &c. quo in sensu è libenter accipio, quid nomen fortium, seu robustorum sequitur, cum quo solet coniungi nomen נְבָרֵךְ, id est, magnus. Deut. 4. Expellat gentes magnas, & robustas superate &c. sensus ergo hic esse poterit: Dispertiam ei, seu dabo ei, ut disperiat cum magnatibus: faciam, ut diuidat magnatibus, & singulis det gratiarum diuisiones: alios faciat Apostolos, alios Euangelistas, alios prophetas, alios pastores, & doctores &c. neque dubito, quin ad hunc locum allusifit Apostolus, quando hæc dicebat. Et fortium diuidet &c. hebr. & cum robustis disperit spolium. Ne quis hanc gratiarum diuisionem patri, & non filio adserberet, eò quid dixisset, Dispertiam ei, loco eius eodem uerbo פְּנַיִם usus, ait; Disperiet spolium, que enim operatur pater, filius etiam operatur. Quos dixit magnos, hic dicit robustos; & quibus diuisit dona caelestia, eisdem diuidit spolia, nam illis diuisit provincias, quos spoliarent domino: & hic est Galliarum, ille Hispaniarum, alter India, alter Aethiopie Apostolus &c. unde Paulus; Non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regula, qua mensuram est nobis Deus, mensuram pertinendi usque ad nos: & iterum; Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, sicut autem habentes crescentis fidei nostra in nobis magnificari, secundum regulam nostram, in abundantia. Sed unde ei hoc datum est? unde & quid diuidet dona, & totum eis orbem spolianum tradiderit? unde hæc uirtus, & potestas, & diuitia? certè post passionem suam dicebat discipulis; Data est mihi omnis potestas in calo, & in terra: accipite spiritum sanctum &c. Hæc quoque obedientiam, & mortem voluntariam audis. Eò quid tradidit in mortem animam suam &c. hoc est illa exaltatio, quam Paul. quoque humiliati passionis adscribit. Pro tradiderit, est uerbum נְבָרֵךְ. id est, denudauit: Hebrei autem quae evanescunt, denudari dicuntur. quare uerbo effundendi interdum uerti potest, quando uidelicet de aqua dicitur. Genes. 24. Effudit cadum suum in canale, ita de anima dici potest. evanescuit animam morti, uel in mortem, id est, animam posuit: uicem profudit, morti effudit animam, ut illa obtineret: ipse uita destituerit, uel retenta propria significacione: pro eo, quid denudauit morti animam suam: sicut dicit Latini; Pectus gladio nudauit, id est, libenter se discrimini obiecit; & morti nequamquam restitit. neque hoc solum, sed etiam quid. Cum sceleratus reputatus est: hoc certè consummatissima fuit uirtus inaudita exemplum, ut iustus, & iustificans occidi ut impius, & annumerari sceleratis, non modò non recusavit, sed etiam uoluerit. hinc ergo factum, & pro his meritis ei concessa est uniuersorum potestas, & ut spiritus sancti dona suis ducibus diuidetur, & eis uniuersum orbem subiiceret, sicut ipsi canunt; Omnes gentes plaudite &c. subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Reputatus: hebr. נְבָרֵךְ, anumeratus cum transgressoribus, licet enim uerbum propriè speciem illam arithmeticam designet, quam uocant additionem, & in summam reductionem: quia tamen, qui summan colligit, anumerat, pro anumerare interdum sumitur: & Euangeliſte quidem Matth. 15. & Lue. 22. Λογισθε, id est, deputatus est, uerterunt. Et ipse peccatum &c. licet cum transgressoribus sit anumeratus, uel cum ipsis ab alijs subtractus, tanquam iustis, ne eius confortio contaminaretur, tantum absit, ut is transgressor fuerit, ut morte sua, & hac ipsa subtractione, multorum scelerarum absulerit, deleuerit, nempe eorum, qui illi adhaſerunt; & pro ipsis transgressoribus, qui reuera transgressores erant, & summan, & inauditam transgressionem in hac ipsis morte perpetrabant, ipse damnatus oraret; uel (ut in heb. est)

est) obuiam iret: id enim interdum notat uerbum יְהוָה, de quo suprà uers. 6. non nihil diximus. sic accipitur Genes. 23. Occurrere pro me in Epbron, id est, intercedite; & Ruth. 1. & infra 59. posse sunt haec autem per præteritum imperfictum non male reddi: Ipse uero multorum peccatum leuabat, & pro transgressoribus orabat; Pater ignoscit illis, quia nesciunt. quid faciunt.

## Caput quinquagesimum quartum.

Noua.

Vetus.

**O**V A sterilis [quaे] non paris: persona ouatione, & hinni, quaе non parturis: quia plures filii desolatae quaе filii matris, & quia habebat uirum, dicit dominus.

Dilata locum tentorij tui, & alas habitaculorum tuorum extende, ne cogitabunda cuncteris: longos fac funes tuos, & clausos tuos confirma.

Quia ad dexteram, & ad sinistram erumpes, & femen tuum gentes hereditate possidebit, & ciuitates desolatas inhabebunt.

Ne timeas, quia non pudefies, neque ignominia afficeris: quia non abscondēris præ pudore: quia pudoris adolescentia tua obliuisceris, & opprobriu[m] uiduitatis tua non recordaberis amplius.

Quia maritus tuus [erit], qui fecit te, Iehoua tecum non enim te pudebit, quia dominabitur tuus sanctus Israels, Deus uniuersus terra uocabitur.

Quia, ueluti mulierem derelictam, & monstratam spiritu uocauit te Iehoua, & mulierem iumentutis, quando rejicitur, dicit Deus tuus.

In momento modico deferui te, & in commiserationibus magnis congregabo te.

In momento ira abscondi faciem meam subito abs te: & misericordia æternitatis miserabor te: dixit redemptor tuus Iehoua.

Quoniam aquæ Noe hoc mihi, de qui busiuraui, quid non transirent aquæ Noe ultrâ supra terram: sic iuraui, quid non effervescam super te, neque increpabo te.

Quia montes discedent, & colles ambo[n]ebuntur; & misericordia mea a te non difcedet; & fecundus pacis mea non amorebiatur, dixit miserator tuus Iehoua,

Ope destituta, tempestate obruta; consolatione

**L**A V D A sterilis, quaе non paris: de canta laudem, & hinni, quaе non parturiebas: quoniam multi filii desolatae magis, & quia habebat uirum, dicit dominus.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clausos tuos consolida.

Ad dexteram enim, & ad leuam penetabis, & femen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desolatas inhabitabit.

Noli timere, quia non confundēris: neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusione adolescentia tua obliuisceris, & opprobriu[m] uiduitatis tua non recordaberis amplius.

Quia dominabitur tuus, qui fecit te, do minus exercitum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israels, Deus omnis terra uocabitur.

Quia, ut mulierem derelictam, & monstratam spiritu uocauit te dominus, & uxorem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus.

Ad punctum in modico derelique, & in miserationibus magnis congregabo te.

In momento indignationis abscondi faciem meam parumper abs te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus dominus.

Sicut in diebus Noe istud milii est, cui iuraui, ne inducerem aquas Noe ultrâ supra terram: sic iuraui, ut non irascar tibi, & non increpem te.

Montes enim commouebuntur, & colles contremiscunt: misericordia autem mea non recedet a te, & fecundus pacis mea non moquebitur, dixit miserator, tuus dominus.

Paupercula, tempestate conuulta, absq[ue] ulla

Noua.

Vetus.

solatione carens. Ecce ego sterno in fibro lapides tuas, & fundo te in sapphiris:

Et ponam gagatēm fons stras tuas, & portas tuas in lapides crystalli, & totum terrini num tuum in lapides desiderabiles:

Et omnes filios tuos doctos ab Ichoua: 13 & multiplicabitur pax filiorum tuorum.

In iustitia firmaberis: procul aberis a 14 fraude, quia non timebis; & à prostratio-ne, quia non appropinquabit ad te.

Ecce, qui contrahendo contrahit, defecit, ut non sit: mecum qui contraxerit tecū, iuxta te cadet.

Ecce, ego creavi fabrum sufflantem in 16 igne carbonem, & educentem instrumentum ad opus suum; & ego creavi perfectorem ad disperendum.

Omne uas, quod formatum est contra te, non proficiet: & omnem linguam, qua-sa-bit tecum ad iudicium, condemnabis. Hæc ēst hereditas seruorum Iehoua: & iustitia eorū apud me, dicit dominus.

**C**VM fructus passionis domini commemorasset, & inter eos multij licationem sibolis, & multitudinem iusticandorum, ac reducendorum ad uerām Dei cognitionem predicisset, id iam spiritu præsidens, non potuit se contine-re, quin tibi filiorum matri congratularetur, & ad decantandas Deo gratiarum actiones non inuitaret. quæ sit autem hæc sterilitas, exponit Paulus ad Galat. cap. 4. quod sit calix Ierusalem mater nostra, non patriam illam; aut quæ in celis iam agit ecclesiam, sed nouam illam nuptiam, & nouam ecclesiam, & ciuitatem, quam aliud uidit de celo descendente: in qua omnia sunt ecclesia, myri, dominus, cines, ritus, leges, mores, sicut rex ipsius ecclesiæ est; qui de celo descendit, & regnum celi in terra fundavit. & ex terra, & celo unum regnum effecit. Hæc designata fuit per Sarum, quæ genuit Isaac promissionis filium, & per Ierusalem, quæ sublimis erat, & in terra promissionis sita: synagoga autem Agar ancille, & monti Sina comparatur, quod filios gignat in seruitutem, & extra hereditatem domini sit: in qua sunt filii secundum carnem, & non promissionis. Constituit autem primum ecclesia hoc ex paucis domini discipulis, quibus noua patatio sancta est pro omnibus; qui per eos credituri erant in Christum. hoc sub tempore illud passionis domini fuit sterilis, abiecta, & ut Hebrei loquuntur, afflata propter timores, inopia, edia, & persecu-tiones, quas ob nomen T E S V patiebatur: pusilla planè grex, & nullius astimationis: spiritualiter autem deserita, & sterilis fuit toto illo ante Christum tempore, quando soli Iudei erant Dei populus. huic iam felicitatem audi. Lauda: uerbum, ut iam dixi, notat exclamationem ex letitia: quod Latinis olim erat ouare: licet postea obsoleuerit; nomen tamen ouationis, & participium, ouans, retinuere. Quæ nationis: hebrei futurum, non paries: sed pro presenti capit: quæ non soles, uel non consueisti parere, quemadmodum Sara, quam despiciebat Agar secunda: Quæ non pariebas. Huius quæ non dolisti, uel doles, id est, quæ dolores parturientis non experiri. dicunt enim Hebrei, sicut nos Hispani, habere dolores pro parturire. et si uero dolores experiri, tristis est, malum feminæ, ut matres sint, illos dolores perpetui, quæ steriles permanere. quare, ut rem tristem, prophetæ commemorant, non habere dolores. Memineris uero, ecclesiam illam sponsam Christi usque ad diem Pentecostes neminem peperisse: hanc tamen, quasi instaret tempus, quo non iam steriles di-cenda, sed mater filiorum leta futura erat, bimire precipit Hebr. 718 equorum, & taurorum est: hi Latinis migunt interdum ex lascivia, & petulantia: illi bimunt. transiunt aptissimè ad eam, que jam iam mater esset futura, instante enim hoc tempore animalia illa migunt, bimunt &c.

Deserta.

Deserta. iam suprà non uno loco de uerbo נָבַד dixi. interpretes, adeoque & Paulus herbis defolandi, deferendi, deuafandi reddere solent. Erat autem grex ille, mater illa nostra initio sub tempus dominice passionis ostentui ac derisi; & occultabant se propter metum Iudeorum, postquam uero spiritu de calis donati sunt, ut gignere per euangelium alios possent, plures habui filios, perti-nent quoque hæc ad ecclesian gentium, ex qua paucissimi ab eo tempore, quo Israelem elegit Deus, Deo nati sunt. Quam eius, quæ habebat uirum, synagoga enim videbatur Deum pro marito habere, & infinitos quotidie generabat, sed cum Deum impietate sua à se expelleret, licet se Dei cultricem gloriaretur, erant carni tantum filii, seu, ut suprà dixi cap. 49. uerf. 21. mole quædam, & informes, imperfecti; fatus: cùm ergo non essent filii Dei, non dicendi erant filii: nam erant in fer-uitutem generati, serui peccati, & filii diaboli, ut apud Ioannem eis dicebat dominus. Si autem qui gignebantur, diaboli & peccati erant filii, cum cùs igitur rem habebat corum mater. uerum cùm in euangelio iusti appellantur interdum, qui se iustos putabant, licet à iustitia ualde alieni essent, sic mar-ritatam synagogam potuit propheta appellare, & uirum habentem, quæ se Deo maritatum credebat, ob exteriorem illam cultum, cùm tamen esset synagoga Satana. est nanque hic sermo de synagoga, ut opponitur ecclesi Christi: ad quam non pertinebant, nisi qui erant scitatores fidei patris nostri Abra-hæ: ad illam uero omnes Israelite, qui secundum carnem Israelite tantum erant. quo etiam modo Paulus eo capite ad Galatas accipit: immo etiamsi de ecclesia Iudeorum intelligas, que legitimum mari-tum Deum habuit, & plurimos Deo genuit filios; uerum tamen est ecclesiam gentium post Christum multò plures genuisse, quam olim genuerit synagoga: insuper & quæ erat sterilis, peperit plurimos; & quæ habebat filios, infirmata est, ut Anna cecinerat, non tam de se, & amula sua, quam de dua-bus ecclesiis: ad cuius uerba puto esse hic allusionem. Dicit dominus. ualde letum nuntium ab ore Dei se accepisse propheta affirmat, quo suo more dictis suis fidem ampliorem afferat.

2 Dilata &c. si plurimos habitares filios, necesse erit locum eis ad habitandum preparare. hoc igitur omnia, quæ hoc uerbi dicuntur, hic faciunt, ut significant non posse ecclesiam Christi uno loco, una ciuitate, aut una prouincia contineri; quemadmodum hæc uerum ecclesia Iudeorum se continuerat. Deinde insinuat his similitudinibus propheta, quod filii ecclesiæ non habituri essent hic ciuitatem per-manentem, sed peregrinos, & aduenas eos semper futuros; ueluti qui sub tentoriis uitam degunt, quæ statis temporibus in alias sedes transferunt. Pelles. nomen significat alam, seu partem: multa autem simul laqueolis consociata integrum tentorium conficiebant. Tabernacula quidem infe-riora erant ex serico, superiora uero ex pelliibus ad arcendam aeris iniuriam, qui usus fuisse uidetur illis, qui in tentoriis degebant: ideo hic pelles uerit uulgatus. Exod. autem 36. Saga dixit ex pilis caprarum. Canticorum uero 1. & Abakuk 3. pelles, ut hoc loco. & quidem 2. Sam. 7. integrum ten-torum, per extenuationem numero singulari alam dixit Vrias: Arca Dei habitat intra alam &c. uul-gatus in medio pellium. Ne parcas. שְׁמֵן urbi uarius uisus est Hebreis. propria eius signifi-catio est cogitare: neque hoc loco, alter uerendum est: sed in eo modo significandi accipendum, quo nos Lusitanis cunctantibus, & moram propter rei nouitatem deliberando trahentibus dicere solemus, ne modo cogites id est, ne animo fluctues, neque uarijs cogitationibus locum probebas, sicut dominus in euangelio, Quid turbamini, & cogitationes ascendunt in corda uestra? quare per circumloquium red-di, ne cogitabunda cuncteris.

3 Penetrabis. uerbum propriè rumpere, seu rumpi notat: diciturque de exercitu, rupit hostes. 2. Sam. 5. de muris. Neh. 4. in bonum dicitur. 1. Paral. 4. de propagatione: de rumore etiam 2. Paral. 31. Cum erupisset hoc uerbum, id est, dimanasset hic rumor, uidetur enim secretum peccatoribus con-cludi &c. hic ergo dicitur de extrusione, propagatione, non tam uolenta, quam que preter spem fit, erumpendi uerbo non male redditur: aut certè penetrandi cum uulgato: estque expositiu eius, quod di-xerat, de extendendo tentorio. Gentes hereditabit: id est, uelut in hereditatem accipiet, quasi stabilem, & utram possessionem. allusio est ad illud Genes. 10. posse debet semen tuum portas inimicorum tuorum. Cuiitates desertas. hebraeus afflatas dicit, id est, abominabiles ob impietatem, & infamiam tyrannorum: quales erant gentium plurimæ, Babylon, Niniue &c. qua Apostolorum praedicatione ad meliorem frugem conuerse sunt, & pietatem fidei coluerunt. Scytha enim, & extremi India populi, & recens lustratus orbis, nostris etiam temporibus uerbo fidei cesserunt, & apud eos est uidere apostolicum semen, & Christi ecclesiam, quam dominus quotidie dignetur augere.

4 Noli timere &c. hebr. ne timeas. foler uulgatus, nescio qua ratione, semper addere uerbum, noli: usurpantque Hebrei sepe hanc loquendi formam, pro, bono animo esto. Non enim te pudebit. שְׁמֵן propriè est fodere: de quo suprà cap. 1. tria ista negatione securitatem promittit, & nullo pudoris genere laborabit ecclesia ex gentibus. uerum quia quisquam poterat obiecere uetera pec-cata, & idolatriam, preoccupans addit. Quia confusio adolescentia &c. adolescentiam

## IN QVINQVAGESIMVM QVARTVM CAP.

nocat hebr. *דְּבָרִי*, id est, absconfiones. uocat autem hic adolescentiam, primam illam atatem ecclesie, quando electio Abrahamo, & posteritate eius aliae omnes gentes damoniorum potestati permissa sunt ob infinite eorum scelera. confusione uero, seu pudorem illius etatis uocat studia, & mores, quos tum seculabantur: uincere enim adhuc Noe posteri eius à Deo recesserunt: neque parum insignes erant peccatores illi, è quibus Abraham eductus est: qui tamen adhuc quinquaginta Noe annos uidebantur. huic nero pudoris dicit ecclesia memoriam non habitaram, quasi efficit presenti felicitate, & honore delenda. nam ubi abundauit dilectionis, superabundauit & gratia, ut magis diligamus sacerdotem illum, qui nobis debitum quingentorum denariorum gratis renisit, quam illi, quibus tantum quinquaginta donauit. Addit nihil minus ob ea scelera gentes consecutas fuisse, quam si iustitiam coluissem: factus est enim eis Christus fons in ablutionem ueterum delictorum, & in lucem, quae tenet ueritas finguat: non minus autem lucet hodie sol, quam si nunquam nos praecessisset, neque minus fulget mens Christi gratia, aut minus est animus candidus, postquam per Christum est ablutus, quam si nunquam sese sordibus inquinasset. de his loquor, qui totos se sibi Christo dediderunt. Illud saltem uerisimum est, nihil minus gentium ecclesiam per Dei filium consecutam, quae Deum abiecerat, neque cognoverat, quam Iudeorum: in qua tantum notus erat Deus. Viduitatis. nomen habet Hebreis à tacendo, seu obmutescendo. uiduitatem enim silentium decet. Porro ecclesia gentium uiduæ dicitur toto eo tempore, quo sine Deo fuit. quia igitur à uiduæ exigit mundus, hoc ab his, qui Deum derelinquent, exigenda sunt, ob quod gaudium apud alium prophetam interdicitur Israeli, quod Deum reliquistet. nullus autem uideas magis genio indulgere, quam insignes peccatores.

5 Dominabitur tui &c. latissimum pater nomen *יהוָה* Hebreis, ut & dominum, & maritum hoc loco reddere possumus. nec refert hoc, aut illo modo uertas. nam cum qui fecit nos, est nobis pro Deo, ac domino; nos nero sumus illius populus, tum nupsisse domino dicimus; & cum Paulo, desponsati Christo. Dixerat superiori uersu auctoradum opprobrium uiduitatis, id uides hic explicari. Deus omni terra &c. tu per totum orbem diffusa es: Deus autem uerus, nempe Ichoua tecbaoth, cui de confessionari, est uiduitatis pudore carere, hactenus dicebatur. Nunquid Iudeorum Deus tantum? inquit Paulus, non immo & gentium. certè si de amplificanda Iudeorum repub. effet sermo, cum legant in propria, Deum Israels dicendum esse Deum uniuersitatem terræ; possunt probabili ratiocinatione carnales Inde cibis blandiri, quod per Messiam suum dominaturi sint in toto orbe. uerum cum de uiduitate abicienda, atque morore, & de reducenda uxore, quam abiecerat Deus, aperi loquatur propheta, dicitq; Deum Israels, dicendum uniuersitatem Deum, quis adeò cœsus erit, ut non uideat de conversione gentium ad unum, eundemq; Deum, quem ueri Ifracti coluerunt, esse hac intelligenda? id quod supra manifestè dictum est; Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Jacob &c.

6 Mulierem derelictam &c. rem iam, prout gesta est, brevibus exponit. uocauit te, ut mulierem derelictam, id est, hactenus sic se tecum gesit dominus, ut se gerit uir cum muliere, seu uxore, quam repudiavit: que meret, & luget, & extra domum uiri manens, & opprobrium repudiationis iniquo animo ferens, squalida, horrida, paupercula, miserabilem uitam dicit: hanc uir non iniurit, eius nullam curam gerit, neque ullo dilectionis affectu erga illam tangit. Hac erat fors gentium, quam eleganter describit Paulus non uno tantum loco, praesertim ad Ephes. 2. ubi primò mortuos delitos, & peccatis appellat, In quibus ambulastis, inquit, secundum solum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius: & paulò post, Memores esto, quod aliquando nos eratis gentes in carne, qui dicebantini preceptum ab ea, que dicitur circumcisio in carne, manu facta: qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israeli, & hosties testamentorum, promissionis speciem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Dicit autem uocata am domino, tum quia in scripturis, in quibus de gentibus Deus loquebatur, tanquam de muliere repudiata loquebatur, & iniuria, quam ignoraret, cuius forma, & mores ei summopere dispercerent, proindeq; Iudeos ab eis longè diuersos esse uellet; tum etiam quia ad legem de libello repudiū est allusio: in quo sic vocabatur à uiro, & pro repudiata eo ipso habebatur. Phrasis autem est Hebreis familiaris, ut uocare pro censere usurpent: Vocabitur tibi semen in Isaac, pro censetur, seu reputabitur. Genes. 21. & Leuit. 1. Hic recolere iuuat, que lex de repudiata muliere statuebat, primo ueluti immunda à sacerdote duci non poterat in uxorem: deinde si sic permanebat, triplum uitam duceret, necesse erat: si autem alterum ducibat, non minus infamis reddebat; adeò ut si ab altero illo repudiaretur, aut ille alter moreretur, ad priorem ne rediret, lex prohiberet; nimurum, quia argumentum sue lasciviae, atque impudentiae præbuerit, que in feminis turpissima est. quamvis autem gentium populus non lugoret ob repudiacionem à Deo, neque suam sortem agnosceret; tamen, cum humanus animus absque Deo inuicinitate omnini, & latitia uera careat, ob fortes peccatorum lugentium nomine censebatur. Ab adolescentia abieciunt;

abieciunt: hebr. uxorem iuuentutis, quia fastidio habet. sensum uulgatus exprefit. maior autem uidebatur ignominia, si florente aetate mulier repudiabatur. porrò non dum transacti erant tristitia anni a morte Noe, quando uocauit Deus Abraham, cumque, & semen eius ex omnibus gentibus elegit, uisusque est universam gentium multitudinem repudiasse. nam quinquaginta annorum erat Abraham, quando mortuus est Noe: & septuagesimo anno etatis sua uocatus est ex Ur Chaldaeorum. Genes. 12.

7 Ad punctum &c. plurimi anni præterierant ab ea repudiatione, que ad Christum dominum: nam anno nonagesimo nono uita Abraham, data est ei circumcisio, & innuatum fædus, qui annus iuxta probabiliorem suppurationem erat 2047 à constituto mundo: at Christus dominus natus uidetur anno mundi 3961: à federe itaque illo usque ad Christum uidentur fluxisse anni 1923: à natuitate autem domini usque ad propagationem euangelij per orbem, numerare possumus 60 aut 70 annos. ergo bis mille annos hoc loco uocat dominus momentum modicum. nam mille anni ante oculos eius est, tanquam dies externa, que præteriit. Miserationibus magnis. magnitudo hec ad temporis diuinitatem uidetur referenda, ut opponantur modico momento: aeterna enim sunt, & numquam interitur. quod sequens uersus confirmat.

8 In momento indignationis, id est, ad momentum iratus, præira, que breviissimo tempore durauit. Abscondi faciem &c. abscondi uultus Dei, seu uelatio, seu auersio faciei, in scripturis est homini omne malum, sicut uultus illuminatio omne bonum. Si enim sole sub hemisphærio nostro agenti, omnia obseruantur tenebras; at redeente super nos, omnia sunt lucida (est enim lux mundi, seu mundi oculus, per quem uidet omnia tellus:) quid de Deo, qui creauit solem, sentiendum erit? facit quidem indignatio operire faciem, ut sit ueluti deliquum solis: uerum ab interpositione densitatis peccatorum nostrorum, qua diuidunt inter nos & Deum nostrum, ortum haber: ipse enim semper idem ipse est, & radios emittit; non tamen ad nos penetrant, quam diu tetur spiramus, & nebulas: quare ad fuganda, & delenda peccata descendit, quibus, tanquam nebula depulsis, in luce agimus. ergo, sicut in die bone, ambulamus. In misericordia sempiterna. Nam hic pro aeternitate accipio. Non propriè est effectus ille pietatis, aut caritatis & beneficentie, quo parentes naturaliter tanguntur erga liberos, uel contraria, quare cum de Deo dicitur, nominibus misericordia, beneficentia, clementia, benevolentia, & similibus reddit potest, ut locus postulauerit: hic ira, seu potius excandescens, quam notat nomen ipsius, opponi uidetur. benignitatem ergo, & humanitatem, seu clementiam notare uidetur: de qua Paulus ad Tit. 2. & 3. buc fortè respiens ait; Apparuit gratia Dei saluatoris nostri: & rursus; cum apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex ope ribus iustitiae, qua facimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit &c. quare hoc quoque loco hac uerba esse Dei redemptoris, dicit prophetas.

9 Sicut in diebus Noe &c. Hebreæ, ut ego uerti, sic ad uerbum habent, Quia aquæ Noe hoc miseri: neq; est, q; quisquæ existimet uulg. pro aquis dixisse dies, ut quidam putant, sed cum sensum uellet reddere, doctè reddidit. quid enim est. Aquæ Noe hoc mihi, quam V ideo mihi esse in diebus Noe, quando aquas inundare feci super terram? perinde est ergo, ac si dicat, tempora bac possum conferre temporibus Noe: mihi persimiles sunt dies isti diebus illis: sicut enim tum ab ira quietui, & mundo quietem dedi, promissa in eternum mea misericordia, expiatu iam per inundationem mundo; sic Christi filii mei tempore quietem mundo afferam, quasi per uerum Noe. inundabit enim misericordia mea uerum orbem & sic tandem expiabitur orbis. hinc arbitror esse germanum sensum. Quod nero additur de iuramento dato illis diebus, uel ipsi Noe, de non inducendo ultra diluvio, non est tam id, in quo similia sunt tempora, quam signum eius, illud iuramentum pacis, & fidei erat confirmatio: quo confirmati sperabant non ultra experturos se diuinam iram, quinimo fore, ut pate fruerentur. in hoc ergo similitudo consistit, q; sicut tum remisit iram, ita & nunc. Iuramentum autem illud erat huius remissionis tantum confirmatio. quare (sic in Hebreæ est) tunc irauit, q; non faceret transire ultra aquas Noe, id est, aquas similes aquis Noe, quibus uidelicet peccatores perire, quoru morte expiatus est orbi. quasi insinuerat prophetæ, aquas quidem, sed longè ab illis diuersas inducendas fore per Christum: aquas, inquam, quibus non peccatores, sed peccata mergentur. uenit enim Dei filius, ut est apud Iohannem, non, ut iudicaret, id est, damnaret mundum, sed, ut saluaret mundus per eum. non itaque transire fecit Deus aquas Noe, sed aquas filii sui: ut quemadmodum tunc aquis plena fuit terra, ita per Christum misericordia impleretur terra. Huc facit, quid aque baptismi à Petro Apostolo, aquis diluvij conferuntur 1. Petr. 3. tunc quidem fontes rupti dicuntur, & cataractæ celi aperte: sub Christo autem celi distillauerunt desuper, & nubes depleruerunt iustitiam: terra quoque aperta est, & germinauit salutem; ut supra dictum est. Dei enim filius de celo descendens, in uterum virginis, factus terra germen, qui de calis erat, terram secundauit, & miserationibus dñiis replevit. Quid nero, si

non hic comparationem fieri intelligamus, sed hoc tantum significetur, adimpleri in Christo quod Noe pollicitus est Deus? nam Noe promisit, quod coniunctis oculis in arcum, qui sit in nubibus, recordaretur Deus foderis, quod cum Noe percusserat: Christus uero erat arcus ille, cuius respectus facit, ne Deus terram perdat, patres enim per arcum illum, Christum designari senserunt. Rationes autem similitudinis apud eos uideas, Sic iuraui, ut non irascar &c. id est, sic nunc placatus sum, & nequam ultrà mundo irascer propter Christum. sed cum huc uerba similitudinem explicare aliqua ex parte uideantur, aliud expositionem apponam hanc contendendam: quasi dicat, uideo nunc mihi esse in diebus Noe, quando aquæ operuerunt terram, ego autem eas exsiccavi placatus mundo. sicut autem tunc iuraui, quod non inducerem ultrà aquas, quæ mundum perderent, ita nunc iuraui, quod peccata, & sceleris, quibus spiritualiter mundus hactenus cooptus fuit, & qua terram perdididerunt, non ultrà terram occupent: sed per filium meum orbis reformatorem, exscentur buismodi aquæ, & auferatur peccatum, & delectur iniquitas, & redcat iustitia sempiterna. quod si fiat, non erit, cur commonear contra te, aut in incipitationes coniunctionem. Hinc habes, quod sicut aqua Noe non ultrà operient terram, sic neque scelerum inundatio, neque iterum mundus ad idolatriam relabetur.

10 Montes enim &c. eodem sensu huc accipienda sunt, quo Calum, & terram transibunt; uerba autem mea non transibunt, id est, factu facilius hoc erit, quam illud. ergo erit misericordia sempiterna. nam si dominus decrevit, quis auerteret? Si dominus iurauit, quis cum perirem reddet? nequam ergo ab ecclesia gentium discedet Dei benevolentia, & paternus affectus, & cum ea erit usque ad consummationem facili. Cum igitur montes ingentes, & immobiles rupeis infexerimus, huic promissionis, & affectus meminerimus, ne morem aurum tribulationibus, & iactationibus ecclesiæ: firmior, intra nos metis posse dicentes, est amor, quem Deus erga ecclesiam suam gerit, quam sint isti montes. Fœdus pacis &c. cum Noe iniit dominus pacis fœdus, quod ultrà non perderet mundum, & fœdus iuramento firmavit: Christi sanguine etiam sanctum est fœdus aeterno pacis cum gentium ecclesia.

11 Paupercula &c. non solum pace fruistrum ecclesiam, aut tantum non indignationem domini experturam ostendit, quinimmo inestimabiles futuræ eius diuitias, & neminem futurum, qui aduersus eam præualeat. Primo autem eam nominibus illis compellat favoris, & benevolentia gratia: que eas calamitates notant, quas perpessa hactenus fuisset. Inopem: & cui nemo fuit auxilio: neque miser laboranti, aut opem imploranti responderat, primò nominat. nam quotquot prætererunt, etiam uidebant hominem, qui incidit in latrones, uulneribus confossum nullo pietatis affectu tangebitur, ut est in euangelio, sed neque, si uoluissent, possent subuenire, præter illum Samaritanum &c. Secundò quia omnium iniurias erat exposita, & potestati tyrannorum tradita, ac corum affectibus, qui si non cohercetur, incredibilis tempestates concitant, delicta. Tempestate obrutam, appellat, πνυδ id est, deictam, seu deturbatam horribiliter, est enim in hophal. Tertiò absque consolatione, seu consolatione destitutam: cum enim in extrema ageret miseria, non erat, qui uel uerbo eam consolaretur, aut animum aliqua spe erigeret melioris fortunæ: carebant prophetæ: alieni erant à fædere: & promissionem erant ignari. Sed iam uideamus diuitias diuinæ commisserationis. Ecce ego &c. præter ullam spem, & rebus planè desperatis adeste solius Dei est, non consolabor modò, non solum erigam, & subueniam; sed extreamam miserioram summam felicitatem communabo. Per ordinem. 12 Hebreis est quod Latinis fucus, consentiente omnino uoce. & quantum coniungere possum, primò Latinis significauit medicamen illud tantum, quo oculi decorantur, ex stibio, (hoc inter mineralia computatur, & oculis confert) deinde abusu omnia alia feminis nota, quibus facies illita, & immutata decoratur. denique de uniuersis coloribus, quibus pristinus color obtegitur, aut immutatur, dicitur. caput. propria ergo significatione subnigrum colore notat, ab ipso metallo, quod fibium appellatur, ex quo paumentis aptos nigri coloris confici posse ipsius naturam considerantibus uerisimile uidebitur. probabant enim paumenta ex nigris lapidibus, candidis, præsertim marmoribus immisitis. Quare fictioni Rabinorum adscribendum duco, πτα εσε lapidem, quem carbunculum vocant, & perperam eos locum i. Paral. 19. uertere ubi David se preparasse dicit aurum, & argentum, & ligna, & lapides πτα & πρπτα, id est, uarij coloris: ubi doctissimum uulgatus uerit, quasi stibinos. licet enim dicamus ex fuco, seu stibio non posse paumenta confici, nigerrimos tamen lapides, quos nos marmor nigrum vocamus, dici figuratae lapides stibinos, non erit absurdum affirmare. quare uulgatus, quasi stibinos dixit: & hoc in loco dicit omnes præter septuaginta, in stibio, uertisse. ergo πτα primo fossile illud, quod Græcis ιππι, Latinis stibium appellatur, significat, (de quo uide Diocoridem lib. 5. cap. 59. & commentarium Matthioli). deinde ipsum colorem subnigrum, qui ex pulueribus metalli conficitur, ut i. Reg. 9. & Ierem. 4. hoc itaque loco accipiendo puto, sicut in eo loco i. Paral. 19. & uertendum; Ecce siue lapides tuos in stibios, seu cum stibio; ex stibinis lapidibus conficio paumenta tua. Et fundo te in Sapphiis;

pono

pono sapphiros lapides fundamenti tui. possumus utroque lapides, & utrumque uerbum ad fundamento referre, & utrumque ad paumenta, quod magis probo. nam fundamentum etiam dicitur, quod est in superficie terra. De lapide autem Sapphiro, quem uigo quoque Caphira vocamus, vide Diocoridem lib. 5. cap. 14. est colore cyaneo perquam trans lucido: & Plinius quidem dicit eum fundatis aureis collucere, quod in nullo sapphiro dicit Matthiolus se uidisse; putatque, aut quos sapphiros dicimus, non esse sapphiros, aut Plinium errasse, quod fortasse caruleum lapidem, quem Mauritani Azulum vocant, pro sapphiro accepere. nam nullus præter hunc lapis scintillæ aureis emicat inter gemmas. Loquitur autem de ecclesia, ut ex sequenti uerbi etiam appareret, quasi de regia quapiam, aut etiam ciuitate: cuius uel paumenta, que pedibus toruntur, sint uisus gratissima. quare illius imcolas adeo opulentis fore, ut lapides, qui in annulis geri solent à regibus, sub pedibus habent, & concubent. Certè aut hec significant dona caelestia, etiam insima fortis hominibus danda, ut divores sint, quam olim fuerint reges, & prophetæ: nunquam enim retro actis sculpis tanta liberalitate spiritus sancti dona hominibus concessa sunt, quam Christi tempore. illa fuit uerè aurea etas, quando ad impositionem manuum discipulorum Christi, spiritus sanctus uisibiliter conferebatur: & nulla erat ecclesia Christi, in qua non essent prophetae, doctores habentes dona linguarum, & sanitatum conferendarum gratiam, & similes diuitias, quas Corinthi concessas gaudebat Paulus. aut certè significant seruos Christi, & ministros euangelicos pretiosa queaque mundi pedibus concubatiros.

13 Iaspidem. Græcam editionem dicit se Hieronymus secutum, ριδα εσε iaspidem uerit. ego, consentiente uoce, gagatem dixi: nam symbolice litteræ sunt c & g, d & f: & nunc quidem in hebr. duplice daleth uox legitur cadcod: at in commentarijs Hieronymi carcod legitur. neque est mendum. nam dicitur Symmachum ueruisse αεριδων'. nescio, an calcedonem nollerit significari. Ceterum de gagate uide Diocoridem lib. 5. cap. 103. est niger, & squallidus, cruflosus, & perquam leuis. Galenus lib. 9. de simplici medicamentorum facultatibus, dicit se complures ex Cælestrina aportasse crufloscos lapides nigros, & qui in igni admoti parvum flammam edent; neque se uidisse in Lycia eum fluuium, qui Gagan dicatur; unde lapidi nomen inditum dixisset Diocorides. Scatet hoc uniuersa Flan-dria, & plurima alia loca. sed cum hic ex ριδα fenestræ extruendas dicat Iesaias, haud scio, an ex gagate commode fierent, licet color placeat, & ligno similis dicatur esse lapis hic, ut facile levigetur. quare non est, cur Græcorum & plurimorum Hebreorum uerissem hoc loco reuiciamus, qui iaspidem dixerit: quem scimus fenestræ esse aptissimum, cuius in Lusitania nostra ingens est copia prope oppidum Setubal. Propugnacula. nomen πων εσε Hebreis sol: huius plurale hic habebes, quasi solaria dicas, id est, fenestra: per quas sol lucem administrat: neque abibi, quam hoc loco reperitur in scripturis, & ob hoc uariè accipitur ab interpretibus. Sculptos. πρηπει crystal-lum plerique dixerunt, neque absque ratione: nam πρηπει est gelu, & πρηπει grando. crystallus uero maximam cum gelu, aut grandine habere uidetur similitudinem, ut & natura non differre ab his existimat: nam πρηπει stieri trididerit Plinius lib. 13. cap. 21. Scenæ, atque alij complures, quorum tamen sententia non usque adeo certa est. utrumque autem Hebreis appellationem babet à uerbo πρηπει, id est, decalauit, qua etiam ratione uulgatus pro decalatione accepisse uidetur: cum enim dolantur lapides, quasi decaluantur. uerum libentia hoc loco crystallum significari dicunt: nam species lapidum communerantur. Desiderabiles, seu acceptabiles. optimè uulgatus desiderabiles uerit, id est, qui oculis, & animo placeant, ac proinde amantur, ac desiderantur. Accipitur autem λογος terminus Hebreis pro toto spacio usque ad terminum. Q uocunque, inquit, τε uerbi, τε, pretioso queque calcabis, & omnium diuitiarū abundantia perfrueris. Scimus autem sapientiam pre-tiosiorem esse auro, & argento, & omnibus gemmis: & spiritualia dona, que dominus ecclesia sue co-tulit, lapillis pretiosis astimari non posse. que cum his uerbis significantur, uide quam aptissime, quam se ipsum explicet propheta, addat;

14 Et uniuersos filios &c. cruditione domini, & pace nempe spirituali, quam mundus non potest dare, uniuersam felicitatem comprehendit. Hec sunt illa diuitia, illa gemme, sapientia, & animorum tranquillitas, que non est, nisi delectis peccatis, & affectibus, ac concupiscentiis si non extinctis, at certè refrenatis: sapientia enim mentem, pax uoluntatem: ac proinde hec duo totum hominem satis, superq; diuitem reddit. Hunc locum adducit Christus dominus apud Ioannem cap. 6. ex quo ostendit, nonesse esse à Deo doceri, & intus eruditiri homines, ut sic pertrahatur ad Christum, id est, ad fidem, ad gratiam, ad peccatorum remissionem, ad pacem denique, quam solus Christus dat suis.

15 Fundaberis, seu firmaberis: tua firmitudo erit iustitia, quam à me consequbris: non erit, cur timeas, quod has diuitias tibi hostes diripient: ipsam diuitias erunt firmamentum, & propugnacula tua: ipsa te tua iustitia firmabit, ut nulla frades, nulla vis, aut persecutio aduersum te preualeant: sanctitate ipsa tua eris. Iste sunt inferorum porte, que aduersus ecclesiam Christi non preualebunt.

P idetur autem in hoc uersu esse iuersus orationis, ut dicendum sit; In iustitia firmaberis, quare ne timeas: longè enim abevis à fraude, & à prostratione, qua certè non appropinquabat tibi. Prostria tionem hocat nūm, & impetum, quo aduersa prosteruntur, nūlgatus panorem dixit: sed pro his, quae panorem incutunt, & animum decipiunt, cuiusmodi sunt hostium exercitus &c. accipere debemus. Duo etenim sunt, qua ecclæsa metum possent incutere, aut fraudes, aut nis; heretici, aut tyranni occulæ, uel aperte oppugnantes, ab utroque ecclæsa suam tutam reddidit Christus per iustitiam, qua eam iustificauit. si enim Deus iustificet, quis condemnnet? si Deus tuerit, quis expugnabit? iustitia ergo, seu iustificatione tutæ cræs, firma cræs: neque uniuersi diaboli machinamenta aut te deinceps, aut opes tuas diri fecerunt, hoc itaque uersu crediderim obuiaſſe obiectioni, qua ex tantarum diuitiarum promissione oriri poterat: nam, ut tutæ est paupertas, ita & diuitijs fraudes, & uis parantur. Hic, obsecro, considero Christianæ lector, quanti cælumare hanc iustificationem debeamus. nam quod ecclæsa sua prouidit, siue quoque credendum est promissæ Christum, nempe quid iustificati pacem habebamus. si ergo iustitiam retinemus, ut diabolus fierem, ut mundus decipere concitur, ut caro concupiscat: pacem nibilominus possebimus. ne deseramus itaque iustitiam: deserit autem, qui parui facit: qui ingratus, non perpetuo gratias agit Deo pro tanto beneficio: qui non vigilat, neque iustitiam in dies firmiores reddere conatur. hic licet per hanc desitiam non statim impius fiat: at certè aduentante hoſte labitur: quia ope illa destituitur, quam ad perseverantiam necessarium esse, semper sancti patres indicarunt, que non datur omni iustitiæ possidenti, sed etiam coleti, & amanti. Hoc puto esse illud sententia Dei, quod habet, non peccat, apud Ioannem: qui autem illo destituitur, is quam faciliter à iustitia labitur. uerum quia ecclæsa iustitia prorsus desitui non potest, ob Dei benevolentiam, & ueritatem, licet plurimi eius filii quotidie illam amittant, & ad hostium castra, uel uolentes transfeant, firma semper est; neque decipi, neque expugnari potest, ut obstruatur os Lutheranis, qui non uerentur contra tam expressas Dei promissiones, qui semper uerax est, affirmare ecclæsam posse decipi, etiam in fide, quod diaboli inuentum è certè tendit, ut auctoritatē conciliorum detrabatur, & suo se quisque iudicio tueri nelite. Sed de his haſtemus. Hoc tantum alta mente reponit prudens lector, duo hac, neceps, sapientiam, & pacem, seu doctrinam sanam, & tranquillitatem, que non est absque ue ri cognitione, & uirtutis amore, hæc, inquam, duo, quibus constat tota felicitas spiritualis ab ecclæsa Christi auferri non posse: ipse enim eam immaculatam, & irreprehensibilem, non habentem macu lam, aut rugam, reddidit, & Deo patri exhibuit.

15 Ecce accolue ueniet &c. manifestum est, quid uulgata editio significet, nempe aduentum gentium ad ecclæsam: in qua ob pacem, & opulentiam, atque omnium rerum abundantiam uolent habi tare: neque Hebreæ repugnant, nam & γα pro peregrinari accipitur, & ad incolendum uenire: cadere autem ad aliquem, in bonum accepit. Verum quia quæ præcesserunt, & quæ sequuntur, ho ſtile quid ſonant, libuit hunc uerbum, & de re hostili interpretari, in hanc ſententiam. Quicunque in te exercitum duxerit, quicunque copias aduersum te collegerit, & tecum uoluerit pœnali, cum ſcito, quid à me defecit, neque meus fit: quicunque autem is fit, & tecum bellum gemit, iuxta te cader, ac nictus iacebit. qui ſenſus cum fit anguſtus, & Deo dignus, & superiorius, & ſequentiibus congruat, aliquot annos in uinculis conſirmandus erit. & quidem uerbum γα, quod uerbo peregrinandi, ſeu incolendi plerunque redditur, propter uariam eius conſtructionem, & uifum non potest uno uerbo Latino ubique reddi. & quantum ex omnibus locis, in quibus reperiuntur, & ex diuinis con ſcere poſſim, est interdum uerbum caſtreſe, & hostiis tribuitur, ut Latinis cogere, colligere, contrahere, ut Ps. 56. Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum, contrahunt, obſeruant &c. & Ps. 59. Contrahunt contra me robuſti, uidelicet, copias, Ps. 140. Qui cogitant mala in corde, tota die contrahunt bellum, unde & γα nomen, id est, contratio, ſeu exercitus, congregatio inimicorum. Ps. 31. Qui uiam audiuī rumorem multorum, contractionem undique consultantium contrame &c. atque ita hoc loco accipi potest, Ecce [qui] contrahendo contrahit, qui bellum gerit, ſeu exercitum cogit, ut bellum tecum gerat &c. Den autem ut uerbum accepi, ſicut Gen. 47. Defecit arguent: & ſuprà 16. & 29. Defecit emuntor, defecit præualitus: at γα, quid aliud est, quam à me? ad uerbum, de cum me, id est, qui in te exercitum ducit, à me non habet partem mecum, ut loquitur etiam hebraismus, recepit à me, non est de numero eorum, qui mecum ſunt, & me dicuntur, id est, ſcito hostes tuos eſſe hostes meos: & qui nos tangit, tangit pupillam oculi mei: qui uos ſpernit, me ſpernit: ne existimes me hostibus tuis, quicunque illi ſint, fauere unquam, poſſe. quo fit, ut quicunque in te contraxerit, id est, contra te exercitum collegerit, aut duixerit, iuxta te cadat, neceſſe eſt. me enim ille impugnat, & aduersum bellum gerit. Huc credo alluſſe dominum in euangelio, cim ait; Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non colligit mecum, ſpargit. niſi quid colligere ſecum, dixit pro unanimi confenſu milites conſcribere, & iunctis uiribus, atq; animis bellum

bellum gerere. qui, inquit, alia ratione bellum gerit, aut exercitum ducit, is non putandus eſt exercitum contrahere, ſed potius diſoluere: quod eſt imbellium, & corum, qui certam riniam habent. certè locus omnino idem eſt, diligenter inficieni. Finge Christo cum discipulis eo in loco rem eſe, atque eum ita dicentem; Qui non eſt nobis, ſed uobis bellum infert, contra me eſt: (eſe cum cum Christo, eſt cum eo, & ſub eius uexillo militare, & rem Christi cum discipulis eius agere) & qui non colligit nobis, id eſt, qui uires suas non addit, neque exercitum comparat, ut nobis in hostes uadat, quin potius aduersum uos exercitum ducit, notum uobis fit, illud potius eſe diſpergere, & exercitum ſoluer, (quod qui facit, proprie tis, ut uincatur) quam colligere. hoc profecto hic dicitur, prope uos cadet, id eſt, gladio uero interribit. Hinc intelliges, quid ſit diſpergere, uidelicet exercitum, nempe cadere, & uinci, ut ex hoc loco locus euangelij planus fit, & rufus ex euangelio locus hic Iefaiæ manifes tus. nam appetet, colligere, & diſpergere eſſe uerba caſtrenſia.

16 Ecce ego creaui &c. confirmatio eſt praedictorum: cadent hostes tui: licet te oppugnent, numquam tamen expugnabunt, mihi crede. nam tam faber, quam ars fabrilis, quam etiam uafa omnia, qua arte fabrili ſunt, me habent auctorem: ego omnibus praesum: ſum fabrorum omnium praefectus: neque quidquā ex arte, aut industria corum prodiit: quod ego non norm: mule ſunt uires, quas notaſ non habeam: quid gladij, quid hoſtæ, & cetera belli instrumenta ualeant, exacſiſimē intelligo: quāſi dicat, tam hoſtes tui, quam eorum induſtria, & uires in manu mea ſunt: ego eos creaui, & ex dono meo habent uires, induſtriam, & arma bellica. ſi ergo inbeo te ſecuram ageve, non eſt, quid timeras. Proferentem uas &c. primum eſt carbones follibus accendere, ut ferrum immixtum calefiat: alterius eſt, ut apprehendat ſaber instrumentum, quo opus faciat ex ferro calefacto, et ignito: uas ergo ad opus uocat instrumentum operi faciendo adaptatum, & commodum. & hic ſenſus planus eſt. uel proferent, ſeu educentem uas ad opus ſuum, id eſt, ad quidquid facere instituit, & quo ſibi opus eſt. nomina enim uas non ſolum instrumenta artificum, ſed omnia illa, que arte quavis ſunt, & uis apta ſunt, tam pacis, quam belli Hebreæ comprehenduntur. Non incepit autem per fabrum ſuſſlantem, & instrumenta bellica conſcientem, tyrañorum conatus, & induſtriam intelligimus, contra Christi ecclæſam mala fabricantum, atque machinantium: nec minus apte ipsum eorum principem diabolum, qui carbones ſuſſlat in igne, id eſt, ignitos ſlatu reddit: qui homines accendit ſpiritu ſuo, & concitare aduersus Christum, & eius ecclæſam. hic eos educit, tanquam instrumenta ſua, ut per eos opus ſuum faciat. Hunc ſe creſſe dicit dominus, & quid poſit notum habere, eius astutias dicebat. Paulus ſe intelligere, & ſuos communiquat aduersus eum. Is ipſe eſt perdition per antonomasiam, qui totus in hoc incumbit, ut diſſoluat, & frangat, labefactetque ecclæſa uires, & funditus deleaf. ſed incassum laborat: non enim porta inferi præualebunt aduersus eam. unde ſequitur,

17 Non dirigetur. τοις non proficit, non progressus faciet: nullus tyranus, quem iſtigauerit diabolus, ut aduersum te arma capiat, proficit, ut uidelicet ecclæſam pefundet, aut deleaf: ſed & omnem hereticum, qui lingua, & doctrina te euertere ſatagit, qui & ipſe uas diabolus eſt, tu dannabis in iudicio. Reſiſtentib[us] tibi in iudicio: ad uerbum, ſtan tem tecum ad iudicium, eſt phrasis, qua nos Iuſtiani uenim, ſtarre ad iudicium, id eſt, iudicio contendere cum quoquā, & tota cauſam ad iudices deferre; & coram eis ſiſtere, ut ſententia feratur. ut priori autem membro tyranus, ita posteriori bareſum auctores omnino intelligendi ſunt; qui inueniunt ecclæſam oppugnant: & heretici quidem doctrinam lingua ſue, doctrina ecclæſe preferri uolunt: neque uerentur ad iudicium defende re, ut ſe in concilis fatigū eſt. Sed omnis illa doctrina, que cum catholicis pugnat, damnabatur, inquit dominus. Hic uides ad ecclæſam iſam, que oppugnat lingua hereticorum, iudicium de doctrina, que oppugnat, pertinere. Hac eſt hereditas &c. magnifico, & eleganti epiphonema te, ſeu acclamatione orationem claudit. Hac eſt hereditas, ſeu fors, quæ poſſidenda, tanquam be reditate obuenit ſeruis Dei. Quam, heluti unam domum, ciuitatem, aut rem, unam denique familiam allocutus fuerat, nunc ſeruis Dei, & domeſticos Dei appellat. Hac eſt eorum fors, nempe ut ſint ditissimi donis celeſtibus, iuſti, & sancti discipuli domini, & ſumma pace fruantur: hanc interturbare, & has corum diuitias diripere nemo poſit, ſed inueniunt ſoſtes ſuperer, & condement. Hac planè eſt fors ſeruorum Dei. Et iustitia corum, id eſt, iustificatio, & laus: interdum enim iustitia pro ipſo iustitia praconio accipitur Hebreis. hæc, inquit, eſt fors, quæ iure optimo illis competit: barum laudum, & bonorum ſunt capaces. Apud me, id eſt, illi, qui apud me de gunt. hæc enim uis eſt nocis compoſita. τοις de cum me, id eſt, qui mei ſunt, aut mecum habi tant, & rem meam agunt: uel hæc per futurum enuntianda ſunt: Hec erit fors &c. cui affueratio nem addit, ſidelis ſeruus Iehoua. dictum hoc omni acceptione dignum eſt, ut dictum Iehoua. felices ſunt ergo ſeruis Dei neque eſt, quid coram quis uicem daleat, ſed potius: quid inuidet: eſt autem ſer uis de felicitate ſeruorum Dei per Christum in domo ipsius, nempe ecclæſia degentium.

*Caput quinquagesimumquintum.*

Noua.

**O**MNES sientes uenite ad aquas, & quibus non est argentum, uenite: comparete, & comedite, uenite comparete absque argento, & absque commutatio ne uinum, & lac.

Ad quid libratis argentum sine pane, & labore uerbum sine saturitate? attendite attendo ad me, & comedetis bonum, & deliciabitur in pinguedine anima uestra.

Inclinate aurem uestram, & uenite ad me: audite, & uiuet anima uestra, & ferram uobis fœdus sempiternum, misericordias David fideles.

Ecce testem nationibus dedi eum, dum, ac præceptorem nationum.

Ecce gentem, quam nesciebas, uocabis: & gens, qua non cognoverat te, ad te current, propter Iehoua Deum tuum, & sanctum Israel, quia orauit te.

Quarite Iehona, dum inueniri potest: nuncate cum, dum est propinquus.

Deferas improbus uia suam, & uir uolentia studia sua, & reuertatur ad Iehoua, & commiserabit eum, & ad Deum nostrum, quia multiplicat ad condonandum,

Non enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neque uia uestræ, uia meæ, fidelis sermo Iehoua.

Quia [quanto] excelsus est cælum terra, tanto excelsiores sunt uia meæ uia uestræ, & cogitationes meæ cogitationibus uestris.

Quoniam sicut descendit pluia, & nix de calo, & illuc non reuertitur, quin immo humectat terram, & gignere facit eam, & germinare eam facit, & dat semen seminanti, & panem comedenti;

Sic est uerbum meum, quod egreditur ex ore meo: non redibit ad me uacuè, quin immo fecit, quod uolui, & promovit, da quod misi illud.

Quia cum latitia egrediemini, & cum pace deducemini: montes, & colles per sonabunt coram uobis ouationem, & omnes arbores agri plaudent manu.

Pro fruticeto succrescit fraxinus, & pro fruticeto

Vetus.

**O**MNES sientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentum, proferete: emite, & comedite, uenite, emite absque argento, & absque uilla commuta tio ne uinum, & lac.

Quare appenditis argentum, non in panibus, & labore uerbum non in saturitate? audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crasitudine anima uestra.

Incline aurem uestram, & uenite ad me: audite, & uiuet anima uestra; & ferram uobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles.

Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus.

Ecce gentem, quam nesciebas, uocabis: & gentes, qua te non cognoverunt, ad te current propter dominum Deum tuum, & sanctum Israel; quia glorificauit te.

Quarite dominum, dum inueniri potest: nuncate eum, dum propè est.

Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniā multus est ad ignoscendum.

Non enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neque uia uestræ, uia meæ, dicit dominus.

Quia sicut exaltantur cæli à terra; sic exaltata sunt uia meæ à uia uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris.

Et quomodo descendit imber, & nix de calo, & illuc ultra non reuertitur, sed incendiatur terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti;

Sic erit uerbum meum, quod egreditur de ore meo: non reuertetur ad me uacuè, quin immo fecit, quod uolui, & pro sperabitur in his, ad que misi illud.

Quia in latitia egrediemini, & in pace deducemini; montes, & colles cantabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

Pro saliuca ascendet abies, & pro urtica

Noua.

Vetus.

senticeto succrescit myrtus: & erit ipsi Iehoua in nomen, in signum sempiternum, quod non excindetur.

tica crescit myrtus: & erit dominus nominatus in signum aeternum, quod non auferetur.

**I**MNES sientes &c. cum felicitatem Christianorum descripsisset, iam Deum inuitantem homines, ut tantis bonis per Christum allatis frui uelint, inducit propheta. ad hunc certè locum uidetur respxisse in euangelio dominus, cùm ait; Qui sit, ueniat ad me, & bibat: & Venito ad me, qui laboratis &c. sientium autem nomine illi designantur, qui pondere peccatorum prexi respirare desiderant; aut itineribus errorum diuexati, ueritatem inuenire satagunt. utrisque subuenit filius Dei: nam & peccatorum ponit abstulit, & iugum doctrina sua suave imposuit; factusque est nobis nia, ueritas, & uita. In Hcbræo est interictio uocantis, non sine animi affectu, quia licet interdum sit dolens, hoc tamen loco est uocantis ex commiseratione. Omnis stiens, & quicunque siti premis. Ad aquas. manifestum est ex euangelio aquarum nomine spiritus sancti gratiam, & cetera dona designari, quibus sitis aliarum omnium rerum tollitur, & fons in animo sit aquæ uia salientis in uitam aeternam, quia celestibus imbiare faciunt dona celestia, & initia sunt illius felicitatis & arrabo hereditatis aeternæ. qui enim illo signati sunt, ut loquitur Paulus, illuc tantummodo admittentur. Qui non habetis argentum. ne quis fortè putaret, ut terrena bona, sic etiam hec celestia diuitibus buis mundi solum esse perua, quod magno constarent, pauperes uero excluderentur; eos non minime uocat, qui argento carent, ut fortè iam haec significaret, pauperes euangelizandos, ut est in euangelio. Profectò gratis dispensanda dona celestia, non autem emenda, ut putauit Simon ille, locus hic manifestè insinuat: neque solum, ne argentum afferant, clamat; sed omnem commutationem, & omne pretium abigit. Emite. que, quo, est emptio, si non est pecunia, aut aliud pretium, seu commutatio? scito ergo uerbum יְהֹוָה propriè non nisi frangere significare: sed cùm de cibis dicitur, uel potu, est uel alijs distribuere, uel ab habente, partem, seu fracturam accipere. neque enim & pretium notat, nam sicut Deut. 2. dicitur, quod cibum frangerent pro argento; ita hoc loco absque argento. distributionem ergo donorum secundum mensuram fidei, ut est apud Paulum, ab eo, qui dona uniuersa in sua manu habet, absque tamen illa commutatione hic dominus designat. repetit uero uerba, Venite, comedite, accipite fracturam, (sic enim uolu reddere, ut emptionem excluderem) ut quanto desiderio nostra felicitatis teneatur, Deus noster aperiat. Vinum, & lac, colore, & sapore suauia sunt ista gustui corporis; somnum etiam inducent; & à sensu aliarum rerum immodecum epota, auferunt: sic spiritus sancti dona dulcisima, & suauissima sunt, neque oculis insipientium ingrata: & qui ex eis affatim bibt, non sitiet in aeternum.

Quare. נִזְמָן quosum. frustra esse hominum labores, & omnem illam industriam, quam pro mundanis bonis impendunt, manifestè affirmat: & uerba ostendunt, de illis loquitur, qui Deum, non querunt. ergo qui oblitus Dei, terrenis bonis iniicit, quasi ea consecutus, atque habens quibus uenter impletat, & saturetur, felix esse posit, imprudens omnino à domino iudicatur: nam sine Deo, neque panis panis dicendum est, neque saturitas saturitas. cùm enim cibo, & potu, quantumuis largissimo non quiescat animus, neque ab appetendis alijs conquiescat, imbiare semper eum oportebit ad ea, quibus caret: qua cùm plurima sint, plus ob illorum penuriam cruciabitur, quam ob istorum possessionem letetur. si uero sua sit forte contentus, natura ipsa, ut que uerorum, & nunquam interiutorum honorum est capax, interim dum illis destituta est, alijs omnibus, que intereunt, nequaquam contenta, ore semper aperito, similis uoracissimo cani, presentibus non fruitur, sed ea quæ citissime deuorat, ut nunquam ingluviuim suam possit satiare. Huiusmodi hominem sub nomine uino indulgentis describit Sapient. Pron. 23. cuius noxes exprimit, Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, sed non sensi: quando enigilabo, & rufus uia reperiam. Non in panibus: hebr. in non pane, uel cum non pane: ut fortè hic sit sensus; si libratis argentum, cur non in altera lance panem apponere facitis, ut pro argento reportetis panem? idem de labore, quem pro rebus labore partis accipere potes. Sed dices, pro pane do argentum; & ut saturer, labore impendo, noui, sed neque panem, neque saturitatem consequeris, & miserè deciperis, quafdiu animum non pueris. Audite &c. uel attendite ad me, nempe ut eis, que dico, sensum accommodatis, & ueneris ad aquas, quas dico &c. quod uer. 6. explicat; orationem enim usque ad eum locum crediderim esse exordium, & ueluti preparationem ad illam exhortationem, que uer. 6. ac sequentibus continetur. quare uerbum יְהֹוָה, quod in forma imperativi comedite, & præteriti legi potest, libenter in præterito legerem cum Kk. iii

Significatione futuri; Et comedetis bonum, & uoluptatem habebit &c. bonum uero id, quod absolu-  
te bonum est, intelligit. Non, ait, bona terra comedetis, ut supra, sed bonum: cui collata terra bona,  
bona non sunt. uel aduerbiū fit, ut sit, quod nos iudgo dicimus, bene comedere, id est, lau-  
tē, opifārē. In crasitudine, uel pinguedine, id est, pinguis, carnes enim animalium fin-  
gūrum sapide sunt: & iudgo pingue usurpatū pro meliori. si audiatis, inquit, & animo percipiat-  
is, que dico, quod argento & laboribus aequableness non potuisse, absque argento & quāvis alia  
permutatione eorum rerum, que labore parantur, comprehendetis, saturatatem uidelicet, ac delicias:  
quisque enim animus uesper.

- 3 Inclinate aurem &c. non semel attentionem exigit, & præmia haud uulgaria pollicetur. Fe-  
riam pactum: fædus hoc exponitur diffus in frā uerbi & sequentibus. Misericordias Dauid fide-  
les: apposito est. fædus, quod feriam uobis, totum est, misericordia, seu caritas, & benuolentia  
illa, & affectus ille plus quam paternus, quē Dauid aperui, & iuramento firmau: quod ille testarū,  
& decantatum reliquit Psalmo, qui incipit, Misericordias domini in eternū cantabo, quod uidelicet  
datuus essem ei filium, qui in aeternū regnaret: quod quot autem cum nellen regnare super se, bea-  
tos futuros. ergo cū in iste tempus aduentus eis, necesse est, ut fædus sancianus: Ecce enim testimoniū  
populis &c. Hanc esse huīus contextus expositionem intelliges, si animaduertas hoc in loco aliudre le-  
sciā ad Ps. Dauidis, & ad uerba illa, Misericordias domini in eternū [ id est, que aeternā dura-  
tur & sunt ] cantabo. Dixisti, Misericordia adificabitur in calis, preparabitur ueritas tua in eis, uel  
cum eis [ ut tam firmæ sint promissio, quā ipsum calum. ] Disposui testamentum electis meis [ id  
est, sanciū fædus cum electis meis. ] Iurau Dauid seruo meo &c. ergo promissio Dauid facta, erat  
fædus cum electis, uidelicet, quod is, quicq; Daude oriretur, itfus redimeret, modo cum recipieret:  
cogita ergo sub aduentum Christi, hanc concionem factam, dicente Deo, per ipsūm filium; Veni-  
te ad me, & feriam uobis, id est, accedite ad me, ut feriam fædus sempiternum: quod in promissione Dauid facta continetur: fidelis enim fuit, qui promisit, adimpluit uerbum suum. cer-  
ta fuerunt promissio illa: adest tempus: nam

- 4 Ecce testimoniū &c. cū obcurè, & absque expressa mentione Christi de eo sermonem fecisset, sub  
nomine misericordiarum, id est promissionem Dauidi factarum de misericordia aeterna, & incenarrabi-  
li, subito per relatiūm, eum, de Christo planè loquitur, ut hac subita mutatione intelligamus, quō  
nam semper mentes prophetarum tenderent, & in quem intenti erant eorum oculi. optimè tamen pre-  
cedentib; hæc coherent: nam si innuare fædus necessum esse dicebat; oportebat, significaret, prop̄  
iam Meßiam adesse. cum igitur dicit primō in testimoniū nationib; Est autem testimoniū, qui proponit.  
& statut credenda, & testatur de ueritate, & de re comperta. ea nūque natura est testimoniū, ut  
de ueritate, ac re certa alijs testetur, quam cognoui, uidit, & audiuit: cui credere, & fidem habe-  
re alios oportet, qui non uiderunt, neque cognoverunt. quare fidem requiri. Inde testimoniū aliquando pro  
predicatore, & testimonium pro uerbo Dei interdum accipitur, quibus credere oportet. sic dominus  
Ierem. 29. Ego quod scio, inquit, testor: & Ioann. 3. Amen dico tibi, quod scimus, loquimur;  
& quod uidimus, testamur; & testimonium nostrum non accipitis: item 1. Ioann. 1. & Act. primo;  
& 22. predicatorus euangelij testes, & testari dicuntur. fuit autem Christus dominus testimoniū carum re-  
rum, quæ hæc erant occulte in sinu patris: ipse autem ea nobis narrauit, ut inquit Ioannes, inter  
quæ non in infimo loco erat diuina dilectio, quæ nos innuentes prosequebatur pater. hanc confirmabat  
aduentu suo, qui datus eset mundo à Deo: hoc uerbis, & miraculis rursum confirmabat. erat igitur  
certissimum testimoniū, & fide dignissimum. Dicem, nomen Hebreum יְהוָה ab annuntiando dici-  
tur. dicens autem significat, seu antistitem, qui annuntiat, ac precipit quid agendum sit. expedit  
enim, ut qui alijs præst, eos uerbis dirigat, & eloquentia pollet, qua persuadeat, ne sit dura tan-  
tum imperatio, sed sicut uis gubernatio, & homini accommodata. Præceptorem: à præcipiendo  
dicitur, neq; ad doctrinam tantum refertur. Tria, que ordinem inter se consideratione dignissimum ser-  
uant, hic Christo domino tribuit; quod de ueritate testimonium perhibeat; cum amplettendūm suadeat;  
& quod imperet, ac precipiat, tanquam uerius, ac legitimus princeps.

- 5 Ecce gentem, quam nesciebas, uocabis: hac mutatio persone seriem orationis aliquantū ob-  
seuram reddit; si ad tertiam reducas, planior erit sensus: ad hanc modum, Vocabit gentē, quam igno-  
rabit: current ad eum, qui eum nesciebat, propter decorum, quo illum ornabit Deus. suadet igitur,  
ut iam initio ceipi, ut queratis dominum, nempe in Christo &c. Quam nesciebas. manifestum  
est interdum uerbum cognoscendi Hebreis aliud præter nudam cognitionem notare. ignorat Deus im-  
pios, cognoscit suos, & passim in euangelio ita loquitur. Current: promptitudinem gentium ad  
fidem uerificantem notat, certè, ut ad emulacionem Iudeos prouocet, ad quos primò hæc, que mox se-  
quitur, concio pertinet: qui ad fædus illud soli perinebant, de quo supra dictum est, de promissione Chri-

No redemptore, si eum reciperent. Propter dominum &c. uide mihi causam cursus istius: quia  
gentes uidērunt Christum dominum à Deo decorari fæditate uita, doctrina uerbo, miraculorum solen-  
tiae, resurrectionis gloria, aduentu spiritus sancti in discipulos ipsius, ipsorum denique uita, & prædi-  
catione. Hæc, quæ omnia ipsis esse Dei filium, ac uerum Deum comprobabant, cum intellexissent  
gentes, ad eius fidem, & religionem amplettendam accurrebant: ea enim omnia in gratiam suam fa-  
cta uident. unde Deum ad eō homines amantem, redamare dignum indicant. hunc autem splendorē,  
& decorē, quia Iudei super cor uelamen habentes, non uident, ideo non accurrunt. quanobrem con-  
sulerem uerbi Dei præcombus, ut quoad ciuius fieri posset, decorē Christi amplificarent, & quanta sit  
euangelij, ac crucis dignitas, quanta spiritus sancti uires, quām fulgens sit apostolicorum hominum  
uirtus, denique euangelium gloria Christi perpetuò audientium animis explicarent. nihil enim sic nos  
in amorem Christi rapit; nihil sic ad religionem mentes inflamat, quām deus Christi, ac dignitas  
benē perfetta.

- 6 Quærite dominum &c. iam fæderis partes exponit; & unde digressus est, redit dominus. dix-  
erat, uocauerat, ut ad se accederent fædus iniurii; tempus etiam, ut res exigebat, esse iam, quo id  
præstare deberent, ostenderet: ergo ad fæderis condicione redit: quarum prima est, ut Deum prop̄  
agentem, & in medio corum, ut dicebat Iohannes, statim, non ignorantem, aut incognitum sinerent.  
pertransire. Hæc concio, etiam omni tempore, & omnibus hominibus apta esse uideatur; uerum quia  
de aduentu Christi erat sermo, qui benē acceptus felicitatem effet brevi allatus, incognitus autem,  
ac despectus effet Iudeos perditus; ad eos præseruit intelligenda est pertinere, & ad omne illud tem-  
pus referenda est, quo Christus inter eos egit: & discipuli eius penitentiam eis, ante uastationem per Ti-  
tum, prædicabant. tunc enim, quia prop̄ erat, & recens erat sanctitatis ipsius, & miraculorum  
memoria, facile erat eum inuenire: & cūm adhuc prop̄ eſet, inuocatus exaudiret. sed quo pacto  
querendus, aut inuocandus effet, iam aperit.

- 7 Derelinquat impius &c. apertus est locus ad afferendam penitentiam, per quam fit reconciliatio,  
& fædus cum Deo sanctitur iuxta doctrinam catholicam. per hanc inueniunt in die pentecostes  
tria millia hominum Deum in Christo, quem paullò ante cruci affixerant, & mox duo millia: & recon-  
ciliati in numerum seruorum Dei admisi sunt. Vide autem, unde initium sumat, à derelictione nc-  
peccatorum, & ueterum studiorum, ut illa & opere, & animo abiiciant. & hæc est detestatio il-  
la, qua dolorem secum affert, in qua cardo penitentia uoluit: qua ex fide, & cum dilectione sit,  
oportet, ut uera sit, & Deo placeamus. Non solum autem animus in detestationem ueteris uita fer-  
ri debet, sed ad Deum sese uertere; & propter eum ea seftari, que ipse inbet; & que ei placent, ex  
animo statuere necesse est. qua duo ubi sunt, (non sunt autem, nisi dono Dei) quid superest, nisi  
ut hominem miserationis affectu amplectatur Deus, & ei peccata condonet? Deseruit prodigus filius  
regionem longinquam, deseruit porcos, & porcorum siluas: reuersus ad patrem ueniam precabatur;  
nolens deinceps apud eum agere, quid pater? ruit in amplexus, & oscula, & gratanti animo illum  
exceptit: neftes deritatis abſtinet, inspignit ueste, & anno, ac coniunctio exceptit. Quid mihi hereti-  
ce aliam penitentia, & reconciliationis formam fingis? an non cū in euangelio penitentia formam  
dominus uoluit præscribere, qua iustificaret homo ex impio, ut ex ipsis parabolæ exitu appetat,  
aliam, quām hanc formam præscriptis? Quid si obiectis, ibi nullum de auriculari confessione fieri  
uerbum, ne conturberis: modum enim penitentia, que omnibus seculis uim habuit, tantum ibi oslen-  
dere uolebat, alibi enim ligandi, & soluendi potestatem ministris dedit, & peccata remittendi. Quid  
auem in euangelio longa parabola uides docuisse dominum I E S V M; idem luculentissime, paucis:  
licet uerbis, hoc loco fecisse uidelicet dominum, modo uidere uelis. non aliam enim rationem in eundi cum  
Deo fæderis uides, quam per desertionem, seu detestationem ueterum studiorum, & ad Deum reditum,  
id est, propositum ex ipsis præscripto uiuendi. Et miserebitur eius. nullam dubiantis particu-  
lam apposuit, sed affirmat, ut rem certissimam, quid Deus misereatur sic penitentis, ac redeunis:  
quod & confirmare non ueretur à præiudicis: quoniam, inquit, multus est ad condonandum, uel con-  
donationes multiplicat. Puto autem, quod hac loquendi forma significant, uni, eidemque saepius pec-  
canti, saepius etiam peccata remitti, & indulgentiam non denegare clementissimum patrem. Sequen-  
tes autem duo uerbi hoc nemini dubium, aut nouum uideri debere confirmant.

- 8 Non enim cogitationes meæ &c. homines uel semel uix condonant in se peccanti: si uero bis,  
aut ter id quispiam faciat, præter hominum naturam facere uidebitur. longè ab his moribus est do-  
minus: nam sepe saepius uni, eidemque homini indulget ueniam, modo detestetur ex animo ueterem ui-  
tam, & nouam iuxta Christi institutionem ordiri paret. Comparisonem autem distingue cali à terra  
attulit, quod nulla alia maior effet in rebus creatis. Quid si hanc rationem de diversitate cogitatio-  
num, morum, ac studiorum, non ad id, quod immediate præcepit de condonatione, sed ad totum de-

Christo mysterium referre nolis, non repugno: quasi dicat; Ne miremini, quid inter homines apparcat Deus homo, ut nobis bene sit, & in deliciis, & summa felicitate uirum agatis: (agatis autem, si deum in Christo querieritis, ad ipsum revereris) quoniam mea cogitationes admodum à nostris dissimiles sunt, hac uia dignum duxi hominum rebus fruicere. Non est, quod diuinum hoc consilium scruteris, sed quid admirans gratias agas, & ipsi adhaeres.

10 Et quomodo. **Ψώκ** quia sicut: sed interdum, **Q** uia, Hebreus non reddit rationem; sed est continuandi particula, ut uulgatus accepit. ostendit autem, quem fructum habent, si patientiam agerent, si fadus illud pacis iniure uellet. nempe, quid que bona initio capitis dixerat, consequerentur, comedere bona, in deliciis agerent, & omnimoda felicitate fruerentur. nam filius Dei non frusta ad terras descendit, sed ut homines felices redderet: hoc certe efficit &c.

11 Sic erit uerbum &c. uel est, egreditur: futuri enim pro presentibus utuntur. Hec de ipso aeterno herbo intelligere non incepit possumus: cuius descensus apud Dauidem iam descensu pluiae assimilatus fuerat: quia occultu uirtute è supernis descendens inferiora fecundat, ut terra decorum suum habeat, & adiuu superno humore fructus suos ad hominum commoditatibus afferat. Cui nam rei aptius aduentus domini comparabitur: nam prater hominum opinionem, & sensum germinante terra spiritu sancto fecundata, facies orbis immutata est: & non tantum seleni ad seminandum, panem ad comedendum habet homo; sed unde decoretur, & delectationem capit in omnibus bonis cælestibus: quæ licet oculis carnis non uideantur, uidentur tamen, & sensu percipiuntur fidelium. Notandum autem, quid in editione comparationis non dixit, Non illuc reuertitur, quemadmodum de pluia, & nube dixerat, sed quid non rediret uacuè: redisset autem, si hac hominibus non tribuisse. quid igitur faciet? faciet proficere, promouebit, faciet, ut res, propter quam adueniat, felicem exitum consequatur. quod certè fecit, non ueniendo modo, uerùm etiam redeundo: nam qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret omnia. **Q** uod hic Iesaias dixit, rem promouere, ut progressus facret, dixit Paulus, ut adimpleret omnia. quid autem sit adimpleri omnia, ipse quoque Paulus mox exponit: & ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam Euangelistis, quosdam prophetas, alios pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, [ id est, ad complendum numerum electorum ] in opus ministerij, seu dispensationis, [ id est, ad dispensanda, & ministranda sacramenta in ecclesiis, & uerbum Dei ] in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agitionis filii Dei, in uirum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, id est, ut simus conformes, & similes Christo, qui summam perfectionem habuit, qualem in natura aliibus habet uir, qui trigesimum annum attigit. Possunt huc etiam de uerbo Dei accipi, quod omnia efficit, quæ dominus precipit. immittit eloquium suum terra, uelociter currit sermo eius. ergo cum dico, quid fruimini bonis, ita omnino futurum est &c.

12 Quia in letitia: ecce quomodo res Christi progressus faciet. eduentur enim electi Dei ex omnibus locis, ad quæ disperserantur. uenient autem summo cum gaudio ad Christum, & ecclesiam; tandem erit exultatio, ut quo sensu carent, illis congratulari uideantur. ei enim, qui Christum induit, clarius resplendere sol, & lux diei pulchrior multè uideatur. gratiora sunt ei omnia, & multu letitiam preseferunt uiuens. nulli ian spina, nulli infrustos frutices in agro eius succrescent: grata, & lata sunt omnia ob mansuetudinem, patientiam, caritatem, & cetera huismodi dona, quibus per Christum dominantur. Hac autem promotio, hac hominum reducitur, & sanctificatio erit Deo in nomen, & in monumentum, ac memoriale aeternum, quod nunquam interibit, aut abolebitur. filius enim Dei patrem glorificauit super terram, neque de Dei bonitate, sapientia, ac potentia, tanta mortales credidissent, nisi agnito mysterio Christi.

Possunt nihilominus huc omnia sic quoq; aptissime accipi,

Omnis sientes uenire ad aquas &c. inuitantur Iudei, ut participes esse uelint hereditatis servorum Dei: isti enim siti aduentus Christi laborare uidebantur. Quare appendit &c. Iudei toti in ceremonias, & cultus, & sacrificia incumbebant, & in exteriora legis, quæ neque ipsi, neque patres portare potuerant: ieunii tamen manebant, qui fidem negligebant, iustitiam, & misericordiam. Audite audientes &c. exhortatio est, ut iustificari per Christum uelint, non per legis iusticias. ieunii nanq; est animus, & arescit interim, dum Christum non induit, nihil succulentum comedit, aut pingue. Vento pascebantur Iudei, & apparenti tantum iustitia: anima autem eorum uacha erat. Feriam uobiscum &c. si Christum audieritis, confederabimini Deo fædere durabili, & non interituro: quale fuit, quod cum Dauidem pepigit Deus de misericordia, & beneficentia in aeternum illi seruanda. Ecce testem &c. est ueluti communio: futurum enim erat, ut ad gentes se transferret Christus, malè acceptus à Iudeis. Ecce gentem &c. immo ita futurum predicit, & uisuras gentes plendorem, & decorum uultus Christi, qui multè magis, quam facies Moses resplendet. Quærite

rite &c. adhortatur ergo Iudeos, ut sapiant, quam citissimè, & penitentiam agant. nam licet occiderint heredem, largum tamen esse in condonando Deum: nullis enim magis amplificanda erat Dei iniurie cordia in condonando, quam Iudeis, qui Christum negarunt, & filium Dei sibi promissum occiderrunt. Non enim &c. soluto est tacita obiectio: **Q** uid? nunquid Iudeos deseres? nunquid populum tuum abiicies? nunquid ad immundos, & circumcisos te conferes? responderet; Ignoratis sensum domini: longè diversa sunt cogitationes meæ &c. Ad hunc autem locum allusio credendum est Apostolum eo loci, ubi cum reprobatis Iudeis, electis gentes dixisset, exclamauit; O altitudo dinitiarum sapientie, & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperceptibiles uia eius. quis enim nouit sensum domini? &c. **Q** uia sicut descendit &c. quasi dicat; Ne miremini, quod relictis uobis ad gentes me transferam, non enim decebat filium Dei frustra in mundum uenisse, & uacuum reuerti: oportebat, ut hominem, cuius naturam suscepserat, innaret, ac redimeret. ita omnino sicut: si uos non credideritis, alij credent, neque deerunt Christo fratres. quoquo enim si uerterit, res ei bene cedet. est, quod si p̄a dixit; Voluntas domini in manu eius dirigetur, uel progressus faciet. **Q** uia in latitia &c. iam ad gentes conuersus, ipsas alloquitur, & omnia eius felicia promittit. quod tandem ingentem domino gloriam atlaturum propheta afferuat. omnium enim Deum esse uoluisse, & omnes homines saluos facere, non posse: non esse in nomen, & signum, seu monumentum aeternum: iccirco inbet David, ut gentes laudent dominum proper misericordiam, quam super ipsas confirmauit Deus. Atque hæc exppositio planior est.

## Caput quinquagesimum sextum.

Noua.

Vetus.

**S**I C dixit Iehoua; Custodite iudicium & facite iustitiam: quia propinquæ est salus mea, ut ueniat, & iustitia mea ut reueleatur.

O felicem hominem, qui fecerit hoc, & filium hominis, qui apprehenderit istud, custodiens sabbatum, ut non profanet il lud, & custodiens manum suam, ut non faciat quodvis malum.

Neque dicet filius extranei, qui adiunctus fuit ad Iehoua, dicendo; Separando se parabit me Iehoua à populo suo. neque dicit eunuchus; Ecce ego lignum aridum.

**Q** uoniam sic dixit Iehoua eunuchis; Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ex animo uolo, & firmiter tenent, sedus meum:

Et dabo eis in domo mea, & inter muros meos manum, & nomen melius, quam filiorum, & filiarum: nomen sempiternum dabo eis, quod non perirebit.

Et filios extranei, qui adiuncti sunt ad Iehoua ad ministrandum ei, & diligendū nomen Iehoua, ut sint ei in seruos: omnē custodientem sabbatum absque eius profanatione, & firmiter retinente sedus meū.

Et adducam eos in montem sanctū meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: elevationes eorum, & uictima eorum

**H** AE C dicit dominus; Custodite iudicium & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea, ut ueniat, & iustitia mea ut reueleatur.

Beatus uir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud, custodiens sabbatum, ne polluat illud; custodiens manus suas, ne faciat omne malum,

Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret domino, dicens; Separatione diuidet me dominus à populo suo. & non dicat eunuchus; Ecce ego lignum aridum.

**Q** uia hæc dicit dominus eunuchis; Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego uolui, & tenerint fœdus meum:

Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non perirebit.

Et filios aduenæ, qui adhærent domino, ut colant eum, & diligent nomen eius, ut sint ei in seruos: omnē custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meū;

Adducam eos in montem sanctū meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & uictima eorum plæcebunt

ium accepta erunt super altari meo: quoniam domus mea domus orationis vocabitur uniuersis populis.

Fidelis sermo domini Iehoua congregans de pulsos Israels; Adhuc cōgregabo ad eum congregatos eius.

Omnis bestia agri uenite ad comedendum: omnes bestiae [qua]x in fyla.

Speculatores eius cæci: omnes ipsi non cognoverunt: omnes ipsi, canes muti nō possunt latrare: ignavi cubantes, amantes dormitare.

Et canes obfirmati animo [qui] non nouerunt saturitatem: & ipsi pastores non noverunt intelligere: omnes ipsi in uram suā faciem uerterunt, unusquisque ad quæstum suum absque termino eius.

Venite, sumamus uinum, & potabimus sycaram: & erit secundum hunc diem crastinus, magnus, excellens ualde.

cebunt mili super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur canēs populi.

Ait dominus Deus, qui congregat dispersos Israels; Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.

Omnis bestia agri uenite ad deuorandum, uniuersa bestia faltus.

Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi: canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amantes somnia.

Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam à summo usque ad nouissimum.

Venite, sumamus uinum, & impleamur ebrietate: & erit sicue hodie, sic & cras, & multò amplius.

**C** VSTODITE &c. hac est illa concio Ioan. Baptista, ac domini nostri, Penitentiam agite: appropinquauit enim regnum calorum. qua manifestè significabant non habituros oculos, quibus uidere possent, aut sensus, quibus perciperent Dei regnum, & que in illo sunt mysteria, qui per cati immersi iacerent, & ueterem uitam non detestarentur. Hic quoq; locus Lutheranus arguit. quid enim, dicerent, opus est iustitia mea, & observatione mandatorum Dei, si iustitia Christi in foribus est? immo uero ob hoc ipsum mihi iniungitur iustitiam amplecti, ac colere, sicut cūque reddere, nemini opprime, omnibus benefacere: quia iustitia Christi instabat, quasi frustra adueniret: neque quidquam mihi profectura esset Christi salus, ac iustitia, nisi hoc facerem. non enim communicatur Christi iustitia impunitibus.

**B** eatus uir, qui &c. יְהוָה optimè per circumloquium redditur, Beni habebit, ò quam benē habebat, ò felicem uinum &c. est enim aduersum, quantum coniūcere possum. Vidi prophetam, quanta futura esset illius hominis felicitas, qui huic, quod dabat, consilio acquiesceret: prorumpit itaque in eius uiri, quisquis est fuerit, laudes. O te felicem, etiam si miser à nativitate sis, (nam nomen ψαλμος à miseria uidetur, aut à desperatione, qua à calamitate oritur, appellationem habere, qua in quavis sceleru[m] rure facit absque freno) quamvis heres sis mortalitatis, & laboris, & filius Adæ: hec enim nomina propheta libenter apposuit, quia hominis miserabiliter forem notant, ut iustinaret omnia illa per hanc, quam predicabat, felicitatem absorbenda. Sed cui, quiso, beatitudinem promittit & certè illi, qui faceret iudicium, & iustitiam apprehenderet. Poteris prius uerbum ad id, quod prius dixerat, referre, nempe custodire iudicium, & facere iustitiam: poteris ad id, quod secundo loco, uidelicet apprehendere salutem, & iustitiam, quia adueniebat: quasi dicat, o felicem illum hominem, qui fecerit, quod dico faciendum; & apprehenderit, quod dico uenturum: fecerit iustitiam, & apprehenderit iustitiam, & salutem. sed quonodocunque diuidas, idem omnino significatur. propterea enim predicatorum beatus, quod ei profutura esset salus, & iustitia, quam Christus afferret. Hic quoq; animaduertant Iudei, si oculos habent, manifestam fieri distinctionem inter legis iustitiam, & iustitiam Christi, ne putent, quod Mæsias iustificatur eos effecit legis sacrificijs, & iustificationibus. Notat autem uerbum firmam apprehensionem, uel cum comprehensione firmam retentionem: sic enim decet, nos iustitiam colere, aut aduenientem Christi iustitiam reuincere, ne prætereat, aut ne cum derelinquamus. hoc significabat dominus, cum diceret, regnum calorum uim pati, & qui uiribus pollent, illum rapere.

**E**t non dicat &c. hic locus aperte ostendit in Christo I E S V non esse Iudaum, neque Græcum, nec serui, neque liberum &c. id est, non esse ullam personarum differentiam, aut quam vocant acceptationem. & quidem Iudaos locus hic conuincere poterat, non esse aeternam duraturam legem Mosis, quo

ad cœrc-

ad ceremonias, & eam partem, quam iudicalem vocant: nunquam enim lex gentilium incircumcis, & eunuchis aditum daret ad ministerium in domo domini. Certè cùm dixisset beatum bonum, seu filium hominis, quia iustitiam sc̄laretur, apprehenderet salutem, seu iustitiam, que adueniebat, & in propinquuo erat; non diceret autem beatum filium Abrabe, aut Israeli, sed filium hominis; non nulla ex parte id significauerat. sed non hoc contentus, immo quasi exponus quod dixerat, sit; Neq; dicat, uel neque dicit filius aduersus נָכֵן alieni, seu extranei, alienigenæ: qui alterius est, aut generis, aut religionis. Hoc nomine significant Hebrei alias gentes ab ipsis, & deos etiam earum. Qui adhæret. מִנְחָה Hebrei est adiunctum esse, seu additum esse. accommodatur autem ex iſu ad can adiunctionem, que est ministrorum ad dominos suos, sicut etiam ad eam, que est inter dantem, & accipientem mutuū. nam, ut est apud Salomonem Proph. 22. Ieruas est, qui mutuū accipit, uiri mutuū dant. ubi eodem uerbo usus, quasi nūm uerbi, & usum aperuit. unde & Leni unius ex filiis Jacob nomen habuit, quem concepit Lia ex illo congregi, quem pro Mandragoris filii sui obtinuit à forore sua. obligationem ergo notat. Huiusmodi igitur fibi additios ex alienigenis, & quasi fide data fibi obligatores, & astrictos consolatur dominus dicens, prohibens, ne postibac, nempe adueniente Christo, cui illi adhærebunt, & fide alfringentur, putent se aliiquid minus habituros à Iudeis. Separatione diuidet. idem uerbum est Hebrei. Separando separabit &c. nam Exod. 34. ullum fadus cum gentibus illis inire, que terram promissionis habitabant, prohibentur. & Leuit. 20. dicit dominus se separasse Israelite à ceteris populis: & 22. præcipitur, ne alienigenæ comedant de sanctificatis, neque iniquilini sacerdotis, aut mercenary; empti uero à sacerdotio, & uernaculi poterant: & Deut. 7. de cunctis populis terra dicitur Israël à Deo electus: & Deut. 24. præcipitur, ne Ammonites, aut Moabites in eternum, neque post decimam generationem ingredierentur ecclesiastam domini; neque facerent Israelite cum eis pacem, neque quererent eis bonum cunctis diebus uita sua in sempiternum. Neque desunt ex Hebreis docti uiri, qui nomen נָכֵן, quod ibi interpretatur, ex scorno natus, omnem extraneum significare dicant, quasi legem uniuersalem posuerit, quod alienigenæ usque ad decimam generationem non ingredierentur ecclesiastam; postea non nullas exceptions ponat, nempe quod Ammonite, & Moabite neque post decimam: Idunxi autem, & Aegypti post tertiam generationem ingredi poterant. Ingredi uero in ecclesiastam domini, est annumerari populo Israelite, & frui gratijs, & priuilegijs, quibus in lege Israelite fruebantur, ut comedere ex sanctificatis; quod illis non darent pecunia ad uisitam, & mille alijs. Eupuchas. de uoce uide supra cap. 39. uerf. 7. quod non semper de castris diceretur: hoc tamen loco manifestum pro eis tantummodo accipi. huiusmodi autem eunuchus dicitur Deut. 23. סְדַבֵּר uulneratus contusione, ad quam legem hoc loco alludit; qua uidelicet probibet, ne huiusmodi homo, aut cui amputata sunt uirilia, ingredieretur ecclesiastam domini. Porro ingredi ecclesiastam est aliquid muneris, uel ministerij exercere in tabernaculo, uel templo, uel rep. &c. ob hanc legem dicere confuerat eunuchus; Ecce ego lignum aridum, id est, arbor, quæ exaruit, quæ non est utilis, nisi in ignem, & incendium: uel lignum aridum se appellabat, quod arbores arida non sint apicentium oculis grata, & quasi pudefant. eunuchi uero exclusi ab ecclesia, ueluti inutiles, & publica functioni inepti, non poterant non pudefieri: quare & nomen, quo hic uerbum est prophetæ, à uerbo est, quod arefere propriè, & in bipil pudefieri interdum notat, ut supra 30. & Ierem. 1. & 6. & 10. &c.

**Q** uia hæc dicit &c. hæc est ratio, quare non debeant castrati se reputare ligna arida. Qui custodierint sabbata mea: non in uniuersum de castratis dicit se loqui, sed de his tantum, qui custodiunt sabbata, id est, cultores sunt Dei, & eligunt, que dominus uoluit, eaque omnibus preferunt. denique qui firmiter retinent fædus Dei, & condiciones omnes pacti adimplent, ut uitam potius dimittant, quam ira Dei resolvent, his, inquam,

**D** abo &c. in Hebreo est coniunctio, quam, quia sepe uacat, omisit uulgatus. ualeat autem in similibus locis id, quod Latinis, inquam, iſis, inquam, dabo: uel tunc, quasi dicat, si hæc fecerim, tunc dabo eis &c. In domo mea, id est, in templo, in ecclesiastico ministerio, seu militia ecclesiastica. In muris meis, uel intra muros, id est, ciuili, & politica administratione. & hæc duo uidetur opponi illis uerbis legis, que supra ex Deuteronomio attuli, quod eunuchi non ingredierentur ecclesiastam domini. Locum: in hebr. יְהוָה, id est, manum. sed manum interdum uocat hebraicus, quod nos dicimus sum, tractum &c. unde uulgatus pro loco, sicut & ceteri interpretes accepterunt. est tamen nobis Lusitanus quedam acceptio, huins nominis manus, ut cùm dicimus, mea est manus, id est, à me initium sum debet. ego caput sum, primus id incipere debo: unde amittere manus est amittere dignitatem, & carere illo dignitatib[us] loco: unde pro uice accipitur, & ordine. ita quoq; Hebrei accipi uidetur, ut hoc loco altero ex his duobus modis accipi debeat, dabo illis primum locum, ut primi sint, & primas habeant: sicut uidetur accipi in cantico Mosis, cùm ait, quod Israëlis

misericordie dominus, cum uiderit, quod infirmata sit manus. hebr. quia ablata est manus, id est, amissit manum & dignitatem, quam habebat inter ceteras nationes. Congruit autem hoc acceptio sequentibus. nam dicitur, & nomen melius à filiis, & filiabus. vel certè pro nico accipitur, nempe ut suo ordine, sicut ceteri ministrent &c. ut accipitur Nym. 2. *Vnusquisque secundum manum suam profiscatur &c.* Nomen melius à filiis: hebr. nomen homini à filiis & filiabus, id est, nomen melius, quā habent filii, ut quidam interpretantur, quod nequaquam probo. vel melius quā sit nomen, quod habere poterant à filiis & filiabus, id est, à generatione & posteritate. Dicunt mibi Iudei, quando hoc fuerit, uel futurum sit, quandocunque hoc fuerit, abrogabitur certè lex illa Dent. 23. sub Christo ergo hac cunctura intelligimus, & de illis castris, qui se castraverunt propter regnum celorum, & infecundi carne esse uoluerunt, ut spiritu fecundiores esse posse; & Christo domino desponfari, neque ab eo diuelli, aut cor eum mundo, & Christo dividere. Nec dubites Christiane lector, ad hunc locum alijs dominum in euangelio, cum de eunuchi loqueretur, uirgines ergo hic accipe, qui suam domino castrationem consecraverunt, tam feminas, quam uiros: qui non natura, non arte, & ab homine, sed ipsi liberè scipios castraverunt propter regnum celorum. Profectio isti, si non contenti sua castitate, sabbato coluerint, & debitum Deo cultum exhibuerint, si ea fecerint, que Deo magis placuisse agnouerint, si à Dei federe nequaquam receperint, sed legem domini inuolabiliter obseruauerint, sicut fecerunt antiquilli monachi, quos admirata est antiquitas, & quorum plena fuerunt deferta; isti, inquit, in domo Dei, & in ecclesia Christi non insimili locum habuere, aut habent: sed eis reges, & ceteri haud uulgarem honorem deferre consueverunt, & melius habent nomen, quā si filios generarent. Hic unus locus est, qui non solum Iudeos, sed nostri temporis hereticos, nisi excommunicatos, posset ab errore reuocare, quamecumque enim aliam expositionem afferant, uidebis uerbis prophetarum non congruere. Affirmant illi, quod nullam præ alijs dignitatem habeant uirgines: & dicunt in matrimonio esse etiam castratos: sed non uident hic eunuchos ab illis distinguunt, qui habent nomen à filiis & posteritate? sed ait quidam ex ipsis, hoc, meo iudicio, non uident tam ad castitionem defensandam esse dilectum, quā cuncta gentes erant nobis liuanda. O bellum iudicium, quid est, ne dicat; Lignum aridum sum? si omnes sunt eunuchi, quibus conseruant ipsi se, uel eos propheta? quid est dare eunuchis manum intra muros Ierosalem & in domo domini? profectio locu bic eos torquet: quia ueritati nolunt assentiri. At expositioni, quam attuli, fauent omnia: primò uerbum illud *תְּהִלָּה*, quod obligationem uotare nemo doctus in lingua Hebreorum dubitat, & de us dici, qui fidem suam alteri astrinxere, unde de ministris dicitur, & leuitis Nym 18. & de ijs, qui fides inueniunt. Ierem. 50. Venient, & adiungent ad Ichoniam federe semperno. Dent. 28. Tu obligabis gentes multas, & tu non obligaberis &c. hoc, inquam, uerbum illis conuenit, qui Deo se addicunt, & consecrant uirginatatem, ne alteri seruant: qui enim habet uxorem, non est dominus sui corporis; & diuisus est, si Paulo credimus. uirgo autem cogitat, quae Dei sunt, quomodo placeat Deo. quod si carnalibus hominibus hoc impossibile uideatur, meminerint manū domini non esse abbreviatam, & adhuc superesse monachis, & monialibus, qui non alteri, quam Deo seruant. Conuenient etiam quae sequuntur de sabbati obseruanti. nam prater hoc, quod totius diuinū cultus sunt, aut certè fuerint obseruantissimi euangelici eunuchi, nulli magis perpetuum Deo sabbatum celebrant. Sed de illis loquor, qui noctes, diesq; Deo, diuinisq; meditationibus, & intelligentie scripturarum consecrant, & impendunt. Legant quae de monachis scribat Philo Iudeus, & antiqui patres. Quid dicam de electione eorum, quae Deo placent (quod in propheta sequitur) & de firma legis Dei obseruatione? qui sunt qui optimam partem cum Maria eligunt? qui nam sunt in ecclesia Dei, qui ne violent, uel in ministerio Dei fides astriktori disciplina se communiant, nisi ueri monachi, & ministri domini, quos clericos uocamus? nam si plurimi ex eis multo alteri nuntiunt, & mundo seruant, aut concubinas alunt, & fidelis Dei concubant, ipsi damnationem maiorem sibi acquirunt: nec istos quisquam laudauerit, sed indignissimos ipsa uita iudicauerit. ipsum uero institutum, quod sanctissimi uiri, iuxta uerba prophetarum, & Apostolorum fecuti sunt, quam caussam habent, propter quam accusant? sed impudentes homines, & qui, cum soli sapere uideri uolunt, ob superbiuam suam insipientissimi sunt, miseros faciunt. Certè locus hic prophetæ maximum mihi solatum solet conferre: uidea enim in his uerbis tot ante Christum annis eunuchorum euangelicorum delineatos mores, ac profectionem, & singula ira enarrata, ut si mibi donet Deus opt. maximus illos antiquos monachos imitari, non possem me felicium numero non anumerare, non enim de hac re loquitur propheta, nisi tanquam de maximo beneficio: quare & nomen non interitrum addidit. nunquam enim Basili, Hieronymi, Augustini, Gregorij Nazianzeni, & Magni Benedicti, Bernardi, Dominici, Francisci, ac multorum, qui eos tam instituto, quam moribus fecuti sunt, memoria interibit, quantumvis insaniant heretici.

6. Et filios aduenia &c. prohibuerat, ne dicerent, alienigenæ: ant certè futurum dixerat, non eos dicturos

dicturos posthac; Separatione separauit nos &c. iam rationem huins reddit: apponit tamen prius condicione quodam, sicut de eunuchis fecerat, non enim gentes, que ad Christianum uenirent, inter filios computarentur, aut in populo Dei confarentur, nisi huc adimplerent. Primum, & ueluti caput est, quod addicant se domino: quod sit, quando nomen suum dant, & se religione Christianæ addicent in baptismo. Ut colant eum: explicat, quibus partibus constet illa additio, seu adjunctio. est autem *תְּהִלָּה* Hebreis, ministrare: & minus durum est, quam *תְּבִרֵךְ*, quod etiam de duriore seruitute dicitur. id appareat ex Nym. 8. ubi de Leuitis dicit Moses; A uiginti annis, & supra intrent ad militandum militiam in seruitio tabernaculi constitutions, & a filio quinquaginta amorum reverteretur a militia seruiti, & non seruieret amplius, sed ministrabat fratribus suis in tabernaculo, ut custodiad custodiad, sed seruitum non seruieret. ubi uides *תְּהִלָּה* dixi ministerium leuius, quod iam emeriti facere, & prestatre poterant: alibi tamen, sicut hoc loco, ferè non distinguitur. Exigit itaque ab eis, ut ministrarent domino; deinde ut diligent, seu cupiant nomen Ichoua, ne scilicet, sint tanquam serui sub lege, aut seruiant spiritu timoris: sed ex animo, tanquam filii, & adoptati ament dominum, & ad commemorationem eius excitetur in eis desiderium, & amoris flammae ascenduntur, denique, ut sint domino in seruos. (ubi uitium nomine *תְּבִרֵךְ*) neque alteri, quam domino seruient; Omne custodiad &c. duabus iterum partibus omnes condicione complectitur, cultu uidelicet sabbati, per quem omnem cultum notat, qui Deo exhiberi debet, & firmam retentionem fedderis, quae ebt totius legis adimpletio, & mandatorum Dei obseruatio; ne sint, sicut qui labiis honorabant Deum, & corde longè aberant ab ipso: qui uniuersam institutionem cultu, & sacrificijs, ceterisque ceremonijs definiebant: iustitiam autem, fidem, & misericordiam, que graniora erant legis, id est, Præcipua, & maiori honore digna, pretererant, atq; ignorabant.

7. Adducam eos &c. est hic coniunctio in hebr. sicut suprad uerf. 5. ecclesiam significat, per monumentum sanctum, seu sanctitatis: de quo 2. cap. quod erit in uertice montium &c. ibi quidem dicitur, quod ipse gentes illuc confluenter: hic quod dominus eas adducat: nemo enim potest uenire ad Christianum, nisi pater celestis eum traxerit. sed quia hac attractio libertatem non tollit: dicimus illos uenire summo cum desiderio, & Deum eos adducere sua misericordia. Latificabo eos &c. qui in templo nota reddebant, & gratiarum actionis sacrificia offerebant, latari dicebantur coram domino. in festis etiam, statisque diebus in domum domini letantes ibant: denique ibi laudabatur dominus uocibus, & omni genere instrumentorum musicorum: quod certè erat letantium. Sed non ne in ecclesia potiores sunt gaudi & letitiae rationes: alijs laborauerunt, nos in labores eorum introiuimus, & ut cetera omittam, ex gentibus pontifices, & sacerdotes efficiuntur, & sacrificium offerunt pro se, & pro alijs, & hostias laudationum, & labiorum contentientium nomini domini: quod mox exponens ait; Quia domus mea, domus orationis uocabitur cunctis populis. que tantum Iudeis batheus patuerat, iam per Christianum omnibus populis patuit. nam eti ad templum licet accedere genibus ad deprecandum Deum, ut appareat ex ipsis Salomonis in dedicatione templi 3. Reg. cap. 3. admittebantur tantum, ut hospites. per Christianum autem iam non hospites, sed ut ciues sanctorum, & domestici Dei. Notanda est autem Letitiae ratio, nempe quia domus Dei est, & dicitur domus orationis cunctis populis, ut acceptaret eorum sacrificia, ut uideas, quod habere Deum, qui preces audiat, & uota suscipiat, certa esset & uera letitiae causa. Est autem *תְּהִלָּה* Hebreis oratio, qua Deo causam nostram exponimus, tanquam nosmetipsos dijudicamus, & nostra sceleris, aut certè ad malum incitamenta damnamus, & ex eius misericordia sanari optamus: est enim a uerbo, quod quasi semetipsum diuidicare notat: quod quia nusquam uerius, & purius fit, quam in oratione, proponere, seu interpellare accipitur: quando uidelicet caussam nostram cum Deo tractamus. Hec certè est propria uocis significatio, ex uerbo hitpahel: quam exposuit Paulus, cum ait; Si nosmet ipsis dijudicaremus, non utique iudicaremur &c. Animaduerte quoque, quod pro maximo in gentes collato beneficio appetitur, posse cum Deo caussam suam tractare. intelligit etiam, ad hoc instituta tempora in ecclesia Christi, ut orationi in eis uacetur: ipsam quoque ecclesiam, hoc nomine à Deo non nisi tanquam gloriofo nominari, domum orationis.

8. Ait dominus Deus &c. est in Hebreo illa uisitissima affueratio in rebus maximis, quam cum Paulo reddere consueimus, Fidelis sermo. uidetur autem ad id, quod mox sequitur, referendum, Adhuc congregabo &c. putare enim posset Iudeus ex his, que dicebantur, desertorum dominum Iudeos &c. ne hoc, inquit, ueniat in mentem. is enim Deus, cuius est depulsos Israelite congregare: qui hoc sibi nomen toties imposuit, & toties pollicitus est, quod ex uniuersis terris, ad quas eiecerat eos, colligeret eos, is ipse affirmat, & ueluti iure iurando confirmat: Adhuc congregabo &c. non impedit, inquit, uacatio gentium, quod minus & uos congregemini. postquam enim ingressa fuerit plenitudine gentium, ut est apud Paulum, tunc omnis Israel saluus erit. Congregabo ad eum, nem-

pe Israelem , congregatos , seu congregandos . similis locutio est in Actis ; Crediderunt , quotquot praeordinati erant ad uitam eternam . ita per Chriſtum ex Israele congregati sunt , quotquot praeordinati erant , ut congregarentur .

9 Omnes bestia &c. hac cum his , que immediatè p̄aceſſerunt , connectenda sunt , ad hunc modum ; Dicit quidem dominus , quod adhuc colliget ex Israele eos , qui congregandi sunt : uerum non statim id fieri , sed prius patietur Israeſ inaudititas calamitatis , & hostium uolentia patetib⁹ : qui furorem suum , & odium in eos satiabunt . uniuersa autem hac mala ab ipsis magistratibus , & pontificibus ortum habebunt . Mibi autem pro comperto est , quod de Scribis , & Thariseis , & pontificibus illis sit sermo , qui tempore Christi , & Apostolorum Israeli profecti erant . Porro ut indignationem suam dominus , uel etiam prophetā in eos ostenderet , subito , & ex abrupto in hac uerba prorupit , quasi doleret , quod uitio ipſorum futurum esset , ut gentes ad Deum uenirent : populus uero Dei tam dura patetur . per bestias itaque Romanos , & ceteras nationes , que aduersus Iudeos conuenient , intelligit .

10 Speculatorēs &c. in speculatore commendatur maximè uisus acumen . quid si cœci fuerit ? Hic intellige oves , qui in spiritib⁹ praefidebant , sacerdotes , legis Dei interpres , & doctores , quorum est magistratus , & populo ammuniare , que ipsis impendunt mala , uel ex reuelatione , uel certè ex conculcū , partim ex moribus populi , partim ex illis , qua deo in scripturis legit , ducunt . Vide locum apud Ezech. quod eum constituit se speculatorēm . & montaret gladium uenientem &c. Hæc cura in populo Christiano pontificibus , & prædictoribus uerbi Dei incumbit : erant speculatorēs illius tempestatis cœci : quod ueluti exponens ait ; Nescierunt uniuersi . id est , sunt insipientes : nihil eorum , que oportebat eos scire , nouerunt . sapientia enim est , ueluti lumen , in animo : & quod est in ferro acies , ut habes Eccl. 10. Certè hoc respexit dominus , cùm ait de ipsis Thariseis , & doctorebus ; sinit illos , cœci sunt , & duces eorum : & Math. 23. Stulti , & cœci &c. Non intelligebant scripturas , neque intelligebant adeste Messia tempus , aut quali esset futurus ipsorum Meſias : spiritu Dei carebant , neque inter bona , niſi uisibilia computabant : cùm etiam se sanguine innoxio agni immaculati commaculassent , non intellexerunt , quod Deus esset uindex , & patiens redditor . quare hanc cœcitatē , & ignorantiam sequeretur , ut muti quoque essent . Canes muti : in hoc tantum uiles sunt domesti ci canes , ut latrabitib⁹ suis aduentum eorum , qui incommodare possunt , annuntiant , & lupos , ac fures arceant . quod si muti sint , cùm natura sint uoraces , plus ex eis danni , quam utilitas accrescit . sic prophetā , seu doctores , si insipientes sint , & muti , quid futurū sp̄eres ? præserit si hæc ex uitio animi patientur . Certè ſepe mecum cogito , an præſtare interdum aliquot diērum ſpacio talibus paſtorebus carere populum , ſi alios habere non poſſit . nam ſi populus intelligeret non habere ſe ſpeculatorēs , aut oves noſcerent carere ſe canibus , quiske pro ſe inuiigilaret , atque auerteret : at cùm putent ſe huicmodi hominibus nequaquam defiſtiuit , ſed ex exteriori ornati , & loco , ſeu dignitate colligant ſibi ſuperabundare prophetas , epiftcos , & doctores , à quibus admoneantur de rebus neceſſariis , de moribus , de falſa doctrina , de ira Dei , & ceteris , que ſcire , & tenere oportet , in portu ſe agere arbitrantur . ſed me miserum : in portu naufragum . nam ſint idola , & ſtatua , & canes muti : deuorant ſubſtantiam populi , lac abſumunt , lana operiuntur , adeoque mutiles ſunt , ut pro beneficio diuendum ſit , ſi non ueris in bestias oves deuorent . Videntes uana . hebr. וְיַד Hieronymus legiſte uideatur cum נָא , id est , uidentes . & quia de cubitu erat sermo , addidit ad elucidationem de ſuo , uana , uerisimile autem est mutationem ſimilium litterarum factam ſuſſe נָא uideat in נָא , quod nullo alio loco hæc uox , aut radix legatur . Chalda. quidem uerit תְּנִינָה , id est , dormientes ſeu dormitantes ; ego ignarus dicerem , ſi non est ſcriptoris uitium . Eſt autem non contemnendus ſensus , ſi uidentes legas , uidentes , cubantes , id est , qui dormitirire gaudeant : ignari enim canes paullulum ſi caput attollant , paullulum ſi refiſcant , quia auditu pollent , rurſus caput reclinant ; & perinde ſe habent , ac ſi nihil uidiſſent : ita profluiſ Tharisei , & ſcriba uidentes , & cubantes : nam eti legebant , quod in Bethleem paſceretur Christus ; in aduentu magorum paullulum caput attollentes , ſcripturas euoluerunt , rurſus cubantes ſomno ſeſe dedere : nec aliter ſe in alijs rebus gerabant ; qua è re populi erant , & ad Israeſ ſalutem ſpectabant .

11 Canes impudentissimi : heb. canes וְיַד obſfirmati animo , quod unica diſtione uulgatus impudentiſſimos dixit . impudentia enim faciem obſfirmat , & immotus facie , ſicut pudor , auertere faciem , ac diſcedere ab incepto , ſic Deut. 28. dicitur . Gens obſfirmata facie : pro quo uulgatus dixit gen tem proacſiſimam . ſequitur enim , Q uæ non deferat ſeni , neque miſereatur pueri . eſt autem canis natura impudens . ſensus ergo uulgatus redidit : ego uerba retinui , obſfirmati animi , uel anima . uidetur autem anima pro inſluue accipi poſſe . Q uod autem ſequitur , huic eſt expoſitio . Nescierunt ſa- turitatem : potest addi , aut etiam omitti relatiuum ; qui , non nouerunt ſaturitatem . ignauorunt hoc

boc certè eſt . nam qui uident , qui intelligunt , & ſapientia prædiſti ſunt , præterquam quod iſſa ſapientia paſcentur , pauci etiam contenti ſunt . nam neque corſori nimidi indulgere ſunt iſſa ſapientia , mul torum etiam conuerationem efficiuntē , & ſapiente uero indignam intelligunt , ut que cito relinqueret oporteat , & animum à uero , & bono auocent . addi , quod abque aliorum iniuria nix acquire poſſunt : & ſi acquisita , alijs non communicebant , inſipientiam poſſefforū , & crudelitatem produnt . Quam autem inſatiabilis fuerit ecclæſiſticorū illius temporis anaritia , euangelia ſatis indicant . Habet uita , quibus laborabant ecclæſiſtici , cœcitatē , ſeu ignorantiam , ignauoriam , taciturnitatem , otium , defidiam , delicia , inſluue , anaritia . Quantum uero hæc ſpeculatoribus , & ducib⁹ indigna ſint , uideant , queſo , noſtri , & meminirint , hæc beſtij turum præbuſſe ingressum , ut deuorarent ecclæſiſtici Dei , ut ubicumque reperiantur , coſdem effectu ſperare poſſimus . Legant hæc epiftci , & confundantur : nam quod ſequitur , licet ad eos poſſet referri , ad politicos magistratus puto pertinere . Paſtores non nouerunt &c. paſtores etiam , profani ſcriptorib⁹ reges dicuntur : & David à paſtore onum , ut ipſe ait , noſcatus eſt , ut eſſet paſtor Iacob , quem paui ſumma cum innocentia , & ſapientia : & ſupra Cyrus , paſtor uocatur &c. Eſt enim ab ecclæſiſtico paſcentur uerbo , & exemplo ſpirituſe ones , à magistratibus quoque diriguntur , & gubernantur legibus , & gladio , quem non ſine caſſa portant . Hic quoque ferè eadem uitia , que ecclæſiſtici tribuerat , adſcribit . primū in his etiam taxat ignorantiam . nam ſapiencia in regibus , & magistratibus ſummo pere neceſſaria eſt . inde apud Xenophontem legis , nihil magis in imperatore nec ſcarium , quād cum ſuſ ſapiencio rem alijs exiſtunt . Hanc autem opinionem is tantum habiturus ſit , qui re uera ſapiencio ſuerit . lege prouerbia Salomonis . Intelligentiam . eſt Hebrais וְיַד intelligere cum diſcrimine , & diuindicatione . 1. Regin. 3. Ad intelligentium inter bonum , & inter malum , id eſt , ad diuindicandum &c. poſſimus itaque hoc loco uertere ; Non nouerunt diſcernere , ſeu diuindicare : quod magistratum p̄cipuum mu- nuſus eſt , & ad ſapienciam pertinet : qua polle ſalomonem Israeſ intellexit , quando cauſam meretricium diuindicauit . Omnes in uiana ſuam declinauerunt : ſicut eo tempore , de quo dicitur in lib. Iudicium 17. Non erat rex in Israeſ , & uniuersus quod reſum ſibi uidebatur , hoc facebat . Declinare ſeu faciem uertere uniuersus in uiam ſuam eſt , quod cuique libuit , uide qui . quisque prauitatem cordis ſuſ fecutus eſt , hoc eſt , traditi ſunt omnes in desideria cordis eorum . In his uerbis designatur , quod nullus ſuerit in magistratibus Iudeorum animorum conſenſus , non idem omnes ſaperent , ſed omnium legum contemptus . & quiſque ſentientiam ferret ſecundum ſenſum , & mentem ſuam: uitia au- tem mentem immutare docet etiam Ethniorum diſciplina . Vniuersusque ad auaritiam ſuam , ſeu utilitatem , & emolumentum ſuum : eſt enim וְיַד à uerbo , quod mulierare notat , ac deinde auaritiam exercere : quare pro luero , ſeu emolumento accipit : cui qui intenſus eſt , alios uulnaret , neceſſe eſt : uel quod hinc uitio laborant , habeant in corde , ueluti uulnus , ut non à luero mentem , aut ſenſum ualeant auertere , iuxta illud Ierem. 22. Non eſt oculus tuus , & cor tuum , niſi ad auaritiam tuam , ſeu lucru tuum . Genes. 37. Q uod lucrum eſt , ſi occiderimus fratrem noſtrum &c. & Ps. 30. Q uae utilitas ( uel quod lucrum ) in anguine meo &c. Q uod ſi de ea rep. alium eſt , in qua priuati ho- mines in queſtum , & proprium emolumentum intenti ſunt , neque communis boni ratione tanguntur ; quid ſentientium putat , ſi hoc malum magistratus quoque inuaferit . A ſummo uisque ad nouiſſimum : hebr. וְיַד : quam uocem uariè reddunt interpres . ego putarem pronomen affixum re ferre ipsum queſtum , ſeu lucrum ; & men ſeſ ſe priuatum , quaſi dicat ; uniuersus queſitum uirtutem faciem ad lucrum ſuum , abque eius termino : quid auaritia , ſeu luco ſuem non imponeret , ſed creſceret amor nummi , quantum ipſa pecunia . nam nomen וְיַד in ſtatu regimini , & affixiſeruat נָא . quod ſi idem dixeris in infinitu contingere , erit infinituſ ſum cum mem , & idem , quem dico , ſenſus . uulgatus pronomen affixum retulit ad nomen וְיַד , id est , nemine dempto : ideo dixit , à ſummo uisque ad nouiſſimum .

12 Venite : mimicè uoces eorum exprimit prophetā : ex quibus que fuerit eorum mens , & ſtudia , non iam ex narratione , ſed ex re ipſa percepimus . Sumamus : in hebr. eſt in ſingulari : ſed pu- rum hoc ad ſenſum facit . ſumam ūnum : quiske ſic loquetur : alij , quaſi respondendo , dicebant ; Do- temus ſyceram . Et erit : ſenſum exprefſit uulgatus : ego uerbum uerbo reddidi . minorem , & co- pioſorem compotationem ſibi in cræſlinum promittebant , quo intelligimus ſumam bibendum ſtudium , de quo ſupra cap. 5. qui mane ſurgebant ad bibendum ūnum , & in compotationibus uisque ad cræſlinum permanebant , & potentiam ſuam in eptoribus calicibus ostentabant . uitia itaque magistratum erant ignorantia , proprius ſenſus contemptis legibus , inexplibilis auaritia , & crapula , atque ebrietas : qui- turibus ſubiecti ſunt , quo nam paſto alios regere poſſint , nemo non uidet . Vtio itaque ecclæſiſticorum , & politiorum principium factum eſt , ut populus Israeſiticus libidini bestiarum fuerit expoſitus . Hoc eadem cauſa hodie regna ſubuerit , religionem conculcat , & omnia mala , quibus attenimur , inuexit :

neque est qui condoleat, aut, ut uerius dicam, qui confusgat, & teneat Deum nostrum, ut uelit tantorum malorum impetum susterre, & principes, ac pontifices dare, sicut antiquitus: quos quandiu non uidero, in luctu, & gemitu dies ducam.

## Caput quinquagesimum septimum.

Noua.

**I**VSTVS sublatus est, & non est quisquam, qui ponat super cor: & uiri pietatis colliguntur non existente qui intelligat, quod propter malitiam colligatur iustus.

Veniet pax, requiescent super cubilia sua, ambulans ante eam.

Et uos appropinquate huc filij obseruaticis, semen adulterans, & [ quod ] fornicaberis.

Super quem uoluntatem habuistis? super quem dilatastis os, prolongastis linguam? an non uos nati transgressionis, semen fallacie?

Qui consolationem accipitis cum diis, sub omni arbore uiridi, mactatores natum in torrentibus sub eminentiis rupium.

In axis torrentis pars tua, ipsa ipsa fors tua; quin eriam ipsi effudisti libamen, ascendere fecisti oblacionem: nunquid super istis commiseror?

Super montem excelsum, & eleuatum posuisti cubile tuum, quin etiam illuc ascendi ad maestandum uictum.

Et post ostium, & postem posuisti recordationem tuam: quoniam a me migrasti, & concubuisti, & dilatasti cubile tuum: & scidisti tibi ab eis: dilexisti cubile eorum manum [ quam ] uidisti.

Excirebas ad regem cum oleo, multiplicasti pigmenta tua: & misisti legatos tuos usque in longinquum, & humiliata es usque ad infernum.

In magnitudine uiae tua laborasti: non dixisti; Desperatum est, uitam manus tuae intuenisti, propterea non doluisti.

Et quem metuisti, & timuisti? quia mentita es, & mei non es recordata: non posuisti super cor tuum, an non ego tacens, & ab aeterno? & me non timebis.

Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua, & non sublenabunt te.

Cum exclamabis, eripiant te congregati, & omnes eos leuabit uentus, auferet uanitas,

Vetus.

**I**VSTVS perit, & non est, qui recognitet in corde suo: & uiri misericordiae colliguntur, quia non est, qui intelligat; a facie enim malitia collectus est iustus.

2 Veniat pax, requiescent in cubili suo, qui ambulat in directione sua.

3 Vos autem accedite huc filij auguraticis, semen adulterae, & fornicariae,

4 Super quem lufistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non uos filii scelesti semen mendax?

5 Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras?

6 In paribus torrentis pars tua, haec est fors tua: & ipsi effudisti libamen, obtulisti sacrificium. nunquid super iis non indignabor?

7 Super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, ut immolares hostias.

8 Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis secundus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

9 Et ornasti te regio unguento, & multiplicasti pigmenta tua: misisti legatos tuos procul, & humiliata es usque ad inferos,

10 In multitudine uiae tua laborasti: non dixisti; Quiescam. uitam manus tuae inuenisti, propterea non rogasti.

11 Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi non uidens, & mei oblitus es.

12 Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

13 Cum exclamaveris, liberent te congregati, & omnes eos leuabit uentus, tollet uanitas,

Noua.

Vetus.

uanitas. & qui protectionem querit in me, hereditabit terram, & possidebit montem sanctitatis meæ.

14 Et dicam; Sternite, sternite, repugnate uiuam, eleuate offendiculum è uia populi mei.

15 Sic enim dixit excelsus, & eleuatus, manens perpetuò, & sanctum nomen eius, [ qui ] excelsum, & sanctum cohabo, & cum contulo, & humili spiritu, ad uiuificantum spiritum humilium, & uiuificantum cor contuorum.

16 Quia non in sempiternum litigabo, neque in finem usque effervescam: quia spiritus a facie mea operitur, & fatus ego feci.

17 In iniuitate auaritia eius efferbui, & percussi eum abscondendo: & efferbui, & abiit auersus in uia cordis sui.

18 Vias eius uidi, & sanabo eum, & deducam eum, & reddam consolationes ei, & lugentibus eius.

19 Creo fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui propè est, dixit dominus, & sanauit eum.

20 Impij autem, quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluens eius sterco, & lutum. No est pax, dixit Deus meus, improbis.

1 **V**OR SVM tendat hec oratio, non ita facile est intelligere. ego certè existimo hoc, & duobus sequentibus capitulois Iesaiam statum rerum Iudaicarum describere, iam inde à suo tempore, a diebus uidelicet Abaz usque ad adventum Christi: ostendit autem, quod propter scelerá, preferitum idolatria, puniendo effient, nempe captiuitate Babylonica, iustis tamen interim non defuturum solitum: postea uero, omnia occupante peccato, & ingrauecente iniuitate, adueniret redemptor. Scio quidem multa ex his ad Christi tempora posse referri, sed aliorum hac in re operam in libris ipsorum uidere poteris. Iustus perit: sicut in Psal. Defecit sanctus, וְנִזְבַּחַת הָעָם וְנִזְבַּחַת הָעָם et Hebreis tolli, auferri cum ipsius rei perditione. Non est, qui recognitet, uel qui consideret, & alta mente reputat. hebrei ponere super cor dicit pro animaduertere, & rem penitus considerare. Quid uero uel prophetæ, quod in morte institorum considerarent homines, mox aperiet hoc eodem uersu. Et triuimisericordia, seu pietatis, id est, p̄i in Deum, & patriam &c. Colliguntur: quod dixit in primo membro, rursus more scriptura repetit. idem enim intelligit per iustum, & per numeros pietatis; idem per perire, seu auferri, & colligi; idem per non ponere super cor, & non intelligere. Quia non est, qui intelligat: quia, redundat. ad uerbum; in non intelligentia: cum non sit qui intelligat, uel non existente, qui intelligat, ut Proverb. 8. In non abyssis, id est, non dum existentibus &c. nisi dicas בְּנֵי יִשְׂרָאֵל scriptum pro יְהֹוָה eiusdem ferè prolationis: pro quo Chald. נִזְבַּחַת. A facie enim malitia collectus est iustus. pro, quod, enclitico accipendum est, quæ hoc sit, quod nemo consideraret, uidelicet, quod à facie malitia, id est, propter malitiam, uel ante quam aduentaret malitia, ablatus sit iustus, ne uidelicet eam uideret, & experiretur. Malitia autem Hebreis etiam est nomen pœna, ut Genes. 19. Non potero euadere hanc malitiam, (seu hoc malum) ne quando apprehendat me malitia hec. & supra 45. Faciens pacem, & creans malitiam, seu malum &c. Hic locus uidetur exponi in libro Sapientie cap. 4. ubi ad Enoch, &

ad hunc propheta locum facta allusione dicitur, quia Deo placuit, cum inter peccatores uiueret, de medio sublatus, raptusque, ne malitia immutaretur sensus illius, ne uerba eius fronde circumueniretur. quod de utriusque malo intelligere possumus: sic etiam hic locus, quem pro manibus habemus, intelligi potest, quod Deus iustos, & pios iuros, ueluti sibi carissimos, ad se colligat, & de mundo auferat, etiam non multorum annorum etate completa: tum ne, si diuini uiuerent, à pietate discederent propter peccatorum consortium, & nunc peccati: quod interdum inuidetur, & omnia conuelleret, ut hac nostra tempestate fieri uidemus: tum etiam, quod quasi illis indulgens, & condolens nolit eos calamitatem cuiusdam ingentis testes, aut participes esse. Quemadmodum Augustinus, obessa ciuitate à Barbaris, & plerique alij in isti, quorum spiritum non uolens dominus contristare, eos, quasi ante tempus, & ueluti immatura morte rapit: quod amorem pietatis in hominum peccatoribus enutrare, & augere debet potius, quam remittere. nam, ut in Ecclesiastico habetur, exemplum est emendanda uita nationibus. propterea enim hoc primum donantur, quia Deo placent: & ut ait de ipso Enoch Apostolus, prius quam auferretur testimonium, habuit, quod Deo placeret. id autem testimonium habetur Sap. 4. & Eccl. 44. praterquam quod Genes. 5. dicitur cum Deo ambulasse. si uero hoc dilectorum est, aut diliguntur, non est, quod condoleamus, sed quod inuidemus potius iustorum funeribus. optandus enim est cum Dauid, ut nobiscum agat Deus secundum iudicium diligentium nomen ipsius. insipientes uero, cum mori miserum putent, presentim in iuuentute, tantum abest, ut propterea iustitiam, & pietatem colant, ut uel ea de causa, quod ad se iustos citio Deus dicatur colligere, genio indulgent. Merito itaque dolebat propheta, quod in morte iustorum nemo secum reputaret, à facie malitia illorum rapi. nam si hoc cogitasset, aut inducerentur, ut pietatem colerent, aut sibi saltent timerent, qui ad malorum congregatum seruarentur. Dignum profecto est, ut hanc philosophie diuine partem apprehendamus: & quid in iustorum obitu considerare debeamus, ex hoc loco eruditamur: neque quod à facie malorum colligantur, quod aperte scriptura in Iosiam commemorat, dicens 2. Reg. 14. Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videamus oculi tui mala, que introduximus sum super locum istum. ergo cum propterea eos auferat Deus, id omnino est, quod nos cogitare debemus, ut nobis timentes ad emendationem uitæ incitemur, ut ex sapiente iam dixi.

2. Veniat pax, uel ueniet. וְאַתָּה enim est interdum Hebreis tranquillitas, & felix rerum status: opponiturque turbacioni, seu perturbato rerum ordini. mors autem iustorum pace huismodi plena est. unde Genes. 15. Et tu uades ad patres tuos in pace. & Simon, Nunc dimittes seruum tuum in pace, id est, tranquilla morte, & in qua morienti nihil deesse uideatur, etenim perfectionem quoque nomen notat. ait ergo: Veniet tranquilla mors, quam scilicet summam pacem, & felicitatem reputant uiri pi. Requiescent, uel requiescent. וְאַתָּה pi, adueniente morte, super cubilia sua requiescent, id est, in sepulcris omni proposito malorum timore sublati. Qui ambulat in dilectione sua: quia hic singularem numerum uiderunt quidam, contextum luxarunt, ut pro requiescent, legerent requiescat. nam requiescent scriptum reliquit Hieronymus, & ita coniungendum putauit: ueniat pax iusti, id est, Christi, qui ambulat in direktione sua, & requiescent in cubili suo: quasi sit similia oratio illi. Sagitta tua acuta (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. Sed cum uerba pluralis numeri pasim Hebreis cum nomine singulari iungantur, praesertim participio, cum indefinitus est sermo: non est, cur negemus participium. וְאַתָּה ambulans construi cum uerbo requiescent, ut sit sensus; Requiescent in cubilibus suis, ambulantes ante eam, nempe pacem. Veniet, inquit, tranquilla mors iustis, quam illi lati insipientes, in sepulcris suis requiescent, ut qui semper pro oculis eam habuerint, & ante eam perpetuo ambulauerint: iustis enim non est terribilis, neque amara mors: quorum uita est mortis quedam meditatio. Hic sensus planus est. neque te conturbit huismodi accipio uox: nam Prover. 5. sic accipitur: Coram oculis Ichonu uia uiri: & Ierem. 17. Annuntiatio laborum meorum coram facie tua Ichonu. Iud. 18. Ita in pace, coram Ichonu uia nostra &c. Eadem autem uox alii punctis rectum, seu rectitudinem notat, ne quis uulgatum immerito reprehendat. Hinc habes, quibus mors sit pax, & tranquillitas, nempe iustis, qui eam perpetuo meditantur: & quare pi. uiri mortem expectant.

3. Vos autem accedite &c. recte uulgatus uas, pro aduersitatu accepit: & uos, pro at uos. Illi quidem quiescent i laboribus suis, & in pace dormiunt: de uerbis uero quid agendum sit, accedite ad me, ut audiatis. uocat autem filios. וְאַתָּה id est, uenifica, que oculus nocet, & fascinat, quasi uenena diffundens. neque male auguratrix dixit uulgatus: nam ab... וְאַתָּה id est, oculus est uerbum. וְאַתָּה quasi dicat, oculanit, id est, oculis obseruavit. unde nomen וְאַתָּה de quo supra cap. 2. & 27. pro obseruatoribus: qui uel ex stellis, uel aubus, uel exitis coniectant superstitione futura, uel occulta. Iudeos ergo sic uocat, & plurimi ex eis istis artibus uacarent. unde synagoga uenifica dici-

com-

commeruit. Et fornicaria: ad uerbum, Et fornicaberis, quasi dicat, semen, generatio, quae præteritis adulterijs, & fornicationibus non eris contenta, sed adhuc fornicaberis, & mores tuos persequeris, & patrum ueligijs infisces. Vide, quibus nominibus cognominetur, qui à Deo despiciunt.

4. Super quem lusistis, uel lascivisti, uel luxuriasti estis, ut sit, quod Paulus ait de uiduis impudicis, cum luxuriantes fuerint in Christum, id est, Christo repudiato, & contra fidem illi datam. & Hebreis וְאַתָּה non raro sic accipitur, pro contra. & hic Jesus mihi arridet. nam adulterij, & fornicationis meminerat. Indignissimum autem uideri debuerat, quod marito Deo abiecto scilicet deos colerent, & turpiter illis supplicarent. Quidquid autem pro Deo colitur, bac ratione uiri nomen, seu mariti accipit: quia illi mens sepe submittit, & ante eum humiliatur homo; humiliationem autem mentis curationibus, & supplicationibus exprimit. ab hoc deinde cultu & humiliatione, ueluti secunda anima, ea exequitur, que Deo marito suo adlubent, atque isti sunt liberi, seu pignora, qua amicos conciliant: à Dei quidem congressu, fidei, & dilectionis opera prodeunt, ab aliorum uero, oblationes filiorum per ignem, immolationesque eorum, quibus gaudent mirum in modum inimici demones: si uero non de hac lascivia, sed de delicijs, id est, opiparis conuiuijs, que in gratiam deorum instruebant, deque saltationibus, & choreis, cantionibus, quas in laudes idolorum componebant, & ludis, quos insituebant, uerbum וְאַתָּה accipias, que omnia erant contra Deum, non prohibeo; immo significationi nocum satis conuenit hac acceptio, & sequentibus, non minus. Super quem dilatafis os, uel contra quem laudes deorum sint conuicia in Deum, & contra Deum aperiabant ora: quidicebant de uitulo: וְאַתָּה sunt Dei tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti: ubi comedisse, & lusisse legis Israe litas. ad quem locum forte hic alluditur: At quis probabit, ut inter illos lusus, & cantus incalcentes mero, & furoris agitatos, in uituperationes, & conuicia quoque in Deum prorupisse intelligamus? ut cum dicebant melius habuisse, quando seruiebant militie caeli apud Ieremiam, & similia multa. Est autem dilatare os super aliquem, conuiciari, conuiciis lacefere. in Tsal. Dilatauerunt super os suum, non semel legis: & ferè idem est, quod sequitur. Eiecitis linguan, uel produxiisti, sine exercitasti: simili percussio apud Sinacherib, supra cap. 27. uer. 23. addes, quod est gestus quidam apud Hispanos, & alias etiam nationes irridentum, & nibili facientium quempiam, aperto ore linguam exsertare, qui usurpat & à Gallis fuit, ut apud Gellum lib. 11. cap. 13. ex Qua drigarii uerbi perspicere licet. possimus hac omnia etiam non de Deo accipere, sed de iustis, de quibus paullò ante loquebatur, & sanctis prophetis, quos deridebant, & ludibrio habebant impij. Quem enim prophetarum non occiderunt, aut non persecuti sunt? ut est in euangelio, forte & in funere eorum festa agebant, & insaniam eorum decantabant, & quod ab eorum increpationibus liberati essent, sibi mutuo congratulabantur. cui expositioni, que sequuntur, non parum fauent. Nunquid non uos filii scelesti &c. quasi dicat aliam uitam à uitij malde immunem ducere eos necesse est, qui uolunt in homines pios dicere, aut eos reprehendere. uos autem nihil aliud, quam transgressionem scelamini dolis, & fallacijs pleni &c. quod si de Deo dicta sunt, superiora sic connecte; Nunquid non &c. quasi dicat, certè bac ipsa re comprobatis, uos esse transgressionis filios, ut non potius non referre genus uerstrum & semen fallax, aut falsum, quod à patribus, & eorum fide degenerauit: ut cum filij Abraham sitis secundum carnem, & dicamini, nihil minus sitis, quam eius filij: cōtis enim filij peccati, & dia boli, idque operibus confirmatis.

5. Qui consolamini in dijs, uel cum dijs, plurale est nominis וְאַתָּה, sicut Tsal. 29. & Exod. 15. neque bene hic quidam pro querubus accipiunt. Frondoso. וְאַתָּה quantum ex locis possum coniugere, in quibus reperitur hoc nomen, est, quod nos dicimus, fresco: quare uirentem dicere possumus. Immolantes, uel iugulatores natorum: וְאַתָּה enim propriè iugulare est. indigitatatem, & horrorem ipsa simplicitas uerba continent, quo enim patto hoc, nisi corrupta ad modum natura, que immanitatem siuadere consuevit, & rationis uiri ferè absorpto fieri potuisset, ut letarentur, uoluptatemque acciperent, qui suos proprios natos iugularent. maxror occupat bruta animalia, si coram ipsis occidantur filij, quos gennarent. ergo amentiores brutis animantibus erant illi homines, in quorum petitoribus caritatem banc extinxerat scelus. cui addicti erant. Poterant super filiorum sanguinem, quos hic ad exaggerationem וְאַתָּה, id est, genitos, seu natos vocat, latari, & amanitatem arborum delectari: sub quibus sanguinem fundebant filiorum, quos genuerant: immo uero illi cum dijs, & talium deorum coniugidine, quibus tam impia sacra placebant, consolationem accipiebant. An non natura ipsa pro incolumentate filiorum, numine placare iubet? an non consolatione haud uulgari affici pater, & mater putarentur, natura ipsa instigante, qui ex naufragio aut lethali morbo filium saluum recepissent? ergo ipsa natura ab eorum cultu reuocabat deorum; qui iugulatione filiorum pascabantur. O mortales miseris, qui religionem, quam natura commendat, de-

L iiiij

serunt, & religionis umbram, uerissimum cacodemonum inuentum, uel ipsa natura repugnante, apprehendunt. Vides, quanto maior sit iniurias nis, quam in plerisque rationis, & virtutis, ac uerae religionis? uides hominum multitudinem, qui afferrima pro mendacio patiuntur, & cum incunditate perfurunt; pro ueritate autem nihil non graue ducunt? Scendum tamen est in animo uerè fio, non minorcs esse uera pietatis uires, quam impietatis, & sceleris apud impios: quod in Leuitis in Abrahamo, & plerisque alijs satis apparuit. Sed Deus noster uitam hominum mawult, quam mortem. In torrentibus. uox διπτη ualles, & humilia loca proprie notat, que inter montes iacent: deinde & torrentes notat, qui per huiusmodi ualles currunt. exempla paſsim obuia sunt. Erant autem dī, qui uallibus gaudebant, & opacis lucis, ac subobcuris: alijs autem rufus excelsis in locis, & in montibus cultum exigeabant. id uidetur haberi ex uarijs locis scriptura, praesertim ex eo libro Regum, in quo narratur de illis, qui dicebant; Dī corum sunt, Dī montium uenite, & praelicemur in uallibus &c. Subter eminentes &c. sunt ad radices montium, & in alueis torrentium excavatae rupes, & prominentes: sub quibus are erigebant ad idolorum cultum, quasi ex anbris prodiret numen, & ut religione tangerentur homines. erant etiam ibi tui ab aeris iniurijs astri, & imbris, ut tranquilius, & absque ullo impedimento sacra peragerent. deorum enim est totum hominem sibi addicere: & quem homo Deum putat, ritū colendum esse dicit. hinc loca solitaria petere, & ab urbium tumultu secedere. id enim tantum agendum est; quod tunc agitur, neque alijs animus diſtribendus. imitatur autem religionem ueram, quoad eius fieri potest, superflitio.

- 6 In partibus torrentis pars tua. paronomasia est in uerbis Hebraicis, haud innuenda, beha-leche nabah helcheca. uox autem ρ̄μ interdum lapides notat: sunt autem in litoribus tam maris, quam fluviorum, & in torrentibus orbiculati, & labri. super hos sedere, & usq[ue] deponeare, & cibum capere ob munditiam uiuat: super hos forte propter munditiam filios iugulabant. talis erat lapis, quo funda rotato David gigantem percussit: & hac uoce notatur 1. Sam. 17. eadem autem uox alia forma portionem designat, & partem, qua cinq[ue] in diuina contingit. ergo in axis torrentis dicit prophetā sibi portionem, & forem delegisse Iudeos, quasi hoc forte contenti essent: sicut fors Lenitiae tribus erat dominus, & cultus eius, ut ad hanc fortem fiat allusio. uel certe cūm frequentes ad cultum idolorum ad torrentem conuenient, necesse erat saxa, & rupes forte inter eos distribuere: quod illis pro summo opprobrio obvici dominus, ut sit sensus; In saxis torrentis portio tua, id est, quis portionibus saxa, & rupes forte diuiditis. Hæc est fors tua: hebr. 1psi ipsi fors tua, nempe lapides, & saxa torrentis. Non mentior, inquit; uera narro. ipsi ipsi, inquam, lapides fors tua sunt, & forte tibi diuiduntur: tantus est idololatrarum concursus, tanta frequentia, tantus feruor, ac tan-ta deuotio. Quid si in hoc membro ludat prophetā, & sit tacita irrisio ex animi indignatione? quasi dicat: in lapides tanquam hereditatis portiones forte tibi diuidi facis: ipsi ipsi, inquam, erunt fors tua, ut non nisi lapides, & inutilis saxa posideas, & faxum ipse sis, similis effectus diu, quos colis. Quid si per saxa torrentis per contemptum ipsa idola significet, quod idola, qua colebant, in torrente nihil differrent a saxis ipsius torrentis, & tot essent, quot in torrente erant saxa, & hec forte distribuerent, ut ea coleret? Et ipsi effudisti libamen. potest hoc pronomen (ipsi) & ad deos, quorum meminit uerbi superiori, uel ad ipsos lapides, & saxa torrentis referri. est autem ρ̄δυσι, seu libamen ex uino. Num. 15. & Exod. 29. &c. Nunquid super his non indignabor? hebr. An super his commiserabor? sensu idem est, etiam mox ad narrationem redeat; banc percussonem tamen, ob rei indignitatē, ex animi dolore inferuit, ut intelligamus, ad perditionem hominum, non nisi urgentibus rationibus impulsu, Deum communeri. ea enim est quorundam scelerum impudentia, ea indignitas, ut si inulta illa relinquaret diuina maiestas, contra dignitatem suam agere uideretur.

- 7 Super montem &c. non diu nullum contenta deos quoque montium coluistī. Cubile: per-seuerat in adulteri similitudine. ideo altare, & cultum cubile uocat: ibi enim alteri uero prostituebatur.

- 8 Et post ostium, & retro postem posuisti: tutelares deos, & lares designat, ponebantur autem post ostium, & postes, ut felix effet, & fauſtus tam egressus, quam ingressus: nisi post ostium dici uelis figurat, & proverbiali forma, quasi nullus effet absque Deo angulus. Memoriale tuum, uel recordationem: sic uocat sculptilia, qua numeris memoriam renouabat: & in hunc usum in singulis domus partibus apponabantur, ut memoria non dilaberentur: hoc enim uidetur diuinitas exigere. quare id ipsum summopere sanctorum patrum scripta commendant, uidelicet ut Deum semper in animo, eiusque memoriam cordi impressam gessimus. Iuxta me: hebr. ηταν quasi dicas, de cum me, id est, a latere meo. more mariti loquitur dominus, a cuius latere sur-

gere

gere, & cum altero rem habere est supremum seclus, contemptus, & infidelitas: hoc omnino designat uerba. Discooperuisti, id est, abiens te discooperisti. est enim τὸν aperire, reuelare; constructum autem cum constructione alterius verbi perinde est iuxta hebraicum, ac si utrumque apponere-retur; Discooperuisti ex latere meo, id est, ex latere meo surgens te alteri denudasti. Ceterum cūm τὸν sit de numero corum uerborum, qua convarias habent significaciones: nam significat apparet, ac disparere, quod sit migrando, exsilando &c. & cūm constructio conueniat, libenter pro migrare, seu recedere accipio, ex latere meo, è lecto codem, in quo mecum iacebas, recedens alteri tui cofiam fecisti. hoc enim est Hebreum τὸν, pro quo uulgatus doctissime uerit, sensum explicans; Adulterum suscepisti. in hac significacione herbo ascendendi uititur scriptura, ita ut in significacione paſsiua sit hoc loco accipendum τὸν: neque enim de eſcenſu in montes arbitror uocem hanc intelligendam. unde ab ifso puto esse participium plurale femininum τὸν, quod de femellis dicitur, & pro fati, & uterum geſtantibus, uel partu etiam exoneratis accipitur Gen. 33. Tſal. 78. &c. quod etiam uerba illa Gen. 31. significant, Ecce arietes ascendentēs &c. Dilataſti cubile: hoc, & quod pre-cessit, & quod statim sequitur, optimè congruant cum illis, qua sub Abaz facta legitimū ultimo Reg. cap. 16. nam & ipse rex filium suum consecravit. immolat at quoque uictimas, & abolebat incensum in excelsis, & sub omni arbore uirescente. ibi etiam legitur de nuptijs, quos misit ad regem Asyriorum: quod dicitur uerbi. & quod occurrit regi uenienti: quod codem uerbi habet. Quod autem illi dicitur de altari, quod edificari fecit in templo secundum similitudinem altaris, quod uiderat Damasci; & de altari aeneo, quod erat coram domino, quod loco monit; & loco eius altare maius secundum ritus gentium collocauit; hic puto significari, cūm dicitur, è latere domini surrexisse, & alteri succubuisse, & cubile suum dilataſte. Pepigisti cum eis fœdus: neque ipsi Rabini hanc uer-sionem reprehendunt, immo sic fœdū omnes uertunt: nam dicunt τὸν significare pacifici, quos ne-que mihi in animo est reprehendere: dico tamen nūquam me legisse in scripturis τὸν pro pacifici, nisi cum nomine בְּרִית, sicut Latinis ferire, scindere non significant pacifici, nisi cum nomine fœderis, aut pacti &c. ad uerbum autem sic habent Hebrae: Et scidiſt tibi ab eis, nempe diſgentium: & repetendum est nomen cubilis: dixerat enim; Dilataſti cubile tuum, ex loco autem libri Regum confiat altare manus ad similitudinem altaris Damasci fabrefactum. unde sequitur, Dilexiſtī cu-bile corum: ut enim uidit altare, quod erat Damasci, placuit illi: & cum ex Damasco rediſſet, adorauit, & hostias super illud, quod iam in templo constructum reperit, immolauit. Manu aperi-ta: hebr. ηταν τὸν uulgatus τὸν ut nomen accepit à uerbo τὸν, id est, uidit, sed quia huiusmodi nomen alibi non reperitur, manum hic Hebrei pro loco accipiunt; & non nulla uerba supple-nates, quem uolunt, sensum conficiunt, ut illos ad modum familiariter: quos plerique ex nostris sequin-tur. dicere tamen possumus, hic manus accipi pro monumento, & opere eximio: sicut nos dicimus inter dum de imagine, esse manū. Apellis, id est, opus manū. Apellis fabrefactum: sic 2. Sam. 18. Absalon erexit sibi statuum, qua est in ualle regis, dicendo: Non est mibi filius, ut memoriam saltem relin-quam nominis mei: uocauit; Statuum secundum nomen suum, & uocata est manus Absalon, id est, opus, seu monumentum: ita Abaz cum uidisset altare Damasci, iuxta eius similitudinem, aliud in templo erigi curauit: ideoq[ue] dicitur, Dilexiſtī cubile eoru, manū, quam uidisti, quod quamvis nemo Rabinorum annotauit, non propterea contemnum ducas. Hic mecum considera Christiane lector, quo pacto Deus peccata, quas in sacculo signet, ut est apud Job: quemadmodum enim bonorum operum nostrorum singulas circumstantias ponderat, ut pro omnibus retribuat, sicut cum ait; Eo quod fecisti rem huicmodi, & non pepercisti unico filio tuo &c. sic etiam in peccatis omnes semitas pedum nostrorum considerat. En audis obijcentem, concussum, sortes, loca, memoriam iugem, deinde è latere suo surrexisse, ut alteri succumberet, qua ab alijs accepit, dilexiſte, & mox imbutam fuisse, ut diſcas rationem habere operum tuorum, cogiteq[ue] impurus sacerdos, quanto sit atrocis crimen ab alta-ri domini recedere, & membra Christi membra facere meretricis; & laicus, quid sit in templo Dei, dum res sacra peragitur, oculis lasciuia inseruire: ut præterea alia crimina inter Christianos paſsim obuia. Nunquid super his commiseretur dominus? Nostandum etiam est, et si hac inuenta regis impij fuerant, populo obici a propheta: nam impij regis præcepto summus sacerdos obedierat, & populus illorum impietati acquiecerat.

9 Ornabas te regi: corruptè legitur, regio. obiicit, Assyriorum regi, quem propter excellentiam regem absolute uocabant, occurritſe Israelem cum oleo, seu unguento, & multiplicitibus pigmentis, quasi meretrem, & adulteram, qua adultero nult placere. Est alioqui oleum letitiae symbolum, quasi iunctus, & latus occurrit regi. uerissime quoque est, balsamum detulisse, cuius in agro Iericuntino erant arbores, unde Oſea 12. Deferentes oleum in Aegyptum &c. nam cūm gratiam habere uellet Israel Assyrio, quod aduersus regem Syrie hostis sui adueniſſer, proceſſit ei obuia. miserat autem

iam dudum argentum, & curum, quantum potuerat: cultum quoque, & religionem regis imitatus est: & ob huc dicit propheta; Et humiliata es usque ad infimum: coram ipso nesciet regere. Assyriorum, significans sibi non esse iures ad resistendum regi Syriae, quasi ergo plus iuriti, potenti, & amicitia. Assyriorum, quam potentia, & amicitia Dei confidisset, audit; Vnde que ad infernum humiliatus es. nam & temporali gloria, & spirituali, quam in tutela servi Dei habuit, sollicitus erat Israël, regi exterio, & diis extranicis serviciis. ob quam caussam etiam in Exod. 32. dicitur, quod Aaron sollicauerit Israëlem ad murmur inter hostes isorum. meritò enim Israëlitis detrahent, & in eos obmurmurarent, quicunque in eos insurgere nollebant, audientes, quod reliquo Deo, qui cas de Aegypto eduxerat, deos Aegyptios maluerint colere: qui neque eos retinere in Aegypto, neque iros Aegyptios, ne submergerentur, cripere ualuerant. potest etiam hoc humiliatio ad tempora, que subinde secura sunt, referri. quis enim ignorat, quam humiliata, ac defessa fuerit illa res. iam inde ab eo tempore?

10 In multitudine uitæ &c. בָּהּ hoc loco de longitudine tua dici existimo, ut Iosue 9. præter enim, quod ad Assyriam proficiscerentur pro auxilio, absunt quoque omnes, quotquot à Deo recessunt, in regio nem longinquam, & uias difficiles perambulant. possumus & de multitudine accipere: In multitudine uitæ, id est, in multiplicibus iis tuis laborasti. nam plures deos colebant, & multiplices ritus addicebant: qui uno potuerint contenti esse. Cùm autem hoc omnia apta sint, & appositæ dicantur: ego tamen maleמְלֵךְ in infinitivo accipere: In multiplicando uiam tuam laborasti, id est, ut prohceres, & progressus faceres in eo uite instituto, quod ingressa es. si uero ut nomen accipias, codem tamen sensu interpretari licebit: In multitudine, id est, pro augmentatione, & promotione studiorum tuorum laborasti. Obiicit itaque zelum, & contumaciam, quod pro iniunctis labores susciterunt, que multò minori negotio Dei sibi gratiam potuerit promoveri, & beneficijs omnipotencis frui. Non dixisti; Quiescam: laborasti, inquit, & agones subiisti; nunquam autem in ipsa veruam difficultatem, qua sepe laborabas, subiit in mentem ab inceptione desistere, ut impedimentis ultis cederes. De noce וְעַד, pro qua uulgatus reddidit, quiescam: sensus exprimens, uaria sunt sententiae: puto autem esse passuum וְעַד, quod non est in iuio in Kal. at in piel semel, Ecclesiast. 2. estq; eo loco abdi carere animum, aut animo cedere, prædissidentia, seu desperatione. usurpatum autem hac teritia persona passim uocis pro eo, quod Latini dicunt, actum est: dicereq; licet, desperatum est. Hunc locum uideretur explicare ille Ierem. 2. Prohibe pedem tuum, ne denudetur, & guttur tuum à siti. & dixi; Num desperatum est? non: quia amo alienos, & post ipsos ambulabo. Vitam manus tua inuenisti: non desististi ab inceptione, quinimum profecta es uiam, qua ingredi coeperas, ac tandem illud uitæ genus, quod consequi optabas, inuenisti, atque apprehendisti. In nomine autem uitæ est ironia: uitam enim uocat peccatum, atque ipsam mortem, quam tamen ipsi uitam reputabant: & uitam manus, uocat uitam industria partam, sicut autem qui multo labore, & industria, ex variis discriminibus uitam, seu uitæ remedia consequitur, ut sunt opes, & similia bona, bene collocatos labores suos arbitratur: que cum laboris penitet; idem obiicit dominus contigisse Israëli. atque hoc est, quod sequitur, Propterea non doluisti: ubi insinuat, quam se uoti compotes arbitrarentur: & quanta felicitati ducerent se in amicitiam decorum, insinuasse, cultus isorum rationem tenuisse obseruasse ritus, & inter eorum cultores connumeratos esse. O nos felices, dicebant, qui quod tandem optauimus, iam tandem tenemus. o bene collocatos labores: nihil molestum nobis contigit: nullus fuit labor, postquam uoti compotes facti, decorum isorum sumus cultores &c. Quid uero uulgatus ait, nimurum Graecos secutus, Propterea non rogasti, perinde est, ac si diceret; Propterea animo elata nihil tibi deesse putas: neque Deo supplicas, aut quidquam petis more miserorum, & inopis.

11 Pro quo sollicita timuisti? hebr. ecquem metuisti, & timuisti in, ecquem reverita es, aut timuisti? quasi dicat neminem. sensim uulgatus bene reddidit. etiamsi uidearis me colere, & inuocare soleas in adversis, mentiris: nihil de me, aut meo cultu sollicita es, neque ullo mei timore tangeris: uoces tantum habes, & uerba, corde longè es à me: mendax es, & mentiri soles: & tantum abest, ut me timeas, ut neque mei recorderis. Et non cogitasti &c. Hebraea, & non posuisti super cornuum &c. Quid nam? Quod ego tacens: uel (ut est in Hebreo) An non ego tacens: non inquit existimare deberes, cum non subito animaduerto in te, ignorare me res tuas: aut alia quanvis ratione imputitatem tibi promittere, quin potius hoc sedula mente deberes attendere, quod ego tacens, & à seculo, id est, quod à seculo consueverim tacere, atque aliquandiu disimulare. nam quod in uulgato legitur, Et quasi non uidens, non habetur in Bibliis Hebraicis. Symmachus tamen uidetur legisse. Et mei oblitera es: Hebraea, Et me non timebis, id est, nequaquam timere soles; non cogitasti, quod ego consueverim tacere: neque me times.

12 Ego annuntiabo iustitiam: ego faciam, ut omnes intelligant, quam iusta sis. ironia est. by-

pocris in enim, & falsam iustitiam Indeorum traduxit Deus, quoties eos potestati hostium tradidit. nam si in illa repub. fuisset uerum iustitiae studium, neque obtinuerit falsitas, seu mendacium, nequaquam aduersus eos præualuerint hostes, unde illi palam testabantur, in exilio se in circa relictos fuissent à Deo, quod ipsi Deum reliquissent. Vide Ieremie lamentationes. Et opera non proderunt, uel non sublenabunt; non enim subleuamen afferunt in aduersis hypocitarum bona opera, aut falsa sanctitatis signa, ut que gratiam hominum pro præmio habuerint, quia propter homines facta sunt; uel opera uocat idola, qua fabricauerunt.

13 Cùm clamaueris, liberent te &c. ubi sunt dij eorum, in quibus habuerunt fiduciā? dicebat Moïses: Surgant, & opitulentur uobis, & in necessitate uos protegant. Hic congregatos, uel illam deorum turbam uocat, de qua paullò ante, uel auxiliare copias, quas multo auro conduxerant aduersus Syria regem: quas non allaturs auxilium Iudeis significat, quando Chaldaei aduersus Ierusalem uenirent, nam (ut ex scripturis conjectur) iam Chaldaei subditæ erant Assyri, & Babylonii erant rerum domini. ob quod fortè dictum est, quod omnes eos leuaverit uentus, auferret uentus, id est, uenit aura: quod de diis ficticiis uerum quoque est. potest & hoc ultimum membrum sic accipi, ut mutata persona de ipsis Iudeis dicat. Omnes eos leuabit uentus: quasi dicat, quid clamabunt? è terra hac, uentu paleo, quisquiliaque iactabuntur, & uento auferentur. Qui autem &c. cum sui temporis sceleris prophetæ commemorasset, ob qua non posset Deus non immittere flagella, cuiusmodi fuit capitulata Babylonica: iam tamen aperit, eos, qui resipiserent, & flagellis ad sanam mentem reducili, in Deum sperarent, non penitus obliuionis tradendos fore, sed è captiuitate redituros, ut Deum laudarent. quod tamen beneficium ad tam improbam gentem in officio continendam non potuisse sufficeret præuidet prophetæ, atque prænuntiat sub finem capitis. inquit igitur; Panas dabitis, & instantie captiuitate clamabit: nusquam tamen apparebunt illi uestris congregati; sed uniuersos tam illos, quam nos calamitatis uentus auferat: non tamen omnino abolebitur gens hoc: sed qui protectionem in me quasierint, & in me spem collocauerint, non iam ab amicis protectionem sperantes, adducant eos, ut iterum possideant terram hanc, et in ea diutius uitam agant.

14 Viam facite, sensu, ut est in Hebreo, Sternite, Sternite, id est, complanante uiam. Declinate de semita. בְּנֵי פְּנֵי, id est, facite, ut faciem habeat, & superficiem planam. hoc est uis uerbis in piel: quod melius explicare non possumus, quam uerbo repurgandi, euerendi, ut Sophon. 3. Inimicos tuos cuerit, ne occupares faciem terræ: sic etiam Genes. 24. & Malach. 3. & supra 40. Auferte &c. eleuate: eleuare pro auferre dicit hebraismus non raro, ut uersu præcedenti, hæc auertere uerborum congeries nihil aliud notat, quam Dei benevolentiam erga suos, qui nolit illos, quorū ipse miseretur, impedimenta aliqua reperiare, quibus iter eorum retardetur. que uersi dicantur de reditu in Babylone, in uniuersum uera sunt, & in illis, qui ex regione peccati redeunt, complentur. quod amotarunt sancti in illud Exodi, quod propterea uoluerit Deus ducere Israëlitas per terram Palestina, ne insisterent in eos: ut enim est apud Platonem, tandem difficile est hominem in refixa contingi, quandiu recti suauitatem non gustauerit: tota enim uita gustu ducitur.

15 Quia haec dicit dominus: quasi dicat, Ne mireris, quod is, qui tam seuerè populum ex terra sua eiecerit, tam sedulò nunc eorum redditum paret, ut & uiam expurgare, & lapillos ex ea auferri curet: nam in hunc modum dixit &c. & suspensa est oratio usque ad uersum sequentem. antè quam enim quid dixisset, annuntiaret, exordio uititur: quo mores Dei explicat, ingenium, & naturam; cui fatus conuenire uidebis, qua iam dicturus est Deum dixisse. Excellus, & sublimis, sensus est; ille, qui cùm sit excelsus, & supra omnia, & aeternus, & cuius nomen est sanctum, & iuxta naturam suam excelsum quoque locum inhabitat, & sanctum; ille, inquam, qui cùm talis sit, cum contrito tamen, seu contuso, & qui est humilis spiritu, cobabitat, ut eius cor, & spiritum uiuificet, recevet, & confortetur; is, inquam, dicit, quod non in aeternum litigabit &c. Argumentum tale est: enim, qui cùm sit excelsus, humilia respicit; qui cùm sit in celo, respicit que sunt in terra, (ut est in Psalmo) qui cùm calum inhabitet, cobabitat quoque humilibus, & abiectis; qui cùm aeternus sit, & impensis, nihilominus contusorum habet rationem, ut eis medeatetur; eum, inquam, profecto nequaquam dedecet in aeternum non litigare &c. neque quos abiicerat, tam amanter reducere. ergo iuuabit in memoriam reuocare, qua sit Dei nostri misericordia, qualis erga humiles, & calamitatibus fratros, ut quem iratum sensimus, affabilem adhuc nos experturos sperare possumus. Habitans aeternitatem. יְהִי אָזֶן, uel aeternum manens. Posset sic profecto homo cogitare: mortalia curat aeternus; fracturas peccatorum sanctus; humiles & abiecti, excelsus, & sublimis; quis ergo mortalis, & peccatis eidem, ac reliquis uite humane conditionibus obnoxius, fratres, peccatores fractios auersabitur? Ut uiuificet spiritum &c. ita Paulus, qui consolatur humiles, consolatus est nos &c. Facit hic locus ad illum euangelij locum. Consolat filii, remittuntur tibi peccata tua &c.

16 Non enim : uel , qui a non : uel , quod non : nibil mirum , quod auferre offendiculum &c. iubeam . non enim is sum , qui non confuerim à lice discedere , & rixa . scio , quando opus est contendere , increpare peccatores , ut ab incepto desistant , & in eos quoque interdum animaduertere : noui quoque rur sit mitius cum eis agere , & penitentia placari . Usque ad finem : in superioribus de hac uoce , & phrasu dictum est . Deus noster in finem diligit , quia finem amoris attigit : & quod ultra amor progrexi non posset , peruenit : at non in finem indignatur , neque ea omnia iratus infert , quod posset , & indignatio suppedaret , & peccata nostra exigenter . quare cum diutius in ira persistere uideretur , obiicit propheta , ut quid dominus irasceris in finem &c. Spiritus à facie mea egredietur : id est , ego cum uolo , spiritum exhalare facio : aufero enim spiritum principum . sensum , non uerba reddidit uulgatus . uerbum enim hebr . quod est tegere , seu obrui , ut non apparet : Thren . 2. uerbo deficiendi reddidit uulgatus , bis , & Ione 2. uerbo angustiari : ego uerba reddidi ; Spiritus à facie mea operitur , tegitur , obruitur . Hac phrasu nos Lusitanu utimur , operari cor , pro ualde tristavi , Hebrei pro mori . Ego , inquit , sum , qui occido : sed ipse quoque sum , qui uiuere facio . & hoc est , quod sequitur , Et flatus ego feci . Quod si uirumque meum est percutere , & sanare , deducere ad inferos , atque reducere ; iam uero percussi , iam burlauui uisque ad inferos : non id perpetuo me agere expellere debet , sed ut rursus sanem , & uiuificem . quod si quod altius accipiamus , ut , testis Hieronymo , accepimus Symmachus & Aquila , sensus erit ; Spiritus meus , qui à facie mea supple egreditur , operit , obtegit , & omnia occupat , id est , ego sum , qui omnia spiritu meo uiuifico , & do spiritu habitantibus in terra , &c. qui igitur fieri potest , ut omnino perire finam homines &c. Sed ut hæc interpretatio constet , non nullæ uoces supplenda erunt , quod p̄ijs & doctis non placet .

17 Propter iniquitatem auaritiae : de hoc auaritia studio , cui dediti erant principes Iudeorum , tam ecclesiastici , quā seculare , diximus superiori capite . hinc uniuersa lues uitiorum in remp. eorum profluxit : ob qua iratus Deus eos in captiuitatem abduxit . Abscondi : quod sequitur , Faciem meam , ex commentario Hieronymi aliquis textu inservit . & infinitum pro præterito accepit uulgatus more Hebraorum . existimo tamen esse peculiarem phrasim , qua & nos uitimus Hispani . percussi abscondendo ; id est , latenter , & alterius manu . putabant enim Chaldaei , se esse illius calamitatis præcipios autores : at Deus erat qui per eos percutiebat . Abiit vagus . Hieronymus in commentarij legit , mœrens , secutus Greco : uel conuersus , inquit , auerius dicere possumus , ut apud Jeremiam , Convertimini filij auerii . sed sensus idem est : nam converti in uiam cordis ihu , & auerti à Deo , re idem sunt . Hic planè uidetur loqui de desiderijs cordis ipsorum , quibus ipsis Deus tradidit , propter alia sceleria : nam peccata peccatis puniri Deus , ut inquit Augustinus , potius autem de hoc exilio , & peregrinatione loquitur , quād de illa , qua hanc consecuta est , corporali . quia qui in Chaldaiam abducebantur ex Tzion auerii , à Deo prius se auerterant . Hanc etiam auerstionem prius curat , & huic prius mederi solet . nam qui errant in solitudine , & uiam , qua dicit ad ciuitatem , in qua habitent , non inuenient esurientes , & sitiientes , & animo quasi deficiente , non prius in uiam rectam deducuntur , quād clament ad dominum , & misericordiam ab eo consequantur . quare quod sequuntur , reductionem à peccato non minus sonant , quād à Babylone : nec mirum : nam typum , & ueritatem simul non raro prophetæ enarrant .

18 Vias eius uidi &c. superior uerius illud membrum explicat . Spiritus à facie mea obruetur : hic autem alterum , & flatus ego creavi . uidi , inquit , & ianui , aut medicatus sum : condoli , cum uiderem , quantum deflebent à uia uita : quare medalim ei aribube . Futura sunt in Hebreo . sed parui refert . Commouit autem Deus ad penitentiam Israelem in captiuitate detentum , ut agnoscerent errata sua , sicut legis in oratione Danielis &c. ac deinde Deduxi eos : in Iudeam , & reddidi consolationes , quibus dudum fuerant desituti , & lugentibus eius . Sunt , qui uerunt , lugentibus eam : sed sensus idem est . Scio , quod per Christum data est corona pro cinere , oleum pro luctu &c. sed ego seriem orationis contexo : quod qui facit , multa pretereat , necesse est , quae aptè in singula uerba dicta aliqui uideri poterant .

19 Creui fructum : Hebreis est participium , creans : quod pro præsenti accipi potest : sicut & futura , que paulo ante præcesserunt . potest & præcedentem uerbo iungi ; Reddam consolationes , creans fructum &c. Sunt autem , qui fructum labiorum dicunt esse , quod Paulus ait ; Reddemus uitulos labiorum conscientium Deo &c. puto tamen hic ipsam pacem dici fructum labiorum . Feci , inquit , ut pax annuntiaretur labiis hominum : quo facit nomen יְהוָה , qui ipso terre prouentus propriè designat , sicut & uerbum יְהוָה secunditatem notat . Prouentus , inquit , labiorum erit pax : nihil aliud , quād pacem sonabunt pasim ora hominum . uerum quia in pace redditia Iudeis per Persarum reges , nudit propheta pacem , quæ per Christum mundo obueniret , non solum Iudeis pacem , sed & genib⁹ annuntiandam affirmat . sic enim exponit locum hunc Apostolus ad Ephes . 2. & pro fructu labiorum

labiorum dixit , Euangelizavit pacem &c. gentibus : qui longè , & Iudeis , qui prop̄ . 20 Impij autem . nau : pro aduersatiu particula non male accepit uulgatus . at impij , seu improbi &c. uidebat autē Iesaias Iudeos , qui à Babylone redituri erant , pace illa abusuros , & ad impietas , & sceleria prolapsuros , ob quæ perpetuae calamitates eos manerent . propterea hæc uerba adiecit , & tandem affirmat ex ore Dei , quod licet ijs , qui longè , & ijs , qui prop̄ paci annuntiaretur ; improbi tamen quasi nec prop̄ , neque longè essent , expertes illius pacis forent . quod non sine doloris sensu , neque sine indignatione protubuisse prophetam existimo . dolebat quippe propheta in tanto pacis prouento , gentem illam pace caritatem . Mare feruens . וְיַד sentiat spiritus sanctus de mentibus improborum , cogita hoc in loco Christiane lettor . uidisti unquam concitatum magna ui uentorum mare ? tales sunt , inquit , improborum mentes : quiescere non ualent , afflribus suis , & afflru malorum spirituum agitat : quin etiam (ut Hebrei sonant) nunquam non stercus , & lutum eiijcunt . Et autem וְיַד cum וְיַד idem , quod stercus , at si cum וְלֹא legatur , aut וְלֹא possum dicamus , ut sepe solet , est perturbatio , id est , spuma . iecirco concilicationem uertit uulgatus . sic autem vocat res concilicatione dignas . neque enim aliunde egreditur impietas , ut est in prouerbio in libris Regum , quam ab impijs . Inutilia sunt etiam eorum opera , & spuma , aut luto simillima : quæ non solum non profunt , sed alios inquinant . tales semper fuerunt Iudei , etiam post redditum à Babylone . quare sequitur ,

## Caput quinquagesimum octauum .

Noua.

Vetus.

E D E uocem gutture , ne cohibeas : quasi tuba exalta uocem tuam : & annuntia populo meo transgressionem eorum , & domui Iacob errata eorum .

Et me singulis diebus requirunt , & scire uias meas uolunt , ueluti gens , qua iustitiam fecit , & iudicium Dei sui non dereliquit . rogam me iudicia iustitiae : appropinquare Deo uolunt .

Quare ieunauimus , & non uidisti ? affiximus animas nostras , & non nouisti ? Ecce in die ieunij uestri inuenitis beneficium , & omnes labores uestros exigitis .

Ecce ad litem , & rixam ieunatis , & ad perciendum pugno improbitatis . Ne ieunis secundū diem , ut audire faciat in excelsu uocem uestram .

An hoc est ieunium , quod elegi , diem , quo affligat homo animam suam ? an ad incuruandum , ueluti iuncani , caput suum , & saccum , & cinerem sternat ? an hoc uocabis ieunium , & diem acceptabilem ipsi lehona ?

An non hoc est ieunium , quod elegi ? sole re uincula improbitatis , transferre fascicu los iugi , & dimittere eos , qui conuassati sunt , liberos , & omne iugum dirumpatis .

C L A M A , ne cesses : quasi tuba exalta uocem tuam , & annuntia populo meo sceleria eorum , & domui Iacob peccata eorum .

Me enim de die in diem querunt , & scire uias meas uolunt : quasi gens , quæ iustitiam fecerit , & iudicium Dei sui non dereliquerit . rogam me iudicia iustitiae : appropinquare Deo uolunt .

Quare ieunauimus , & non aspexisti ? humiliavimus animas nostras , & nescisti ? Ecce in die ieunij uestri inuenitur uoluntas uestra , & omnes debitores uestros repe titis .

Ecce ad lites , & contentiones ieunatis , & perciendum pugno improbitatis . Nolite ieunare , sicut usque ad hanc diem , ut audiatur in excelsu clamor uestrer .

Nunquid tale est ieunium , quod elegi per diem affligere hominem animam suam nunquid contorquere , quasi circulum caput suum , & saccum , & cinerem sternere ? nunquid istud uocabi ieunium , & diem acceptabilem domino ?

Non ne hoc est magis ieunium , quod elegi ? dissolue colligationes impietas : sole fasciculos deprimentes : dimitte eos , qui contracti sunt , liberos , & omne onus dirumper .

An

Mm Frange

Noua.

Vetus.

An non diuidere esurienti panem tuum? & inopes exsules adducito domum, cum uideris nudum, & operi eum, & à carne tua ne abscondas te.

Tunc dissecabitur, ueluti aurora, lux tua, & curatio tua citò succrescit: & ibi ante faciem tuam iustitia tua: gloria Iehoua colliget te.

Tunc vocabis, & Iehoua respondebit: acclamabis, & dicet: Ecce ego. si absuleris de medio tui iugum: mittere digitum, & loqui uim.

Et depropseris esurienti animam tuam, & animam inopem satiaveris; orietur in obscuritate lux tua: & caligo tua [erit] sicut meridies.

Et deducet te Iehoua iugiter, & satiabit in siccitatibus animam tuam, & ossa tua eripiet: & crux, ueluti ortus irruens: & sicut exitus aquarum, cuius non mentiuntur aquæ.

Et ædificabuntur à te siccitates aternitas: fundamenta sæculi, & sæculi excitationis: & appellaberis septor rupturæ restituens semitas.

Si reduxeris à sabbato pedem tuum facere beneplacitum tuum in die sanctitatis meæ, & uocaueris sabbatum, delicium sancto Iehoua honoratum, & honoraueris eum, non faciendo uias tuas, non inuenient do beneplacitum tuum, neque loquendo sermonem.

Tunc uoluptatem capies super Iehoua, & uehi faciam te super excelsa terra, & comedere te faciam hereditatem Iacob patris tui, quia os Iehoua locutum est.

**C**LAMA &c. quod Indi sint illi improbi, quibus nulla esset pax, propheta iam ostendit, & falsam iustitiam, cui dedit erant, coarguit. possunt autem hæc aptissimè ad ea tempora referri, quæ Christi domini aduentum præcesserunt: quibus cum præter idololatriam omni genere scelerum contaminati essent ante Deum, exteriori, & carnali iustitia tantum contenti, putabant male secum Deum agere, quod non Messiam mitteret, ut eos à tantis calamitatibus, quibus post redditum à Babylonie premebantur, liberaret: quare magnas uoces edere prophetam iubet dominus, & ut magis clamoribus ad se vocatos Indos coarguat scelerum suorum. neque male, pro gutture uocare, seu uocem edere, uulgatus clamare dixit. possemus etiam uerbo prædicandi reddere. nomen autem gutturis per pleonasmus additur. Anuntia &c. facilius per alios admoniti in peccatorum nostrorum cognitionem deuenimus, quæ si nullus commonefaciat. nobis enim parcimus, ut dicebat ille, & deformitatem nostram uenustatem sèpè putamus. alienis itaque oculis opus habemus, & uocibus, immo & clamoribus, tanquam dormientes. Præcipitur autem, ut clamet, neque à clamore desistat prophetæ; aut uocem contrahat, contineat, seu colibeat; aut ne uoci pareat. non nullis enim frequentes clamores necessarij sunt, & perpetua peccatorum commemorationis illis nempe, qui se peccatis carere existimant, ut ex hoc loco apparet, & ex ueruè sequenti comprobatur.

2 Me etenim &c. hebr. & me sed interdum coniunctio est rationalis Hebreis: uidetur tamen hoc loco

loco peculiarem quandam uim habere, quam non facile exprimas. exigit enim, ut non nihil supplicetur, quasi dicat, habent scelerá, transgressiones, & errata, & me requirunt, quasi gens &c. De die in diem. hebr. δια δια dies, uel die die, id est, singulis diebus. Gen. 39. Exo. 16. Ps. 6. Scire uias meas uolunt, id est, consilia, & meorum consiliorum rationes, ut de aduentu Messie, cur differtur; quare permittat populum suum indigna pati, & huinsmodi, ut sequenti ueruè aperit. Quasi gens, qua iustitiam fecerit. iustorum peculiare esse uidetur, diuinorum consiliorum rationes tenere, & in omnibus suis actionibus diuinam uoluntatem coll. mare, ne ab ea quavis ratione deflestant. horum propria uidetur esse sollicitudo illa de Dei mente percipienda, de diuina legis, in qua beneficium ipse suum manifestat, intelligentia: hi præfæcta præteritis conseruant, & fueru animo metuntur, & Dei prouidentiam præ oculis semper habent, cui humana omnia sciunt esse subiecta. hos imitantur hypocritæ illi, præsertim qui exteriori tantum specie sanctitatis pollent: nisi quid fieri isti nunquam secum bene agi arbitrantur: cum enim terrenis bonis animo fixi sint, inique serunt ea, sibi tanquam iustis, non affatim, uel à Deo, uel à reip. rectoribus distribui: at uerò iusti, & pī de ambiitione aternorum tantum solliciti sic sua compontunt, ut cum se indigos aere, quem respirant, arbitrentur, aternitatem, & ueram felicitatem semper meditantur, & super hac re rationes subducunt. Et iudicium Dei sui non dereliquerit. derelinquere Dei iudicium is dicitur, qui à recto declinat, & bono, quod ille probat, consilii, ac precipit. itaque qui iudicij Dei per uerbum suum promulgatis acquiescit, atq; obtemperat; qui ea obseruat, & ab eo latum uiguum nō disredit; is de alijs iudicij, qui ignorat, inquirat (modò manuistatis ne sit praescrutator:) qui uero manifesta contemnit, quid de occultis inquirit? nūquid, ut tanto afferoribus flagris dignus fiat, quanto plura didicerit? Hoc certè genus hominum male semper habui, quorum uitam si explores, eam labo uitorum afferam reperiens: si uero ex perunctionibus diuinis mysterijs, de animæ cum Deo per indecentem amorem unione, de perfectione, & uita contemplativa sublimitate, & id genus questionibus, de quibus inter se se differunt, uelis iudicium facere, aut de quibus se instrui uelle petunt, tantum non Angelos iudicabili. similes profecti sunt illis Thavariseis, qui de magno mandato interrogabant: qui negre minima adimplerant. Inter ea tamen cogita lector, quorum sit uias domini uelle addiscere, nempe qui à iudicij Dei si non recesserit, aut aliquod ex eis prætermisserit: ex illis, inquam, quo Ps. 119. celebrantur, & iudicia, & iustitiae, & iustificationis Dei dicuntur à Davide: que qui fecerit, homo iustus est. Iudicia iustitiae: quasi uellent Deum redargueri alicuius iniustitiae: interrogare enim iudicia iustitiae, est, nī fallor, Deum, quasi adigere, ut rationem reddat aliorum operum, seu iudiciorum suorum, & se iustificet: ut si quis quereret, Domine quid est, quid deservisti Israëlitas, & ad gentes te contulisti? sed non alia exempla requiramus, quām quæ mox sequuntur: huic nanq; sententia fauet quod sequitur. Appropinquare Deo: uolent, quasi cum eo congreſuri. est enim Hebreis interdum זרָה, id est, appropinquavit, uerbum caſtreſe, & animum hostilem notat, sicut uerbum uidere Ps. 27. & alijs: ita etiam accipio, quod superiori capite dicitur; Appropinquare huc filij uenifica &c. ac si iudicio cum eis contendere nulle: ut uideas impiorum conrum aciam, atque arrogantiam, ut Deo quasi bellum mouere audeant. Vide hypocritarum ingenium: ut sint superbii, & nūmis contemptores. quid dicendum est, nisi quod Deum calo deturbarent, si possent, & a rerum gubernatione amoneren?

3. Quare ieumenti iustitiam illis exterioribus exercitijs definiebant. itaque cum undique a iustificationibus legis responderet se arbitrarentur, & nihil externa iustitia prætermittere (quam coram Deo suam quoque sciebant habere laudem) ambigebant, & animo fluctuabant, quæ fieret, quod Deus iustorum precibus non responderet, & in tantis calamitatibus aliquod favoris signum non exhiberet & non aspexisti, inquit, non nouisti. uidendi enim, & noscendi uerbis uniuersa, que nobis diuinu munere contingunt, complectuntur. nam unico intuitu, & minimo negotio quidquid uult, conficit omnipotens ille dominus: sicut enim reficiens facit terram tremere; ita si in nos oculos coniiciat, dicit, ornabit, liberabit, & beatos reddet. Vide autem hominum istorum recordiam: nam cùm si

lentium Dei; uel ex Dei ipsis uoluntate, uel ex ipsis occulto uicio ortum posset ducere, hanc quam eis in mentem ueniebat hoc, quod uerisimiliter nemo, nisi imprudens quifiam, indicaret: illud autem, quod aliquid iniustitiae, aut infideli et inhumanitatis notam Deo uidebatur innovere, potius animo uerabantur, qua in re etiam hominum quorundam misericordiam deflere libet, qui se putant ieiuniis, & corporalibus exercitijs, quibus nec uel media pars eorum, quorum Deo simus debitores, constat, Deum adeo sibi debitorem reddere, ut, si in medijs periculis exoratur non subuenierit, cum, ueluti iniustum, aut certe parum clementem incusare non uoreantur. At uera iniustitia cum facit omnia, que a domino precepta sunt, dicit; Serui inutiles sumus: & Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabimur in coniectu tuo omnis uiuens: & Ab occulitis meis munda me: & Nihil mihi concius sum: sed non in hoc iniusticatus sum. sciunt enim posse dominum plurima obijcere, que nostrum aperientem subterfugiant, sicut hoc loco, Ecce in die ieiunij uestrj &c. tempore ieiunij ab alijs rebus, que nobis adiubant, & animis uestris inherent, nequaquam abstinetis, immo inuenitis, id est, connamini, ut inueniatis. Debitores: sensum uertit uulgatus. εντελεχείαν enim labor est: at exigere labores, est adigere, ut reddit, que labore, & industria pars sunt, id est, bona, quae mutuo forte dedimus. sic accipitur nomen laboris Pro. 5. Labores tui non sunt in domo ignoti &c. quare panis, seu cibus hominis dicitur Ps. 127. Panis doloris, seu laboris, id est, labore partus. bona itaque temporaria erant beneplacitum illorum, quod ab ipsis inueniebatur tempore ieiunij: quo satis indicat eos non ita humiliari coram Deo in aduersis, sicut opus erat: qui enim tanta cura suarum rerum in medio ieiunio afficiebantur, & adeo sue utilitatibus inuigilabant, profecto non dum eò dolor processerat, & penitentia, (quam tamen ieiunio, & sacco profitebantur) ut uisibilium contemptum induceret, ant obliuionem, quam certè uera penitentia secum effert: sensum enim purgat, & noxias affectiones, eo falso tempore, quo uiget, sedat: & quandiu salubris ille dolor obtinet, fastidio sunt, quo carissima esse solebant: filiorum aspectus tunc incundus est; ornatus, & pretiose uestes sordent; deliciasque, & fercula, ut stercora reputamus: & tantum ad delitorum remissionem, & diuinam gratiam suspiramus. Hac γένη, hac beneplacitum nostrum: hanc querimus: hanc uiuere satagimus. lege Davidis Psal. sicut itaque penitentiam eis obiicit, & bonum florium impotens studium.

- <sup>4</sup> Ad lites, & contentiones &c. etiam si inedia bilem commouet, non tamen usque adeo motionibus istis naturalibus subiectus esse debet, qui tam castis cogitationibus, quales sunt penitentia, indulget, ut prater decorum, & non satis laudatam modestiam, in rixas, & contentiones prorumpat. Hic autem, quantum coniugere possum, eos adeo suorum bonorum, & pecunia studiofios fuisse significat, ut ieiunum non ad modestiam, & humilitatem, non ad diuinam gratiam promerendam, sed ad pecunias congerendas instituisse uiderentur. nam illa, propter quae quidquam facimus, opus ipsum subsequuntur, ut quā proper colloquandam filiam ad Indos proficiuntur, illuc congerit pecunias, non eas dissipat; arque ad suos rediens, mox querit, cui filiam suam nuptui tradat. si igitur illorum ieiunia, lites, & rixa excipiebant, in hoc instituisse ieiunia uidebantur, ut liberius possent istis uacare, & tempus ad iudicia exercenda suppetere. Quid si ad lites, & ieiunia uocet, ieiunis certare, uidelicet ut hic plures dies se ieiunare, quam alius diceret? isti enim sunt, qui domino dicebant; Quare discipuli Ioannis, & Pharisaie ieiunamus: &c. quasi ipsius ieiunium inani gloria potius, quam penitentia deseruit. Percutitis pugno: uel eos, a quibus suis labores exigebant; uel se inuicem, dum de ieiunis contendenter, ac litigarent. Qualis, queso, hac penitentia censenda est, que proximum uolat, cuius caritatem nobis ieiunio antiquiore esse debere præcipit diuina maiestas? idem omnino dicendum est de illorum abstinentia, uigilijs, uili habitu, illota facie, impexa coma, uitato hominum consortio, & similibus: quo quā magis in huinsmodi corporali exercitatione excellunt, & ceteros longo intercalo post se reliquunt, eò magis plus alios deficiunt, aut etiam de alijs obloquuntur, & illis detrahunt. Ridiculi prorsus homines, & isti simillimi, qui caritatem, in qua potius iniustitiae cardueruntur, prouidentes, corporali exercitatione, que, si illa destitutatur, nihil nomine censetur ab Apostolo, uniuersam sanctitatis rationem metiuntur, audiant, quid hic dicat dominus; Nolite ieiunare, sicut &c. ad uerbum, secundum diem, id est, sicut hodie, hoc tempore, batheus, ut sollemne uobis, & moris est. Ut audiatur &c. clamor, uox, ἡγετής id est, preces, quas funditis: uel potius, ut in summa sit explicatio eius, quod dixerat secundum diem, Nē uiuenter, ut batheus consueuisti, uenire, ut clamor uestrj, quem inter contendendum, & rixandum emittitis, in excelso audiatur: uel clamor uestrj, quem emittere facitis eos, quos ad persoluendum adgitis, aut quos percussitis. Nomine aurem clamoris intelligit sepe hebraismus violentias, rapinas, fraudes, & ea omnia, quibus violata caritate clamorem edere facimus, iniuriam passos. hic calos penetrat; neque aures Dei huinsmodi clamorem ferre possunt. Exempla obvia sunt. uide supra cap. 5;
- <sup>5</sup> Nunquid tale est &c. ne putas hic corporalem abstinentiam, & ieiunia reijs; sed per compunctionem

rationem ad caritatem fieri sermonem, videlicet ut hinc ieiunium, & carnis macerationem absque caritate, illius caritatem, uel ieiunio desitutam, & secundum suam naturam consideratam colloces: non enim ait, Non clegi ieiunium, sed Non hoc ieiunium elegi. Per diem. uulgatus ηριον pro בְּזִבָּה acceptit: neque male: ego ad uerbum reddidi, (quasi ieiunium, tempus ieiunio dicatum, appeller) ut sit sensus; Nunquid ieiunium eiusmodi elegi, seu tempus, quo affligat homo animam suam, uidelicet ut nihil aliud à ieiunante requiratur, quam ut affligat animam, id est, se, & corpus suum ita inedia conficit, ut caput rectum gestare non posit, sed dimittat, ut inuictus flaccidens solet, & super saccum, & cinerem stratum iaceat. Contorquere. ταῦτα propriè est curuare, incurvare. unde ταῦτα queuis curuitas, seu concavitas, que curuatione facta manet. nomen uero γένη, quod circulum uertit uulgatus, iuncum notat: at cum interdum pro resto ex iuncto accipiatur, ut Job 40. uulgato licuit circulum dicere. uide supra cap. 9. Et diem acceptanceis: locus hic confirmat superioriem interpretationem, qua diem pro ieiunij tempore accepit. Hinc habemus, quando in ueteri instrumento Deus aut ieiunio, aut sacrificio, aut queuis alia sibi accepta esse dicit; aut odorem suauitatis Deo, seu fragrantia (ut Paulus uertit) legimus: ea, inquam, omni intelligentia esse, modò absque caritate non sicut. hanc adhibendam ubique condicionem locus hic luculentissimè confirmat. nequaquam enim sibi accepta esse dicit, que alibi sibi accepta esse testatus est: uerum scipsum hoc in loco interpretatur ad nostram eritudinem: uidelicet ut nihil probari Deo sine caritate intelligamus: ut uel ex hoc loco nos communire sufficienter sat possemus aduersus hereticos, qui fidei ascribere uolunt ieiunificationem ex locis perperam intellectis: quibus si fidem suam Deo obijciant; Domine quare credimus, & non aperte? dixi enim: Qui crediderit, saluus erit; & fidei iustificari sepulchrum, homines spiritu sancto inspirati nobis testati sunt; non dubium, quin responsurus sit dominus; Ecce cum fide uestra inuenitis beneplacitum uestrum, & luero uestro intenti eslis, εἰς ad lites, & contentiones reditis. nunquid hoc est fides, quam elegi, & electam uobis commendau? fidem quidem commendau? sed non talcum, que caritatem uiolar, Christi ecclesiam scindit, obedientiam nescit: neque aliud, quam decertare, & coniucijs laceſcere nonit: ne ultrà, sicut batheus, credatis, sed fidem caritate coniunctam colite: non eam pro ancilla habetote, sed ut sine qua nihil cetera habent pretij, aut meriti: Vides, uel domino interpretante, & scipsum explicante, quo pacto debeamus sacram scripturam expondere.

<sup>6</sup> Dissolute colligationes: possumus in infinito legere: uulgatus per imperatiuum uerit: quia, ut in nostra uerstone uides, sequuntur non nulla uerba in futuro: sensus tamen constat. מִצְבָּה uulgatus colligationes dixit: cum uerū habeat quatuor literas, incerta est radix. si εἰς aduentiam dicas, est à uerbo εἰπεῖν, quid uincula adurant, & exhaustant spiritum, & utram: siuerò εἰς, id est, id est, exactum. unde מִצְבָּה, id est, tribula, & sic à punitione nomen habent. uel certè ex duabus radicibus compostum est מִצְבָּה, adiustum est: מִצְבָּה, intumuit, quid colligationes, & uincula molestia sint, & tumescere faciant membra. De felicitate mundanorum dicitur in Psalmo, quid istis careant ante mortem, & molestia ligantim, que uulneribus adiberi solent &c. uincula ergo improbitatis appellat hic, que ipsa improbitas inicit debitores. Fasciculos. מִצְבָּה fascem notat: sed fasciculos hic appellat metaphorè fenora, que alium debitores non sunt soluendo, in dies augentur, & in fasces excrescunt, quos non possunt ferre: uel certè seruitia, & operas, quas illis iniungebant interim, dum non soluerent. quid si scribendum per γάρ quis dixerit מִצְבָּה tractatus interpretetur, & chirographa, quibus debitores obnoxii sunt: sic enim appellantur scripturae, & epistole Hebreis. hos itaque transfigere facere, id est, praterire, iubet, ne debitores adigant, ut sicut in illis habetur, persolventur. Deprimentes, seu oppressionis: sensus constat: uox autem perticam, ac deinde iugum notat, quod ceruicibus imponitur, tam boum ad sulcos faciendo, quam hominum onera deferentium. quod nomen hoc eodem uersu repetitur: & quidquid molestum, & graue est, figurat notat. nihil itaque molestia inferre, sed potius humanitatem exercere erga omnes uenemur. infra uers. 9. uulgatus catenam reddit.

<sup>7</sup> Frange: quia per imperatiuum uerbet, omisit interrogationis particulam, An non dividere &c. Operi eum: recte coniunctio omititur, quia sapius Hebreis uacat: uel alteri, quia sequitur, respondet: & operi eum, & ne te abſcondas à carne tua: sic Hebrei habent ad uerbum. Hec dicit esse ieiunium acceptum sibi, quia uirtute continent ieiunium, & praestant ieiunio: ut si alterum ex illis omitendum sit, ieiunium potius omittatur. operi, dixit, & carnem tuam: alterum per extenuationem ob facilitatem, alterum per argumentum, ut necessitatem induceret. quod autem facile est, & necessarium, quis non praestabit? Quid si propterea operire fratrem nudum vocavit, non abſcondere se à carne sua: quid qui fratrem nudum operit, si ipsum operit, & sibi prouidere dicitur, ne nudus coram Deo appareat?

8 Tunc erumpet quasi mane &c. que sint humanitatis, & misericordie premia, hoc loco commemorat propheta. interrogabant illi, quare ieiunantibus non subveniret: respondit, quod non, sicut oportebat, ieiunare. simile est illud, Petitis, & non accipietis, eò quod male petatis. cùm enim dicebatur, Petite, & accipietis, intelligendum erat, modò bene peterent. addit ergo, quod si forman ieiuniū mutarent, & misericordia ieiuniū coniungerent, multo plura, & potiora acciperent, quād optarent. primò ergo, Erumpet: rectè uertit uulgatus uerbo neutrō. Erumpet lux tua, id est, incipiet tibi illucēscere. & è medijs calamitatibus tenebris incipies emergere. has tenebras sparsit super uos nostra humanitas. huc, sicut librum calum convolut, seu plicat, (ut loquitur scriptura) diem terris austri, tempestate concitat, & totam mundi machinam conturbat. Ut uel hinc uidcas, quanta cura afficiat Deus pauperum suorum, & quanti eorum salutem, atque consolationem ducat. familiare est autem lucis nomine, prospexa, & tenebrarum, aduersa in scripturis designari. Et famitas tua &c. nomen est, quo chirurgi vocant emplastrum sua: hinc metaphoricè pro medicamine, re medio, seu reparacione quarumcunque rerum accipiter. Neh. 4. Ierem. 29. & 30. hic ergo pro opitulamine, seu remedio sumitur: quād enim durat inhumanitas, nullum est remedium, & aduersas irruentes tempestates obſculum, seu experimentum: sicut suprà, cùm crudelitates commemoraſset, dicebat; Quid facietis in die uisitationis &c. Anteibit faciem tuam iustitia tua, id est, in omnibus, que occurserint, rebus apparebit, quod iustus sis. obtinuerat enim paſſim opinio, quod aduerfa, non nisi ob ſcelera contingenter. unde orta phrasis, anteire iustitiam, pro omnia, que nocere poſſent, amouere, & omnia plana reddere iuxta iustitiam meritum. unde etiam illud, Respondebit mihi iustitia mea: & retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam &c. Et gloria domini &c. uulgatus ſupplementum coniunctionem, & merito. Si in memoriam reduxeris hiſtoriam illam, quando Moſen uoluerunt Iſraelitæ lapidibus obruere. & ille ad dominum confugit, appauitq; gloria domini in nebula, & operuit locum &c. intelliges locum istum. hinc enim ortum habuisse uidetur hec locutio; Gloria domini colliget te, id est, iuſtingentibus in te hoſtilibus, per dominum omni periculi ſubducens: quemadmodum Moſen dominus gloria sua, & nebula protexit: quod etiam reſpexit Tſal. Abſcondeſt eos in abſcondito faciēt tua: à conturbatione hominum protegeſt eos in tabernaculo tuo à contradiſtione linguarum. ergo crudeles, & immifericordes omnium iniurie expoſitos eſe intelligito; illisq; in singulis ferè paſſibus timendam eſſe ruinam. procedit enim eos iniquitas, & odium, quo illos Deus prosequitur.

9 Respondebit tibi: dicebant, quod non uideret, non aſpiceret, id est, non attenderet ad preces cum multo ieiuniū coniunctas. Hic iam habes, quid Deo aures obdure, & oculos auertire faciat. mifericordiam exercentes diu labore non patitur: ipsi enim mifericordiam conſequentur. Lege psalmum, Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Ecce adūlum: hebr. ecce ego: quod tibi opus eſt? adūl ſolem latus. Si abſtuleris: ſunt, qui hac coniungunt superioribus: ſed initium uerſus ſequens, Et effuderis, (ſic enim habetur in Hebrao) facit, ut ex hoc loco pendere dicamus orationem uisque ad uerbum orietur. Catenani: ſide ſuprà uerbo. 6. Defieris digitum extendeſte: uerbum ſupplementum ad elucidationem: ego uerbum uerbo reddidi, ut repetatur in hoc membro, & ſequenti uerbum abſtuleris. eſt autem mittere digitum, contendere, & rixari: ſumptum ex gemitu uidelicet rixantium. forē illud eſt in proverbiis de perulantī femina, Digo loquitur: aut certe eſt, qua ſuolentis oculos eruere: quod eſt irati, & impotentis animi.

10 Cūm effuderis: hebr. & effuderis, ſeu (iuxta propriam ſignificationem) depromperis. ſunt Hebrais peculiares quoddam phrasēs, que rem uehementer augent, & amplificant: quas Latinus ſermo nequit ſati exprimere, aut uim carum adequare. depromper ergo animam, eſt tota mifericordia uifera patefacere: quod non facit, qui aut non ſubuenit, aut non condolet, aut non quantum ualeat, auxiliū praefat. quod ſequens membrum notat. ſatiare enim animam afflictam, ſeu inopem, eſt affatim ſuppeditare, quibus indiget, ut non ultrā indigeat. Si tam magnificē, inquit, mifericordiam exhibeas, Orietur in tenebris lux tua: diſciuentur calamitatum nubila, & ipsa caligo reſplendet, ut meridies, id eſt, in maximam lucem conuerteret, ut lateris pro diebus, quibus fuſli humiliatus &c. Quid ſi ipſas luctus cauſas, gaudium allaturos ſignificet? nempe ut de illis ipſis valde lateſt, pro quibus tristabatur, & libenter glorietur in infirmitatibus cum Paulo, iam ad perfectionem uite perueiens: qui cūm Christum uiceſiret, aut in peccatis degeret, ſummam malorum pauperiēm, & iniurias reputabat. ſed prior ſenſus plavior eſt.

11 Requiem dabit. potest eſſe uerbum נְשָׁתָה id eſt, deducet, ut pastor. qui ſenſus aptius ſatis eſt: quia illud ad illam deductionem filiorum Iſrael per defertum: hoc enim uerbo uituit ſcriptura Exod. 13. Iehonah ibat autem eos interdiu in columnā nubis, ut duceret eos in via, & Tſ. 77. Duxiſſi, uelut oves, populum tuum &c. uoluit autem eorum ducatum abijcere propter eorum ſclavora: at hic du-

catus

catus perpetuus fore promittitur. potest & ſic accipi; Erit perpetuū Iehonah requies tua, in quo uno quiescas. Et oſſa tua. Hebrei ſcriptores non nunquam oſſa pro toto homine accipient. Ps. 141. Diſpersa ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, id eſt, in ea diſcrimina nos adduxerunt, ut prop̄ ad mortem acceſſerimus. uocant etiam oſſa, ſingula queque membra: quia oſſibus diſtinguantur, ut cūm dicuntur Tſ. 34. Dominus cuſtodit omnia oſſa iuſtorum, & unum ex eis non confringi patietur: ſic hoc loco oſſa extrahere, ſeu cripare, eſt non ſincere, ut aliquod piorum membrum quādam detrahit patiatur. Quasi ortus: primò animo uolue nivridatrem, proceritatem, amonitatem, fertilitatem, & uiuēſam denique pulchritudinem orti irrgui: deinde eam cogitationem ad animum, & uitam homini transfer, & aliqua ex parte felicissimam corum hominum conditionem percipies, qui erga alios homines mifericordes ſunt: grati ſunt uiuēſis propter utilitatem, & in largiendo bilavitatem: ad eos in aſtu configurit: nunquam eis gratia deficit: qui enim miferetus, & tribuit, anger Deus illi uires, & bona, & dat ſemen ad ſeminaendum, & panem ad manducandum. Huc facit apologis de eo, qui propterea agrum quempiam ualde frugiferum emerat, quid ex eo, non ſep̄to, neque uallis munito, tam dominus agri, quam plerique alii ſaturantur: at poſquam in poſſeſionem auari deueniſſet, & cum muro communijſet, non uifi illi uni ſufficientes fruges afferbat. consulens itaque oraculum tale audiuit reſponſum,

Vni seruit ager tibi, nunc cur tanta requiriſ? buſ forte facit, quod ſequitur. Et quaſi fons aquarum, cuius &c. quo ſignificat ſemper habituſos, ex quibus poſſint mifericordes eſſe. confeſſe enim beneficium in pauperem, eſt ſeme in pinguisimam terram proprio celo projeſcere. qui autem parce ſeminat, parce & metit. Alij aliena diriſſunt, & in egestate ſunt: iſti propria diſtribuunt, & ſemper abundant, inquit sapiens. Iuuat in ſimi tudine fontis, hoc quoque conſiderare, quod ſi quis aquas fontis muro includat, non emanant aquae, ſed furtim alio ſe proripiunt. id tibi continget, ſi ſeruare uelis temporalia bona. & in Hebrao qui dem non eſt nomen fontis, ſed generale nomen exitus, egressus, ſcaruigo: & pro. Non deficiant, Non mentiuntur, eleganti translatione. qui enim ſcaruientes uidet aquas, ſperat merito, ſemper ſe ibi aquas reperuntur: ſi uero uigente calore, ſupremis terra partibus exſificati, ſqualidisq; non ſtantur, mentitis fuſſe aquas merito dicere poterit. ſic diuitiae auarorum mendaces ſunt, & ſape falſiſtunt poſſeffores ſuos. quare & incerta dicuntur à Paulo, ſeu inſideſ: at piorum, & mifericordium fideles ſunt aqua. Tota, inquit David Ps. 37. die miferetur, & commodat, & ſemen illius in beneditione erit: at iuſtū diſperibunt, & reliqui illorum interribunt.

12 In te, uel à te deferta, uel ſiccatiſ: & quia de adiſionē eſt fermo, uidentur iſte ſiccatiſ accipi pro diuinitis ciuitatibus, quas Hebrei ſermo, cūm deuidentur uel habitatoribus, uel domibus, exſificari dicit. ſunt enim, ueluti ſanguis, & uita ciuitatum, ut apud Ezechielem 26. & 30. & 19. propterea hic ſiccatiſ uerti: & de his deferta intellige uulgata lectionem.

Sæculorum: ſæculi, uel eternitatis, id eſt, qua à multo tempore exſificata ſunt. illud etiam, quod ſequitur: Fundamenta generationis, & generationis, uel ſaculi, & ſaculi, id eſt, mulorum ſaculorum: illa excitabis adiſia, quorum tantum ima fundamenta terra operta remaſerunt. Hec ſignificant tantum ſobolem habituſos poſt ſe, ut neceſſe fit querere ampliores habitationes. ſicut enim defiſcentibus habitatoribus peste, uel captiuitate deferta ſunt, & ruunt ciuitates; ita ſi multiplicentur, qua fuerunt deferta, ruſiſ adiſicantur. Quid ſi illam perpetuam aquarum ſcaruigenem, qua uerſu ſuperiori preceſſit, ad perpetuitatem familia, & heredum refeſas, ſatis hac omnia conueniunt. Non ſolum filii paribus perpetua ſerie ſuccedent, uerū etiam in immenſum multiplicabuntur. Auertens, uel conuertens מִשְׁׁבַּח: qui enim perpoſſos, & collapse muros reſarcit, & iſtaurat, auertit ſemitas, qua ad rupturas tendebat, ad portas, & domos, in quibus eſt habitatio. neque merito quis hanc uerionem poſteſt reprobendere: nam uerbum auerſionem, & conuerſionem notat. poſſimus etiam reddere, Reſtituens ſemitas quieti, ne ſciliſet per eas ſemitas, qua ad rupturas tendebant, ultrā quisquam ueniat. & hoc eſt ſemitas quicquidere: qua obſtructiones rupturaram, & re-pagula perpetuo ſint duratura; & non ſimilia illis, qua agriculte in olieris, aut uineis faciunt: qua rurſus uiaſores diuſi, & per eadē ſemitas ruſiſ poſt paucos dies iter conſiſtunt. & hic ſenſus planus eſt: ob idque mihi magis arridet, ut totum ſit unum membrum; Obſtructio ruptura reddens, uel reſtituens ſemitas quieti, ut ſit nomen à uerbo נְשָׁתָה, id eſt, quicquid, ceſſauit: ſi uero ſit à uerbo נְשָׁתָה, id eſt, ſenſus erit; Reducens ſemitas ad habitandum. nam antea quād readiſſerunt deferta ciuitates, nullæ illuc ad habitandum tendebant ſemitas: at plena habitatoribus terra, & restauratis oppidis, reſtituuntur ſemitas ad habitandum.

13 Si auerteris à ſabbato &c. uidebatur in ſuperioribus ita opera mifericordia exigere, quaſi bis contentus, cultum parum curaret: ſicut cūm dominus dicebat; Mifericordiam uolo, & non ſacrificium.

quare iam cultum addit. Læc enim oportet facere, & illa non omittere. neque euangelij uerba aliud nontant, quam quod vollet sacrificium absque misericordia: quod si utrumque quis coniungevet, iam nide, quanta ei pollicetur dominus. Si, inquit, itinera sabbato non conficias: iubat enim lex qui facere, etiam corpore, ut uacarent meditationi operum domini, & gratiarum actioni, orationi, & lectio, seu uerbo Dei audiendo: sabbatis enim prælegere in synagogis Moses, & prophetas moris erat. Facere: repetenda est prepositio, à, que cum nomine sabbati præcessit: non solum quiescere opus est, aut iter non confidere, sed in urbe in die sancto non facere beneplacitum suum, id est, non indulgere genio, non prebere anima sua concupiscentias eius. quod alibi interdicitur, & supra obieccet, quod in die ieiuniū innuenient beneplacitum suum. Voca ueris. <sup>¶</sup> cum hoc genere constructionis est nomen imponere. quare non laudo cum, qui uertit, uocare ad sabbatum: rectius uulg. si uocaueris, id est, hoc nomine sabbatum appellaueris, nempe delicatum, & sanctum domini gloriosum, id est, delicate, & tenerè obseruandum, sancteque colendum in domini gloriam duxeris. uerum cum in Hebreo non sit coniunctione, planus erit sensus, si in abstracto accipias, pro delicio: ut nomen sabbati hoc sit, delicium sancto Iehona gloriosum, seu sancti Iehona glorie dicatum, quemadmodum Deuter. 15. habent Hebreos; Vocabata est remissio ipsi Iehona. Si duxeris, inquit, & ita etiam ore protuleris, quod sabbatum sit delicium, seu uoluptas quadam domini, & ad eius gloriam excogitata: & hoc magis explicat: & glorificaueris ipse, uel Deum, uel sabbatum; quo nam modo? Non faciendo uias tuas: sed cùm delicium sit domini, ea faciendo, que ipsi adlubent, & uis eius insistendo, recedendo uidelicet à ueteri uita, & qui Deo disperderunt moribus, neque uel uero faciendo beneplacitum tuum, id est, abstinentia uerbis levibus, & ad mundanam incunditatem compositis. Exigit itaque in observatione sabbati, ut Deo tantum uacem: nam quies domino est, cuius quieti, gaudio, & uoluptati intendere debemus, nostrī, nostrarumque rerum, nostrā uoluptatis, & iucundorum uerborum prorsus oblii: iccirco enim eo die & cibum parare prohibuit, ne occuparentur serui, & ancillæ, sed omnes domino uacarent: neque statim cibi esse possent domi, ne quo quo pacto nobis intenderemus, sed Dei glorificatio, iucunditati, atque exhalationi.

14 Tunc delectaberis &c. est hic uerbum, à quo illud nomen, quod superiori uerbu delicium interpretari sumus, quasi dicat, si delicias domini procuraueris, & totus diebus festis inuigiles, ut suas do minus delicias habeat, ille uicissim te uoluptate, & delicijs afficit; & si animum tuum à mundi deliciis abstraxeris; habebis alias tantò ueriores, & certiores, seu stabiliores, quanto inuisibilita, & aeterna corporeis, & corruptibilibus prestant. nam cùm absque uoluptate uitam ducere non possumus, propter Deum autem nobis his terrenis, carnique cognatis, quasi magno impetu natura persequitur, interdicamus: non se contineat diuina bonitas, quod minus suas illas nobis conferat, quibus mens gaudent, & animus in ipsis amore rapitur: quod etiam ipsi carni non inuicendum est. unde David, Renuit con solari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum: & alio in loco, carnem cum corde dicebat exultasse in Deo suo. Certo scio, si fieri posset, ut has diuinæ, & celestes delicias homo ipsis aliis carnalibus immergit gustaret, confessim commutationem meditaretur; etiam si magno eam obtainendam sibi esse intelligeret: tunc enim sibi, naturæque sua restituatur, non alter quā si filius regis, & regia indolis furo sublatis, & inter agricolas educatus, post aliquot annos in regiam reducetur, & regum delicias gustare inciperet: nunquid ipsis animus plane regius, ueluti è somno graui emergens, & ueluti naturæ sua redditus inde abduci pateretur? at animus hominis diuinus est, neque ex carne prognatus: quare cùm coelestia gustu percipit, istæ omnia inferiora fastidit. religionis igitur, ac pietatis hoc primum est premium, ut super Iehona oblectetur, & ueris uoluptatibus pascatur: alterum est, Sustollam te super altitudines terræ: allusio est ad uerba Moysis. Constituit eum super excelsum terram, ut comedere fructus agrorum, ut fugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum &c. non quod hoc carnalia hic promittat: nam habitantibus Ierusalem, & super excelsum terram iam dudum degeneribus uerba faciebat: sed coelestem, & spiritalem habitationem per illam significatam hic nobis propheta: qua in terra degens fruebatur Apostolus: quamque Christus suis datus erat in ecclesia: que de sursum est: quam sibi promissam intelligebant sancti patres, à qua quia longè aberant, se peregrinos dicebant super terram, quod eleganter perfréguitur Paulus ad Hebreos, probans non esse Palestinam, aut aliam terram prouinciam, ad quam illi suspirarent: nam illuc redire poterant, si uellet. regionem ergo Messia hic accipe, & regnum eius planè excelsum, atque celeste super omnes montes eleuatum: in quo aquam, oleum, mel, butyrum, & quidquid optabile est, ab uno Christo fugimus: qui omnia nobis factus, nos sibi amore constrictos super omniu[m] terrena rapit: ut in nulla re dum hanc uitam ducimus, pedem figuramus: sed quae retrò sunt, obliuioni tradentes, ad superiora feramur: ob quod fortasse non hic dixit, eos constituturum super excelsum terram, sicut Moses antea dixerat, sed quod uichi faceret eos, ueluti qui nubibus ueberentur super celistidines terra. & ut remagis animo infigeret,

infigeret, confirmationem addit, quod os Iehona locutum sit. Vides Christiane lector præmia misericordia & pietatis? si habet misericordia, que cum ipsis conferat, ametur; sin minus, & os domini uera loquitur; quid haeremus? certè cùm hæc uerba examino, simulque oculos per ecclesiam circumfero, & quād pauci sint, qui delectati in domino, habitationem suam supra nubes habent: tunc planè intelligo, paucissimos esse, qui uerè sint misericordes, & numinis ueri cultores: os etenim domini scio uera dicere per prophetam suum, ergo lugendum est.

## Caput quinquagesimumnonum.

### Noua.

**E** CCC non est abbreviata manus Iehua, id est, ut non saluat; neque grauata est auris eius, ne audiat.

Quinimum iniquitates uestræ diuisio nem faciunt inter uos, & Deum uestrum, & errata uestra absconderunt faciem à uobis, ne audiret.

Nam uolæ uestræ uolutatione contami nata sunt in sanguine, & digitu uestru[m] in ini quitate: labia uestra locuta sunt fallaciæ, & lingua uestra inuiriæ sonat.

Non est, qui inuocet iustitiam; neque qui in ius uocetur cum ueritate: confidere super inordinatione, & loqui mendacium: concipere labore, & parere uim.

Oua aspidis dissecarunt, & telas araneæ texuerunt: qui comedit ex ouis eorum, moritur; & [ si ] quod compressum [ fuerit ] erumpet regulis.

Tela eorum non erunt in pannum, neq[ue] operient se cum operibus earum: opera eorum opera inutilia: & opus iniuriae in manibus eorum.

Pedes eorum ad malum currunt, & fe stinant ad fundendum sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes uiolentiæ: uastatio, & fractura in uijs stratis eorum.

Viam pacis non nouerunt, neque est ius dicium in actibus eorum. semitas suas peruerterunt sibi ipsi: omnis, qui calcat in ea, non cognoscet pacem.

Iccirco procil absuit iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia: exceptum eramus ad lucem, & ecce obscuritas: ad splendoris in caliginibus ambulamus.

Palpamus, tanquam cæci, parietem; & qua sicut cui non sunt oculi, palpamus: impe gimus in meridie, sicut in crepusculo, in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis, locis spurcis, uelut mortui.

Trememus.

### Vetus.

**E** CCC non est abbreviata manus domini, ut saluare nequeat; neque ag grauata est auris eius, ut non exaudiatur.

2 Sed iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem à uobis, ne exaudiatur.

3 Manus enim uestræ polluta sunt sanguine, & digitu uestru[m] iniquitate: labia uestra locuta sunt mendacium; & lingua uestra iniquitatē fatu.

4 Non est, qui inuocet iustitiam, neque est, qui judicet uerè; sed confidunt in nihil, & loquuntur vanitates: conceperunt labore, & pepererunt iniquitatem.

5 Quia aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comedit de ouis eorum, moritur; & [ si ] quod compressum [ fuerit ] erumpet regulis.

6 Telæ eorum non erunt in pannum, neque operient se cum operibus suis: opera eorum opera inutilia: & opus iniuriae in manibus eorum.

7 Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, ut fundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: uastatio, & contritio in uijs eorum.

Viam pacis non nescierunt, & non est iudicium in actibus eorum. semitas suas peruerterunt sibi ipsi: omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem.

Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, et non apprehendit nos iustitia: exceptum eramus ad lucem, & ecce tenebra: splendor, & in tenebris ambulauimus.

Palpamus, sicut cæci, parietem; & qua si absque oculis attrahimus; impe gimus in meridie, sicut in crepusculo, in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis, locis spurcis, uelut mortui.

Rugiemus,

Nova.

Vetus.

Frememus, sicut ursa omnes nos? & qua*si* columbae, gemendo gemimus; & expe*ct*antes intenti fuimus ad iudicium, & non est; ad salutem, procul absuit a nobis.

Quoniam multiplicatae sunt transgres*sion*es nostra*e* coram te; & errata nostra responderunt contra nos. quoniam transgres*sion*es nostra*e* nobiscum, & iniquitates nostra*e* agnoscimus.

Transgredi, & abnegando contradicere in Iehoua, & retrocedere post Deum nostrum, loqui fraudem, & defectionem, concipere, & sonare ex corde uerba fallacia*e*.

Et retrò actum est iudicium, & iustitia è longinquò stat; quia impingit in plateis ueritas, & restituendo non ualeat ingredi.

Et est ueritas collecta, & discedens à ma*lo* expoliat se.

Et uidit Iehoua, & displicuit in oculis eius, quod non esset iudicium.

Et uidit, quod non esset uir: & deuouit se ipsum, quod non esset intercessor: & opitulatum est sibi brachium eius, & iustitia ipsius, ipsa inquam sustinuit eum.

Et induit iustitiam, tanquam thoracem, & galea salutis in capite eius: & induit uestimentis ultionis, & opertus est, quasi pallio zeli.

Iuxta retributions, sic reddet ardorem: hostibus suis, retributionem inimicis suis, insulis retributionem reddet.

Et timebunt [ qui ] à deferto nomen Iehoua: & [ qui ] ab ortu solis gloriam eius: cùm ueniet, quasi fluuius arctatus, spiritus Iehoua fugit cum eo.

Et ueniet Tcioni redemptor, & captiu*tati* transgres*sionis*, in Iacob, fidelis sermo*Iehoua*.

Et ego, hoc fædus meum cum eis, dixit Iehoua; Spiritus meus, qui super te, & uerba mea, quæ posui in ore tuo, non descendunt de ore tuo, & de ore feminis tui, & de ore feminis feminis tui, dicit dominus, amodo, & usque in sempiternum.

**E C C E:** existimo initium huius capitis esse conclusionem superioria orationis. Iudicari enim uarijs calamitatibus affliti, putantes, quod satis iusti, & p̄ij essent per obseruationē legalium care*moniarum*, querebantur, quod non eos eriperet Deus, quibus respondit se non esse in culpa: nam non rite seruabant, quæ lex præcipiebat, ut iudisti, quod tamen si fecissent, mirum quanta recipiessent bona. ubi ergo quasi digressione quadam eos de operibus misericordie, & uera religione instruxisset, à qua omnino erant alieni, infert; Ecce apparet, quod non me incusare debeatis, quod nos non audiam.

Rugiemus, quasi ursi omnes; & quasi columbae meditantes gemimus: exspectauimus iudicium, & non est; salutem, & elongata est a nobis.

Multiplicatae sunt enim iniquitates nostra*e* coram te; & peccata nostra responde*runt* nobis. quia sceleria nostra nobiscum, & iniquitates nostra*e* cognovimus.

Peccare, & mentiri contra dominum: & auerius sumus, ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam, & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde uerba mendaci*e*.

Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea ueritas, & æquitas non potuit ingredi.

Et facta est ueritas in obliuionem: & qui recessit a malo, præde patuit.

Et uidit dominus, & malum apparuit in oculis eius: quia non est iudicium.

Et uidit, quia non est uir: & aporiatus est quia non est, qui occurrat: & salvauit sibi brachium suum: & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

Indutus est iustitia, ut lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est uestimentis ultionis, & opertus est, quasi pallio zeli.

Sicut ad uindictam, quasi ad retributio*nem* indignationis hostibus suis, & uicissitudinē inimicis suis: insulis uicem redidet.

Et timebunt, qui ab occidente nomen domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius: cùm ueniet, quasi fluuius uiolentus, quem spiritus domini cogit.

Et ueniet Sion redemptor, & eis, qui rediuent ab iniquitate in Iacob, dicit dominus.

Hoc fædus meum cum eis dicit dominus; Spiritus meus, qui est in te, & uerba mea, quæ posui in ore tuo, non descendunt de ore tuo, & de ore feminis tui, & de ore feminis feminis tui, dicit dominus, amodo, & usque in sempiternum.

neque

neque respiciam: ex dictis enim intelligere potestis, quod non sit manus mea contraria, aut decurtata, ut non opem ferat: neque habeam aures graves, id est, obturatas aliquo humore noxiō, ut non audiam uestrō clamores, & preces.

**Sed.** **De 10.** quinimum iniquitates uestra ad me: elongati enim estis per scelerā uestra: abiūtis in regionem longinquam peccati, in qua nihil mibi est commercij. si non respicio, si non attendo, uestra iniquitates, atque errata operuerunt faciem, non ego. Quantum conigere possim, Chrysostome lector, hic locus illorum affectationem destruit, qui putant aliquid Deum facere, uel apponere in excacatione, in duratione, seu de-relictione peccatoris. Deus enim eodem loco (ut ita loquar) habet: is ipse est: codem uultu perseuerat: eosdem suis lucis radios immittit, & nemini in hac uita (ut cum scholasticis loquar) auxilium sufficientis unquam denegavit: patulæ habet aures clamoribus: oculos apertos, ut cultus, obsequia, & ipsas denique calamitatis attendat. omnis obduratio, excacatio, & elongatio à nobis ortum habet: cùm enim uidentes, scientesq; peccamus, & peccata peccatis cumulamus, facimus, ne clamores ad Deum ascendat; neque nostram uicem doleat, ut è malis eripiat. si quas tamen uoces emitteremus pro peccatorum ipsorum remissione, audiret, attenderet: nam iam non tam longè agit peccator. eum enim tantum longè esse scriptura solet dicere, qui chm peccatis sit immersus, nihil, aut parum de suo casu est sollicitus, sed sua uia perfecitur.

**3.** Manus enim &c. descendit ad species peccatorum. primò eos homicidij coarguit. uerbum autem Hebraum licet notet devolutionem rei ad se, & uerbo redimenti reddatur: interdum tamen devoluere, ac proinde devoluendo contaminare, ut Malach. 1. quasi significatione contraria significat. quare hic contaminari uerbo reddidi: sicut & Thren. 4. quod non unum, aut alterum homicidium designat, sed carnificem, aut laniorum more sanguinem conuolueret, uersare, trahere. Digi*t*i: noulus, seu palmas manum, dein digitos dicit contaminatos, quasi nihil aliud traharent, quam aliis in instè incommodare. Iniquitatem: uox omne malum in genere significat, quo proximo uis inferitur: & praesertim quo aliquid ab eo auferitur. Fatur. cùm uerbum ἡμῶν omnibus animalibus tribuantur Hebrai, qui aliquem sonum edunt ore, uerbo sonandi licet reddere: cùm uero homini tribuitur, imperfectas illas uoces, & ueluti murmura notat, quæ ab ore exuent secum colloquentis hominis, & de re, quam facturas est, apud se disponentis; uel de re, qua afficitur, gestientis.

**4.** Non est, qui inuocet. quia uocare in nomine domini, est inuocare nomen domini: non immerito uocare, in iustitia reddere possumus, inuocare iustitiam. Sed quid sit inuocare iustitiam, non usque adeo planum est: arbitror autem, eſe, quod in euangelio dicitur, esurire, & sitiare iustitiam. ea enim inuocamus, quæ adesse optamus, & quorum desiderio tenemur, sed propter id, quod sequitur. neque qui iudicetur cum ueritate, reddere possumus, uocare cum iustitia, quasi dicat, nemo est, qui iustitè quenquam ad iudicium uocet. Neque qui iudicet: legendum, Iudicetur, ἐδοκιμασθε. est autem interdum Hebrais iudicari, in ius uocari. Ps. 109. Quando iudicabimus, exeat condemnatus. supra 33. & infra 66. &c. hanc phrasim secutus Paulus ait 1. Corin. 6. Si quis uestrum iudicari sub iustis, id est, litigare coram iudice. obicit ergo, hic neminem in iudicium alterum cum iustitia uocare, neque (quod ferè idem est) iudicio contendere cum quocumque cum ueritate. Sed: de suo addidit uulgatus aduersarium explicandi gratia. quæ autem sequuntur uerba, in infinitivo sunt: in quo etiam non ineleganter uerti possunt. Confidunt. confidere in nibili, aut in inordinatione, quando nihil sine ordine, aut dispositione est, aut fit. sic se res habet, ubi non est iustitia, & ueritas: & ipsa inordinationis animos iniquia auget; & ut quidus audeant, uires subministrat. Loquuntur: loqui. Vanitates, uel uane, ut Exod. 20. Non eleues nomen Iehoua temere, seu precipitanter. sic omnino fit, ubi non uiget iustitia: immo qui potentes sunt, concipiunt laborem, id est, nihil aliud in corde machinantis, quam quo pacto laborem, seu dolorem alijs inferant: & quemadmodum cogitant, ita etiam opere complent: quod est Parere: iniquitatem, seu uim, aut violentiam.

**5.** Oua aspidis: quod genus it animantis ἀρπάζει, supra dixi cap. 11. Rumpere autem oua aspidum, seu excludere est peſtem esse alijs, & cauſam mortis. Designat autem hoc metaphora humana uitatis totius eliminationem, quod exuiscent natura afflictus, & hostes effient humani generis. huiusmodi sunt, qui impiorum hominum studijs fauent, & auxilio sunt, ut quod animo scelere designarunt, efficiant. quidam enim in repub. ingenio ad excogitandas fraudes pollent quam uebementi, & acri; sed exequi quod inueniunt, non ualent. non defunt in perdita repub. qui peſima illorum inuenta executioni possint mandare, & uelint: posteriores iſi oua aspidum excludunt. Et telas aranei: placet, quod de legibus quidam dixit, quod effent aranorum telis simillime, quibus multa animalcula capiuntur: at paulo grandiora, si in eas incident, dilaniant, & perfringunt. sic ubi non uiget iustitia, omnino fit, leges iustissime, ac sanctissima aranorum tela sint: nec eis, nisi pauperes capiuntur.

7. Sed fortè hic aliud agit, & frustaneum eorum laborem, & inania studia notat: quod nulli usui aperte essent conatus, qui boni esse videantur. Ieunia, sabbata, preces, decimationes, alia denique, que Iudei magna ambitione celebrabant, araneæ tela erant: videbant enim aliquid operis, & dignitatis habere; sed cum fide, & caritate carerent, inutilis erat totus eorum labor. Quod si ora aspergim appellat peruersa dogmata, que cum præceptis Dei pugnabant, que erant præcepta nostra; & que qui faceret, nubebat in illis? profecto ex euangelio habemus huiusmodi eorum sceleram, ut cum præceptum de parentibus honorandis peruerterebant, de iuramento, de sabati violatione, & multa alia, que enumerare longum esset. unde sequitur: Qui comedevit ex ovis eorum, morietur: futura pro præsentis accipe. Qui comedit, moritur: totum enim virum in ovis est. in illis quoque interpretationibus legis, quas quæstus inuexerat, & corruxi mores adiuuenerant, erat uenenum animorum. quicunque enim eorum doctrinæ addicebatur, moriebatur. hoc certè illud erat; Canete à fermento Phariseorum, & Sadduceorum, id est, ab eorum doctrina; sicut discipuli, differente domino, statim intellexerunt. Quod confotum est: sensum doctriæ ueritatis ad uerbum, & compressionem crumpet regulus, id est, si aliquod ex ovis compressum, seu confotum fuerit, crumpet ex eo regulis. Quod animal sit πνεύμα, non est notum. uidetur autem a sibilando nomen dici.

6. Tela eorum &c. præter id, quod de telis diximus, placet mibi, ut per eas intelligamus non tam leges politicas, aut ceremonias legis, quas sine misericordia seruabant, sed & constitutiones, & ritus quosdam peculiares absque spiritu Dei adiuuentos, quorū erat satis magna multitudo, quales erant de frequenti purificatione, à foro, & inter comedendum, & huiuscmodi multa, que apud alios scriptores repertis: quibus quid similius araneorum telis? quare hic dicitur, quod ex illis pannus, aut in dumenta non conficerentur; neque stragula: cùm enim uiderentur speciem quandam pietatis, ac sanctitatis habere, uirtute eius prorūs carebant. oportet autem opertos nos, & honeste induitos in iudicio Dei astare, ne si nudi appareamus, pudescamus. Neque operientur operibus suis, uel earum, uidelicet telarum,

7. Pedes &c. manus, inquit, rapinis plena: pedes ad homicidia properant: cogitationes sunt ad inferendam uim, etiam in lecto quiescent: si quā autem iter faciunt, omnia denuant, ac perturbant, quibus nihil aliud intelligas, quam totam eorum uitam corruptam, mores peruersos, neque animi uirtutis, neque corporis carere, sibi, atque alijs omnibus, que eos sequuntur, perditionem caussam esse. Hunc locum adducit Paulus ad Rom. 3. ut ostendat Iudeos etiam gratia Christi indigneos: neque ex lege consecutos iustificationem: immiscer autem uerba psalmi uerbis prophetarum, & quocunque lex loquitur, ijs, qui in lege erant, loqui dicit, ut omnium os obstruatur &c. eodem ergo sensu nobis hac accipienda sunt. Vide infra uer. 16. ut probes institutum nostrum in texenda serie uerborum prophetarum, & fine cap. 56. ino 52. Incuruatæ sunt eis, uel peruerterunt sibi; hoc est illud euangelij, Abstulerunt clauem scientie, ut neque ipsi ingrediantur &c. Omnis qui calcat &c. in euangelio habes, quod si coccus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt: habes etiam ex hoc loco illa uerba Pauli, contrito, & infelicitas, que hic dicuntur fractura, & deuastatio, attitu accipienda esse, quod sint, ueluti pestis, quoquo uirent.

8. Propter hoc, uerit propria uerba ad dominum, ut ex sequentibus appareret: & licet superioribus aliungi posuit, illud, Propter hoc, possimus etiam dicere, usque ad uerbi duodecimum pendere orationem propter hoc &c. quia multiplicata sunt &c. sed sententia ferè eadem est. Iudicium autem, & iustitiam hoc loco ad Deum referas, oportet. cùm enim premerentur ab hostibus, ieiunijs se affligeant, ut iudicaret dominus caussam ipsorum, & damnatio hostibus eos eriperet. at quoniam ipsi iudicia sine ueritate exercebant, & absque iustitia in ius nocebant; iustus dominus iudicium, & iustitiam suam longe se monebat. Non apprehendit: non nos occupauit, limina nostra ignorat: quinimum. Exspectauimus lucem: ut in tenebris aduersitatem tenebris lux affulgeret: sed frustra id oculis, atque animis intenti exspectauimus: adhuc enim in mediis calamitatibus uerbam uerum. Quod iudicium, & iustitiam appellarerat, lucem, ac splendores mox nominauit: nam si hostes Deus iudicaret, & iustitiam exercuisse, affulseret illis lux.

9. Palpauimus: futura sunt pro præsentibus. est autem proprium cocorum tentare manu prius, quā gressus promoueant, unde 2. Petr. 1. Cui non sunt hac, si coccus est, & manu uiuam tentans. pendebant itaque animis dubiis; nec quæ esset caussa, cur eis Deus non subueniret, intelligebant: de illa conquirebant inter se, & ut mox aperire, in re adeo manifesta cœcabant. Si quis legem, quam ipsi profitebantur, legeret, uel superficie tenet, simil quoque mores eorum, & studia uideret, modo eisdem non esset obnoxius, si statim perciperet caussas suarum calamitatuum: uerum ipsam sceleram, hanc ipsam ignorantiam inuexerant: in singulis enim membris repetendum est, Propter hoc, iccirco palpamus &c. quia multiplicata sunt &c. In caliginosis, uox Hebreorum spurciam notare uidetur,

qua usum quidam uir doctus putauit dominum, quando inuenitus in Phariseos, eos sepulcris dealbatis comparabat, que foris, inquit, apparent speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum. uia περισσας εἰς Τερψιας, id est, omni spurciam. quare hoc loco pro sepulcris accipiunt docti ex Hebreis. Quemadmodum, inquit, mortui locu illis tetricis, & abominandis alligati, non inde exuent, ita nos nostris flagitijs, & immunditjs dediti, in eis haeremus, uoluntamur, in ea impingimus, ruminus, labimur, ut minquam nobis illicescat, sicut neque mortuis.

10. Rugiemus &c. futura pro præsentibus, freminus, geminus &c. ingentes, quibus premebantur, calamitatem notat. Exspectauimus iudicium: repetit, quod dixerat, ut caussam annelat, ac si diceret; Exspectauimus iudicium, & elongatum est: quia multiplicata sunt &c. ubi uides salutem uocare, quod suprà iustitiam dixerat, id est, damnatis hostibus, iustificationem, seu absolutionem: quod Zacharias ait; Salutem ex inimicis nostris &c.

11. Multiplicata sunt enim &c. hinc totius mali labes, & omnium calamitatum scaturigo, qua aduersus proximos perpetramus sceleram, coram Deo sunt: hec iram provocant: hinc non solùm non per terrere hostes nostros, sed eos è longinquo aduertere nos excitare, non pro nobis sententiam ferre, sed eorum caussam superiore facere uidentur. merito non iudicem, non iustitiam, non lucem, non salutem sentimus: nam ab irato Deo, quid aliud exspectare debemus? Responderunt nobis, uel in nos: exigunt enim à Deo iustitiam, & ut in superioribus diximus, uim quasi Deo inferunt, ut non posse non ultionem sumere. uide supra in illa uerba, Nunquid super his non indignabor? usus est autem, uerbo respondendi, uel pro loqui multipliciter, uel quia coram Deo assistere peccata dixisset, ex quorum affectu Deus ad iram concitat, hoc uerbo respondendi significauit. nam si peccata regarentur, quid nam aduersus suos auctores designandum esset? omnia una vox esset, ut perirent. Huc facit clamor ille sanguinis, & multa huiusmodi, que non modò rogata respondere, sed peccata coram Deo nos accusare, & iustitiam implorare testantur. quando enim ea libentius amplectimur, tantò aduersus nos acrimi coram Deo caussam agunt. Illud minutus est, quod in Hebreo est uerbum singulare respondit, cum nomine plur. peccata, quasi unumquodque ex eis testimonium aduersus eos tulerit. Nobiscum sunt, uel apud nos sunt, uel potius ante nos sunt: peccata agnoscimus, coram nobis sunt. Quod si, illud respondere, tanquam Echo intelligamus, eleganti translatione frequentiam, & diuinationem hæc omnia notant, quod coram Deo, & in auribus aliorum, & coram ipsis semper astant: ut, et si uelint ea abscondere, aut negare, non possent. Ecce quare dixerat eos quasi cacos palpare in meridi. cùm enim tales essent, & tam perditæ uiuerent: adhuc tamen interrogabant, Quare non aspexisti? quare non nouisti? iccirco rufus ea commenorat.

12. Conuersum est retrorsum iudicium, uel retroactum est: iccirco suo iudicio nobis non subuenit, neque iustitiam, seu salutem nobis impedit: quia nullum locum apud nos habet iustitia, ueritas, & aequitas: labor in medio ciuitatis, & iniustitia: non deficit de plateis eius iniustitas, & dolor &c.

13. In obliuione: sensum ueritatis uerbum enim notat ueritatem in angustum redactam, & ueluti domi reclasam, uel cuanuisse, & de medio sublatam, ut merito in obliuionem abiisse dixerit uulgatus: quo factum est, ut necessum fuerit ex calo descendere filium Dei, aternam ueritatem, ut ad terras eam reduceret: sicut se aduenire dicebat Pilato, ut testimoniū præberet ueritati, id est, ut eam suo loco reponeret, & quanta esset eius dignitas, & amplitudo, hominibus testaretur. Præda patuit: ad uerbum sic reddendum; se ipsum despoltavit. quod significantius est: notat enim, quā certum, & usurpatum fuisse, omnem; qui à malo recederet, alijs predam fuisse. Hactenus Christiane lector. statim rerum Iudaicarū à fine capit. 46. suo ordine animaduertere potuisti, nempe à tempore Abazar usque ad Herodem, auaros Phariseos, impiosq; pontifices: data enim opera prophetarum iniquitatibus in Iudea uoluit ostendere, & ob oculos ponere, ut quanta in toto orbe essent mala, uel ex istis possemus coniuge, omniaq; sub peccato conclusa fuisse, in hunc certe finem, ut Dei in nos caritas alii animis infigeretur: & cum eo tempore, & rebus, suprà quād credi potuisset, perdidit, Messiam aduenisse narraret, eum ut redimeret à peccati seruitute potius, quād ab altero quāuis, crederemus, si enim ab altera quāuis seruitute redimentem nobis Christum exhibere uoluisse prophetarum consilium fecisset, si mala, quia Iudei ab hostibus paterentur, exaggerasset: nunc autem totus in hoc est, ut pestis illas fuisse ostenderet, & mille mortibus dignissimos, ut inuenientes se ipsis peccatores, sicut Paulus ait, non superbirent, sed Dei misericordiam cum gentibus predicarent: itaque in superiori oratione eundem scopum habuisse prophetam non dubito, quem habuit apostolus initio epistole ad Romanos tribus primis capitibus. postquam igitur quales fuissemus, intellexerimus; qualem se exhibuerit Deus noster, iam audiamus.

14. Et uidit &c. sicut uiderat iniquitates, ut puniret, ita tandem uidit, ut misericordiam impende-

29 Et uenient in Sion &c. hic certè decipi possunt Iudei, putantes Deum, expugnatis gentibus gladio, & magnis affectis cladibus, in Tcione uisibili per Meßiam regnaturum, collocatis in eis sedibus, Iudeis undique collectis, & ex nō hostium eruptis: sed si oculos haberent, intelligerent uel ex hoc loco euangelij ueritatem, quorū enim pugnaturus contra gentes, galeam salutis, & thoracē iustitiae acciperet? rursum, quare in superioribus non oppressiones Iudeorum, aut tyranidem, quam gentes exercent in eos, commemorauit; sed totus in hoc fuit, ut sclera, & iniuitates Israëlitarum exponeret? deinde quas hic aduersus gentes uictorias, quas frages uides referri? timere ne nomen domini, & gloriam eius? hoc p̄sūm pro magno munere ipsi etiā Israëlitis promittitur, quare nobis̄ agnoscant iram istam & zelum domini esse aduersus hostes humani generis, iustitiam autem, & salutem nobis omnibus à domino ablataam; hanc denique esse Tcionis redēptionem, & saluationem, multarum uidelicet gentium ad agnitionem ueri Dei conuersionem, quamobrem ap̄issim sequitur, Veniet Tcionis redēptor &c. cui facit, quod sequitur, Et ijs, qui redeuent ab iniuitate in Iacob, id est, Iacobitis, qui ab iniuitate conuertuntur, uenient redēptor, ut intelligent redēptorem nihil commodi allaturum Meſiam, nisi illis, qui peccata defuerint: neque aliam captiuitatem tollendam per Christum, quām peccati, quod quia illi nequam credere uolunt, misericordia p̄fertur, & in peccatis suis moriuntur, ut dicit dominus. Sed ipsos quoque hic locus redarguit, p̄fertim si abrasis puniſſisſt uertas, Veniet, inquit, Tcionis redēptor, & Iacobitis captiuus peccati, nam notum est, si à uerbo נָבָא accipias, notare captiuitatem: de quo iam in fine primi capituli non nihil diximus, ubi est alter huic locus similis, Tcion in iudicio redimetur, & captiuitas eius in iustitia, vers. 26. non enim video, quo p̄fecto redēcētes transgressionis dicuntur, ut Hebrei habent, qui ab iniuitate redēuent, quare puto hoc loco, & illo primi capituli nobis à Iudeis impositum fuisse, ne cogremus eos facti redēptionem Tcionis esse sp̄iritalem. In hunc certè usum erat super caput redēptoris salutis: nihil enim antiquum ducebat salutē nostra: in pectore iustitiam sibi, & nobis afferebat, & prælia nostra cōtra peccatum ipse p̄labilatur, iustus, & iustificans. Misericordia sunt, qui hanc redēptionem contemnunt. & propter hoc additum puto, Fidelis sermo Iehoua, quod omni acceptione sit dignissimus, & fide, & amore, ingentique religione suscipiendus.

Hoc fodus meum: hebr. & ego, hoc fodus meum: quod uel est, iurantis, uel est, quasi dicat, ego sum, qui istae loquor: ego ille sum redēptor, qui ab iniuitate redimo: uel & hoc est fodus meum, quod ego cum eis ferio, id est, iste sunt promissiones fidei, nempe ut non auferat sp̄iritum suum, & mentem suā à Tcion, id est, ab ecclesia: non qua initio fuit tantum, sed qua in futurum erit, neque ab ore ipsius, & pastoribus uidelicet, & rectoribus eius, qui tum erant, & successoribus ipsorum in sempiternum. hoc summopere necessarium erat, aliqui parum profuſſet redēptio, oportuit itaque unam esse ecclesiam, in qua perpetuū sp̄iritus domini residēret, quæ decipi in rebus ad salutem necessarijs nequam posset. & licet ipsi ministri male uiuant, simul tamen iuncti, & quatenus ecclesiam unam constituant, sensu domini non desistuntur. Hoc est Dei fodus; he promissiones, quæ Lutherani infringunt non poterunt, nam ecclesia Romana est, qua à tempore Apostolorum perpetua pontificum serie sp̄iritum hunc domini habuit; licet aliqui ex eis perdite uiucent: in qua etiam semper idem fuit sensus, eadem fides; eadem semper fuerunt Dei uerba, hoc est ipsum fodus: quod si quis neget, fodus Dei abnegat, & infringit, & uenisse Deum negat. neque enim si uenisset, & abiūſſet, & sic rem non disposuſſet, aduentus eius parum admodum nobis utilitatis attulisset, dum quicque sensum suum pro sensu Christi afferret: & tot effent sententes, quod capita, ut nunc in quib⁹dam prouincijs, magno cum animi dolore, magno etiam totius reip. Christiana malo, experimus. Ad Tcion autem referenda sunt uerba hec, & promissiones ista; de qua præcedenti uerbu, quod si ad redēptorem referre uelis, idem sensus est: semen enim Christi sunt Apostoli ipsius, & semen seminis eius sunt successores eorum in ecclesia catholica, & Apostolica. & ob hanc promissionem sancti patres aduersus hereticos decertantes, & perpetuum in ecclesia Romana seriem pontificum narrant, qui semper eundem sensum habuerūt; quod in ecclesiis suis hereticis ostendere non ualent: siquidem negare non possunt aliud se, aliud patres suos credidisse: neque pontifices, qui ante quinquaginta annos ecclesias Germanię gubernarunt, sp̄iritum illum habuerunt, quem nunc plures ipsorum habent, quo multò alia sentiunt nunc ab illis. at patres istorum fidem eandem tenuerunt, quam Apostoli, & successores eorum tenere, ut ex serie pontificum, & fidei, & conciliorum patet. ergo non sunt ecclesia Christi, quæ eundem sp̄iritum, & eadem uerba semper habuit. Ita pugnabant cum hereticis patres: ita & nobis nunc agendum est, ut id credamus, quod semper, quod ubique, quod omnes; & à nouitatibus in fide caueamus, ut faderis Christi participes simus,

Surge;

## Caput sexagesimum.

Noua.

Vetus.

SURGE, illuminare, quia uenit lux tua: & gloria Iehoua super te orta est.

Quia ecce obscuritas operiet terram, & caligo nationes; & super te orietur Iehoua: & gloria eius super te uidebitur.

Et ambulabunt gentes ad lucem tuam, & reges ad splendorem ortus tui.

Leua circumquaec oculos tuos, & uide: omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi: filii tui ē longinquο uenient, & filii tuæ super latus confirmabuntur.

Tunc uidebis, & afflues, & miraberis, & dilatabitur cor tuum, quando conuerteretur super te multitudo maris: strenuitas gentium uenerit tibi.

Copia camelorum operiet te: dromedarij, Madian, & Ephah: omnes ipsi de Sceba uenient: aurum, & tus deferent, & laudes Iehoua euangelizabunt.

Omnia pecora Kedar congregabuntur tibi: arietes Nabaoth ad ministerium erunt tibi: ascendent iuxta acceptancem altaris mei, & domum decoris mei.

Qui isti [qui] ut nubes uolant, & ueluti columba ad foramina sua?

Quoniam nihil insula spe intentæ erit: & naues Tarsis cum primaria ad adducendum filios tuos ex longinquο: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Iehoua Dei tui, & sancto Israëlis, quia orna te.

Et ædificabunt filii alienigenæ muros tuos: & reges eorum ministrabunt tibi: quia in effervescencia mea percussi te: & in bona uoluntate mea comiseratus sum te.

Et aperient portas tuas iugiter: per diē, & noctem non claudentur, ad adducendum ad te strenuitatem gentium, & reges eorum abducti erunt.]

Quoniam gens, & regnum, quæ non seruerint tibi, auferentur, & gentes exsiccando exsiccabuntur.

Gloria Libani ad te ueniet; fraxinus, ulmus, & buxus pariter, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meo run honorabo.

Et uenient ad te incurvati filii affligentium te, & supplicabunt super uestigia pedum

SURGE, illuminare, quia uenit lux tua: & gloria Iehoua super te orta est.

Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te uidebitur.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

Leua in circuitu oculos tuos, & uide: omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi: filii tui de longe uenient, & filii tuæ de late re surgent.

Tunc uidebis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi.

Indutatio camelorum operiet te: dromedarij, Madian, & Ephah: omnes de Sabā uenient aurum, & tus deferentes, & laudem domino annuntiantes.

Omne pecus Cedar congregabuntur tibi: arietes Nabaoth ministrabunt tibi: offerent super placibili altari meo: & domum maiestatis meæ glorificabo.

Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columba ad fenestras suas?

Me enim insula exspectabunt, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longe: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Iehoua Dei tui, & sancto Israëlis, quia glorificauit te.

Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui.

Et aperient portæ tuæ iugiter: die, ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur.

Gens enim, & regnum, quod non seruerit tibi, peribit: & gentes solitudine uastabuntur.

Gloria Libani ad te ueniet, abies; & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorū glorificabo.

Et ueniet ad te curvi filii eorum, qui huius miliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum

N*n* *iij* dum

dum tuorum omnes , qui te insectabantur , & uocabut te ciuitatem Ichoua , Tcion saneti Israe lis .

Pro eo , quod fueris deserta , & exosa , & absque transeunte : & ponam te in superbiam saeculi , gaudium generationis , & generationis .

Et fuges lac gentium , & mamillam regum fuges : & scies , quod ego Ichoua salvans te , & redimens te , robustus Iacob .

Pro are uenire faciam aurum ; & pro ferro uenire faciam argentum ; & pro lignis as , & pro lapidibus ferrum : & ponam praefecturam tuam pacem , & exactores tuos iustitiam .

Non auditetur ultra iuolertia in terra tua ; uastatio , & fractura in terminis tuis : & uocabis salutem muros tuos , & portas tuas laudationem .

Non erit tibi ultra sol in lucem per diem , & ad splendendum luna non lucebit tibi : & erit tibi Ichoua in lucem sempiternam ; & Deus tuus in decorum tuum .

Non occubet ultra sol tuus , & luna tua non colligetur . quoniam Ichoua erit tibi in lucem sempiternam : & complebuntur dies luctus tui .

Et populus tuus , omnes ipsi iusti , in semper in tenebris futuras , ait , quod gentes etiam usus essent lumen , & Christi gloria fruerentur , sed per Iudeos : quasi dicat , quod si gentibus lumen impertiatur , non aliud erit , quam quo tu frueris , & ad te primum definitum fuit , iuxta promissiones patribus factas . In splendore ortus tui , seu ad splendorem , qui tibi orietur : & hoc est , quod habet amplius Iudeos , quam Gracius ; & hoc est utilitas circuncisionis : gentes autem misericordia adductae sunt , & insertae radici pingui : quae in sequentibus magis explicantur hoc eodem capite : significatur enim , quod conuersio , & illustratio gentium sit beneficium Iudeis exhibitum .

Minor erit in mille , & minimus in gentem robustam : ego Ichoua in tempore suo festinare faciam istud .

dum tuorum omnes , qui detrahebant tibi , & uocabut te ciuitatem domini , Sion sancti Israe lis .

Pro eo , quod fuisti derelicta , & odio habita , & non erat , qui per te transiret , ponam te in superbiam saeculorum , gaudium in generationem , & generationem .

Et fuges lac gentium , & manilla regum lactaberis : & scies , quia ego dominus salvans te , & redemptor tuus fortis Iacob .

Pro are afferam aurum ; & pro ferro afferam argentum ; & pro lignis as , & pro lapidibus ferrum : & ponam iustitiam tuam pacem , & præpositos tuos iustitiam .

Non auditetur ultra iniquitas in terra tua ; uastitas , & contritio in terminis tuis : & occupabit salus muros tuos , & portas tuas laudatio .

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem , neque splendor lunæ illuminabit te : sed erit tibi dominus in lucem sempiter nam , & Deus tuus in gloriam tuam .

Non occidet ultra sol tuus , & luna tua non minuetur : quia erit tibi dominus in lucem sempiternam : & complebuntur dies luctus tui .

Populus autem tuus omnes iusti , in perpetuum hereditabunt terram , gerimen plantationis meæ , opus manus meæ ad glorificandum .

Minimus erit in mille , & parvulus in gentem fortissimam : ego dominus in tempore eius subito faciam istud .

**S**VRGE &c. iam de mysterio Christi apertiora decantat propheta , redimendam Tzion , & captiuos peccati adiendum ingum prædixerat sub finem superioris capituli ; atque adeo nunquam destituendam spiritu , & mente Dei ecclesiam eius : ad eam igitur nunc conuersus , miris modis ei congratulatur , & eius felicitatem describit . Nomen autem Ierusalem hoc loco ex cantu ecclesie uidetur additum : sed planum est , quod de ecclesia Christi fit sermo . Vtuntur autem Hebrei filios imperatiu s , surge , uide , & similibus , pro interiectionibus adhortantium : surgendi tamen uerbum aptissime hic apponitur : quoniam de aduentu , & ortu lucis loqui incipit . præcesserat autem nox , qua cubatur , & dormitur : & qui dormiunt , nocte dormiunt : & qui ebri sunt , nocte ebri sunt , ut inquit Paulus ; & Surge , qui dormis , & illuminabit te Christus : sciebat enim propheta , multos ex Iudeis sonno , & operibus noctis gravatos lumen Christi non esse percepturos . Illuminare : luce perfundere : excipe in cor , & intimos mentis sinus : retege mentem : discute nebulas : excipe tanquam speculum lucem &c. adhortatur plane ad illud , quod Paulus se , & condiscipulos suos facere dicebat , nempe quod reuelata facie gloriam domini , tanquam specula , recipere . idem enim , lux , gloria , splendor , claritas &c. nitida uero corpora , qua radix lucis feruntur , a luce , quam accipiunt , in lucem transformantur : unde & Apostoli ad eandem imaginem transformari lucem ex se emittent , ueluti soles quidam : ideoque & lux mundi dicti sunt . Gloria domini : Christi presentiam , doctrinam , & miracula hic notat propheta : sicut interpretatur Mattheus illud capituli noni , Populus , qui ambulabat in tenebris , uidit lucem magnam &c. & Paulus loco superiori dicens , velamen positum super cor Iudeorum

rum , & auferendum uelamen , cum conuersi fuerint ad dominum , ut uidere possint claritatem , satis explicat , quæ sit hac lux , nempe euangelij gloria beati Dei : quam ne uideant , impedimento est cecitatis , qua Deus huius saeculi excacauit mentes illorum , ut alibi Paulus affirmat .

2 Tenebrae operient : magnitudine gratia , seu beneficj suadere conatur , quod superiori uersu dicebat . Nulli , inquit , alteri genere Deus tribuit , quod tibi tributum est : ecce enim omnia occupantibus tenebris , sola tu lumine sue presentie illustraris , ex patribus tuis natus , in Iudea ortus , & educatus , ad te solam missum se testatus , talia in te operatur , que nullus alius fecit . quid cunctaris ? si hic sensus placet , futura pro presentibus accipito . Operant , oritur , uidetur : puto enim haec ad Iudeos pertinere : ita ut quæ exhortationis sunt , ad omnes pertineant : quia autem magnifica promittuntur , ad eos tantummodo , qui uerè Israelita fuerunt , & Christum suscepserunt ; ratione quorum Israel dicitur redemptus , & Tzion sanctificata , & gloria : effecta enim est ex ipsis spiritu alis Ierusalem : cui omnia glorioса competit . quod si omnia , tam quæ exhortationis sunt , quam quæ promissionis , ad electos tantum Israelitas uelis pertinere , non repugno : illud enim , Surge , illuminare &c. erit , Fruere luce , qua irradiaris : congratulare tibi , & gratias agas Deo . nam uniuersa , qua extra te sunt , caligo densissima occupat , semperque occupabit : at tu lumine Christi ueri solis irradia , nunquam tenebrosa eris . & omnia , qua sequuntur , huc quoque faciunt . Videtur autem hoc loco esse allusio ad tenebras illas Aegyptiacas , qua regionem , in qua erant Israelites , non occupabant . Quid si per allusionem ad utrasque , dicantur illæ tenebrae , ad quas mittitur , qui non habent uestes nuptijs aptas , extra coniugium ejicitur in euangeliō , tenebra exteriore ? certè quidquid extra ecclesiam est , tenebrosis est : unde fit , ut quisquis ab ea ejicitur , aut egreditur , ea mox sentiat , & faciat , qualia ab ijs , qui in tenebris agunt , sunt , ac iudicantur . Vide hereticorum placita , & mores . quid de Mahometanis , & Ethniciis , qui extra sunt , dicam ? Conuenient autem haec supererioribus : quia sunt , ueluti explicatio eius , quod dixerat ultimum uerbi , quod Dei spiritus , & uerba Dei non recederent in aeternum ab ecclesia .

3 Et ambulabunt &c. ne quis putaret solos Iudeos lumine Christi illuminando , gentes autem semper in tenebris futuras , ait , quod gentes etiam usus essent lumen , & Christi gloria fruerentur , sed per Iudeos : quasi dicat , quod si gentibus lumen impertiatur , non aliud erit , quam quo tu frueris , & ad te primum definitum fuit , iuxta promissiones patribus factas . In splendore ortus tui , seu ad splendorem , qui tibi orietur : & hoc est , quod habet amplius Iudeos , quam Gracius ; & hoc est utilitas circuncisionis : gentes autem misericordia adductae sunt , & insertae radici pingui : quae in sequentibus magis explicantur hoc eodem capite : significatur enim , quod conuersio , & illustratio gentium sit beneficium Iudeis exhibitum .

4 Leua in circuitu . si quisquam filius non admodum a quo animo ferat aliorum fratribus natum a tem , & insipientem tristetur ; pater autem cum uelut exhibilarare , ac dicat ; Mi fili , ecce do tibi alios fratres , qui tibi , tanquam seniori , seruant : nibil est , quod timeas , aut inuidas , tui sunt : ex superfluis , & ijs , qui tibi abieceris , induerunt : diligenter te , ut fratres , seruant autem illi famuli : quantum plures habueris , ditor , ac beatior eris : ita multis in locis cum illa primaria ecclesia ex Iudeis congregata milibus uidetur dominus agere , sicut in euangeliō ; Fili , tu semper mecum es , & omnia mea tua sunt &c. & hoc praesertim loco . In circuitu : circumquaque , ad omnes mundi plagas , gaudere uel ob ea , que secundum carnem non nil meroris illis afferebant , praesertim cum uiderer ex Iudeis paucissimos sibi adiungi . Venerunt tibi : tibi , inquam , uenerunt : tui erunt : si quid ex hoc illis emolumenti accrescit , tibi quoque illud ipsum accrescit : tibi enim uenient : tui sunt filii : qui dispersi erant , neque eos noueras , tibi eos conGrego . De latere sugenit : sic omnino legendum est , & sic scriptum ab interprete puto , conscientibus Hieronymi commentariis . Hebr . Super latus confirmabuntur , id est , educabuntur . Quod si uim verbi πνευμα exprimere uelis , pluribus uocibus explicare oportebit , id est , fideliter , tanquam ad latera nutricum educabuntur , ut confirmetur uiribus &c. puto etiam , quod de filiis idem sentiendum sit : utrumque enim uerbum utriusque tribuendum est , quæ eleganter hebraismus solet distribuere . dicendum enim foret , Filii tui , & filiae tue de longinquu uenient , & utriusque super latus tuum confirmabuntur , uide de hoc uerbo supra cap . 7 . Si non credideritis , non stabilemini &c.

5 Tunc uidebis , & afflues , seu difflues , id est , uidens difflues , est autem Hebreis uidere absolu te possum interdum gaudij . Lata , inquit , afficies , & tanquam fluius , qui cum ripas transgreditur , latè diffunditur , amplificaberis . Quando , uel quia , Conuerfa fuerit , uel conuoluerit , Super te multitudo maris : quemadmodum si unda maris rupris uallis terram operiant , aut si ingentes aquarum moles in flumnum quecipiam conuoluantur , redundabit , & diffluens omnia uicina occupabit ; ita multitudo transmarinarum genitum ad te ueniente , & magno impetu , ueluti irruente , difflues , amplificaberis &c. Possimus autem nomen πνευμα id est , turba , seu strepitus , uel pro

ipsis hominibus acciperet, quos inducit per mare aduenientes ad Indiam, nempe Afri, Grecis, Italiam, Hispanis: uel etiam pro diuinijs transmarinis, ut Eccles. 5. Qui diligunt argentum, non satiabitur argento: & qui appetitum habet in copia, id est, diuitijs, non erit prouentus &c. & Ps. 37. Melius est modicum iusto, quam copia improborum multa: & saepe alia. & nox, quam fortitudinem uerit uulg. pro exercitu, & robore exercituum accipi potest, uel pro ipsis diuinijs, strenuitate, & labore partis. ingentes enim diuitiae per mare tam Indicu, quam mediterraneu in Thraciam affervi consueuerant, ut ex profanis, & sacris historijs manifestum est. quando etia omnes mundane diuitiae, & imperia, ecclesiæ Christi cesserint, omnibus notu est. Quid si per diuitias, aurum, & argentum, & cetera, quæ mox commemorat, intelligant uires, ingenium, industria, artes, scientias, & huiusmodi, quæ uerores diuitiae sunt, quam illæ alia: hec omnia quoque ad Christi ecclesiastam deuoluta esse, nemo est, qui ignorat: quibus dictata ecclesia per totum orbem dilatata est: ista sunt copia camelorum, & dromedariorum, quæ omusta auro, & argento ex Saba ueniunt, & laudes Iehona euangelizant. isti sunt greges ouium, & caprarum ex Arabia, & ex Israe, seu Agarenis, qui huiusmodi gregibus abundabant. de quibus nominibus uides, si uis, Hieronymum hoc loco. Ministrabunt: pauci accipientem uidetur, ministra buntur, seu in ministeriis, aut cultum erunt. quod mox exponit. Offerentur: hebr. ascendit. Super placabili altari meo: sensum uertit: ego hebraism retinui, & apertus es. Super acceptationem altaris mei, id est, super altare mibi gratissimum, uel iuxta acceptationem altaris, id est, quantum quantum altari meo placuerit, ut uoluntas, figurat rei inanimate tribuatur. Per has autem nationes, quæ infensa erant Iudeis, intelligit omnes, quantumcumque legibus, ac moribus a sanctitate morum, & Deo debita subiictione separatas. Repetendum est autem in singulis membris illud, quando, quod uers. 5. præcessit. Diffiles, quando greges &c. Scimus autem, quod Ismaelitæ, & Sacrae, & cetera nationes Christo obediunt, & ad eum, qui plus quam Salomon erat, uenerint. qui autem fidem Christi amplectebantur, omnia illi libenter offerebant, & dispositioni, seu prouidentiæ Apostolorum omnia committebant: & saepe secum actum putabant, si in gremio ecclesiæ exciperentur, & laudes domini decantare, seu euangelizare, tanquam rem suauissimam, summam felicitatem ducebant. reperiebant enim thesaurem in agro, pro quo coemendo, tam gregum ones, quam armamenta; tam aurum, quam cetera omnia bona non satis dignum pretium reputabant. contemptu itaque omnium illum sibi acquirebant, non sine ingenti gaudio. quare hic dicuntur aurum, & argentum deferre, & laudes annuntiare, non dicentes cum alijs emporibus, Malum est, malum est, sed hoc, quod do, nihil est: quod accipio, ingens bonum est &c.

8. Qui sunt &c. hac uerba possunt referri ad id, quod dixerat uers. 5. Miraberis dicens; Qui sunt isti &c. quæ autem interiacent, tempus admirationis expont: uel certè sunt uerba prophetæ, quasi rem iam uidentis, & pro gaudio gestientis: aduentum autem genium celeritati nubium comparat, & columbarum ad peristreon suum, & ad foramina sua magno alarum strepitu conuolantium: uentus properare facit nubes: columbas amor, & pullorum desiderium. in plurimis autem, qui ad fidem ueniebant, spiritus sancti motionem erat uidere, qui quasi impellere, & propellere ad fidem uidebatur: in alijs ingentem amoris uim, quem erga eum gerebant, a quo adeo se amatos sentiebant. quod significabat dominus, quando, si exaltaretur à terra, omnia ad se attraheretur dicebat. Hic, queso, mecum considera Christianæ lector, quam omnia impedimenta mundi prætererolent illi, quos Deus ad se trahit spiritu, seu amore sui: sicut non est in terra, qui nubium cursum posse impetrare, aut uolantes aues retardare, quò minus, quò proferant, cant. Qui igitur, te retineri diuitias doles, pete aut spiritum calestem, aut diuino ut amore calefias: quo subito omnia deserfas, & ad proprias sedes properes, ubi est uera quies.

9. Me enim insulae &c. quasi dicat, dixi uolatu. nam extremiti quique orbis accolit, & transmarina prouincia à me uno pendebunt, & spes suas in me collocabunt: quare ad me properabunt: neque enim alteri rei incumbent, nisi ut me teneant, & apprehendant. Et naues Taris: explicat, quod paulo obcurius dixerat de nubibus, & columbis, dicens, quod aduehendis filiis ecclesiæ ex ultimis orbis partibus, & regionibus transmarinis deseruirent naues oneraria, quæ extensis uelis, aubus, & nubibus possunt comparari, propter celeritatem, & non expectatum aduentum. in superioribus autem a nobis iam dictum est de uoce Taris, & naubus Taris. Ceterum quod sequitur, In principio, nemo est, qui explicat: ideo quidem, quid alii dicant, sed quā appositi, iudicet prudens lector. ego certè quæ illi afferunt, qua ratione uerbis prophetæ conueniant, me fateor non intelligere: neque si suppleamus notam similitudinis, sicut à principio, propterea sensus constabit: neq; si ad aduentum nauum tempore Salomonis cum argento, & auro, & paonibus referamus, quod ita tempore Messia aduenient; quidquam ad rem dictum existimabo: neque enim uerba id sonant, & nimis violentia uidetur expositio. quare postquam diu mecum rem cogitani, aliter uerti posse uerba existimau;

existimau; ut ἡγεμονία non pro principio, ut interdum solet, sed pro prima, seu priori, & quæ precedit, accipiamus, id est, prætoria nauis; interdum enim primus, seu principium Hebreis non tam temporis, aut ordinis sunt nomina, quam dignitatis; sicut etiam Principes capita dicuntur Hebreis, & principium anathematis 1. Sam. 15. dicitur populus accipisse, ut sacrificaret, id est, præcipua, & meliora &c. nō ergo ab re fuerit, si hanc uocē hic pro primaria nauis capiamus, quam prætoriam Latinis uocant. solet autem & ceteras procedere, & maior esse, & ducem totius classis portare. ergo per naues onerarias cum primaria, puto significare integrum classem: nec uenturam unam, aut alteram nauem, sed multas, inter quas solet aliqua esse, ueluti dux, & antesignanus in exercitu: quod facit & ad dignitatem filiorum Dei, & ad commendandam multitudinem filiorum aduentantium ad ecclesiastam matrem. ordo itaque herborum hic sit: Intentus ad me erunt insulae; naues item onerarie plurime cum primaria; & integræ classes mihi erunt intentæ, & mihi parebunt ad adducendum &c. hec autem non iuxta litteram accipienda sunt, ut ad Palestinan cundum sit, sed figurat, nempe quid undique ad Christum uenientium esset, ingenti genium omnium desiderio, & uelocitate: ita etiam, & quod sequitur, Argentum eorum &c. nempe, quid omnia sua, quantumcumque pretiosæ, libenter ad Dei gloriam impenderent: & ut est apud Paulum, si opus esset, oculos eruerent &c. omnia enim lucra detrimentum dicit, qui ad Christum traditur: & libenter omnium rerum iacturam facit, ut Christum possideat. quare qui Christo nomen dant, & adhuc lucre inibant, & cupiditatibus implcantur, nefcio, quam uerè, & ex animo in Christi militiam transant: hoc enim video esse ualde rei, quæ geritur, consentaneum: argentum eorum, & aurum eorum cum eis. Sed quorū? Nomi domini Dei tui &c. quasi tunc aliquid pretij habere aurum, & argentum, & lapides preciosos existimat, quando in usus glorificationis illius, qui omnia condidit, impenduntur. glorificatur autem cultus, predicatione uerbi, subventione pauperum, captiuorum redemptio, & huiusmodi alijs, quæ sacræ litteræ, & patrum sanctorum decretâ commandant. Quia glorificauit te: hic insinuat, quid in usus ecclesiæ deferent aurum, & argentum, quia, inquit, Deus tuus, & qui à te colitur, te glorificauit: iccirco quæ tibi offerunt, nomini Dei, & decori eius putant se offerre. Absque dubio hic ordo est, & hunc sensum hac uerba insinuant, neque enim alibi nomen domini magnificatur: neque nomine eius aliquid potest deferiri: neque Deo quidquam oblatum quisquam existimet, praeterquam in ecclesiæ eius. Quid si hereticæ dicunt, apud se ecclesiæ esse; sciant tantum unam esse Christi ecclesiæ, quam uidebunt ille ornauit, & glorificauit, a qua præceduntur se universi heretici: si enim apud Lutheranos est Christi ecclesiæ, quid ni, & apud Zhenglianos, & apud Calvinistas? Vis scire, quæ sit ecclesia Christi, uide, unde isti omnes se præsiderunt: quæ una est, & spiritum Dei habet, qui non sibi contrariuus est: & in qua est herbum Dei, & erit usque in saculum facili: quam Deus ornauit: in qua colitur: quem cultum in templis uides: quem ignorant heretici, cultum spiritalem tantum prete xentes, homines ipsi carnales: qui non nisi carnem sapient: isti, ut sunt cupidi, & cupiditatem serui, uniuersam Dei glorificationem prædicatione uerbi definit: cuius se præcones gloriantur, ut omnia, quæ in Dei cultum in ecclesiæ offerre solebant fideles, in suas uoluptates, & suo carnis cultum, quæ quo pacto conuertant. Huc certè ille tendit exterioris cultus contemptus. diabolus uero, ut est mirus malorum artifex, his istarum inuentis mirè fanet: scit enim, quid cum ex corpore, & animo consistent homines, & ad animum omnia per sensus corporis perueniant, si cultum exteriorum auferat, spiritalem tantum de mente domini esse docens, citò neque corpore, neque animo Deum colent, sed toti, tanquam bruta, in uoluptates ruan, nullo religiosis freno coerciti, ergo isti omisssis agnoscamus in ecclesiæ exteriorum cultum, qui mentes fidelium tenet, & animos ad amandum Deum incitat, hunc sacre litteræ commendant: nam quæ in usus ecclesiæ conferuntur, nomini domini oblata affirmant, qui quā ecclesiæ suam spiritualiter exornavit, nec non etiam uisibiliter insestabilibus sacramentorum diuitijs suscipit ea, quæ à fidelibus ecclesiæ offeruntur, quid ad celebrationem nominis sui faciant. bac autem iccirco gaudet, quid ad nostri sanctificationem suamopere conductat.

10. Aedificabunt filii peregrinorum: in hebr. est singulare, extranei, seu adueniæ: sed rectè uelatus numerum mutauit. sunt autem iuxta tropum scripturae, filii adueniæ, adueniæ ipsi, seu extranei, qui alterius sunt generis, seu religionis, ut supra non uno loco annotauit. Muros tuos: inquit tanquam ciuitatem alloquatur: sed muros ex lapidibus uiuis hic intellige, non minus enim adificarent ecclesiæ muros alienigenæ, quam Iudei. habuit namque in illa aurea etate ex gentibus plurimos episcopos, & uerbi Dei præcones, qui potestate, & scientia ad edificationem ecclesiæ usi sunt: neque deerunt unquam his aliqui similes inter quamplurimos, qui sanctorum sedes obirent, destructores potius censendos, quam edificatores. Et reges eorum: quod Christianissimos reges haberet ecclesia, nouimus: qui ei non minus seruierunt sua potestate, & facultati auctoritate, quam sancti pontifices. In indignatione enim mea &c. hic locus facit, ut superiora de Iudeorum ecclesiæ intelligamus:

que à domino fuit expurgata per Christum: que bona parte suorum filiorum fuit per infidelitatem expoliata: & tandem ad paucissimorum numerum redacta, rursus ex gentibus alius filii donata est, & ab ipso domino magnifice amplificata, magnisque diutius, tam spiritibus, quam corporalibus exornata, hanc autem uicissitudinem, quo sequuntur, magis explicitant. Habemus interim hic propter sceleram filiorum ecclesiam, Deum dici indignari in ipsam ecclesiam. fatetur enim, quod aduersus eam indignatus sit, id est, aduersus populum, qui intra ecclesiam est: ex indignatione autem profiscuntur & pestes, & intestina bella inter semetipos, & ab hostibus populi Dei illata: adde schismata: adde heres, & id genus mala, que ecclesiam inuaderunt, eamq; magna ex parte dilacerant, & filios eius ad paucitatem redigunt: que utinam nostro hoc saeculo non usque adeo manifesta essent; & hactenus quidem iratum Deum sentimus. commiserationes autem eius, etiam sceleram in dies augeri intelligam, expedita tamen: nam multus est ad condonandum: in momento enim, si ei uisum fuerit, tam tempestates omnes, quamquam ipsa concitant sceleram, delebit: quod si faciat, pro Cœlesti misericordia, seu bona voluntate sua, faciet. ed autem magis in ea, quam dixi, spe confirmor, quo res nostras desperatas consilio: aut enim sine omnium in ianuis est, aut rerum facies immutabitur.

**xi** Et aperientur portæ, uel aperiene ipse, scilicet ministri &c. significant autem hæc infinitam aduentantium multitudinem, simul etiam, & capacitatem ciuitatis, que totum mundum capere potest: non enim sacramentorum finita est uirtus, ut in plures dispersa minus proficit: neque absoluendi & peccati potest ulla finibus clauditur, sed integra in ecclesia perseverat: neque Deus in divisione cœlestium donorum auarus est, ut molestem sit illi quotidie, & in singulas horas beneficia impertiri: immo portas apertas esse iubet, & que gratis accepimus, nos gratis dare, & absque ulla personarum acceptatione omnes excipere, & ad nuptias filii sui, que usque hodie durant, introducere.

**xii** Gens enim &c. non est extra ecclesiam Christi, extra ecclesiam Apostolicam sicut: est enim firmamentum, & columna ueritatis, id est, firma, qua ruere non potest, ut tutum admodum fierit ei immitti: qui enim ei innititur, Deo ipse innititur. alia uero ecclesia sunt calamis confititi, & baculis arundinei: Deum non colunt in ueritate; ideoque exscindentur. nam omnis plantatio, quam non plantauit cœlebs pater, eradicatione, non solum autem hereticorum ecclesias, sed uniuersa regna, que ad ecclesiam non transferunt, auferuntur, & abolebuntur. imperet licet multis annos Turca, & magna prælia aduersus populum Dei conficiat: ipse tandem, cinesius imperium, si ecclesie Dei non obedierit, exscindetur. nam qui ecclesie filius non est, Dei filius esse nequit. Solitudine uastabuntur: sensum uulgatus exprefit: ego uerbū uerbo reddidi, quod ex superioribus plenum esset, ciuitates, & regna exsiccari, Hebreis esse, habitatoribus nudari: gentes uero exsiccari, est occidi, & interimi.

**xiii** Gloria Libani &c. quasi de materiali templo loquitur: est enim ecclesia templum Dei, regia, & aula Dei. Per arbores autem, quarum hic nomina ponit (quarum tamen naturam nostram atas ignorat) intelligit omnia, que ad decorum, pulchritudinem, & stabilitatem ecclesias pertinent. crescentibant uero in Libano arbores in admirandam magnitudinem, qui iam nunc arboribus ferè totus desitus est. De his vocabulis, & arborum nominibus vide supra cap. 41. uersi. 19. Admonendum te tamen duxi, Christiane lector, quod רְאֵת, quam hoc loco buxum dixit uulgatus, cap. 41. ultimum uertisse. וְשָׁמַן uero, quam hic pinum, illic buxum dixisse, ipse quoque Hebrei sibi non constant. fortè autem est Tasci, taxus arbor, abiens simili, de qua uide Plinius, nomen enim congruit, cuius licet baco ueneno se sint, ligna tamen constringendis, fabricandis; dominibus no sine incepta, sed uenustatem habent. Locum sanctificationis, nomen Hebreum plerunque etiam pro sanctuario accipit, id est, loco sacro, in quo tantum sacra peragebantur, & reponebantur. Exod. 15. Sanctuarium Iehoua, quod firmamentum manus tua. Iosue 24. &c. in locum autem sanctuarium successerunt in Christi ecclesia templia. Notandum tamen, quod locum, quem sanctuarium, seu sanctificationem suam, id est, quem ipse sanctificauit, uel in quo ipse sanctificatur, & colitur, uocauerat, vocet etiam locum pedum suorum: ut uideas, quantum ciuitas hac, & dominus Dei ab illa caeli distet, quantoque optabilius sit ad eam transire, quam hic commorari: ubi tantum pedes domini quiescunt. Vide etiam, qualem sanctitatem requirit Deus, qui locum pedum suorum ipsam sanctificationem faciat, ut non nisi in sanctissimo uel pedum tantum figere dicatur. hunc autem pedum locum se honorare dicit dominus, seu ornare pedibus suis. que autem ornamenta sint ecclesiæ, omnes nouimus: que tamen nemo uiderat, neque audierat, & in cor hominis non ascenderant: ut tecum cogite, que nam ornamenta, quis decor sit ciuitatis illius beatæ; aut etiam quale habitaculum sibi uelit in animis nostris adornari. Sed tibi amansime hominum Deus hoc ego libenter committo, ut qui locum pedum tuorum ob sanctitatis amorem sic sanctificasti, atque ornatisti, animam, in qua totus habitat dignaris, ipse quaque ornare uelis.

**xiv** Et uenient ad te &c. Graci, & Romani, Babylonij quoque, & Aegyptij, & quibus ecclesia Dei

Dei multa mala passa est, ipsam tandem ingredi sunt, & eius sunt facti filii: ut fortè ob hanc causam filios affligerent eam dixit: quia illi quidem populi, licet non idem homines, Deum coluere: cuius cultores ipsorum patres afflixerant. Curui: incurvando se, uerbum gestum notat humiliantium semetipos, & eorum, quos propria conscientia reuocat, ne accedant. agnoscentes ergo filii patres suos ueri Dei cultores insectatos suisse, penitentia, & religione duci submittentes animos, quasi ueniam de precaturi accedent: accedunt, inquam, non quidem ad te, sed super uestigis plantarum tuarum se proferentes supplicabunt. Quæ omnia nihil aliud notant, quam quod magna humilitate, & animi submissione erratorum suorum ueniam peterent, indignitatem anteacta uita agnoscentes: & omnia ecclesiastica mysteria magni facientes, quod certè eorum est proprium, qui uerè ad Christum pertrahuntur. Nesciunt illi superbiam, & fastum, & indigos se esse arbitrantur, qui uel ministri Dei famulentur. cum enim è quantis malis eruti sint, sola Dei miseratione agnoscunt, in quibus poterant, quemadmodum patres eorum confusescere, ac tandem diem claudere extremum; nō possunt non se submittere illis, qui tanto sua felicitatis ministri fuere, eos sanctissimos uiros putant: ipsam uero ecclesiam, ut sui dominii sponsam, uenerantur; in qua eti uident aliquorum ministrorum errata, ipsam nibilominus sanctam ciuitatem appellant, & Dei domicilium, & multorum milium Angelorum frequentiam, & alia huicmodi nomina, quibus sensum animi sui produnt, & studium, quod erga ecclesiam Christi matrem suam gerunt. quare parum ad Christum eos pertinere existimo, qui parum ecclesias ipsius deferunt, & ministros eius insectantur: nam filii illorum patrum, qui ecclesiam oderunt, & insestati sunt, si ad Deum conuertantur, ut habes ex hoc loco, curui, & in terram demissi uestigia eorum adorant.

**xv** Pro eo, quod fuisti &c. iam supra annotavi, ecclesiam sub tempore Christi admodum fuisse contemptam, suisque, ueluti omnino abiecam, non solum quod populus ille uarijs temporis statibus iactaret, sed multò magis quod peccatum ferè omnes possederat: neque erat in illis quicquam, sed omnes declinauerant &c. ut superiori capite uisum est, decreuit autem Deus pñm extintam ecclesiam suam suscitare, & in paucis admodum Istralia promissiones suas factas patribus adimplere. Cum igitur hæc legis, oculi mentis coniuge in ecclesiam illam, quam dominus IESVS congregauit, datus sp̄itu suo, & ornauit cœlibus ornamenti: uidebisque omnia, que hic dicuntur, minora esse rebus ipsis, è quod non possint rei magnitudinem ullæ uerba aquare. quare figurata sunt omnia: & quamus Iudeorum gloriam, ac dignitatem continente: cum uerba ipsa spiritualiter intelligenda sint, si uera esse uelimus, tantum abest, ut habeant, unde gloriantur carnales Iudei, ut bisce rebus, & tantarum promissionum splendorē magis cœci reddantur. Fuit igitur ante aduentum Christi ecclesia derelicta, & pñm deserta, ueluti exolta, & defecta: quod explicatur, cum ait, Abiisse transeunte: declinauerant enim ferè omnes ad impietatem: non erat, qui fidem, qui iustitiam, & misericordiam sectaretur: erat quidem terrena Ierusalem hominibus plena: templum uisibatur, sacrificia offerabantur, legebantur lex, & prophetæ: erat tamen ecclesia abesse transeunte, sicut ciuitas quædam deserta. illi enim interdum tantum numerantur, & recensentur; & homines uiri putantur in scripturis, qui pietatem, & iustitiam colunt, qui si nulli sint, dicit, non erit uir: omnia uiritia, & thôs: adueniente autem domino caput regia illa frequentari, statimque post mortem domini magna accessione facta est, præsentim postquam discipuli suere induit jure ex alto; & diuinam bonitatem mundo cœperunt aperte. Conseruavit desolationem illam cum iis, qui postea subsecuta sunt, & uidebis, quād uerum sit. Ponam te in superbiam secularium: subiungant discipuli domini inueniunt orben: & Roma orbis caput ecclesiæ ingum subiit lubens: & tunc se satis gloriosem putant: si pñctatorum pauperculorum, atque adeo Iudeorum prædicationi obediret, ut multò amplior fuerit Roma dignitas, quād euangelio cessit: quād quid mundum subiungarit. Ne autem existimat quis, imperium ecclesiæ armis, ac metu propagnandum, addidit, Gaudium generationis &c. omnium etatuum gaudium est ecclesia Christi, neque est, quod quisquam gaudeat: si eius gaudiū particeps non est. Possunt uerba haec, non solum ad tempore referri, sed etiam ad omnes generationes hominum. quandiu enim homines erunt, seu mundus durabit, & secula seculis succendent, ecclesiæ dignitas, & gaudium durabit. durabit enim remissio peccatorum, & sanctificatio mentium, fides, spes, caritas, thesaurus desiderabilis, pignus æterne beatitudinis: que tanta est, ut spes satiet, & perpetuo gaudere faciat. Quod si totius orbis gaudium est ecclesia, ergo ad eam omnes occurrent: ergo ab omnibus iudicabitur dilecta: ut uideas comutationem, quod pro derelictione, & nullo habitatore, sed neque prætereunte, omnium etatuum homines sit habitura.

**xvi** Suges lac &c. uidebaris despecta: suges lac &c. quidquid enim pingue, dulce, quidquid optimum habuit totus orbi, discipulorum Christi imperio cœsit: & ecclesia Christi de optimis terra bonis quod uoluit, habuit; quod noluit, abiecit. Mamilla regum &c. quantis fauoribus Constanti-

nus, aliquae imperatores ecclesiām pīsūcti sīt, profane etiam historie narrant. quod certē cūm factū uidit orbis, plāne intellexit, rem à Dō geri, & omnipotentem ēſe, qui ecclīsiām fundauerit. Notandusq; est locus hic: nam aperit cūnīcī, quid nūbil ſic Dei agiōtēm promonēat, ut regum, ac pīcipūm pīetas. cūm enim in terra ſint, ueluti dī: ſi eos uiderimus alterī fidēm ſeruare, ſeruos Dei colere ecclīfiam Dei, Dei domūm, adeoque & templa edificare, ornare, ſouere; non poſſumus non magnificare Dei potentiam, qui homines hominū dominos manſueſatiſ & in oſicio contineat. addē, quid mundus ea tantū honore digna putat, que mundi pīncipes magnificant. hanc ob caſam cūm dixiſet, Et manilla regum lactaberis, addit, Etſiſ, quid ego Iehoua &c.

17 Pro x̄ &c. commutationem trifliū in reſ letas uidimus ſuperiori uerſu: hic credo attingere prophetam commutationem etiam bonorum in alia potiora bona. Aes certe, & ferrum dici poterant pīcioſima queque illius etatio: & quo ecclīſia ante aduentum Chriſli habuit, ſue ſacrificia, ſue ſacramenta, ſi conſeruantur cum iſis, que per Chriſliū habuit, ſunt aſ, & ferrum collata auro, & argento. minus etiam autem pīcioſa illius etatis, collata minoribus bonis ecclīſie, ſunt ligna, & lapides: uilia autem ecclīſia ſunt aſ, & ferrum. pīcioſa itaque ſunt, & aeternū diu atura ecclīſie bona; & ueteris ecclīſie ſacramenta in perfectiora commutata ſunt: ſignificabant enim tantum ſanctifi cationem, non item efſiciebant. quod certē noua ſacramenta faciunt, ut ineptire, & omnino errare hereticos intelligamus, qui non maiorem baptiſmo efficiāt, aut eucharistiā ad ſanctificandum tribuunt, quād ueteri circumciſionē: fidei enim omnia adſcribunt; ſed decipiuntur ignorantes ſcripturas, & uirtutem Dei. Certē, etiſ omnia iſta figura ſunt, argentum, & aurum tunc habuiffē negat hic locus. quid nūbi reſponſi ſint, noui: ſed ſegmenta quoque eſſe noui. Visitationem. n̄tp̄ ſe non ſolū ipſam actionem uifitationis, ſeu iſpectionis, ſed munus quoque, quale eſt paſtoris, epiſcopi, uel magistratus, notat: quorū eſt noſſere, quid agant ſubditū, ut tuſlis premia, iniuſti penas confe ran, cūm autem pīfecti impij, ac tyrañi ſunt, omnia perturbant, & miferè diuineatur ecclīſia. ſi uero ſunt pacis, & rieipib. integrity amatores, benē habent omnia. Quāntuſ autem ſanctissimorum pontificum fuerit numerus, quis narrare poterit? quād humanos exatores olim quoque habuerit reſpub. christiana, nemo eſt, qui ignorat. Ego certē hoc loco tam paſtores ecclīſiſticos, quād ma gistratus politicos intelligo: hos exatores, illos uifitatores appellat: illos integrē, hos iſtū ofiſia per acturos pollicetur: adimplētam promiſionem, felicitatemq; hanc durāſſe non paucos annos ſeo. quid autem noſtro hoc ſeculo fiat, iuuat magis defere, quād deſcribere.

18 Non audiatur ultra iniquitas &c. obiiciunt nobis Indai iniquitates, ſeu dōm, id eſt, nio lenitiam, ſeu tyrañidem, que rapina coniuncta eſt: (hac enim eſt uis nominis) obiiciunt oppreſſio nes, uafſations, & confrātiones, que in rep. Chriſtiana uigent. quare aiunt hoc non dum impleta: que obiecta eō maiorem uim habent, quō manifestius eſt, in iſpis quoque ecclīſiſtici reperiſſi buiſ modi mala: nam & belligerantur interduum, & aliorum regna denuant. illud etiam, Non ultra, ali quantum uigere uidetur. Sed hi ego reſpondeo: hac ad hoſtes pertinere, quid non ultra uim inferat ſancte ciuitati, uel terrā eius deuarent, ſuē diripiunt, aut muros perſodiant, diruantque: ſpiritualis enim ciuitas eſt, que licet oppugnetur, nunquam tamen expugnabitur: neque porto inſeri pīnalebūt aduersus eam. Quid? quid multi ad hereticos deficiunt, & multa regna ecclīſie Dei ignorant? uerū id quidem, ſed ecclīſia integra eſt, muros intergos habet; dīma ſua bona poſſidet, ſemperque poſſidebit: ſi deficiunt non nullā natione, alia ſuccedunt: ſi Europa neget, Asia confiſcitur. Si prius aderit filius hominis, quād omnes deficiunt: itaque ueluti accidentia ſunt haec, (uel loquuntur dia leſtici) que ab ecclīſia auferri poſſunt: dignitatē, integratē, diuitias, que infinitos mundos diuare poſſunt, nemo poterit conuellere: haberentim ſalutem pro muros, & laudes pro portis. eterna eſt ecclīſia ſalus: neque ei unquam deuertunt, qui pro tantis in eam collatis à Deo beneficijs laudes décan tent, aut certē ea, que laudari ſatis pro dignitate nequeunt. Alludit autem ad morem ciuitatum pa cuius tempore, quando in muſis non armis, non uigilis uoces ſonant, non diuinentur, & quatinus iſtus: ſed in portis choros ducent iuueni, & puelle &c. ut integrō ſemper muros, & portas fare bsc notent. ſicut enim refectiōne murorum hebraiſmus uocat curatōrem, ſeu emplastrum, ut ſuprā annorūmūs; ita integratā, ſalutē eſt autem Chriſliū Dei filius muſis, & propugnaculum ecclīſie: non eſt, quid rūtarum tūcamus: deſectionem tamen non nullorum non poſſumus non defere, ex ſequentiōbus autem hec magis eluceſſunt.

19 Non erit tibi amplius ſol &c. hac aperit ſignificant ſpiritalem eſſe ciuitatem, & ſpiritale re gnum, quod non corporali ſole indigeat, aut luna. alia huīus regni lux eſt, quād que oculis cernitur: Chriſliū, & numen eius pro ſole eſt, & pro luna ecclīſia ſue: tenebras aduerſatū ſuo tempore de pellit; ignorantiā uero ſemper, neque enim unquam decepta ſuit, neque decipi poſteſt in rebus ſidei, & doctrinam orum, uelint, nolint Lutherani. Quid enim eſt lux ſempiterna? quid eſt, quid uer. 20, dicitur,

dicitur, non occidere ſolcm, neque colligi lunam? non hic de aeterna patria agitur: perpetua oratio eſt, & de felicitate ecclīſie eſt ſermo: quod qui negauerit ſenſu indiget, & iſtū lucis radij.

20 Non occidet ſol &c. reſtē uerit̄ hebraiſnum. uerbum enim N̄D, id eſt, uenit, cūm de ſo le dicitur, eſt Hebreiſ idem, quod occidere, ut Genes. 28. Quid ingressus erat ſol. tunc enim uide tur ingredi terras, uel Oceanum, ut loquuntur poeta & vulgus. ſimiliter & Mich. 3. quod etiam dixit de luna, Non minuetur: ſenſum exprefſit: nam Hebrei ſcolligere dicunt. cūm enim luna mi uitur, uidetur colligi, & contrahiri. poſteſt autē ſol uni, aut alvei ecclīſie occidere; poſteſt aliqua par ticularis ecclīſia decipi: at uniuersalis ecclīſia, & Chriſli ſponsa errare nequaquam poſteſt. ſi enim er raret, ſol illi occumberet, & luna minueretur: Deus autem, qui illi eſt lux, in aeternū manet, & de facere non poſteſt. Quid enim ſequuntur, aperte probant, in hac uita hęc complenda eſſe. nam quod ait, Complebuntur dies luctus tui, mox uerſu ſequenti exponit: luctus enim ecclīſia fuit ui dere ſe filiis orbatam, & omnes ſilios ſuos ad impietatem declinare: at poſt aduentum Chriſli,

21 Populus autem tuus omnes iuſti &c. omnes ſolē ſcriptura uisparē, pro plurimiſ. primis au tem illis ecclīſie temporibus, cūm in uiuis agerent Apoſtoli, atque adeo poſt illorum diſceſſum ferē omnes ſancti erant, & ſancti dicebantur. Vnde Pauli epīſtola. Quid nam, queſo, tunc lugeret ecclīſia? addē, quod per Chriſliū imperio exutus eſt diabolus, & ſemel dannatus eſt, ut alia redēptione, aut redēmptore non indigeant homines, licet peccent; ſed ad ſanctitatem facilis ſit regreſſus. quare fla tim addit, In ſempiternū hereditabunt terram: quaſi dicit, non eſſe eiūſmodi regnum Chri ſti, e quo expelli iuſti poſſent habitatores: poterunt quidem ipſi diſcedere, & ſua ſponsa in aliena ca ſtra, & deuili iam tyrañi poſteſtatem transfugere: ſed ſi nolint, nemo eſt, qui hereditate pellat. talis enim regio eſt, quam animo poſſiderent, quando corpus diſpareſſerat, aut in proſundum maris de mergeretur. Germen plantationis meæ, ſeu ſurculis mihi cariſimis, qui meis manibus plan tatus eſt: quo tanquam ornamēto me ornabo. ita enim accipiendo eſt uerbum in hīpael. Quid uero audeat plantulam conuellere, quam ad ſe decorandum plantauit dominus omnis? qui rapier uies de manu fili, quas ei dedit pater, omnibus maior? Hic mecum, queſo, conſidera ecclīſia, & fideliū dignitatē, quos fateur ipſe dominus in hunc uſum à ſe plantatos, ut eis, tanquam uestimento, ornaretur. Quid miranur gloriam ſuam, & coronam ſuam Paulum diſcipulos appellarē, ſi ipſe dominus id aperte de ſemetiſpo teſtatur & ex plantatione Iudeorū, quam ad ſuas delicias plantauerat in Iudea, ut uides ſuprā cap. 5. non quem exſpectauerat, fructum recepit: at nouella hac plantatio, quam ſuis manibus, id eſt, labore, & ſudore uultus ſuū, plantauit ad ſemetiſpo ornandum, agricolam nequa quam feſſellit; ſed iuſcindimos flores, ac fructus protulit, quos intrepide, & abſque rubore potuit exhibere patri immaculatos, & irreprebenſibiles, & ſibi coformes: etiſ enim deſpecti eſſent in oculis mu di, erat illi indignus mundus, & in oculis Dei erant iuſcindim̄i. quare ſequitur,

22 Minimus erit in mille. uides, quid non ſe diſcret agricola? ſurculis unis admodum parvulus, & in oculis hominū uilisimū mille, id eſt, plurimiſ Deo germinabit, ſicut unum granum frumenti cadet in terram, multum fructum attulerat. Quid millia hominū minimus ille Apoſtolo rum, qui non erat dignus Apoſtoli nomine ad Chriſliū adduxit? quam forteſt gentē unuſ Matthaeus progerminauit, que adhuc bodie euangelium retinet in Aethiopia ultra Aegyptum? ſed, ut Apoſtoliſ taceam, infinitus eſt parvulorū numerus, qui uberrimos fructus, & Deo gratiſimōs protulerunt, quales fuerunt religionum, quas uocant, auctores, in quos noſtri temporis heretici immerito debac chantur. Quid enim, ſi multi ex illis, qui illorum iuſtitutis addicuntur, ceciderunt, neque ſancte uiuunt? nunquid ruina illorum, fidem Dei enauiauit, & manuſ eius abbreviavit? ſi illi, ut male dī uit & iuſtituto ſentias, tibi ſuident; quid innumerabiles alii, qui uitam ſanctissimā duxerunt, & adhuc bodie uiuunt, te ad laudandum non uiuant? uerū canes odio ſunt furibus, & lupi. Sed ad rem re deamus. Ego dominus in tempore eius &c. puto eſſe formam iuaniatis, Ego Iehoua: & inter dum per ſe: Ego, ut ſuprā 59. uerſ. 21. additur autem in rebus magni ponderis. In tempore eius: apertius eſt, ſi dicas, ſuo tempore, id eſt, apriſimo tempore. habent enim ſua tempora, & occaſiones ferē omnia. Sed quid eſt. Feſtinare faciunt ſuo tempore? forte ſignificat, quid ubi aduenierit barum rerum tempus, & occaſio, breui tempore complebuntur, qua dixit. paucorum enim annorum curriculo euangelium in toto orbe obtinuit, & ecclīſia ad immensam gloriam, & amplitudinem perueniuit. Quid ſi ſignificat, quid dominus acceleraret barum re rum tempus? ut illud beth ſit acciſatiui, ut interduum ſolet, & uerti debeat uerba in hunc modum, Ego Iehoua in tempus ſuum feſtinare faciam iſtud. cūm enim, que futura ſunt apud ipſum, iam ſint; non feſtinare tempus, ut adueniant; ſed feſtinare res ipſas, ut accedant ad tempus ſuum, apriſimē dicit dominus: & hic ſenſus planus eſt, & ad consolationem facit. Nos huīus temporis plenitudinem uidimus: ob quod infinitas Deo gratias agimus: etiſ iam multorum caritas reſrigescit, & res ad interitum properare uidentur.

## Caput sexagesimumprimum,

Noua.

Vetus.

**S**Piritus Iehoua super me. ideo unxit Iehoua me, ut euangelizarem in omnibus: misit me, ut inducerem superalligations contractis corde: ut prædicarem abstactis in captiuitatem libertatem, & confractis apertioinem:

Vt prædicarem annum acceptationis ipsi Iehoua, & diem ultiōis Deo nostro: ut consolare omnes lugentes:

Vt poneret lugentibus Tzionis: ut darem eis ornatum pro cinere, oleum gaudij pro luctu, operimentum laudis pro spiritu obscuro: & nomen imponetur illis, potentes iustitia, plantatio Iehoua, ad semetipsum ornandum.

Et adficabunt siccitates aternitatis, & desolationes antiquas erigent, & innobulant ciuitates siccitatis, desolationes saeculi, & saeculi.

Et stabunt alieni, & pascent pecora uestra, & filii alienigenæ, agricolæ, & uitatores uestræ.

Et nos sacerdotes Iehoua vocabimini: Ministri Dei nostri dicetur uobis: strenuitatem gentium comedetis, & in gloria eorum gloriabitimini.

Pro pudore uestro dupli, & ignomina laudabunt portionem eorum: iccirco in terra sua duplū hereditate accipient: lætitia sempiterna erit eis.

Quia ego Iehoua diligo iudicium, & odio habeo rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in ueritate, & fœdus sempiternum feriam eis.

Et cognoscetur inter gentes semen eorum, & progenies eorum in medio populum. omnes, qui uiderint eos, cognoscet illos: quia icti sunt semen, cui benedixit Iehoua.

Gaudendo gaudebo in Iehoua, exultabit anima mea in Deo meo: quoniam induit me uelutib⁹ salutis, pallio iustitiae operuit me, ueluti Sponsum, [qui] decoratur ornatu: & ueluti sponsam, [qua] ad ornatum applicat mundum suum.

Quia sicut terra producit germin suum, & sicut hortus sata sua succrefcere facit, sic dominus Iehoua succrefcere faciet iustitiam, & laudem coram uniuersis gentibus.

**S**Piritus domini super me, eò quod, dominus unxit me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiui indulgentiā, & clausis apertioinem:

Vt prædicarem annum placabilem domino, & annum ultiōis Deo nostro: ut consolare omnes lugentes:

Vt ponere fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu marorisi: & vocabuntur in ea foites iustitiae, plantatio domini ad glorificandum.

Et adficabuntur deserta à saeculo, & rui nas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, & dissipatas in generatione, & generationem.

Et stabunt alieni, & pascent pecora uestra: & filii peregrinorum, agricolæ, & uitatores uestræ erunt.

Vos autem sacerdotes domini vocabimini: Ministri Dei nostri dicetur uobis: fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis.

Pro confusione uestra dupli, & rubore laudabunt partem eorum: propter hoc in terra sua duplū possidebunt: lætitia sempiterna erit eis.

Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in ueritate, & fœdus sempiternum feriam eis.

Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eoru in medio populorum. omnes, qui uiderint eos, cognoscet illos: quia icti sunt semen, cui benedixit dominus.

Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me uelutib⁹ salutis, pallio iustitiae operuit me, ueluti Sponsum, [qui] decoratur ornatu: & ueluti sponsam, [qua] ad ornatum applicat mundum suum.

Sicut enim terra profert germin suum, & sicut hortus sata sua succrefcere facit, sic dominus Iehoua succrefcere faciet iustitiam, & laudem coram uniuersis gentibus.

spiritus

**S**Piritus domini &c. dixerat in fine superioris capit⁹, quod rem citò ad tempus suorum properare facret: cum autem felicia illa per Christum dominum essent uentura, cum ipsum locum faciat, quasi iam operi accinctum: hoc enim sonant uerba hoc, Spiritus domini super me, unxit me. &c. inaugurationes enim sunt regni initia: & preter hoc, quod & ipse cum letitia celebrantur, sunt etiam futurorum gaudiorum prelibationes. esse autem uerba filii Dñi, iſſe in euangelio exposuit. Notanda porro est hoc loco scripture phrasis; Esse, aut fieri spiritum, seu manum domini super aliquem, est spiritus Dei impelli, & à Deo destinari ad aliud peragendum. exempla paſim obvia. hic uero quod priori loco dixit, mox alijs uerbis exposuit. idem enim hic vocabat spiritum domini esse super I E S V M, & I E S V M ungi. Quorsum autem spiritus super ipsum fuerit, aut cum dominus ungeret, statim explicabit. Vñctum oleo letitia cantat David, id est, uincione suauitima: quia ex eius, qui uingitur, mentem, & circumstantium omnium, id est, in ipsum uincientum, incharabili letitia perfundit: nam de plenitudine eius omnes accipimus. & statim uer. 3. de alio gaudio sit mentio, quod afflitis Christus dominus datus erat. Eò, quod: 3. sic optimi interdum redditur: eritq; uulgata editionis sententia, quia dominus me unxit, me misit ad euangelizandum: si autem pro ideo accipiamus, redditur aduentus spiritus sancti super eum, seu uincionis ratio ex fine; Dominus unxit me: iccirco autem me unxit, ut euangelizarem &c. Priorem expositionem probat Lucas, qui hunc locum iuxta septuaginta uersionem adducit. Unxit. וְנַעֲלֵמִי hinc Messia nomen, id est, uincit: quo nomine per excellentiam dicebatur præcipius ille rex, qui expectabatur. Hic autem habes uincionis illius, seu functionis, & ministerij usum, ut interim uideant Iudei, quale futurum erat Messie regnum. non propterea se uincit dicit, ut orbem bello subiugaret, & Iudeos rerum dominos facret, quemadmodum Romani postea fuerunt, sed ut euangelizaret. Mansuetis, seu, ut est in hebreo וְנַעֲלֵמִי, id est, auxilio, & ope deficitus. quia uero humilis fortuna animos quoque deprimit, ferocitatem austert, & mansuetudine induere solet, nihil obest, quod minus pro manutectis accipiat. uerum ubi nam gentium reges bona nuntiant affliti, & ope deficitus? aliorum certè non regum munus esse consuevit: at regi Christo hoc in primis hic demanari uides. non ergo de hoc mundo est regnum eius. Mecum quoque Christiane lector hoc loco, quoq; considera horum uerborum consecutionem, eò quod unxit me ad euangelizandum, ad ope deficitos misit me, arbitror enim nihil aptius dici potuisse. Cui enim humilium, & auxilio desstitutorum hominum cura melius committi potuisse, quam usq; a domino, id est, spiritu Dei predito? spiritus enim mundi tantum abest, ut istis faueat, istis ne bona nuntiet, istorum rationem habeat, ac cura tangatur, ut similes canibus eos, quos imbiuit, reddat: qui sibi similem obganientem, & lesu canem latratibus, & morsibus impetrat: expers enim humanitatis, & totius commiserationis est: spiritus quoque carnis sibi tantum amicos cum sit, nimisq; carnem sapiat, hoc monstri habeat, ut fratrem eiusdem carnis, non nisi cum res sua agitur, curat: spiritus autem Dei, qui natura in immensum à carne distat, totus humanus est, & caritate plenus, etiam in cordibus hominum diffusus. quare cum pra confortibus, ceterisq; hominibus uelut fuerit, & spiritu sancto plenus homo ille I E S V S Christus, merito ei pauperum cura demandatur, ut eis euangelizet, id est, lata nuntiet. quod enim Græcis, & Latinis est euangelizare, hoc Hebreis est וְנַעֲלֵמִי: quo uerbo hic uitat prophetæ. Neque dubites ad hunc locum allusisse dominū, quando inter cetera signa discipulis Ioannis dicit; Pauperes euangelizantur. Tam autem Luc. 4. ubi uerba hac adducuntur; quam eiusdē וְנַעֲלֵמִי ubi de discipulis Ioannis narratur, & Matth. 11. ubi ad hunc locum fit allusio pro Hebreo וְנַעֲלֵמִי ponitur Græci וְנַעֲלֵמִי: quod nomen apud probos auctores, ut cum Tertulliano loquar, inopis, aut mendicos notat: & eo uitat Matthæi interpres, cum cap. 5. dicit, quod sint beati, quoniam ipsorum esset regnum calorum, quod certè est pauperes euangelizare. Quem enim gratiorem nuntium audire possent, quam ex ore ueritatis felices se, & reges in regno calorum esse? Non ignorat autem, quod eo loco, atque adeò hoc ipsi, quem pra manibus habemus, multi non indocti uir uellet non inopiam, sed manufractum commendari. uerum hoc quoque seio, animum hominis, cui non molestia est inopia, & qui cupiditate omni uacuis est, regno Dei aptissimum indicari. Hac tantum dicta uelut propter eos, qui bisie diebus inopiam, & mendicitatem, quoad eiu fieri potest, damnare non cessant. Vide Tertullianus in enarratione Luca contra Marcionem. Mederer, uel superalligarem: quod faciunt chirurgi. Contritos autem corde, seu confraflos, vocant Hebrei eos, quos Latini dicunt, animo frangi: qui quando aduersa irrumunt, liberè ipsis cot dilaniandum tradunt. horum dominus I E S V S ratione habuit: hos bono animo esse iusit, quod non essent conriga passiones huius temporis ad futuram gloriam; gauderent, & exultarent, quoniam merces eorum multa esset in calis. Hic quoque cogita, absque imitatione spiritus sancti recte munus hoc geri non posse. quare in singulis membris illud repetendum. Eò quod unxit me, ad super alligandum confraflos misit me. rursum, Eò quod unxit me. Ad prædicandum captiui indulgentiam misit me &c. Clausis apertioem, uel iunctis, seu ligatis: at Oo ij

quia uerbum ΜΡΩ, à quo nomen geminatum hīc legitur, propriū de apertione oculorum, aut aurī dicitur; factū est, ut Græci interpres hīc uerterent, Et cæcis nūsūm, nam qui cæci sūnt, aut surdi, ligati Hebrais sūnt. Torrò membrum aliud, quod in Græcis codicibus legitur, & etiam apud Lucam cap. 4. ἀποστόλων τις περιφέρεια, id est, ut emittant confractos per remissionem, additum uidetur ex margine, ut in uersione 70. pleraque legimus ex margine textui assūta, uidetur enim fraude altera eiusdem membris uerbo.

2. Annum placabilem, uel annum beneplaciti, id est, Deo iucundissimū: cum enim non de uno tantum anno sit sermo, annum tamen noluit dicere propter allusionem ad annum jubilei, qui quinquagesimo quoq; anno celeberrimus erat, quo omnia in libertatem restituuebantur, agri, uineæ, domus, servi; omniaq; aut sibi, aut suis reddebantur. Vide Leuit. 15. de sanctificatione huicmodi anni quinquagesimi: de quo non dubites, quin figura fuerit temporis redempcionis per Christum: ob quod etiam septies septuā annos numerare iubebantur: qui numerus plenitudinem plenissimam signabat, at filius Dei in plenitudine temporis ab Apostolo aduenisse dicitur. Aliud etiam in uerbo, prædicarem, ad denuntiationem illam, qua tubis siebat instantē anno jubilei. Leuit. 25. Clanges buccina mense septimo decima die mensis, propitiationis tempore in uniuersa terra uestra. erat autem dies decimus mensis septimi celeberrimus, & dies expiationis dicebatur: mensis itaque septimo, qui numerus plenitudinis erat, mensis sanctissimo, & festorum celebrationibus referro, & in die expiationis, iubebatur denuntiari annus iubilei. quia omnia significabant rem illam, que denuntiabantur, esse sanctissimam, Dooij; gratissimam, ut quae presugrabat tempus uerae expiationis: ipse enim dominus erat illud Πάτερ, id est, regnum suum, uel, ut eum uocat Paulus, ιασίσθη Greca uoce, id est, propitiatorium, nimis ad legis propitiatorium respiciens, & typum ad ueritatem referens, ac significans, quod quemadmodum operculo illo tegebatur lex, que, teste Apostolo, erat cognitio peccati; ita Christus uigeret, & abscondebat peccata nostra, ut lex amplius non accuset, nec damnaret, sed Deum habeamus propitium. quare hoc quoque respectivit David, quando beatum hominem dixit, cui remissa eset iniurias, & peccatum opertum. nihil autem gratius uidetur esse diuinam bonitati, quam hominem à peccatis expiari: tota enim curia ecclesiæ exultat super uno peccatoru[m] penitentiam agentem, quale ergo fuisse credimus gaudium in totius mundi expiatione? Sed quid commercij habet annus beneplaciti cum die ultionis? inquit enim; Et diem ultionis, seu uindictæ: non parum profecto uindictæ cum bona uoluntate conuenit: nam eam uidebam accipere oportet, de qua plura dicta sunt cap. 59. uers. 17. & 18. ueros enim hostes nostros prostrauit, & de manu dominorum crudelium suos eripuit: eos uero precipitauit, atque deleuit. quod quasi exponens ait; Vt consolarer omnes lugentes. quid enim aliud in Christo uidemus? peccatores suscipiebat, & manducabat cum illis; illis se aduenisse medicum dicebat; eis peccata condonabat; filios appellabat; omnes laborantes, & onustos peccatis, & doloribus confectos uocabat ad se, ut eorum pondera super se tolleret; ac tandem pro peccatis nostris mortuus est: qua una re nullā potest maiorem consolationem lugentibus afferre.

3. Ut ponem fortitudinem: fortitudinem de suo supplevit: in Hebrais enim non nisi uerbum ponendi absolútè legitur, & non dubium, quin Hebrai uerbo ponendi utantur interdum pro curam gerere, & cor aponere: & quidam plerunque nomen cordis aponunt, aliquando uero, sed rarius, non apponunt. exemplum iam supra semel, atque iterum uidimus. & Iob 4. A mane usque ad uesperum conterentur, absque ponente, id est, animaduertente, seu curante. Significat ergo sibi demandatam lugentium curam, ut animum apponenter lugentibus Ierosolymitanis, & cogitaret de eorum rebus, tanquam in paracletum, & patronum datus lugentibus. qualis autem hac cura eset, mox aperit: nempe quod non nuda tantum cogitatione, sed opere constaret. Coronam pro cinere: cincis symbolum erat maroris; & qui se affligebant, cinerem sternebant, & capit etiam apergebant, est autem paronomasia in uocibus cineris, & ornatus in Hebreo, peer, eper: & qui in afflictione erant, ab ornatu abstinebant, ista uero commutations, ac uicissitudines satis manifesta erunt cogitanti, quantum dist homo a seipso, si prius expers fuit diuina gracie, & peccato uiueba: deinde uero abiecit peccato seruit iustitia, perficiens sanctificationem in timore domini. hic iam ornatus incedit per Angelos, & diuine maiestatis oculis nequaquam indignus; iam perfunditur spiritu[m] agnoscere; sive gaudet; in tribulatione patientiam exhibet; in omnibus gratias agit, qua gratiarum actione. & diuisis laudibus, tanquam operimento, amicitur, qui antea lugebat, & spiritu erat conturbato, & obscurus: sic enim maiores uocat hebraicus, translatione satis apta. de oculis dicitur Gen. 27. & Deut. 31. transfertur autem ad animum supra 42. & Ezech. 25. est itaque obscuritas spiritus, & obtenebratio eorum, qui sine Dei timore, & cognitione uitam degunt. Et uocabuntur in ea fortis &c. hebr. uocabitur illis: hoc est nomen, quo illos appellabunt, fortis iustitia, seu potentes iusti: cuius nominis ratio in ipsis, qui eo uocati sunt, satis est manifesta: discipuli enim domini in tantam potentiam euecti sunt; quantum

4. tam nunquam homines sunt adepti. nam præter quod demonum tyrannidem uicerunt, regna mundi, & imperia cuæterunt: neque erat, qui eis posset super terram resistere, ut qui rerum naturas, mores, inueratas consuetudines uerbo, & signis inuincere poterant. hanc uero diuinam potentiam cum tanta iustitia coniunctam habuere, quanta nullus alius preditus fuit; ut meritò potentes iusti, seu dij, ac principes iusti dici possent: etenim plurale nominis ίδε de principibus dicti solet, qui etiam dij dicuntur. Quid si fortes, seu potentes iustitia dicantur, quos iustitia habet, ueluti ministros; sicut dicuntur potentes Davidis, uel alterius regis, per quos magna conficiebat David? nullos profecto unquam fortiores duces, aut milites habuit illo saeculo iustitia, quam discipulos domini: qui orbem uniuersum ei sub didere: unde Romanos uocabat Paulus seruos iustitia. Plantatio domini &c. uide supra capite superiori uer. 21. quibus adde, quod Hebrai, plantare aliquando transfertur ad alias res, nempe homines: quos cum Deus possessione alicuius regionis donat plures annos duratura, dicitur plantare eos: sicut de Israëlitis dicitur Exod. 15. Plantabis eos in monte hereditatis tue, ad quem locum est in hoc alius. Ps. autem 44. & supra 51. de calis dicitur, propter firmitatem &c. quare plantatio domini, & habitatio, quam dominus condidit, & firmavit ad laudem suam, sum discipuli domini, & ueri Iesu a liæ, quos dominus condidit in gloriam suam: quibus induitus, & ornatus incepit per orbem. hos titulos sapientia iuuat, ut dignitatem seruorum Dei, & diuinam dignationem intelligentes, Deum in sanctis suis laudem, & similes illis effici contendamus.

5. Aedificabunt &c. seu adfiscabunt: ipsi nempe, quos consolatus est dominus, & decorauit, & superioribus titulis exornauit; aedificabunt deserta, id est, ciuitates desertas, que in Hebreo siccitates dicuntur, domibus, & hominibus per ignem, seu gaudium excis: eodem mox uocat afflatas, id est, stupendas desolationes, antiquas, id est, ciuitates, que à multis iam annis desolatae sunt. Ceterum his metaphoris significatur infinita soboles, & multitudine eorum, quam ad ecclesiam adducturi erant discipuli domini.

6. Et stabunt &c. Ιετε, interdum est famulantum, quorum est coram dominis stare, ut infra accipiunt. hæc cum, ut sonant, intelligent carnales Iudei, falsa sive lactantur: nos uero impleta iam hæc omnia nouimus, qui obsequia gentium ad Christum conuersarum nouimus, & quo pacto ex facultatibus suis ministrabant sancti, qui erant in Ierusalem. his accedit hæc figurata nihil aliud, quam dominum, seu dignitatem notare. scimus autem ipsorum, & quasi principes in regno Dei fructus Apostolorum, & sanctum illud semen: nos autem ipsorum sumus, ueluti servi. adde etiam, quid uinitores, agricultor, ac pastores esse in agro domini, sit, esse episcopos, & doctores. cum uero Apostolorum, & uerorum Israëlitarum agri, uineæ, oues, seu greges, nihil aliud essent, quam ecclesia, & homines ipsi, quorum illi primum curam gefferunt; in his profecto uerbis hoc potissimum significatur, quod ex gentibus, & alienigenis accipiendi essent, qui forent episcopi, & pastores.

7. Sacerdotes domini &c. quando Apostoli ministros mensarum elegerunt, sibi uero orationem, & uerbi ministerium referuunt, aliqua ex parte hanc prophetiam adimpluerunt. Est autem anteriori aduertendum, nomen ΙΑΩ, ut ex ipso uerbo apparet, propriū non designare, nisi eum, qui ordinatus est, & constitutus ad sacra peragenda, & in sacris ministrat, quem Græci ιερεὺς uocant, qui sacrificat, intercedit pro populo, & alia, que lex iubet, peragit & similia: quia uero reges pro diis habentur in terris, & ita in scripturis appellantur, factum est, ut transferretur hoc nomen ad eos, qui regierant a secretis, & familiariis, per quos regis uoluntas alijs manifestabatur, & rex consulebat &c. ut 2. Sam. 20. Hirah Saritha erat sacerdos ipsi David: & 1. Reg. 4. Zabub filius Nathan facerdos, & sacerdos regis: & 2. Sam. 8. Filii David erant sacerdotes, pro quo 1. Paralip. 18. dicitur, Et filii David erant primi à manu regis. non est ergo, quod quis putet indifferenter nomen hoc sacerdotes, & principes, seu magnates notare, qui enim ita existimauerit, certò sciat sibi à Iudeo impositum. quare locus ille Genes. 14. nullo pacto alter accipi potest, nisi de uero sacerdotio. et Melchisedech rex Salem protulit panem, & uinum: & ipse erat sacerdos altissimi, quod confirmat epistola ad Hebreos, cuius autoritatem infringere impium est. utique autem significatio beatis iustis uiris competit: manifestum est enim ueros illos Israëlitas sacerdotes domini fuisse, & ministros Dei nostri: per quos domini uoluntas nobis innotuit, ut qui testes fuerint omnium Christi actionum, ac uerborum, qui uiderunt, per se uolentes, & manibus contrectauerunt, & nobis exposuerunt uerbum uita: isti quoque sunt principes in regno Dei: & qui dum in terris agerent, primi sacerdotes fuerunt, etiam nunc in celo rem nostram agunt fidelissime. Fortitudinem gentium: supra iam dixi de potentia, & exercitibus hæc uerba intelligi posse, quos isti domini sacerdotes tubis euangelij deuicerunt, uel etiam facultibus, & duciis gentium, quibus ad libitum isti sunt: nihil enim eis denegabat, qui ueritatem amplectebantur: atque ita in gloria earum gloriati sunt, uel glorioſi esse existimabantur, seu prædicabantur, unde Psalmum illum, Omnes gentes plaudite manibus &c. subiecit populus nobis, & gen-

- tes sub pedibus nostris &c. canticum Apostolorum esse non dubito.
- 7 Pro confusione, seu pudore. duplex autem sole interdum vocare hebraismus, quod forte solidum, magnum, latrem, ac constans est: duplex enim contritio est natalia, & ingens: & duplex honor est magnus honor &c. uide supra cap. 4. uer. 2, ualde uero pudefacit, & multiplici ignominiae expositi fuerunt sancti illi Israelite, praeferunt apud ipsos infideles Indos, atq; etiā apud gentes initio praedicationis: illi tamen ipsi potiori partem, seu portionem habuerunt pro omnibus Israelitis. unde pro multiplici illa sua confusione laudabilem partem obtinuisse dicuntur, & duplēcē portionem consecuti, quasi omnes essent primogeniti; quorū duplex erat, secundum legem, portio. sicutum nangue & ipsi, ueluti Christi primogeniti, quare & spiritus primiās accepérunt, & dñitias bonitatis sive, & dona cœlestia abundantia super ipsos dominum effusisse testantur sacra littera. Latitia sempiterna &c. ad hunc puto locum allusione dominum in euangelio, cūm ait; Quia hac dixi uobis, tristitia impletit cor uestrum: sed tristitia uestra uertetur in gaudium: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Non te uero conturbet personarum mutatio, quæ scriptura familiaris est. Quid autem dicit, In terra sua, puto de uera promissione terra, quam à longe salutabant patres, id est, regno Christi, & ecclesia ipsius accipietēdūm esse. addit, quod etiam in ipsa Palestina terrena, & Ierusalem materiali, illi ingentes illas dñitias in die pentecostes accepérunt: ut interim omittam, quid ex bonis illis, que toti Israeli promissa erant, & per terrena illa bona lac, & mel, & cetera designata, quæ potissima erant, ipsi accepérunt.
- 8 Quia ego &c. uidetur illius distributionis, quasi rationem reddere: quasi diceret non Phariseis, non pontificibus meliorem partem dedi, non eos honoratores feci in regno meo: quia ego dominus sum, regi, & equique amantisimus: neque enim mibi placent sacrificia ex furto, qualia sunt omnia, que Pharisei isti mibi offerunt: sunt auari: aliena dolis, & fraudibus diripiunt: parentibus debitum honorem negare faciunt ob quastum suum: ac tandem quid plura sacrificia mibi offerunt, eò sanctiores se putant, & mibi cariores: ego uero illorum sacrificia odi: parvulos uero istos Galileos simplices dlexi, enexi, honorau, primogenitos duxi, illis duplicita contuli: quia iudicium, & aequitatem diligo &c. quare sequitur, Et dabo opus eorum in ueritate, id est, faciam, ut opera sua, & actiones eorum ueritatis sint plena, non fucata, non hypocritarum more depravata; non labijs me honorent, longe absente corde; non me exterius colant, & intus sint pleni fallacia, & dolo: sed in ueritate, seu cum ueritate sit opus eorum, puto autem hoc uerbum opponi toti illi hypocitarum iustis, quam dominus illis objicit, cūm ait; Sine causa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum, contempti uidelice preceptis Dei. Faciam, inquit, eos ueros Dei cultores, ut eum colant in spiritu, & in ueritate, abieciā omni falsitate, & mendacio, uidelicit ut exteriora interioribus, & signa signatis conueniant: uel. Dabo opus eorum in ueritate, id est, faciam, ut constantes sint in opere, neque unquam ab incepto deficiant; sed quid nunc faciunt, semper faciunt. utrique uero expositioni conuent quid sequitur. Et fœdus sempiternum &c. tam enim, qui ab obsequio Dei deficiunt, quam qui ad mendacium declinant, & hypocrisi, quemadmodum declinaverunt Iudei, inepti sunt fæderi sanciendo cum eo: neque sempiternum fœdus esse potest cum eis, qui fidem frangunt, & promissis stare nolunt. fœdus itaque, quod cum apostolica ecclesia Deus sanxit, aeternum est, & aeternum durabit: quia fides ecclesiæ non deficit.
- 9 Et scierit in gentibus &c. hoc ad dignitatem illorum facit, qui primogeniti fuerunt Christi, & omnium illorum, quos illi ad Christum pertraxerunt: qui ad fœdus hoc, inquit, nouum pertinent, inter omnes gentes cognoscuntur. nam hoc in primis mandatum accepérunt, ne fierent, sicut gentes, sed ab eis, & eorum moribus, tanquam lux à tenebris, diversi forent, & inter eos lucerent, sicut lumina in tenebris, distinguitur enim ab eis fide, quia inuisibilem Deum colunt; sive, quia futura, & inuisibilia sperant; dilectione, quia, quem non uident, amant: concupiscentiis gentium uacui sunt, non gaudent, quibus illa; neque cum eis currunt ad spectacula &c. non tristantur, sicut gentes, que spem non habent: non de uestitu, & alimento soliciet sunt, quia omnia gentes inquirunt: denique spiritu Dei aguntur: illa uero spiritu mundi, aut diabolus, qui operatur in filios incredulos, seu inobedientes: quare ab alijs omnino disiuncti sunt: & hoc est cognosci inter omnes gentes, quod mox exponit. Omnes, qui uiderint eos &c. hæc est uis uirtutis, ut non possint non admirationi esse ceteris etiam, qui illam odio prosequuntur: agnoscunt enim esse numinis supremi donum: non enim humanum reputari potest, in carne preter carnem uiuere: cūm uero eos, qui Christiani dicebantur, tandem uitam apud Persas, apud Scythas, apud Hispanos, & Afros, atque Indos ducere uiderent, semen benedictum, seu progeniem Deo caram eos uocare compellebantur, ex bonis enim operibus Christianos considerantes, qui prius ipsis detrahabant, conuicti glorificabant Deum, ut est apud Apostolum.
- 10 Gaudens gaudebo &c. puto esse uoces chori apostolici, & spiritualis illius Ierusalem, quæ ex sapientia

Elis reliquijs constabat; ad quam superiori capite locutus fuerat propheta. possunt etiam ut prophetæ ipsius uoces accipi pre gaudio exultantis, & se felicissimum reputantis, ob facilitatem regni Dei, ad quod ipse pertinebat. uidetur autem uerba haec pedibus, & mensura poetica constare in Hebreo: cuius tamen in uniuersum rationem ignorant Hebrei. Gaudere autem in domino, uel cum domino, est gaudio diuino, & cœlesti perfundi, non scilicet ob resinans, sed ob solidam, & uera bona. Indumentis salutis, id est, salute, tanquam indumento me induit: quod rursus repetit, Et pallis iustitiae obexit me: iustitia enim hic pro iustificatione, & testificatione iustitiae accipitur, ut in superioribus non semel, nempe ut omnibus notum esse posuit, me saluum, & iustificatum per Deum: ut quid ex tyrannide crepus in iudicio absoluitur, & liber dimititur. Quasi sponsum: sponsō, & sponsa se comparet chorus apostolicus propter decorum, ut manifeste apparet: puto tamen, quid utriusque se comparauit, quid respectu Christi sint, ueluti sponsa, iuxta illud Pauli, Despondi nos uni niro, uirginem castam exhibere Christo. & sponsa uocatur ecclesia, atque adeò ipsi fideles, apud Osseam. at respectu eorum, quos ipsi ad fidem adducabant, erant, ueluti sponsi, qui filios generabant, & ecclesiis copulabantur. Ornatum. ubi uulgatus uerit per participia, decoratum, ornatum, docte sancti, & eleganter, in hebreo sunt duo uerba futuri: quare supplendum est relatum, & in præsens uertenda: nam consuetudinem notant: qui decoratur, quæ ornatur. Monilibus. nomen Hebreum ciuiuscumq; artis instrumenta, & quæ uasa notat: hic apèr mundum muliebrem dicere poteris, qui infinitam multitudinem rerum, & ornamentorum comprehendit, quæ ad mundissimum ornatum pertinent. Quæ sint autem hæc ecclesia, ac sanctorum ornamenta, iam in superioribus annotauimus, & in sequenti bus manifesta erunt.

xi. Sicut enim terra &c. hec similitudo superiora explicat. Terra herbis, arbustis, arboribus, præfertim si more hortorum colatur, uestri, & ornari solet, ut uix terra quidquam appareat: sic, inquit, iusti illi discipuli domini primitiva ecclesia (Dei quidem dono, & cura, qui incrementum dat, & omnia ad perfectum perducit) coram uniuersis gentibus, omnijustitia, & sanctitate, & diuersis uirtutum generibus operti, ornati, & omnium cœlestium honorum copia instruci oculis gentium apparere, ut uix in eis quidquam terrenum, & uile conficeretur. laudem autem uocat, quæ laudem, & gloriam morentur, qualia sunt modestia, temperantia, patientia, & similes uirtutes, que homines hominibus admirationi esse faciunt. Hic ecclesia, & Christianorum decor, quem dominus succresceret, & germinare faciebat, animos gentium perducebat, ut ad delicias illas paradisi, seu porti amoenissimi occurrerent. hoc certè loco per antithesen mibi uidetur facta allusio ad electionem illam primorum parentum ex paradiſo, ut inauditam rerum uicissitudinem facta insinuat propheta: illi è paradiſo cœcti sunt, ut illuc regredi non ualerent: at in mundi regeneratione, paradiſum deferri ad omnes gentes facit dominus: & nulla fuit tam inulta gens, ad quam paradiſus domini non pergeret, unus homo, qui Aethiopiam adiabat, paradiſus erat, & breuiſimo tempore faciebat dominus succrescere iustitiam, arbores, & plantas cœlestes in terra illa, ut ecclesia Aethiopum multò amerior esset hortus, quam ille initio mundi constitutus. idem de ceteris ecclesiis existimat. Plurima hic annotatione dignissima habet Christiane lector: uides enim diuinam bonitatem: uides, cui adscribi debeat progerminatio uirtutum in terra: uides, quæ sunt ornamenta terra: uides Apostolorum gloriam, & primorum illorum Christianorum dñitias: uides, que nam sine, quæ laude digna sunt: laudem enim uocat, que in sanctis illis laudatur, & alia quamplurima ex hoc loco poteris eruere, que persequi leges commentarii non patiuntur. Hoc autem tibi Deum tuum amabilem ualde reddere poterunt, qui tantis mundum beneficj affecti.

## Caput sexagesimum secundum.

Noua.

Vetus.

P R O P T E R Tion non facebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, sicut splendor iustitiae eius, & salvator eius, ut lampas accendatur.

Et uidebunt gentes iustitiam tuam, & uniuersi reges gloriam tuam: & uocabitur tibi

oo iii no-

Noua.

Vetus.

tibi nomen nouum, quod os Iehoua nota-  
bit.

Et eris corona decoris in manu Iehoua, &  
cidarisi regni in manu Dei tui.

Non dicetur tibi ultra, derelicta: & ter-  
ra tua non dicetur ultra, desolatio: qui at  
bi imponeretur nomen, beneplacitum meum  
in ea, & terra tua maritata. quoniam com-  
placuit sibi Iehoua in te; & terra tua pos-  
siderebitur.

Vxorem enim ducet iuuenis uirginem, &  
fuentur te filii tui. & gaudium [ erit ] spon-  
si de sposa. gaudebit de te Deus tuus.

Super muros tuos Ierusalem pafeci cu-  
stodes: tota die, & tota nocte iugiter non  
silebunt. Qui commemoratis ipsum Iehoua,  
ne silentium nobis,

Neque detis silentium ei, donec stabiliat,  
& donec ponat ipsam Ierusalem laudem in  
terra.

Iurauit Iehoua in dextera sua, & in bra-  
chio confirmationis sua, Si dabo triticum  
ruum ultra cibum inimicis tuis: & si bibent  
filii alienigena mustumi tuum, in quo labo-  
rati.

Quoniam collectores eius comedent il-  
lud, & laudabunt Iehoua, & congregato-  
res eius bibent illud, in atris sanctitatis  
meae.

Transite, transite per portas: expurgate  
uiam populi: sternite sternite uiam, lapida-  
te ex lapide: extollite signum ad populos.

Ecce Iehoua audiit fecit ad extremitatem  
terræ, Dicite filia Tzionis; Ecce saluator  
tuus uenit, ecce merces eius cum eo, & opus  
ipsius coram illo.

Et uocabunt ipsos populum sanctitatis,  
redemptos Iehoua: & tu uocaberis requisi-  
ta ciuitas, non deserta.

nomen nouum, quod os domini nomina-  
bit.

Et eris corona glorie in manu domini, &  
diadema regni in manu Dei tui.

Non uocaberis ultra, derelicta: & terra  
tua non uocaberis amplius desolata: sed uo-  
caberis uoluntas mea in ea, & terra tua in-  
habitata. quia complacuit domino in te:  
& terra tua inhabitabitur.

Habitabit enim iuuenis cum uirgine, &  
habitabunt in te filii tui. & gaudebit spon-  
sus super sp̄fam, & gaudebit super te Deus  
tuus.

Super muros tuos Ierusalem constitui cu-  
stodes: tota die, & tota nocte in perpetuum  
non tacebunt. Qui reminiscimini domi-  
ni, ne taceatis,

Et ne detis silentiu[m] ei, donec stabiliat,  
& donec ponat Ierusalem laudem in terra.

Iurauit dominus in dextera sua, & in  
brachio fortitudinis sua, Si dedero triticu[m]  
ruum ultra cibum inimicis tuis: & si bibent  
filii alienigena mustumi tuum, in quo labora-  
rati.

Quia qui congregabunt, illud comedet,  
& laudabunt dominum: & qui comportant  
illud, bibent in atris sanctis meis.

Transite, transite per portas: præparare  
uiam populo: planum facite iter, & eligeite  
lapides, & eleuate signum ad populos.

Ecce dominus auditum fecit in extremis  
terræ, Dicite filia Sion; Ecce saluator  
tuus uenit, ecce merces eius cum eo, & opus  
ipsius coram illo.

Et uocabunt eos populus sanctus redem-  
pti a domino: tu autem uocaberis quaestio-  
ciuitas, & non derelicta.

**P**R OPTER Sion &c. prophetæ patriæ, & ciuitatis sua amicus, sed multò magis illius ciui-  
tatis, quam terrena Ierusalem designabat; cuius laudes, & gloriam non semel cecinerat, ueri-  
tus, ne forsan quisquam cum prolixitatis damnaret, & quod in eodem argumento diutius hareret,  
utio daret; non solum non defundens sibi putauit, ut etiam sciens, uidensque incepit persequatur.  
uerum innuit, quod quādūlū uiceret, à celebranda sua ciuitatis gloria non cessaret, quousque tandem,  
quæ mente præuidebat, coram ipso oculis ( si daretur ) conficeret. quare illud propter Tzion in bonum  
accipendum putarem. Ob amorem, inquit, quem erga Tzion gero, non tacebo, sed eandem cantile-  
nam libens canam. Donec egrediatur &c. multò quidem antea tacuit Tefias: uerum, ut dixi,  
hoc nihil aliud significat, quām, quod si usque ad illa tempora uiueret, non taceret: sicut qui dicebar,  
Misericordia domini in eternum cantabo: in generatione, & generationem amuntiabu[n] heritatem  
tham &c. quod certè nobis exemplo esse deberet, ne propterē minus grati; quod iam beneficium acce-  
perimus, quām qui illud expectabant, esse videantur. Iustus eius. quia de Meſia uidebat esse fes-  
monem,

monem, iuſtum, & saluatorem pro iuſtitia, ac salute dixit uulgatus. quod iam ſuprà annotauit  
etiam ex iuſti sermonis, & uocum Hebraicarū id ipsum ei licuisse. Maniſtum est autem, quod cùm  
iuuerſa noſtra iuſtitia à Christo promanauit, iuſtitia noſtra, & eccl[esi]a merito Christus dicatur, &  
ſalus . Vt ſplendor . magnum futurum euangelij fulgorem paſſim ſacra littera testantur, ut de  
aduentu in mandatum, & predicatione euangelij intelligendum uideatur illud Euangelij; ſicut fulgur  
exit ab oriente, & paret uſque ad occidentem, ſic erit aduentus filii hominis, quod uidelice innotefce-  
ret breui tempore, & haud uulgari ſplendor, ut non audiendi eſſent qui dicere, Ecce hic, aut ecce  
illuc eſt Christus. quod enim de Christo credere debemus, per totum orbem, uel pueri decantarent  
per mille quingentos annos, ut impium fit Christiani aliud nunc euangeliū, ſeu (ut illi loquuntur)  
reparationem euangelij audire. Lampas. lapid idem, quod lampas Gracis, ac Latinis, conſen-  
tiente uoce. A cendatur, uel ardeat: dicitur autem teda, & ſplendor Tcionis: quia de Tcione  
exibit lex, & uerbum domini de Ierusalem: & principi in euangelio fuerunt Iudei.

2 Et uidebunt gentes: cùm enim in tenebris mundus ageret, non poterat non uideri fax, & ſplen-  
dor, qui per orbem diſcurrebant. hoc planè eſt, quod ſub ſinem superioris capitis dixerat, quod ger-  
minare faceret dominus iuſtitiam coram omnibus gentibus. Cuncti: non ita, ut ſonant uerba,  
acciipienda ſunt, ſed quemadmodum illa Pauli, quibus iam ſuo tempore dicebat prædicatum euange-  
liū omni creature, & que ſub cyclo erat. Nominabit: ad uerbum dicendum erat, quod os domini  
perforabit: tranſfertur enim Hebreis uerbum excauandi, ſeu perforandi, ad ſignificandam eam no-  
tationem, ſeu exarationem nominum, aut rerum, que perforationibus quibusdam ſiebat: in malum ac-  
cipitur Job 3. hic uero in bonum: eſt ergo ſignare, ſeu notare, ut Genef. 30. Excau mercedem tuam,  
id eſt, nota, ſigna. quale uero ſit hoc nomen, mox uerſ. 4. explicabit.

3 Eris corona gloriae. quod h[ic] dicit priori uerſu membro, repetit in posteriori. ſolent autem  
corone regum ex auro, & lapidibus pretiosis fieri: que eſi capiti imponi conſuenerint, innat. tamen  
in manibus habere ad earum pulchritudinem contemplandam, uel alludit ad coronas, qua ex floribus  
fiant. uel certè illud, in manu, Hebreis ſape per pleonasmum additum: alioqui chorus Ap[osto]lorum  
apud dominum, & in oculis eius pretiosus erat, ueluti corona regni: ſicut autem quia corona inſignitur,  
regem ſe merito putat: ita dominus I E S V S. Dei filius tunc ſe regem reputauit, quando ſibi addi-  
ctos homines illos aſpexit. unde cùm primū eos ad prædicandum amandauit, dicebat uidelicet ſe Sata-  
nam, tanquam fulgor de calo cadentem: quaſi iam regnum diaboli euerſum, per illorum hominum præ  
dicationem uideret: per hos enim orbem terræ poſſedit. ade, quod ornati fuerunt omni lapide pretio-  
ſo. Quanta, queſo, eſt illorum hominum gloria, ex quibus ſui regni coronam ſibi conficit Deus?  
Diadema. q[ui]c cidaris, tiara, pileolum rotundum, non acuminatum erat, quo reges, ſacerdo-  
tes, & iudices uelabant. uide Zach. 3. & ſuprà 22.

4 Non uocaberis &c. terrestris illa Ierusalem deserta manſit: at iſlae, de qua eſt fermo, in ater-  
num non erit deserta, neque afflatio, ut loquuntur Hebrei: eſt enim initum cum ea fœdus aternum.  
Sed uocaberis. quanuus particula 'd', aduerſari aliquando accipiat, non male tamē h[ic]  
ſuo more pro rationali accipi poterit: quaſi propterē credendū ſit, non ultra uocandam defertam,  
quod uocari iam iam deberet heſciba, id eſt, uoluntas mea in ea, ſeu beneplacitum meum in ea, uel  
cum ea. Qui autem fieri potest, ut ea ciuitas deſoletur, qua hoc nomine ex ore Dei appellatur? hoc  
eſt enim illud nomen nouum, de quo ſuprà uerſ. 2. quod propterē forte dicitur dominus ore ſuo exca-  
uaffe, quod non ſine induſtria, & labore inuenitum ſit, ut ea, que exſinduntur, & effodiuntur: quaſi  
ſignificet propheta, eſſe hoc nomen ſumma prudentia adiuuentum: ſicut nos Lufitani dicimus, ego illi  
hoc nomen, & dignitatem effodi, id eſt, mea induſtria & beneficio ad illum honoris gradum conſen-  
dit, non merito, non uiribus suis &c. Quanti autem Dei filius emerit, poſſe nomine hoc appellari par-  
uum illum gregem, quanta prius pertulerit, facile intelliget, qui euangelium perlegerit: unde il-  
lud, O generatio incredula, uisque ero nobis? uisque patiar uos? quod ad diſcipulos uideretur  
dictum: nam dicit, propter incredulitatem non potuiffe eos da monitum liberare: & rufus, Adhuc  
& uos ſine intellexi eſtio? & infinita alia, qua illorum rudimenta coargunt, quare Dei filius incredi-  
bili tolerantia peruenit, ac dolauit: ut tandem fierent corona regni, & ei eſſent quām gratissimi, &  
acceptissimi. quod notat nomen illud heſciba. huic cùm nemo poſſit refuſere, merito pro cauſa q[ui]c-  
gnatur, quod non ultra ſit defolatio, ſed neque terra ipsius. nam uoluntas quoque domini in ea, uel in  
eam erat: non ſolum enim Ap[osto]lorum collegium, ſed eccl[esi]am illorum, qui credituri erant, per eos  
ualde dilexit, ut illorū delicias suas eſſe duceret. Huc faciunt uerba illa Pauli, quibus ait; Eccl[esi]am  
ſuam ſic dilexiſſe, ut ſe pro illa traderet, & mundaret eam lauacro aqua in uerbo uitæ: ut tandem  
eam exhiberet non habentem maculam, aut rugam. quare non dubito, quin ad hunc locum facta ſit  
alluſio in uerbis illis angelicis in natuitate domini, quibus Deo gloriam, & in terra pacem, hominibus

illis, prorsim in quibus dominus sibi complacuerit cecinrent: legendum enim cum uulgato existimat, homines uero *Graecos*, iuxta hebraicorum, quem paucum retinent Apostoli, etiam si *Grecos* scriberent, sunt homines accepti, seu grati, & in quibus Deus bene placet, ut loquitur scriptura. tunc sanè uocata est illa regio, uoluntas domini in ea: immo postquam redemptio fuit consummata, habuit ecclesia, unde sic uocari posset: quod ad ueritatem oracula sufficit. Inhabitabitur: iam precesserat participium eiusdem uerbi, pro quo uulgatus dixit, inhabitata: non quod ea esset uis uerbi, sed sensum utique reddens: latissime enim patet uerbum *hy* *Hebreis*, ut saepe iam dixi: adeoque pro rei circumstantia uarie reddere oportet: et de terra dicitur, quando terra habet, qui se cum amore fruatur, ut quando qui in ea nati sunt, in ea absque timore habitant: dicitur quoque de uxore, & sponsa, ut mox sequenti uersu.

5 Habitabit iuuenis cum uirgine: ubi iuxta propriam uerbi significationem dici posset, fructus inuenientis uirginis, id est, iuuenes sibi in uxores ducent uirgines, quod tempore pacis fieri solet: nam belli tempore, delectus fit inuenient, neque datur orium ad nuptias contrahendas. arbitror autem hoc uerbum reddidisse Paulum, cum ait: Ego te fruar in domino: notatque dominum quoddam, & auctoritatem. Gaudebit sponsus. nomen est *Hebreis*, gaudium, ut uideatur supplenda nota similitudinis. quale gaudium est sponsi propter sponsam, si gaudebit de te Deus tuus, hic respxit Iohannes, cum ait de Christo: Qui habet sponsam, sponsus est &c. Si Christiani lector pro dignitate hoc loco consideres, quid sit cum, qui se ipso felix abunde est, uoluptates, & delicias suas in homine collocare, homines sibi desponsare, in illis complacere, illis frui, illis gaudere, quemadmodum sponsus de sponsa dilectissima: non dubito, quin indignum nimis tibi uideatur, abieclo Deo, alias tibi delicias, quibus fruari, & quibus te addicas, perquirere: quod uelut ingens malum hoc ipso uerbo usus obicit Malachias 2. Profanavit Lebuda sanctitudinem Iehoua, quam dlexit, (id est, cultum, & religionem a Deo institutam) & fruitus est, filia Dei nostri: seu adamauit &c. duxit eam in uxorem, ut ea frueretur &c.

6 Super muros &c. solent in muris excubare uigiles, ne hostes noctu irruant in ciuitatem: interdu quoque speculatori in eisdem constituantur, ut annuntient, que ex longinquuo aduentare intellexerint. hoc munus in ecclesia est predicatorum uerbi Dei. Hic mihi prophetas significare uidetur Iesaias, quos semper habuit ille populus. hos (quandoquidem se immortalem non esse uenerat Iesaias, neque ad tempora usque Messia uicturum) exhortatur, ut munus suum exequantur: prius tamen ad ipsam Ierusalem uerba facit, ut hoc pro non uulgari Dei beneficio agnoscat. Sunt autem uerba domini, Non tacebant die, ac nocte: semper mittam ad te, qui te uenturorum commonefaciant. hoc est, quod apud Ieremiam dicitur, de nocte surrexisse dominum ad mittendos prophetas &c. deinde ad ipsos prophetas conuersus ait: Qui reminiscimini &c. uel, qui commemoratis, qui facitis, ut alii remiscantur, id est, uos, quorum munus est facere, ut uigcat memoria Dei inter homines: quos enim custodes, & uigiles appellauerat, hos hic uocat commemorantes Iehoua, id est, qui predicant uerbum Dei, & faciunt, ne alii sui obliuiscantur, sed timeant, & mandatis eius obedient, prophetas uidelicet, & sacerdotes legis Dei interpretes. Ne taceatis: hebr. Ne silentium uobis: construitur autem cum uerbo sequenti uerbus.

7 Et ne detis silentium ei: neque uobis, neque ei silentium detis: & in utroque loco silentium pro quiete accipiendum est. nam ipsum uerbum & silere, & quiescere notat: sicut *Graecis* *Hydrois*: quia quae quietant, silent. Ne detis, inquit, quietem uobis, neque Deo ipsi: sed eum aspiciuinterpolate, ut promissis slet, & populi sui misereatur: hac spe populum confirmate, & de futura Israels, & Ierusalem felicitate uerba faciendo nullo unquam fastidio teneantur: ne, queso, quiescatis. dixi quidem de me, quod non quiescerem, quoque oriretur Christus: id profecti fecissem, si ad ea usque tempora uiuarem: sed cum mihi prius moriendum sit, uos, qui futuri generationibus in ministros, & custodes Ierosolymorum constituemini, pro me id facite: erit hoc unum desiderij mei solatum, si intellexero, non deesse, qui Deum pro sua ciuitate sollicitent; neque quietant, Quousq; stabilias &c. seu confirmet, & adimplat qua promisit: uel utrumque uerbum more Hebreorum simul est construendum: stabilias, & ponat, id est, firmator ponat, immobiliter statuat, Ierusalem laudem in terra, id est, felicem reddit, ut eam merito omnes gentes laudent, & sit totius orbis gaudium, ut alibi dicitur: quod certè per Christum contigit: noua enim Ierusalem ex uerbi illis Israëlitis constans, grex ille pusillus, qui fuit lux mundi, gaudium fuit totius orbis: tum quia uerum gaudium animorum mundo inuixerunt, tum etiam, quia toti mundo fuerunt ipsi iuicindissimi, & eos, ut felicissimos ex illa exiuit uerbum latitio per totum orbem.

8 Iurauit dominus &c. explicat, sed figuris quibusdam, quod letitia implenda esset Ierosolyma, simulque

9 simulque rationem reddit, quare non debeat tacere ministri uerbi. iurauit enim Iehoua, quod Ierosolymitanu triticu suo, ac uno suo deinceps fruerentur, non hostes. pacem hæc optant, ut de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso: neque enim bona noua Ierusalem rapinis hostium patebunt: solidam, & uera sunt: & que nemo ab initio auferat, ut iam exposuimus in superioribus.

10 Transite &c. congregandois in Ierusalem significat filios Dei, qui erant dispersi. adhortatur ergo ueros illos Iraelitas, ut celeriter exentes, per portas ciuitates præparent itinera aduentantibus dispersis, quis certè nihil aliud significant, quam ex Ierusalem celeri cursu ituros discipulos domini per totum orbem, & ingenti conatu nihil non facturos: quod tandem, non quidem ad terrenam Ierusalem, sed ecclesiam Christi, quotquot præordinati erant, ad uitam aternam peruenire possent. & celerem guidem cursum significat illud repetitum uerbum, Transite transite: diligenteriam uero, & summu studium quæ sequuntur. Præparare uiam &c. hoc primò facere deberent predicatores uerbi, ne in via domini sint, quæ oculos uocatorum, uel uenientium offendant, sed incunde sint uia, & ad ambulandum fruorent. hic quoque facit, quod sequitur, Planum facite a hebr. sternite, sternite: quod idem est, quod planum facere: sed repetitio studium commendat. Eligite lapides: ita quoque Hebrei interpretantur: sed non video, cur סכְאָבָן non sit munire terram, seu uiam laudibus munire, neque ab re: hic autem constructione hanc interpretationem exigere uideatur. Complanata autem itinera lapidibus per ordinem stratis, minori labore conficiuntur: neque aquis pluvialibus facile uiantrantur. Quod certè etiam studium commendat predicatorum euangelij: ad quos manifestum est pertinere quod sequitur de extollendo signo ad gentes: per crucis enim prædicationem uocandæ erant gentes. Omittit, quod allusio sit ad militandi rationem: nam Christus dominus imperator est: & qui in eum credunt, in militum numerum, datis nominibus, computantur. qua omnia sequenti uerbu explicantur.

11 Ecce dominus &c. solent milites extollere signum, & tuba canere: ita dominus audiri fecit per totum orbem hoc, quod sequitur, nempe, quod dictum fuerit Tcion: Ecce saluator tuus uenit &c. hoc est Apostolorum predicatio, nempe, quod quem sperabat Tzion, redemptor iam uenierit: quod Deus in mundum uenerit, & ex Iudeis carnem suscepit. Sed quosq; hoc gentibus nuntiabitur? nimurum, ut uelut eius salutis participes fieri, & in eum Deum credere, qui scit olim promisit, sic fecit: ei Deo, inquam, uelint adhaerere, qui hominum amator est: unde Magi gentium primitia interrogant, Vbi sit natus rex Iudeorum? quid nobis, & regi Iudeorum? Deus est: eum adoratur uenimus: et si enim Iudeis tantum promissus est, & eorum Deus, & rex peculiariter ratione dictus est; Deus tamen cum sit, nequit omnino fieri, ut homines, quos condidit, despiciat: habeat nos uel secundo sitem loco, ac se adorari a nobis permittat: quoniam Deus, omnium est Deus. Hoc audiri fecit in terminis terra, hoc prædicari, quod consolatus sit dominus populum suum, redemerit Ierusalem, ut dicant gentes; Venite, ascendamus in montem domini, & ad domum Dei Iacob: & ambulabimus in semita eius, in hunc certè usum gloriabitur apud gentes de impletis promissionibus factis patribus Iudeorum. Sed quid dictum est Iudeis? Ecce saluator, uel salus: sed de persona est sermo: hoc certè eis dictum est per Ioannem Baptistam, quando eis eum digitu ostendens, dicebat: Ecce qui tollit peccata mundi, & multa huicmodi. hoc ipsum eis dixit ipse IESVS uebris, & operibus. hoc multi ex eis agnouerunt, & dixerunt, quod effet ueru saluator, qui ante a diecibatur uenitrus: neque enim illud, dicit, certam personam respicit; sed perinde est prophetis, ac duci poterit: Ecce merces eius &c. hoc quoque Tzion dici poterit, quod cum saluator ueniat merces eius, id est, non tardabit, quin in mundum posseidat: hac enim merces aduentus, & laboris eius, iuxta illud, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Illud, soror eo, cum eo, summa accele rationem significat, & q; breuius tempore mercede effet percepturus, & gentes effent subiunganda: hæc quidem audire Tzion, omne gaudium superabat; gentibus uero prædicatum est, hoc iam audisse Tzion, nimurum, ne ipse tardaret uenire, audientes, & Iudeis ex promissione aduenire redemptor: sibi uero ex misericordia. denique quod non Iudeorum effet Deus tantum, uerum & gentium: immo, quod pro suo labore, tanquam primum, gentes quoque sibi adscisceret: & parum putaret, si tantum Israëlitas uocaret. in aliis autem Apostolorum legitimus, quod cum hæc gentes ex ore Pauli audissent, gaudi se sunt, & glorificauerunt Deum. idem autem hoc loco est opus, & merces, ut iam supra ostensum est, ex locis Lexit. 19. & Deut. 24.

12 Vocabunt eos &c. illos populos, ad quos signum eleuabitur, de quo uers. 10. illos, inquam, qui in extremitate terra audierunt, quid Iudeis acciderit, qui pro mercede dati sunt Christo, & ad Ierusalem properabant: illos, inquam, uocabunt populum sanctum: omnes enim Christiani olim sancti dice-

bantur : ipsam uero Ierusalem dicit uocandam esse ciuitatem requisitam , id est , dignissimam , quam omnes gentes ambient , & quererent ; & ad quam omnes alacriter properarent , nullis itinerum difficultibus , aut incommodis retardati , nusquamq; amplius develinquendam , aut defersendam , ut contigit terrena illi Ierosolyme , que sepius deferta , & derelicta fuit . Tu autem uocaberis , uel tibi uocabitur , seu nomen imponetur , in participio autem requisita intelligimus , quod non solum restauanda esset , sed & felicissima foret , sicut ciuitates illae , ad quas scimus ex uarijs nationibus quamplu- rimos , aut usendi studio , aut negotiorum causa sece conferre . Quia sunt autem ecclesie diuitiae , se- pius apud hunc prophetam uidisti . Verum enim uero propter ea , que sequuntur , alteram expositionem horum duorum uersuum apponendum duxi , que mihi simplicior uideatur , quamvis superior non sit inepta . Significauerat uers . 3. adducendas ad ecclesiam gentes per eos , qui ex urbe Ierusalem exirent : quare intulit . Extollite signum ad populos : quasi dicat , inferte signa nostra ad quasvis gentes : id ita factum esse statim significat . Ecce dominus auditum fecit ad finem usque terrae , id est , pre dicari fecit , neque quid predicatione fit , exponitur , neque opus erat : ordinem enim rerum tantum indicare solebat , & quam breui Ierusalem ad summam felicitatem peruentura esset , eam uidelicet , quam in superioribus hoc codem capite exposuerat . Vide ordinem ; Exite , parate iter , predicate gen- tibus : hoc ubi factum fuerit , Dicite filia Sion &c. & quia id iam tanquam factum praedicabat , iu- bet , ut ydem predicatores haec , que sequuntur , annuntient Tzion , & dicant ; Ecce saluator tuus uenit : ut non de aduentu in carne hic agatur , sed de aduentu ex deuictis gentibus per euangelium : abiit enim dominus in regionem longinquam accipere regnum , & reuerti . supra autem ostendimus , quod in gratia Iudeorum innuat dominus in scripturis non semel , debellaturum se gentes . debella- tio autem etiis utilis fuerit gentibus , (nam eos potestate Satanae transtulit in libertatem filiorum Dei ) non minus tamen fuit Iudeis , si non desipient , gloria : quandoquidem ad agitionem , & cultum Dei sui adducebantur , qui solus erat gloria , & laus Israel . ergo tanquam rem iuicundam , & diu de sideratam nuntiari iubet Iudeis , quod saluator ipsius rediret , adducens infinitam hominum multitudinem captiuam ; Ecce , inquit , merces eius cum eo , & opus illius coram ipso : ecce adducit gentes , tanquam aduentus sui premium : sicut cum Iacob ex Mesopotamia rediret cum gregibus &c. uel perinde est , ac si dicat ; Si abiit in regionem longinquam suscepturn difficile bellum , non fuit labor eius ini- nicius : secum sui laboris adducit mercedem , ac premium : gentes enim adducit , que omnes dicantur san- ctae , & te laudib[us] celebrent , ut posthac dicaris ciuitas omnibus gentibus exceptata &c. ubi uides uictoriam Christi per Apostolos hac una re constare quod gentes ad fidem , & sanctitatem morum per duxerit , & ecclesiam suam celebrem reddiderit , ut Christo domino gloriam quasi inuidere uideantur qui in culpa sunt , ne aut sanctitas uigeat , aut ecclesia splendor , ac celebritas progressus faciat . si hac sic accipias , non iam difficile fuerit caput sequens exponere , alioqui difficillimum .

## Caput sexagesimum tertium

Noua.

Vetus.

**Q**VIS est , qui uenit de Edom infectus 1 Questes de Bostra [ quis ] hic decorus in indumento suo , gradiens cū multitudi ne uirtutis sua ? Ego , qui loquor cum iustitia , multis ad saluandum .

Quam ob cauillam rubor [ est ] indumen- to tuo , & in uestibus tuis , ueluti calcantis in torculari ?

Dolium calcaui solus , & ex populis non fuit quisquam mecum : & calcaui eos in ira mea , & conculcaui eos in ardore meo : & asperfa est excellentia eorum super uestimenta mea , & omnia indumenta mea inquinau- ui .

Quia

**Q**VIS est iste , qui uenit de Edom , trinctis uestibus de Bosra ? iste formosus in stola sua , gradiens in multitudine for- titudinis sua ? Ego , qui loquor iustitiam , & propugnator sum ad saluandum .

Quare ergo rubrum est indumentum tuum , & uestimenta tua , sicut calcantium in torculari ?

Torcular calcaui solus , & de gentibus non est uir mecum : calcaui eos in furore meo , & conculcaui eos in ira mea : & asperfa est fangus eorum super uestimenta mea , & omnia indumenta mea inquinau- ui .

Dies

Noua.

Vetus.

Quia dies uindiæ in cor meum , & an- nus redemptorum mcorum uenit .

Et aspexi , & non erat auxiliator : me ip- sum deuoui , neque fuit sustentator : & opé mihi talit brachium meum , & ardor meus ipse me sustentauit .

Et conculcaui populos in ira mea , & inebriauit eos in ardore meo , & descendere feci in terram excellentiam eorum .

Mifericordias Iehoua commemorabo , laudes Iehoua iuxta omnia , qua retribuit nobis Iehoua , & multiplex bonum do mui Israels , quod retribuit eis secundum commiserationes tuas , & multitudinem misericordiarum tuarum .

Et dixit ; Forsitan populus meus ipsi , filii non fallaces erunt : & fuit illis in salua- torem .

In omni angustia eorum non coarctauit eos , & Angelus faciei eius saluauit eos : in dilectione sua , & in indulgentia sua ipse redemit eos , & detulit eos , & leuauit eos omnibus diebus faculi .

Et ipsi exaceruauerunt , & contristauerunt spiritum sanctum eius : & conuersus est eis in inimicum , ipse bellum gesfit in eos .

Et recordatus est dierum faculi Moses 10 populus eius : Vbi est , qui ascendere fecit eos de mari cū pastore gregis sui ? ubi est , qui posuit in medio eius spiritum sanctum faculi ?

Qui ambulare fecit ad dexteram Moses 11 brachium decoris sui : qui dissecauit equas ante eos ad faciendum sibi nomen sempiter- num .

Qui ambulare fecit eos per abyssos , ue- luti equum per desertum , non impege- runt .

Quasi animal [ quod ] per uallem de- scandit , quod spiritus Iehoua dimittit : sic abduxisti populum ad faciendum tibi no- men decoris .

Respic de caelo , & uide de habitatione 15 sanctitatis tuae , & decoris tui . ubi est zelus tuus , & fortitudo tua , & multitudo uisce- rum tuorum , & miserationum tuarum ? super me erga me continuerunt fe .

Quia tu pater noster , quia Abraham non nouit nos , & Israël non cognovit nos .

Quare errare nos facis Iehoua de uis 17 tuis :

4 Dies enim ultionis in corde meo , annus retributionis meæ uenit .

5 Circumspexi , & non erat auxiliator : quæ- fini , & non fuit , qui adiuuaret : & salua- uit mihi brachium meum , & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi .

6 Et conculcaui populos in furore meo , & inebriauit eos in indignatione mea , & de- traxi in terram uirtutem eorum .

7 Misererationum domini recordabor , laudem domini super omnibus , qua reddit nobis dominus , & super multitudinem bo- norum domui Israël , qua largitus est eis secundum indulgentiam suam , & secundum multitudinem misericordiarum sua- rum .

8 Et dixit ; Veruntamen populus mens est , filij non negates : & factus est eis saluator .

9 In omni tribulatione eorum non est tri- bulatus , & Angelus faciei eius saluauit eos : in dilectione sua , & in indulgentia sua ipse redemit eos , & portauit eos , & eleuauit eos cunctis diebus faculi .

Ipsi autem ad tracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sanctum eius : & conuersus est eis in inimicum , & ipse de- bellauit eos .

Et recordatus est dierum faculi Moysi populi sui : Vbi est , qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui ? ubi est , qui posuit in medio eius spiritum sancti sui ?

Qui duxit ad dexteram Moyse brachio maiestatis sua : qui scidit aquas ante eos , ut faceret sibi nomen sempiternum .

Qui eduxit eos per abyssos : quasi equum per desertum non impingentem .

Quasi animal in campo descendens , spi- ritus domini ductor eius fuit : sic adduxisti populum tuum , ut faceres tibi nomen gloriæ .

Attende de caelo , & uide de habitaculo sancto tuo , & gloria tua . ubi est zelus tuus , & fortitudo tua , multitudo uiscerum tuo- rum tuorum , & miserationum tuarum ? super me continuuerunt fe .

Tu enim pater noster , & Abraham nesciuit nos , & Israël ignorauit nos , tu domi- ne pater noster , redemptor noster , à sa- clo nomen tuum .

Quare errare nos fecisti domine de uis 17 tuis :

Pp tuis :

Noua.

Vetus.

tuis, indurasti cor nostrum, ut non timeamus te? conuertere propter seruos tuos, baculos hereditatis tuae.

At modicum occuparunt populum sanctum tuum: coarctatores nostri conculcauerunt sanctuarium tuum.

Fuimus (uelut) à seculo [ quando] non 19 dominabaris in eos: non inuocabatur nomen tuum super eos.

tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos tribus hereditatis tuae.

Quasi nihil possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam.

Facti sumus, quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

**V**IS est &c. inferat nuntiare Tionis, quod adueniret saluator eius; iam cum appropinquantem cunctati inducit, & de hostibus triumphantem. fideles itaque Israëlitæ triumphantem admirantur: & quis nam sit, interrogant: ignorabant enim mysterium de uocatione gentium, & nix fieri posse credebat, ut gentes fuerint aduentus Messia particeps. De Edom: non dispergit illorum commentarii, qui per Idumeos, & Moabitæ, quorum ciuitas erat Botra, intelligent gentes omnes populi Dei inimicæ, quod isti acerimi essent hostes Israëlis. puto tamen horum duorum locorum meminisse propter etymologiam: nam Edom à rubore dictus est, & Botra à vindemia. gaudent enim prophetæ huiusmodi allusionibus, sicut Danid Ps. 102. Heu me, quia pergraui Mesci: inhabitauit cunctorijs Chedar: Rabat habitauit sibi anima mea. ~~et non est illi autem intelligendum, quod unquam apud Moscovitas septentrionales Scybas, qui aut apud Ammonitas, quorum ciuitas erat Rabat, à multitudine dicta, aut in Agarenorum solitudine, & regione, quæ nomen accepit à Chedar filio Ismaelis, que uox quoque obfcuritate notata, habitauevit Daud: sed ipsis Israëlitæ similes moribus illarum gentium insinuabat: quasi illis tribus non nihil aliud significauerit, quam quod longam moram traheret in obfcuritate, populares suis notans. ita hoc loco propter ruborem, & mustum horum locorum meminit, quod regiones, & quibus redemptor cum triumpho redibit, ueluti sanguine effuso repleta fuerunt: & gentes, ueluti in uendemia uinas, calcauerunt (ut mox narrabitur:) secunda enim percunctatione cum priori omnino eadem est, nisi quod primo uersu interrogatio de persona, secundo de causa. Quis est, qui uenit de Edom, est dicere, Quis est iste, qui rubrum habet uestimentum, & illud tintilla uestibus de Botra? quis est, qui uestimenta gerit musto tintilla? que certè secundo uersu continentur, ut mox explicabimus. Quia uero fuerit hac inquinatio, mox etiam aperiet. Formofus in stola. natare autem oportet, ut facilis sit eorum, quæ sequuntur, intelligentia, quod, eis indumenta erant contaminata, dicitur tamen decoratus in, vel cum indumento suo. Gradiens: non habui aptiorem, quaredderem, uocem, quæ propriè dicitur de eo, qui incedit cum pompa, & fastu, quæ consciens sine dignitatem. In multitudine uirtutis, id est, præferente ingentem uirtutem aliter enim incedunt debiles, & pusillanimæ; aliter qui uiribus, & potentia pollut. Ego, qui loquor &c. in hebr. est, loquens in iustitia, seu cum iustitia. fortè hic iustitia pro ueritate accipitur, ut sive alii, quemadmodum & ueritas etiam pro iustitia, quasi gloriatur, quod sive promiserat, sic adimpluerit, & ultionem sumperferit de hostibus suis; & hostes omnes populi Dei, fidei subiunguerit. uel certè loqui in iustitia, est iudicium iustæ exercere: quo se regem, & iustum esse dicit. hoc enim Messia tribuebant sacra litera, quod iudicium mundo proficeret, & cunctis gentibus ius diceret, ut suprà non sensu annotatum est. Propugnator, hebr. 27 multus: potest & pro principe accipi: magnum enim quoque designat: est, quod supra uerit uulgatus, multus ad ignoscendum: magnus remissionis auctor. iustitiam ergo, & misericordiam suam hic celebrat, sicut qui dicebat; Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine. & licet tam magne sit ad iudicium exercendum, quam est ad condonandum, seu saluandum: cum damnatio ex nobis oriatur, iustificatio ab ipso, non se principem, seu multum, seu magnum dixit ad iustitiam exercendam, sicut ad saluandum. libenter autem utrumque membrum de misericordia dictum acciperem, quasi non loqui se gloriatur, nisi hominum iustificationem, & salutem, nisi de uindicta est etiam hic sermo, ut mox uidebis.~~

Quare ergo rubrum &c. addidit, ergo, uulgatus de suo, ad lucem orationis uerbi primo quis esset, qui rubricatus uenire: hic de causa querunt. Et uestimenta tua: ad uerbum, & in uestibus tuis, supp. est rubor,

3. Torcular calcaui solus: hac significant uictoriam, quam de gentibus Christus reportauit, prædicato

dicato enanglio, & captiuatis gentibus in obsequium fidei. suit itaque magna cedes spiritalis. dicuntur autem conculcatio, qualis est uaruum, nimirum, quod omnem suam uirtutem, & succum, & quidquid laude dignum eis uerat, Deo depropulsivum. His uero similitudinibus uituit, ut carnali expectacioni Iudiciorum satisfaciat, qua uictorem, & stragem edentem, & colla regum prementem, ex scripturis explicant Messiam suum. ita uero huic opinioni satisfacit, ut interius eos ad spiritalem uitioriam hæc, & similia, qua in alijs scripturis legerint, doceat referre, ut in sequentibus videbitur: præter hoc, quod sub finem capituli superioris dixerat, illos, quos adducebat ex gentibus, nocando populum sanctum: & primo uerbi huius se multum esse ad salvandum dicebat. maior siquidem uitioria censeri debet gentibus, moribus depravatis, & nibil, nisi peccare scientibus, religionem, & fidem Christi probabilem facere, ut desertis diis suis, & legibus carnis, & sanguinis Christum dura imperante sequentur, quam si duobus exercitare, omnes trucidaret. Solus: ut intelligamus soli Christo uictoriæ illam adscribendam: nam quis ad illud munus euangelij (inquit Paulus) idoneus esse potuisse? quidquid illi efficerunt, ut instrumenta Christi fecerunt. addit, quod cum præcipua uictoria huius pars sit remissio peccatorum, & reconciliatio mundi cum Deo, mortis, & peccati damnatio: hæc autem omnia solus Dei filius moriens in cruce peregerit, quamvis ciectionis ex orbe tyramni, ministri fuerint Apostoli, & uerbo Dei efficerint, ut hac bona ad gentes manarent, merito tamen saluator sive solum uisus dicit, qui torcular calcarit, id est, iugum gentibus imposuerit: neque ex uniuersa hominum multitudine quenquam extitisse, qui manum apposuerit illi operi: quod ueribus sequentibus explicatur. Et conculcaui eos in ira &c. nomen ira, ac furoris rem obscurant. nam si misericordia fuit, gentes fidei subiungare, ut planè fuit; neque aliud canunt scripta prophetarum, & Apostolorum, quam gentes super misericordia laudare Deum, dices, Quia nam fuit istuc ira? quis furor? Vide el. 16. que super a. cap. 16. uers. 16. & sequentibus annotatum: ferè enim eadem sunt, que illuc, & hic dicit prophetæ. illuc enim, ubi dixit, dispergit in oculis domini non esse iudicium in terra, addit, quod semetipsum exhortatus est, ut salvare uellet. quod cum fecisset, finem uitioria commemorans ait; Timebunt, qui ab occidente nomen meum &c. ergo indignatio erat ob peccatum, & peccati tyramnidem: quod non solum homini nocebat, sed ipsis quoque Deo iniuriam faciebat. misericordia uero in ipsis captiis, quorum uicem dolens eis redemptor aduenit, ut ibi etiam explicatur. conculcatæ sunt ergo gentes a Christo cum furore in ipsum, scilicet peccatum, quod in illis regnabat, & cuius partes etiam illæ tuebantur: repugnabant enim etiam ipsimet peccatores saluti remedio suo: sed tandem uicti succubuerunt. A spersus est sanguis eorum: ceterum nomen, quod hic sanguinem uertunt, n. 16., nusquam in hac significatione accipitur, nisi hic, & uersu 6. ubi tamen uulgatus uirtutem uertit. quo fit, ut putem, Rabinos sic existimatæ uertendum, quod uerbum affergere id postulare uideretur. ego uero hac uoce uti uoluisse prophetam existimo, ne de cæde corporali intelligeretur esse sermonem, sed illam uestrum tinctiōnem figurare accipiendam. nam nomen in scripturis solet coniungi nominibus magnificentia, fortitudinis, decoris, & confessionis. ergo hic pro excellentia accipere possumus, uel sustentatione, id est, iis, quæ sustentant: uel pro laude, & iis, quæ ad laudem uictoriae facebant, quasi significet in indumentis uictoris potuisse quemvis uideret, quas gentes debellasset: quod spolijs earum ditatus rediret. et si dicas nomē significare uictoriam, idem ferè sensus est. A spersus autem uictoria uelles dixit poetice pro uictoria signis, nempe sanguine hostium, ut hac ratione credam uulg. sanguinem uertisse, non quod crederet id uocem significare.

Dies enim ultionis: ordinem rei narrat. conseruerunt enim scriptores sacri, ubi rem quampliā quodam ueluti compendio significarunt, quasi rogati, ut ab initio ordinem rem exponant, iterum altius repetito exordio, rem, pro ut geste est, describere. quod animaduertere oportet, ne in biusmodi repetitionibus hæreat lector. ergo sic accipe, ac si dicceret, Ultis rei ordinem intelligere? dicam. Venit in cor meum dies ultionis, id est, uenit mihi in mentem tempus esse, seu oportunum esse, ut ultionem de hostibus meis aperem, & esse annum, seu tempus, quo iam diuidum patet decreuerat sios redimere. tunc ergo aspexi &c. quæ omnia exposita sunt suprà cap. 59. uer. 16. & sequentibus. & propter hostes quidem, dies ultionis dicitur: propter homines autem dies redemptionis; sic enim in uulgata editione legendum est, ut etiam legit Hieronymus in commentariis. In corde meo, uel in cor meum: more hominum loquitur, quibus de nouo solet res in mentem uenire: Deo autem omnia simul adjunt. Annus redemptionis.

Et circumspexi &c. conuenient cum uerbis cap. 59. uer. 19. illuc dicitur, Non sicut uir, hic non fuit adiutor: illuc non fuit intercessor, hic non fuit sustentator: illuc quod iustitia sustentauit, hic quod ipsa indignatio. indignatio enim ex ipsa sanctitate, & iustitia Dei procedebat, quæ diuini imperium peccati ferre non poterat. cetera conuenient. ut tamen uim uerbi aliquo pacto exprimerem, dixi, me ipsum deponui. significat enim uox Hebreæ sese piaculum, seu, ut loquitur Paulus, peccatum face-

re, nimis ad expianda aliorum peccata.

6 Et conculcaui populos &c. exposita sunt hæc uers. 3. Inebriare autem in scripturis, est ingentes tribulationes ueluti propinare, & magnis calamitatibus afficere. Detraxi, uel descendere feci. Virtutem. iuxta duplēm expositionem nominis **πειθα**, quam supra habes uers. 3. duplēciter hic interpretari poteris, uel de excellentia eorum, uel de nictoria, id est, sanguine signo nictoris. Notandum autem idem esse in scripturis calcare torcular, & inebriare, sicut in Thren. Calcarii torcular filiatione, & inebriare calice iræ &c.

7 Miserationum &c. postquam propheta denuntas per euangelium gentes, ac triumphum Christi de hostiis suis narravit, anno (ut existimò) uidem, multa prius Iudeos passiuros, ac demum adueniente redemptore, peius habitueros, & in peccatis permansuros, orationem ad Deum fundere decreuit, quæ durat usque ad finem capitū sequentis: qua antiqua beneficia in Israelem collata commemo rat, nempe electionem in populum Dei, introductionem in terram promissam &c. deinde ob ingratiudinem captiuitatem Assyriorum, & Babyloniorum, & plures alias calamitates perpeccum Israelem inducit conquerentem, & aduentum Messias exoptantem: tertio aduenisse, ut optabant, commemorat, & uebementer dolet, quid nihil habeat Israël: tandem quæsi sentiret abiecisse dominum popu lum suum, non sine magno dolore orationem claudit: cui responder dominus cap. 65. Quam seriem qui non animaduerterunt, multa proter rem afferre coguntur: alacritum autem, quia Rabinos sequuntur. Recordabor, uel commemorabo. Volo, inquit, breuiter commemorare misericordias domini: quod exponus ait; Laudes domini iuxta omnia &c. Volo laudare dominum pro singulis populo suo collatis beneficijs, & multis bonis, quæ in Israelem contulit, pro infinita eius misericordia. & licet in hac oratione, seu hoc canto, dura, ut dixi, comprehendat; neque peccata populi, aut abiectionem silent, uideatur que canticum lugubre, quia quam iustus, & rectus sit dominus, intelligebat, canticum laudationum domini uocat: estque uersus hic, ueluti cantici titulus, & exordium.

8 Et dixit: nempe olim dominus; Veruntamen, uel fortasse: est enim **τύπος** interdum omniantis, sicut Ps. 119. Forsan tenebra obruerunt me &c. hac autem referenda sunt ad electionem Israëlis in populum Dei, antè quam educerentur ex Aegypto: quasi dicat dominus, Volo ex omnibus gentibus hunc populum in meum accipere: et si enim sunt homines, sunt tamen ex semine dilecti mei Abraham: fortassis populus meus ipsi, id est, fortassis isli, qui populus meus sum, & quos in populo meum eligo. Filij non negantes, uel non fallaces erunt. est enim uerbum futuri **τύπος**. manifestum quidem est, multò ante notum Deo fuisse, quales illi futuri essent. sed nihil aliud hac no tant, quam si ex ipsis rebus petendum esset iudicium, illud potuisse prudentem quæpiam hominem sperare, proper patrum sanctitatem, & fidem, qua suos filios imbuerant, & pactum circumcisio nis &c. Et factus est eis salvator: cum igitur fidelitatem sibi promisisset, hac spe concepta factus est eis in salvatorem, eos educens de terra Aegypti in manu ualida.

9 In omni tribulatione &c. id est, quantacinque in eos ingruerent mala, non permittebat eos succumbere, aut calamitatibus opprimi. Non coarctauit eos Deus, id est, non permisit eos coarctari: uel ipsa angustia non arbauit eos: uel in omni angustia eorum, non angustia scilicet fuit. insecuri sunt Aegypti a tergo, ex altera parte montes, à fronte mare erat, in arbo positi esse uidebantur; tamen non sunt coarctati. idem in penuria panis, & aquæ, & ceterorum omnium per quadraginta annos in deserto. est, quod Paulus ad Corinth. dicebat, In omnibus tribulationem patimus, sed non angustiamur. nam aut suos eripit ex angustia dominus, aut certè, ut Paulus item ait, Sicut abundant tribulations, abundant & consolations, & consolatur suos in omni tribulatione eorum. quare exstimationem figuramentum esse Rabinorum, ut **τύπος** pro **τύπῳ** accipiatur: quod tamen plerisque ex nostris plausu video: Rabinii autem ita uoluerunt, ut haberent, quo confirmarent aliud figuramentum, cap. 39. ubi nos legimus, Et Israel non congregabitur, illi legunt, Israel ipsi congregabitur. quæ quantum à se distinet, nemo non uidet. Angelus faciei eius. de illo Angelo, qui comitatus est Israëlitas per desertum, est sermo: quem uocat Angelum facie Dei, qui uultu Dei assistebat, uel qui faciem, & presentiam Dei referebat, & loco Dei illis aderat. Indulgenter. notat sapiens in deserto, & in terra etiam promissionis peccasse, sed illis induluisse dominum, & pepercisse ex gratia & amore, quem erga eos gerebat: iccirco per longum tempus illos detulerit, portauerit, leuauerit, id est, à malis eripuerit, & ad magnam gloriam euexerit: habuerunt enim potentissimos reges, ingentes diuitias, opinionem sanctitatis ob cultum, & templum, fueruntque toti mundo celebres. neque enim alteri unquam nationi talia Deus fecit &c. Quia felicitas per plures annos durauit, indulgentia sepius domino, & ad eorum scelerum coniunctu, quoque tandem eum exacerbauerunt.

10 Ad iracundiam &c. ad idolatria referendum est, & ad prophetarum occisionem. istis enim uidetur spiritus Dei marore affici. Post multa beneficia, postquam multis annis indulserat, tandem diuitius

diuitius sustinere non potuit, & ab indulgentia in iram, à dilectione in inimicities propter eorum sceleram mutatus est. quare sequitur, quod conuersus sit eis in inimicum: possunt enim multiplicata scelerata indulgentissimum patrem in hostem conuertere: ut nideas, quales nos erga peccata gerere debeamus. quo enim loco ducaret quis hominem, qui amantissimi patris uoluntatem abs se alienaret, qui indignatus multum posset incommodare, hereditate pellere, omni reip. functione priuare? hoc certè loco habere debemus iniquitates. Ipse debellauit eos, uel bellum gessit in eos: nam ipse sibilabat; musca, & uesper signum leuabat; exercitus ciebat; & à Deo infestati hostes in Israelem proficiscebantur, ut supra iam uidimus. Hac refero ad bella, & excidia, quæ ab Assyriis, & Babylonis passi sunt Iudei, & ad eas calamitates, quæ pauci sunt post redditum è Babylone.

11 Et recordatus est: ut constet series, cuius maxima habenda est ratio in propheticis orationibus, de populo accipio, quasi dicat, in medio illorum malorum, cùm in captiuitate agerent, aur cùm dira pati se uiderent, recordabantur dierum facili Mosis: & in hunc modum dicebat, Vbi est &c. in nominandi ergo casu uerti potest, populus eius. Populus eius recordatus est dierum facili Mosis, dicit, Vbi est &c. ita solebant antiqui expositurale cum Deo, ubi est Deus Helia, etiam nunc &c. id est, quid non modo sic, ut tunc subiungit? Cum pastoribus, uel pastore, nempe Mose gregis eius: antecedens ponitur pro relatio, id est, cum pastore suo: cum pastore, qui eos regeret &c. Spiritum &c. potest hoc ad uentum, qui mare exsiccavit, referri, quod in medium mari spiritum uele mentem immisit: uel ad Angelum, qui in medio Israëlis erat: uel etiam ad ipsum Dei spiritum, quo afflatus Mose, & Aaron populum regebant, & indicabant &c.

12 Qui duxit, uel ambulare fecit. Fecit, inquit, ire ad dexteram Mosis brachium decoris, seu gloria sua: erat quippe à dextris Mosis uirtus, seu potentia domini, ad miranda perpetranda, sicut qui dicebat? A dextra est mihi, ne commouear.

13 Spiritus domini ductor eius fuit: deest relatinum, sicut animal, quod spiritus Ichonu dimittit, dimittit, relinquit, ut liberè, scilicet incedat, quod libuerit. Ut faceres tibi &c. quemadmodum Mose, cùm ei dixisset dominus, Peccauit populus tuus iste, quem eduxisti &c. dixit domino, ut misereri uellet populi sui, quem eduxisset de terra Aegypti, alioquin male confuleret nomini suo &c. causam illam, nimis causam Dei faciens: ita isti in suam ipsius utilitatem, & gloriam populum eduxisse auunt, ne ipsis, tanquam rem suam, uellet perdere.

14 Attende, seu respice: cùm Deum deprecamur, ad calum mentem inbemur attollere, ut Deum natura ab omnibus, quæ sunt in terra, alienum existimantes, & mentem quoque ab istis abstrahamus, & illum maiori religione ueneremur. iccirco dicitur calum habitatatio sanctitatis Dei: ubi illa diuina maiestas lucem habitat inaccessibilem: dicitur etiam habitatatio decoris Dei, id est, decora, & quam uidere ualde appetere deberemus. petit itaque Iesuas nomine populi, ut res Iudeorum afficiat, neque se tantum contentus, rei populii obliuiscatur. Vbi est &c. amorem Dei, ea presertim ratione, qua hostes populi sui uxabat, solet scriptura zelum uocare. hunc experti fuerant patres, antè quam in Aegypto seruitute premerentur: hunc populus ipse tempore egressionis de Aegypto, quasi manibus contrectarunt, & sapienti zelo hoc Dei, qui nolebat, ut quicquid populum suum tangaret, experti fuerant, fusi, ac deterris hostibus. huic fore nulla uestigia iam uidebantur, possemeque habebant: ideo rogant, ubi nam est zelus ille, magna cum potentia, quæ uniuersa superaret, coniunctus. Multitudine uiscerum: quid appelleret uiscerum, exponit, Miserationum tuarum. quare & coniunctim etiam uiscerum misericordia dicuntur: singulis pænè momentis miserationes Dei super se sentiebant olim Iudei. cùm igitur Deum natura immutabilis fide agnoscerent, de miserationibus illis interrogant, ubi nam essent. Hinc percipere possumus, beneficia Dei, esse nobis animo semper ueranda, quo alii exoptemus, & petere etiam plura audeamus. natura enim fit, ut nostri in eos propensius sit animus, quos beneficijs affecimus, magisque eos diligamus, (ut est apud Aristotelem) quam à quibus beneficia accepimus. alia igitur ab eodem, ueluti quodam amoris iure, audacter expectabimus, si multa in nos iam collata commemoremus. ideoque David cùm ingentia quadam in se à Deo collata beneficia retulisset, ea esse causam affirmat, cur inueniuit cor, id est, fiduciam haberet, ut oraret coram domino &c. hinc iste Iesuas querimonia. Super me, uel erga me: si hoc membrum affirmatiū legas, magnum doloris sensum habet: si interrogatiū, ingentem, & acrem admirationem: estq; emphasis in pronomine. Quid si multitudinem illam miserationum, quasi in omnes homines, & non in Iudeos tantum acceperis, sensus erit, Vbi nam sunt miserationes tua domine, quas uniuersa nationes experientur? mibi ne tantum denegabuntur? erga me nulla erunt, qui sum populus tuus? &c.

15 Indignum ualde uidetur, ut erga nos continetas miserationes tuas: nam Tu pater noster: tu tu, inquam, nihil enim genus Abraham facimus: iccirco filii Abraham dici uolumus, quod ille seruus tuus fuerit; nullo, nisi te patre gloriamur: nihil nobis cum Abrahomo, aut Israele est, præ te: quod illi, pp. iii

*nobis nisi à te contulerunt, patres nobis fuere secundum carnem, tu illos, & nos genuisti, mortui sunt, & nos tempestate iactamur à te, & illi, & nos pendemus. Si sua merita, si suffragia nobis commendare possunt, non certè, nisi volente, & donante te commodabunt: tuum enim nomen ab eterno est. Ne ex hoc loco heretici putent quidquam se aduersus ecclesiam habere, scito, quod quantum olim in limbo existentes patres uiris filiis prodeesse possent, non usque adeò manifestum est. hoc tamen Christianis omnibus manifestissimum esse debet, longè nunc diuersam esse rationem eorum, qui nos praecesserunt in signo fiduci, & dormiunt in somno pacis, & apud Deum eius gloria fruuntur, ab illis, qui quod èd faciunt efficacius, & libertius, quād dum hic uiuerent, quod maiore, & Dei, & nostri dilectione tenuerunt.*

16. *Quare errare nos fecisti &c. preoccupatio est, quasi quis eis obijceret errata, & effrenem peccandi libidinem: quasi dicam, Si propter nostra scelerata misericordiam denegas, quid est, quod nos errare fecisti? &c. non quòd scelerum suorum auctorem Deum credcent, (quod qui credunt, impii sunt) sed quòd intellegenter potuisse Deum impedire, ne peccarent, scruta etiam arbitrij humani libertate. quod tamen Deus, non nisi illis prestare creditur: qui eius donis grati sunt, & bene utuntur: bos enim sancto femme, & caelesti dono uidetur continere, ne labantur; ingratis autem dimittere: quam dimissionem lapsus sequitur. Hinc fit, ut credam, ob ingratitudinem, qua etiam mortalia criminis limites non attingit) hominem ad amissionem diuinae gratiae disponi. nam cùm Deus speciali auxilio non adest, ille diu in officio nequaquam consistet. illi autem, qui iam lapsi sunt, si se peccatis ipsi submergant, & nullo Dei timore infrenentur, cùm propter huiusmodi scelerata, auxilia, qua passim Deus ad resurgentium omnibus dat, eis nihil proficit, indurantur in peccatis: ut hac tantummodo ratione à Deo indurari dici possint. quòd cùm posset facere, ne indurarentur, non facit: omnia enim, qua sub sole sunt, hac generali ratione Deo tribui possunt. Conuertere propter seruos tuos: innuit, quòd si Deus faciem uerteret, (quam certè peccata eorum auertere fecerant) neque ipsi errarent uis eius, neque cor amplius obdureceret, quinimum timori Dei cederet: quo fieret, ut calamitates quoque cesserent. nam eti dicunt, Deum sibi ipsi errandi causam præbueris; intelligent tamen se iusto Dei iudicio derelictos. quare ad sanctitatem, & merita patrum conseruent, sano quidem consilio: nam si licuit Iesu dicere; Conuertere domine propter Iudam, Ruben, Leui &c. quos hic uocat baculos, quis adeò cœcus erit, ut non uideat, multò magis nobis licere dicere, Conuertere domine propter beatam virginem matrem tibi dilectissimam, propter Petrum, Paulum, Ioannem, & ceteros baculos hereditatis tuae: non attendit, eorum saltem orationes non sinat inanes fieri. Tribus hereditatis tuae: non uirgo, seu baculi, Hebreis transfertur ad significandas tribus, & familias, seu etiam autores familiarium, qui ex una arbore, seu radice nati sunt, cuiusmodi fuerunt filii Iacob, qui ex ipsis progeniti duodecim familias, seu tribus generuerunt. ergo hic duodecim patriarcharum meminit: quorum celebre quidem nomen erat, sed sanctitas morum multò certè inferior sanctitati Apostolorum, qui sunt baculi hereditatis nouae, qui nos in Christo generuerunt, propter quorum dilectionem, & fidem, multa etiam hodie Deus seruis suis condonat.*

18. *Quasi nihilum. γεράδι ad modicum, uel pro modico. sunt, qui uolunt uerba esse transposita, ut sit sensus; Ad modicum populus sanctus tuus possedit sanctuarium tuum; hostes nostri concucauerunt, supp. illud &c. sed nimis dura est hac trajectio: & sensus, quem uulgatus fecutus est, potius est amplectendus. pro modico enim, & quasi modicum idem sunt: ut hac dicti sint pro eo tempore, quo ciuitas in hostium potestate deuenerat. Possumus quoque sic accipere, Ad modicum, id est, modicum fuit, quin nos &c. quasi dicant, Parum abest, quin hostes possideant populum tuum, & concilium sanctuarium tuum, ut aptè hac referantur ad ea tempora, quibus, deficientibus ducibus ex Iehuda, Herodes ex patre Iudaeo remp. Iudeorum gubernabat. oratio enim, ut dixi, totum tempus ordine prosequitur, ab electione Iraelis usque ad ultimam uastationem.*

19. *Facti sumus, quasi in principio: notam similitudinis uulgatus de suo addidit, neque male: interdum enim deest. sed notanda est Hebreorum phrasis, qua cum nominibus temporis, & locorum omittunt relatiū, & uerbum substantiu. Timebunt ab oriente nomen tuum, id est, qui sunt apud orientem. sensus ergo est; Sumus, qui à seculo erramus: qui cum uulgati interpretatione coincidit. ad uerbum enim legitur, ut in editione nostra uides. Cùm non dominareris: particulam quoq; temporis hic addidit doctus interpres. nam ad uerbum legitur, Non dominatus es in eos, id est, quando non dominabar. de qua loquendi forma iam supra dictum est. Nostri. ܒܼ in eos: sed recte mis- tauit*

*tauit uulgatus: ad eos autem refertur, qui in seculo illo fuerant, quasi sic diceret; Facti sumus, sicut qui à seculo fuerunt, quando tu in eos non exercebas dominum, neque uocabatur nomen tuum super eos: uel seculum illud respicunt, quo in Aegypto fuerunt, antè quād ad eos mitaret Moſen: nel certè tempora ante Abraham: sentiuntq; se non magis cura Deo esse, quād cùm non essent Dei populus, tum propter aduersa, quae non depellebat, tum etiam propter mores, qui in Israelem obtinuerant, nihil gentium moribus meliores. neque video, quibus alijs verbis suam misericordiam luculentius expovere potuissent. Cogita, quid sit sine Deo uitam ducere, & intelliges, in quo statim essent res Indeorum ante aduentum Christi, in cuis aduentum cùm hec manifestè respicerent, que iam sequuntur, Rabini suis distinctionibus rem hic planè obscurare noluerunt: & primū uersum capituli sequentis huīs partem faciunt, quorum inuentum non alia ratione refutare decrevi, quād continua, & aptissima interpretatione, fecutus doctissimi, & Christianissimi interpretis diuinacionem.*

## Caput sexagesimum quartum.

Noua.

Vetus.

1. *VITINA dirupiſſes celos, deſcen-  
diſſes: à facie tua montes defluxiſſent.*

Sicut accenſo igni liquidas aquas elicit  
ignis, ut notum fieret nomen tuum hosti-  
bus tuis: à facie tua gentes commouebe-  
tur.

Cùm feceris terribilia, non intenti eri-  
mus: deſcendiſſisti, à facie tua montes deflu-  
xerunt.

Et à ſeculo non audierunt, non auribus  
perceperunt: oculus non uidit Deus prä-  
ter te, [qua] facit inhianti ſibi.

Obuiam habuisti gaudentem, & facien-  
tem iuſtiā: in uis tuis recordabuntur  
tui.

Ecce tu eſſerbuisti, & errauimus: in ip-  
ſis ſemper [ſuimus] & ſernati ſumus.

Et ſuimus, ſicut contaminatus, omnes  
nos, & ueluti ueſtes dilacerata: uniuersæ  
iuſtiæ noſtræ, & corrupti ſumus, quaſi  
folium omnes nos: & iniquitates noſtræ,  
quaſi uentus, leuauerunt nos.

Non eſt, qui inuocet nomen tuum: qui  
excitet ſe ad apprehendendum te: quia ab-  
ſcondiſſisti faciem tuam à nobis, & liquefe-  
ciſſisti nos in manu iniquitatibus noſtræ.

Et nunc Iehoua pater noster es tu, nos lu-  
tum: & tu factor noſtrum & opus manuum  
tuarum omnes nos.

Ne indigneris Iehoua uisque ualde, ne ue-  
in ſempiternum recorderis iniquitatibus ec-  
ce, respice, quaſo, populus tuus omnes  
nos.

Ciuitates sanctitatis tuae factæ ſunt deſer-  
ta: in eos: sed recte mi-

2. *VITINA dirumperes celos, & de-  
ſcenderes: à facie tua montes de-  
fluuerent.*

Sicut exuſtio ignis tabescerent, aqua ar-  
derent igni, ut notum fieret nomen tuum  
inimicis tuis: à facie tua gentes turbaren-  
tur.

3. *Quoniam fecisti mirabilia, non uſtine-  
bius: deſcendiſſisti, & à facie tua montes  
defluixerunt.*

A ſeculo non audierunt, neque auribus  
perceperunt: oculus non uidit Deus prä-  
ter te, que präparaſti exſpectantibus te.

Occurrifi latanti, & facienti iuſtiā:  
in uis tuis recordabuntur tui.

6. *Ecce tu iratus es, & peccauimus: in ip-  
ſis ſuimus ſemper, & ſaluabimur.*

Et facti ſumus, ut inimicidus, omnes nos,  
& quaſi pannus menstruatæ uniuersæ iuſti-  
tiae noſtræ: & cecidimus, quaſi folium uni-  
uersi: & iniquitates noſtræ, quaſi uetus ab-  
ſulerunt nos.

8. *Non eſt, qui inuocet nomen tuum: qui  
confurgat, & teneat te: abſcondiſſisti faciem  
tuam à nobis, & alliſſisti nos in manu iniqui-  
tatis noſtræ.*

9. *Et nunc domine pater noster es tu, nos  
uerò lutum: & factor noster tu, et opera ma-  
nuum tuarum omnes nos.*

Ne irascaris domine ſatis, & ne ultra me  
mineriſ iniquitatibus noſtræ: ecce, respice,  
populus tuus omnes nos.

10. *Ciuitas sancti tui facta eſt deſerta: Sion  
Pp iiiy deſerta*

Noua.

Vetus.

tum: Tcion desertum facta est: Ierusalem  
piaculum.

Domus sanctificationis nostræ, & deco-  
ris nostri, in qua laudauerunt te patres no-  
stri, fuit in combustionem ignis, & omnia  
appetibilia nostra fuerunt in siccitatem.

Nunquid super his continebis te Iehoua,  
tacebis, & affliges nos usque ualde?

deserta facta est: Ierusalem desolata est.

12 Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ  
nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri,  
facta est in exustionem ignis, & omnia desi-  
derabilia nostra uersa sunt in ruinas.

13 Nunquid super his continebis te domi-  
ne, tacebis, & affliges nos uehementer?

**V**TINAM ut supr. 48. Utinam attendisses præceptis meis: est itaque optantis. sunt  
ergo nota Iudeorum desiderantium aduentum Messiae, quò à malis illis eriperentur: aut potius  
sunt uota Iesaiæ pro populo: sed cùm Iudei Messiam è calo non exp̄ctent, uim literæ suo more infes-  
runt: nobis uero omnia plana sunt. A facie tua montes defluenter alludit ad descensum in mon-  
tem Syna, quando p̄ ardore uidebantur montes liquefere: quo tropo non uno loco scriptura uitur;  
Montes, sicut cera, fluxerunt à facie domini &c. Figuratè uero p̄ montium fluxum intelligit propheta  
opera stupenda, & admiratione dignissima: que in aduentu Messiae exp̄ctabantur ea quibus Chri-  
stianus facile potest commemorare: que natura plus admiratur, quam montium fluxum, uel tri-  
puidum.

2 Sicut exustio ignis tabescerent: uerbum; tabescerent, addidit uulgatus: ad uerbum sic ba-  
betur; Secundum succendi ignem. est enim illud uerbum πτη, quod habetur Deut. 32. & Iere. 17.  
Ignis accensus est in ira mea: infinitum ut nomine accepit uulgatus, pertinetq; comparatio ad suę  
riora. Montes defluissent, sicut accenso igne &c. manifestior autem esset oratio, si uitato hebraismo  
nomen ignis non repereretur; Sicut accensus ignis liquidas aquas elicit. & puto esse sermonem de aquis,  
qua uirtute ignis, & alijs rebus elicuntur, ut ex herbis, lignis &c. uide supr. cap. 30. quid si quis  
πτη pro ebullire accipiat, quod à uerbi significatione alienū non est, similitudo est de quibusvis aquis,  
quas ignis facit ebullire, ad quem modum etiam faciat Deus ebullire montes. sed prior sensus magis  
placet. Ut notum fieret &c. propheta in aduentu Christi non tam liberationem populi, quam  
Dei gloriam, & nominis ipsius celebrationem attendere uidetur. A facie tua gentes turbarentur,  
seu commouerentur: uidetur esse explicatio liquefactionis montium, uel agnitionis nominis domini: per  
euangelium exinde commota sunt nationes orbis: ut eum inciperent timere, quem ante ignorabant &c.  
optabat autem propheta hanc commotionem in gentibus non solum ad celebrationem nominis domini:  
sed ne eleſit: Dei nocerent. uerum si negligamus Rabinorum distinctiones, & hic uersus incipiat, alijs  
sensus angustior erit: uerba autem siue in futuros, ut in Hebreo habentur, uel in presenti accipi possunt.  
Cogita ergo prudens lector Iesaiam prophetam in spiritu uidere aduentum domini, & gentium conuersio-  
nem, & Christi uictoriam, quam paullò ante cecinerat, Iudeos autem adhuc immotus manere, & qua-  
si dolentem, & semidesperantem dicere; A facie tua gentes commouentur: uideo iam gentes ante ta-  
commoueri, & ad prædicationem euangelij contremiscere, at nos

3 Cùm feceris, uel chm facias terribilia: & qua faxa, & arbores possent perterrefacere, ne-  
dum gentes, ne dum eos, qui religione tibi aſtritti sunt: nos tamen non attendimus, non attentionem  
prestamus: neque quid agatur, mente noluimus, sed ueluti lapides baremus, & in tanta rerum com-  
motione profundum dormimus, & quiescimus. Innotauit apud gentes religio: querit totus orbis Deum  
Iacob: illum timet, & uenerantur: quem nos, ueluti impium, damnauius: adimplentur propheta-  
rum oracula: nos in captiuitate, seu diſperſione exſules agimus: gentes ſcripturas noſtras legunt: in il-  
lis oblettantur: noſtram deſidiā ex noſtris ſcripturis nobis improporiant: & tamen non attendimus ad  
iſtac adeò terribilia, quibus si liquefactionem montium conſeras, riſum moueres. Quis hec uel re-  
ferens non inhorrefeat: nec mireris, quid pro ſuſtinebimus, dixi, non attendimus, uel non attende-  
mus. nam πτη, ut iam ſuprā non ſemel oſtendi, dicitur de animorum ſuſtentione, & attenta ani-  
mi conſideratione ad aliquam rem, ut non ſemper uerbo exp̄ectandi, ſed interdum uerbo ſp̄ectandi redi-  
di debeat. Iob 17. Etiam ſi diu, & circumquaque ſp̄ectauero; tamen infernus domus mea eſt &c.  
uulgatus pro ſuſtimere exp̄ectando accepit, ut interdum ſolet. Descendisti: optabam, ut deſcen-  
deres & deſiderabam, liquefcerent montes, quaſi nihil aliud nobis opus eſſet ad noſtram perpetuum felici-  
tatem? O uota inania, ecce iam deſcendiſti: ecce iam montes fluxerunt: uideo tuorum orbem perterre-  
ſum: uideo uniuersas nationes conuictas.

4 A ſeculo

4 A ſeculo non audierunt &c. uel à ſeculo non eſt auditum, neque unquam fuit, qui auribus per-  
cipere: nullius hominis oculus unquam uidit, que video Deum facientem ijs, qui ad ipsum inabit, &  
amore eius tenentur. hac pro montium fluxu poſuit prop̄eta, ſignificans omnem intellectus humani  
ſp̄em, & capacitatē excedere: que per Chriflum mundo exhibita ſunt. hunc enim locum ita etiam  
interpretatur Paulus 1. Cor. 2. paucis immutatis uerbis.

5 Occurrifti latenti, uel obuiam habuisti gaudentem, & facientem iuſtitiam; eos denique, qui  
in uia mandatorum tuorum tui ſunt memoris, illis, inquam, bona tua, que nullus hominum putat, obtulistiſ. quicunque enim de tuo aduentu gauijſis eſt, & iuſtitiam proinde apprehendit, currens in uia  
mandatorum tuorum, tui memor, & ſe, ſuaq; omnia tibi offerens, is per te ſeruatus eſt, ex quacun  
que is gente, ſeu regione uiror. Sed heu nos miseros Iudeos, nam tu iratus es &c. ut mox ſequi-  
tur. Hinc interim cogit a Chriſtiane lector, quibus proſit aduentus domini: ut enim omnem perfonarum  
acceptationem excluderet, indeſinè dixit, latentem, facientem iuſtitiam &c. ubi etiam uides, quam  
non enim uita hominum aut diligat, aut imperet: gaudium per iuſtitiam, Dei recordationem,  
& ſimilia, que in his comprehenduntur. uolui uerſum diuidere, quod diuerſa admodum hic con-  
tererunt.

6 Ecce tu iratus es &c. illos quidem obuiam habuisti: illis dona tua celeſtia obtulisti: at in nos  
Iudeos efferuisti ira: nam peccauimus, & in ipſis peccatis ſemper ſtumus: propter peccata iratus es:  
et postquam iratus es, à peccato non deflitimus, ut qui ſemper in illis fuerimus. Et ſaluabimur:  
libenter hoc per interrogationem legerem, Et ſaluabimur: quia dicat minimè genitum, uel, Et ſaluati  
ſtumus: nam pretium pro omnibus, quantumuis peccatoribus perſolutum eſt, ut omnes, qui uelint,  
ſalvi eſſe poſſint: at cum ſalutem aduenientem amplecti debuſſemus, tamen nihil meliores facti,  
immo multò peiores: nam facti ſumus, ſeu fumus, uelut contaminati &c. uel quintus uerſus ſic  
accipi potest, ut de preterito ſit ſermo: & uerba pro imperfictis preteritis accipientur: Ecce olim ira  
ſtebaris, & nos nibilominus peccabamus: & cum in peccatis ſemper degreverimus, tamen ſaluabamur:  
at num facti ſumus, ut contaminatus, omnes nos &c. hic ſenſus planus eſt.

7 Facti ſumus, ut immundi &c. tempora post Chriſti aduentum omnia, que ſequuntur, refe-  
renda exiſtimo: ad contaminatos in lege nemo accedere audebat: ita Iudeos post domini paſtione, &  
euangelium annuntiatum nemo eſt, qui non ut reos, & contaminatos ducat. Pannus nienſtru-  
ta: ita quoque non nulli ex Rabiniſ uertunt: alij tamen πτη pro detritis pannis accipient: ego  
certe aut per antiphraſim pro contaminatis acciperem, aut à uerbo πτη deductum dicerem: πτη  
enim prada eſt, quaſi iuſtitias Iudeorum comparet uelſtibus præda, id eſt, dilaceratis, dilaniatis, in-  
digna ſunt autem hominum conſpectu huicmodi uelles: ita & iuſtitias Iudeorum post aduentum Chriſti:  
erant enim rei ſanguinis Chriſti, quem ſibi imputari, & filii ſuis, magnis uocibus petierunt. adde,  
quid uniuerſam iuſtitiam exteriori cultu deſinebant: quare magna ex parte nulla erant, id eſt, ad nu-  
llos uſus apta, non igitur ex hoc loco patrocinium habent: qui omnia opera noſtra dannant, & pecca-  
ta eſſe contendunt: non enim, niſi de iuſtitiis Iudeorum, ſeu hypocritarum eſt ſermo, quibus nulla fi-  
dererat. Cecidimus: uerbum Hebreum de corruptione florū, & foliorū, quando marcescunt,  
dicitur: nullus Iudeis ſubinde decor, neque uiror, neque ullus intua ſuccus diuina gratia, quo conſi-  
ſtere in terra ſua poſſent, aut ſub Dei protectione. ſed huicmodi humore deſtituti, & Deo aperiente  
manū, ut à ſe diuellerentur, ſtatiu in omnes gentes diuisi ſunt: quemadmodum uentus folia arida,  
& quifquiliſ diſpergit. neque ſolū corpore uagi, & diſperſi ſunt in omnes prouinias orbis, ſed er-  
rorum, & opinionum uariarum tempeſtabilis iactati, buc, atque illuc fluctuant.

8 Qui inuocet nomen tuum: uerè, & ex animo, quod mox explicat. Qui confurgat. πτη  
ſeipſum excitet, exuſcitet magno animi conatu: parui enim refert frigide precari, & dicere ore tenuis,  
Domine, domine. uera oratio eſt cum ſuī ipſius exuſcitate, tanquam ad rem ſeriam, & magni pon-  
deris, excutere deſidiā, auocare ab alijs omnibus animis, & magna animi contentione ad depreca-  
dum Deum accedere. hoc qui facit, tenet Deum, ſeu apprebendit, quaſi manu, & ne elabatur, te-  
net, ut ſententiam reuocet: neque prius abeat, quā nobis benedicat, ut fecit Iacob, ob quod Iſrael  
uocatus eſt, quaſi in Deum præualuifer. ſic tenebat Moſes Deum: illa enim uoces, Dimeſte me, ut ira  
ſeat furor meus &c. quid aliud ſonant, niſi, quid à Moſe fortiter teneretur? ut ad hanc retentio-  
rem putem poſtea factā alluſionem, quoties prophetæ hoc uerbo utuntur, & de Deo, & nobis eſt ſer-  
mo. Abscondiſti faciem: uulgatus omiſit particulari rationalem, uel temporis πτη: et ſi pro,  
quia, accipiat, tribuere uidetur prophetæ ira, & punitioni, quod dixerat, nempe non eſſe, qui Deum  
teneret &c. non eſt, qui ſe exuſcitet, ut te teneat percutientem, & omnia deuastantem, quia abſcon-  
diſti faciem tuam à nobis, id eſt, omni deuereſiſti nos delere, non uidere misericordiam noſtram, ut mi-  
ſeraris, Et alliſisti, uel liquefecisti, ſeu reſoluisti nos in manu iniuriantis noſtræ, id eſt, tradidiſti

nos peccatis nostris, ut illa nos comminuerent, resoluuerent, & omnem iuritatem nostram exhauierent; ut confitentes prouersus nequeamus, sed sicut cera, que liquefecit, laberetur, & tota resp. nostra, regnum, cultus, religio, dignitas, insuper fidus, spes, caritas, & quidquid iuriū est, tam animi, quam corporis euaneferent. has enim uires habet iniurias in suis auctoress, ut si in manus eius tradantur, siue homines, siue integrā imperia, breuiissimo tempore comminuantur, nolat uas testaceum, magua uī lapidum obrutum: aut certè liquefacit, & ut ea, que igni calore dissoluuntur, uires auuit: neque amplius confitent, sed in preceps labantur. propter peccatum enim regnum de gente in gentem transfertur: & quicunque peccatum concipit, parit laborem, & dolorem. denique euerstiones totius mundi sub Noe, & Sodomorum, & omnes alii per iniurias manus euenerunt, abscondebro Deo faciem suam, & sciente. Q uod si regna, in quibus uiget iniurias, hodieflare conficis, certò scias, non dum tradita esse hunc tortori, & adhuc superesse, qui Deum teneat. quod si pro quando accipias, dolet propheta, quod nemo sit, qui Deum teneat, quando iratus abscondit faciem suam, ut iniurias liberè peruagetur sciendo. scio quidem uocem ἵνα, id est, iniurias, posse capi pro ipsa iniurias pena: sed sensus idem est. peccatum enim, si eius manibus tradatur, intus, & extra uastat.

9 Et nunc pater noster &c. ad commiserationes reddit: patrem uocant, id est, auctorem generis: quod luti, & figuli similitudine explicant, ne uelit opus manuum suarum sic perire: qua enim manus nostris confecimus, non aquo animo ferimus, si confringantur: nemo enim labores suos non magni facit, & opera etiam ex luto, ut filios diligunt homines.

10 Satis: ad uerbum, usque ualde τέλος της. duo uidetur petere, ne iram multū finat excrescere, ne sit ualde magna ira: neque longo tempore iram seruet. sequitur enim; Neque in sempiternum recordari autem iniurias, est non remittere, punire &c. uulgatus της secundo loco pro ultrā accepit: sed in eo, quem explicau, sensu accipendum est illud, ultrā in uulgato, id est, aeternum, seu longum tempus. & (ni fallor) petit propheta, ne Iudeorum reprobatio aeternū duret. quare esse Dei populum commemorat, & per hypotyposim indignissimarum rerum ad commiserationem pronocare conatur.

11 Ciuitas sancti: in hebr. plurale est, ciuitates: quod de uniuersis ciuitatibus Iudee intelligi, uel de Titione, & Ierosolyma, de quibus, ueluti de duabus ciuitatibus loquitur, ut mox exponit. Sancti, uel sanctitatis. ita vocabatur Ierosolyma propter templum, & cultum. forte uulgatus Daudem intellexit.

12 Domus sanctificationis &c. uel sanctitatis: qua Deus sancti colitur a nobis, & in qua tota sanctitatis nostra ratio continetur: propter cultum enim sancti dicebatur ille populus: quia Deum sanctum, & ab alijs omnibus separatum sanctis ritibus colebat. dicebatur etiam domus decoris, seu gloria Israel, quia hac una re super omnes nationes conspicui erant, quod apud ipsos solos erat templum & cultus ueri Dei. unde quandiu templum, & cultus stabant, cetera omnia detrimenta aquo animo ferebant. unde cum eos merore afficeret uellet, sepius minabatur, quod dominum illam euerteret: nam ex templo, & cultu gloriam, & honorem tantum accipabatur. quae non tam Deum in ea domo, quam se ipsos colebant, hoc honore cum impii indigne essent, illo eos expoliabat. qua anconuenient etiam nostra atati, qui legit, intelligat: non tamen ut impius Eham alias ad ea, que ipse uiderit, conspicienda uocet, sed condolens ipse consurgere, & tenere Deum concerit. In qua te laudauerunt &c. etiam parietes, intra quos Deus laudatur, & colitur, magni faciendi sunt & presertim si à sancti uiris laudes, & cultus exhibeantur. Desiderabilia: expetibilia, tam priuata, quam publica, palatia, domus solatii (quas uocant) & cetera, que appetuntur, fuerunt in siccitatē: sic enim uocat hebraismus etiam ignis existimationem: uulgatus ad domos, & muros, & munitiones uideretur retulisse sed omnia puto comprehensa, ut Thren. 7. Dederunt expetibilia sua pro cibo: & iterum, Manum suam misit hostis ad omnia expetibilia eius: & Iobel. 3. &c.

13 Nunquid &c. statim rerum Iudaicarum uidebat Iesaias post illam per Titum uaftationem: hanc, credo, defebat, quod tunc temporis omnia, que ante Israel habuerat, tam spiritualia, & quā temporalia simul corrulre, & interiere. caussam itaque coram Deo populi sui agens, ea omnia commemorauit, que Deum ad commiserationem stellere posse uidebantur. orationem itaque uehementi percussione concludit, quod uix adduci posit, ut credit, quod in tantis illius populi malis, quem tantopere ab eo dilectum fuisse sciebat, simul cum ablitione cultus sui, disimulet in sempiternum tam clemens Deus. Nunquid te continebis domine? fieri ne potest, ut omnino nos perdas? sed quid respondet dominus, iam audiamus.

Quæstus

## Caput sexagesimumquintum.

Noua.

Vetus.

**Q** VAESITVS sum ab illis, qui non interrogauerant: inuentus sum ab ilis, qui non quesierant me. dixi; Ecce ego, ecce ego, ad gentem non inuocantem nomen meum.

1 **Q** uoniam manus meas omni die ad populum contumacem, qui ambulant uiam non bona post cogitationes suas.

2 Populum [inquam] qui lacescit me in faciem meam iugiter, mactantes uictimas in hortis, suffientes super lateres:

3 Qui sedent inter sepulcra, & in obseruatis pernoctant, qui comedunt carnem suis, & ius inquisitionum, uasa eorum.

4 Qui dicunt; Appropinqua ad te, ne accedas ad me, quia sanctificauit te. isti fūnius [erunt] in furore meo ignis aduertens tota die.

5 Ecce scriptum coram me, non cessabo, quinimum retribuam, & retribuam super sinum eorum.

6 Iniquitates uestræ, & iniquitates patrū uestrorum simul, dicit Iehoua; Qui sufficiunt super montibus, & super collibus, coniiciunt sunt mihi, & metiat opus eorum priuatum super sinum eorum.

7 Sic dixit Iehoua; Sicur inuenitur mustū in botro, & dicitur; Ne excindas illum, quia benedictio in illo: sic faciam propter seruos meos, ut non excindatur totum.

8 Et educam ex Iacob semen, & ex Iehoua, qui hereditet montes meos, & hereditabunt eam electi mei, & setui mei cohabet ibi.

9 Et erit Scaron in paſcum gregum, & uallis Achor in accubitu armamentorum populo meo, qui requirerunt me.

10 Et erunt campeſtria in caulas gregum, & uallis Achor in cubile armamentorum populo meo, qui requirerunt me.

11 Et uos desertores Iehoua, qui obliuisci mini montis sanctitatis meæ; qui disponitis gad mensam, & qui impletis meni infusionem;

12 Et deputabo uos gladio, & ad macratio-

nem incuruabimini, eò quod uocauit, &

non respondistis: locutus sum, & non au-

distis, & faciuit malum in oculis meis: & quæ-

in

nolui,

13 Numerabo uos in gladio, & omnes in cæde coruictis: pro eo, quod uocauit, & non respondistis: Locutus sum, & non auditistis, & faciebat malum in oculis meis: & quæ-

in quibus non complacui, eligentes complacuistis.

Propterea sic dixit dominus Ichoua; Ec 13  
ce serui mei comedent, & nos esurietis: ecce serui mei bibent, & nos sitietis: ecce serui mei latabuntur, & nos pudecetis:

Ecce serui mei ouabut præ bono cordis, & nos clamabitis præ dolore corâs, & præ fractura spiritus ululabitis.

Et dimitteris nomen uestrum in iuramē tum electis meis: & interficiet te dominus Ichoua, & seruis suis imponet nomē aliud.

In quo qui benedixerit se in terra, bene dicit se in Deo veritatis: & [in quo] qui iurauerit in terra, iurabit in Deo veritatis: quoniam obliuioni tradita sunt angustia priores, & quia abscondita sunt ab oculis meis.

Quia ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

Quinimum gaudebunt, & exultabunt ultra ultra super his, quæ ego creo: Ecce enim ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & nō audietur in ea ultra vox fletus, & vox clamoris.

Non erit inde ultra infans dierum: & senex, qui nō impleat dies suos: quia puer filius centum annorum morietur, & qui aberrat filius centum annorum uilpendetur.

Et adificabunt domos, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructum earum.

No n adificabunt, & alias inhabitabit non plantabunt, & alias comedet: quia secundum enim dies ligni, dies populi mei, & facturam manuum suarum durare facient electi mei.

Non laborabunt in uacuum, neque generabunt, ut citò orbentur: quia semen bene dictorum Ichoua sunt, & progenies ipsorum cum ipsis.

Et erit, antè quam uocent, & ego respōdebo: adhuc illi loquentes, & ego audiā.

Lupus, & agnus paſcentur, sicut unus, & leo, sicut armenta comedet demensum, & serpentis, puluis, panis [erit]: non mafefacent, neque perdent in toto monte sanctitatis meæ, dixit Ichoua.

nolui, elegistis.

Propter hoc hæc dicit dominus Deus; Ecce serui mei comedent, & nos esurietis: ecce serui mei bibent, & nos sitietis: ecce serui mei latabuntur, & nos cōfundemini:

Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & nos clamabitis præ dolore cor dis, & præ contritione spiritus ululabitis.

Et dimitteris nomen uestrum in iuramē tum electis meis: & interficiet te dominus Deus, & seruos suis uocabit nomine alio.

In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni tradita sunt angustia priores, & quia abscondita sunt ab oculis nostris.

Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

Sed gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternū in his, quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non auditetur in ea ultra vox fletus, & vox clamoris.

Non erit ibi amplius infans dierum, & senex, qui nō impleat dies suos: quia puer filius centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledicetus erit.

Et adificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

Non adificabunt, & alias habitabit, nō plantabunt, & alias comedet: secundum enim dies ligni, dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt electi mei.

Non laborabunt in uacuum, neque generabunt in conturbatione: quia semen beneficiorum domini est, & nepotes eorum cum eis.

Eritque, antè quam clament, ego exaudiā: adhuc illi loquentibus ego audiā.

Lupus, & agnus paſcentur simul; & leo, & bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neque occident in omnī monte sancto meo, dicit dominus.

Quesierunt

**Q**VAESIERUNT me &c. dñm fuerat in oratione superiori, quid nam cauſe effet, quod non misereretur, non recordaretur populi sui sancti &c. respondet dominus, gentes, que me neque querabant, neque de me rogabant, neque interrogabant, quid agere deberent: qui me non corsulebant, quibus meam voluntatem per legem, aut prophetas non significabam, me quesierunt summo cum studio, ac tandem etiā inuenierunt: quare me ad illos transflui. Iudeos autem, quos uocabam, querebam: & ad quos omni tempore manus expandebam, noluerunt attendere: quare illos punio accrimè, & deleo. Hac bis septem primis uersibus continentur. Qui non interrogabant: tantum abest, ut ne de me quidem interrogarent. hac de gentibus dñta interpretatur Paulus Rom. 10. nimur, quando signum eleuatum uiderunt, & clangor tubæ euangelij ad eos peruenit, tunc quide questierunt, & inuenierunt. È Dux: Ecce ego &c. indicavi ex dignitate mea esse, ut eis me offervem, qui cùm me ante ignoraſſent, tam promptè ad me transibant, & qui meum nomen penitus ignorabant, neque me inuocare conſueuerant, id est, qui mei non erant, neque me pro domino habebant: (serui enim dñm suum inuocant, & nomen eius ſepius ore ſonant) audita tuba euangelij antiquam religionem deferebant, & me colere defiderabat. placet itaque Deo nō ſtro ſuprad quād dicit queat, promptitudi, & animi alacritati ab obediendum, & cum inueniendum: istis enim ſeſe negare non potest, fed ad eos ſe transfert, & totus pijs mentibus libens illabitur: ſiquid illa imperfetta oratio, Ecce ego ad gentem, alacritatem quoque domini notat, qui alacritati nō ſtare non ſe potest contineat, quin repondeat: ideoque arbitror uerbum non apponere, ut ad quos ſuis uadefit ſuſ intelligatur, & uerbum pronotis ſuppleretur. illa etiā geminatio, Ecce ego, ecce ego, habet noſcio quid iactantie, & provocatioſis. nam iam dudum per Moſen illis dixerat; Ipsi pronocauerunt me in eo, qui non est Dux: & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente ſtulta irritabo eos.

**2** Expandi manus &c. opponit obedientiam gentium Iudeorum contumacie. expansio uero manuum est nihil omittere, quod ad captandam attentionem faceret: uocationem autem per Christum, & discipulos ſuos intellige. adde, quod re uera in cruce manus quioque expansas habuit, ut quam paratus effet ad eos ſuſcipiendos, etiam moriens, & ab eis occiſus inueniret. in hanc ferè ſententiam dixerat Salomon; Quia uocati, & renuisti; expandi manus meas, neque fuit qui aſſiceret &c. Totā die, uel omni die, id est, per multum temporis. Incredulum. Paulus ex uerſione septuaginta diuabus uocibus reddidit unam Hebream יְהוָה, nempe non credentem, & contradicentem, una uoce contumacem, ſeu immorigerum, ſeu intractabilem dicere possumus. Post cogitationes suas. נַחֲשָׂנָה non ſimpliſem cogitationem tantum notat, ſed etiam diſcurſus, & ratiocinationes, adeoque, & opiniones. ea ſi nō ſtare ſint, & ex nobis oriuntur, ſepiſſime noxiæ, & falſeſint, aut ſaltem inutiles. has persequi ſtultum eſt: nam eſt iuxta carnis ſapientiam uitam inſtituere, aut ſpiritu huius mundi duci. Iudei autem ſub Christo intractabiles ſupra modum fuerunt, neque aliud, quam cordium fuorū ſenſa ſequabantur.

**3** Ante faciem meam: corā, & in facie me conuicijs impedit, & ad iracundiam prouocat. ſunt, qui haec ad tempora Christi referre non audent propter ea, quæ ſequuntur: nam Iudei tunc temporis non erant dediti idololatria: fed ego non uno loco ſuprā ostendi, ſpiritum ſanctum data opera tempora Christi his rerum circumſtantij obtegere uoluisse. nam qui eſſent animo pio, & fideli, iſtis aut non impedirentur, ſi non ea intelligerent: ſi uero intelligent, maiorem ex obſcuritate caperent fructum: increduli uero, & impii indigni erant, quibus ſua ſenſa ſpiritus ſanctus aperiret. itaque haec omnia, quæ ſequuntur, qua idololatriam ſapere uidentur, figuratè diſta accipio: nam tam eſt in hortis non ingularent uitiam Pharisæi, & ſacerdotes; nihilominus magna cum uoluptate diſ ſuis uidelicet queſſu, & gloria ſeruebant, umbrarum, & nemorum amiciſimi, qui uolebant magis tenebras, quam lucem. Sacrificant ſuper lateres, uel ſuffuent. nunc ſuffuent deſeruent uafula argentea apud diuitias, apud alios uero tuſticea: apta enim ſunt ad incendendos odores, quæ nullum ex ſe odorem uisiignare possunt, neque etiam adui. quare olim ſuper lateres ſuffebant, & odorifer aſolebant.

**4** Qui habitant, uel ſedent, id eſt, commorantur. uide Hieronymum hoc loco de conſuetudine idololatrarum, quo paſto ad excipienda ſomnia apud deorum fana cubabant: ubi etiam mentionem facit de ſepulcris, & cineribus Martyrum, corumque cinerum uirtute, & orationibus, quas fideles ſolebant apud Martyrum cineres fundere: quæ quia, inquit, diabolus ferre non poterat, hereticos iſtigauit, qui baſiliicas Martyrum declinandas docerent. Quia uerba Hieronymi poſſent Lutheranis pudorem conciliare, intelligentibus, cuius ſit inuentum, corpora ſanctorum uilipendere, & orationes in eorum memoriam fuſas dannare: & quod hos ſentire ſit ab apostolica ecclesia diſſentire. Ceterum Pharisæi, & ſacerdotes ſub Christo etiam ſi ad delubra pro ſomniis non accurrerent, inter ſepulcra tamen commorabantur: immo ipſi ſepulcra erant plena omni immunditia, ut eſt in euangelio. ſe

dere ergo inter sepulcra; hoc loco, est hypocritaum moribus gaudere, qui extra ornantur; intus autem pleni sunt dolo, & avaritia &c. In delubris idolorum. *וְנִכְנָה בְּנֵי נַחַת*, de qua uox capite primo dictum est. significat autem loca abominosa, & tetra, à quibus preservare nosmet ipsos sceleris preventu, à *רֹאשׁ*, id est, seruauit, obseruauit se, uel rem &c. uulgatus scelus reddidit. Contineat autem ipsa simplicia uerba rei indignitatem, ut audenter homines pernoctare in locis terribilis, & que adire noctu sine horrore nemo posset. Pharisae quoque ab horrendis facinoribus non abborreabant. Qui comedunt carnem suillam: hic omnes transgressiones legis intellige. Ius: in legi prohibitio erat, ne quidquam in alterum diem ex sacrificio relinqueretur, praesertim ex sacrificio, quod uulgatus pacificorum uocat. quod si in tertium usque diem seruaretur, esset pigul, id est, inquinatum, seu inquinamentum. uide Leuit. 7. & 19. & Ezech. 4. est autem uox hoc à herbo. *אֶת* transpositis litteris, quasi esset diuinum, seu separatum ab usu, tanquam res, que inquinare posset. quare sic uerti locus aperte poterit; Edulium inquinationum uasa eorum, quod in uasculis, & uenustis eorum reperirentur edulia contra legem, in tertium usque diem referuata: quod iuxta legem nequaquam licitum erat: & qui ex eo escabatur, iniquitatem suam portaret, necesse erat. Per huc, ut dixi, uniuersa legis transgressiones significantur. Pharisae autem immundi erant, & ab eius, que uerbū coinquabantur hominem, nequaquam abstinebant. uide Matth. 15.

5 Recede a me: ad uerbum, appropinquā ad te, & ne accedas mecum, uel in me: hebraismū docte uitanit interpres. Quia immundus es: hebr. sanctificauit te: cuius sensum doctissime reddidit uulgatus. nam Hebrei immundi quoque, & impurissimi homines. *וְעַמְּפָרָס* dicuntur, & profanam mulier. *וְעַמְּפָרָס* significatio uoci contraria, quod nihil minus, quam sanctitatem habent. Deut. 23. Iob. 36. 2. Reg. 23. Genes. 35. &c. ita etiam accepit propheta uerbum, Sanctificauit te, id est, impurum te reputo, cum inquit, Sint ipsi impurissimi, & iniquitatem comedant &c. se tamen pro iustis, & sanctis haberit uolunt, & alios, tanquam immundos, à se abigunt. Qui isti erant, nisi impurissimi Pharisaei, qui Christum, & discipulos reprehendebant, quod cum publicanis, & peccatoribus comedenter? an non isti se iustos estimabant, & aseparabantur ceteros? quod si cui alium nimiru uideatur, hoc, que hic commemorantur, sceleris ad Christi tempora referre, non repugno, modò hec de populo dicta accipiatur: ex quo erant Pharisaei, & alijs, quibuscum negotium Christo erat, qui patres suos sceleribus supererant: existimetque commemorare prophetam iniquitates patrum, que iam suo tempore uigebant: filiorum autem sub quibus fuit reprobat, non nisi in genere mentionem facere, quod uerj. 7. propheta insinuat. Iisti fumus &c. huicmodi homines scelerati ignibus tradentur semper in pitem.

6 Ecce scriptum est: in numerato sunt hominum sceleris, & que quisque pro eis passurus sit apud Deum, sicut est apud Mosen, Non ne habe abscondita sunt apud me, & signata in thesauris meis: ego retribuum eis in tempore: nam mea est ultio. ad hunc locum hic alludit Iesaias. Non tacebo: uel cessabo: quid autem redditurus sit, explicat sequenti uerbi, mutata tertia in secundam personam: & uerbum, reddam, cum nomine iniquitatum conseruendum est.

7 Iniquitates uestras &c. dicuntur filii penam iniquitatum patrum suorum recipere, non quod patres pena careant pro suis sceleribus, & filii pro eis puniantur; sed cum proper iniquitates patrum, & filiorum dignum uisum est apud Deum, aliquod regnum, aut rem perdere, quia patres, iam uita functi, malum illud non sentiunt, filii autem illud experientur, dicuntur filii paenae scelerum paternorum luere: & hoc est adimplerat esse iniquitates Amor eorum. neque enim, si qui tempore Moses superflue erant in Palestina, primi fuissent illius regionis peccatores, exuti fuissent possessione, & regno suo: sed cum praecessissent sceleris patrum, que signata habebat Deus, & filii imitareretur iniquitates patrum, numerus iniquitatum completus est: ob quas iuxta Dei sapientiam, & iustitiam digni erant, ut exterminarentur. nam etiā non credendum sit certum quendam esse numerum peccatorum, ad quem cum quis peruerteret, conuerteret ad Deum non posset: et tamen certus numerus, & certa mensura peccatorum, que cum impletur, regna, & imperia euerteruntur: neque ualent ex lege (ut loquuntur theologi scholastici) diutius consistere, de singulis autem illius regni hominibus afferendum est, quod quandiu in uis agunt, in gratiam cum Deo redire, & saluari possint. In finu eorum, uel super finum: metaphorā sumpta est à consuetudine seminarum, que plurima finu excipiunt: uel quia que in finu habere dicimus, in tubo habere putamus, ut que brachis complecti, & tueri possimus. Hinc tam præmij, & glorie portionem, quam perpetuo possidebimus, (ut est in euangelio, Mensuram bonam &c. dabut in finu uestris) quam etiam retributions pro iniquitate, que ab impijs non recedent, in finum dari dicit scriptura, ut hoc loco uides &c. Simil: Iudei enim exterminati sunt, & regno expulsi in omnes gentes propter sceleris omnia, que ab egrediu ex Aegypto usque ad illud tempus commiserunt: & uenit super ipsos uniuersus sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti uqz.

ad san-

ad sanguinem Zacharie &c. id est, à primo iusto, quem occiderunt patres uestri, usque ad ultimum. ut huc fortè pertineat illud, quod dominus Moysi dixit, post uituli adorationem dimisso iam peccato, & placatus precibus Moysi: Ego autem in die ultionis uisitabo, & hoc peccatum eorum: & illud Exod. 32. Ego retribuum eis in tempore, & hoc est, quod sequitur, Metiar opus eorum primum, id est, antiquum: & ad illum locum Exodi puto alludi, atque illud antiquum scelus intelligi, simul & alia antiqua sceleris.

8 Quomodo si inueniatur, granum &c. non semel in oratione dixerat Iesaias, omnes, uelut immundos esse, & omnes perire &c. obiecerat quoque patrum priscorum merita: his nunc respondet dominus, coheretque cum precedentibus oratio, hoc pacto. Etiam dicam, quid dabunt paenae Iudei suorum sceleris, & antiquorum; nequaquam tamen omnes delebo. Granum. *וְתִירְאַל* multum, seu uua succum notat: & in locis, in quibus reperitur uox huc, succum uua uidebis significare. si quis tamen pro granis uuarum accipiat cum uulgato, seu uua, non danno: quia uelut significare, tantam futuram electorum raritatem, ut magni faciendum sit unum, aut alterum reperire: ut si in maxima uuarum penuria, quis uellet distippare botrum, in quo essent non nulla grana, & ei dicetur, ne disipes, est enim benedictio in eo &c. & hic est sensus uulgata editionis haud contempnendus: si autem pro multo accipias, planus quoque erit sensus: nam cum quis uult excindere botrum ad comedendum, uel ad alios uisus, si plurimum succi habere uidetur, solei ei dici, ne exscindas: nam in eo est benedictio, id est, plurimum succi: indignum est, ut huicmodi botrus pereat &c. quid hac similitudine sibi uelut dominus, ipse aperit. Sic faciam propter seruos meos &c. propter patres, quorum apud me pretiosa est memoria, qui apud me uiuent, & quibus generis perpetuitatem pollicitur sum, non excindam, non perdam funditus totum Israelem. nam non nullos, quos plurimum succi habere uidebo, ut torcularia mea implere possint, conservabo: steriles, & aridos palmites excindam, & in ignem mittam: eos uero, qui pleni multo erunt, pleni benedictione domini, qui ineibriare uniuersam terram potentes erunt, & succo suo latificare Deum, & homines, non sinam interire, sed ut carissimos filios, protegam. Ibi sunt semen, cui benedixit dominus, quos in discessu suo benedixit dominus I E S V S: quos induit uirtute ex alto; super quos dinitas bonitatis sue effudit; qui abunde spiritu sancto pleni fuerint; qui denique putabantur ebrii, sed, ut Petrus ostendit, non a multo: quid apertius dici potuit? quibus uerbis magis commendari secunditas ex diuina largitate? Disce Christiane lector, qui nam sint dilecti Deo, & quorum rationem habeat, ne cum impijs pereant; illi nimurum, qui succo diuino implentur, qui caelesti uirtute proficiunt, & alijs uiles esse possint: relictur siccitas, damnatur sterilitas, & maledictioni proxima est tellus, que pra benedictione domini non refert fructum; illi denique, in quos beneficia domini male collocantur.

9 Educami &c. exire faciam: non in uniuersum genus Iacob interibit: nam ex Iacobitis nascentur, in quibus omnes promissiones patribus facte abunde adimpleantur. Dicit aut Ex Iacob, & ex Iehuda: uel propter utrinque regnum nempe decem tribum, quod Iacob, seu Israel dicebatur, & regnum Iehuda: nam ex utrisq; electi sunt discipuli domini: uel Iudam nominavit propter dominum I E S V M, qui ex Iuda orturus erat, cuius erat regnum, & hereditas, ut est in benedictionibus Iacob. Montes meos: alijs motionibus potest esse singulare, montem meum, id est, montem Tacionis, montem, in quo erat templum. hoc autem, & quod sequuntur, figurata accipienda sunt pro illis uidelicet rebus, que per montem illum significabantur: si uero, ut omnes legunt, montes legas, certe per eos ipsam Ierosolymam, qua in montibus sita erat, intelligit, & per ipsam alteram Ierosolymam nouam: de qua infra uers. 18. & 19. unde mox relatiuum femininum sequitur. Hereditabunt eani: perinde enim fuit montes dixisse, atque in montibus sitam Ierosolymam: per antonomasiā enim, montes, pro illis montibus accipiebantur.

10 Campestris. nomen est proprium *כְּמַפְּשָׂר* regionis cuiusdam, que Ioppen, & Lydiam usque protendebar fertiliſima, & pascuis prædictis uberrimis: quam puto uulgo campeſrem dicitam, sicut hodie in non nullis provinciis ideo appellari campeſrem in Italia, & Gallia, & terram camporum in Hispania: ut non mirum sit, quod Hieronymus, qui ea loca optimè norerat, nunc proprium nomen Saron seruet, nunc campeſtria dicat. alteram quoq; uallem armientis deputat prope Iericu, que etiam, sicut altera, quasi prouerbaliter tunc temporis celebrabatur. quibus significatur summa pax: nam belli tempori arminta, & pecora ad montana transire faciunt, ne hostibus sint preda: amanissime enim uales statim ab hostibus occupantur. *וְנִי* autem est nullis in tribu Iehuda, Iosue 15. ad Sermitionem Iericu, hanc procul à Galgal, à tumultu, & turbatione populi Israeliciti habens appellationem portus, quam ab Achab sacrilegio, qui ibi lapidatus fuit, Iosue 7. quanquam idem Achab Achor quoque dicitur. 1. Paralip. 2. Filij Carmi Achor, qui turbabat Israelem, cim prauaricaretur cum anathemate. Crediderim ego, qui antea dicebatur Achan post illam turbationem dictum

Q q 7

Achor propter nescitatem nominum ab euentu: unde ad nomen alludens Iosue dixit ei; Quia turbastis, turbet te Iehova in die hac. significatur autem istis omnium rerum abundantia, quibus fructuri erant electi post aduentum domini. si enim armata, & pecudes seruorum Dei bene habebunt, quanto magis ipsi? Populo meo, qui requirerunt me. dicebam, inquit, trahissime me ad gentem, que me antea non quiescerat: quiescuit autem mox, ut audiuit: ideoque me reieccit populum immorigerum, id quidem pro maiori parte dictum accipe: nam si qui ex populo meo me quiescerint, omnibus istis bonis perfruentur. Huc facit quod ait Apostolus; Gloria, & felicitas in omnem animam hominis operantis bonum, Iudei prius, atque Graeci &c.

11. Et uos, qui reliquistis &c. uel & nos derelictores, seu desertores Iehoua, id est, qui pro more habetis Deum deferebant &c. Et obliuiscimini: non solum transfigrediendo legem Deum deferebant, sed cultus quoque continebant, moribus & fidei peruersi. intellige autem per hec antiqua sclera alia illis similia, qua tempore Christi patrabant. Qui ponitis, uel disponitis, instruitis. Fortuna. Ita est excusor. sic Martem uocabant, fidus, a quo putabant gentes pendere rei bellicae fortunam. Et libatis super eam. vulg. פָּנָא pro prepositione accepit, & nihil de ea re in commentariis dixit, nisi quid Symmachus interpretatus sit absque, me. ego puto eos נְבָנִים appellasse planetam, quem astrologi Mercurium uocant a supputatione, cui libabant, ut in negotiis feliciores essent. nam etiam hodie uim, ac diuinam quandam potentiam adscribunt in illos, qui eo horologo, seu ascendentie, aut alia duodecim domorum feliciter posito nascuntur, quo sint in negotiis ceteris multo feliciores. docti inter Hebreos pro numero accipiunt, & nomen stellarum supplent. sed nihil ad rem: si enim licet supplerre que quisque uolat, quot scripturas haberemus pro una? Sed nostros magis demiror, qui illas sequuntur. Paganus hic pro gad, exercitum cali in quadam editione sua ponit, & pro meni, planetas. iudicet libantes, & libamina offerentes. hoc autem significabat, Iudeos, cuenter bellorum, & pacis, astris solere adscribere potius, quam Deo, secutos gentium iudicium. Vide apud Hieronymum de ritibus illis mente instructa, quos ab Aegyptiis mutuati fuerant.

12. Numerabo uos in gladio: cum nomen meni, & נְבָנִים, id est, supputauit, dicatur, & interdum defutare, seu destinare designat, alludens ad ipsum nomen planete, eodem uero ius ait; Deputabo nos gladio, uel Supputabo nos gladio, ut lamed pro, in, accipiatur. Nymerabo uos ad gladium, id est, ad gladij numerationem. Per gladium autem, & mactationem omnis generis supplicia intelligit. Pro eo, quod uocauit: hoc superioribus, & etiam inferioribus annexi possunt; sive autem hoc, uel illo modo accipias, uocari, & non respondere, loquenterque Deum nolle auscultare, posuit pro mente instructione, & libaminibus; hoc enim in illis intelligi obscurè uolebat. propter ergo contumaciam, duritatemque cordis, propter incredulitatem, & contradictionem numerati sunt gladio &c.

13. Propter hoc &c. propter ea, qua praecesserunt paulo ante quorundam uidelicet obedientiam, & 14 aliorum contumaciam &c. Serui mei: ex uobis Israëlis, comedent, bibent, letabuntur, uanibunt, id est, omnibus bonis, tan corporis, quam animi perfruentur: (quod in discipulis domini impletum scimus) ceteris autem, qui sunt ex mendacio, credunt autem iniquitati, ira, & omne malum, que per eseriem, stim, pudorem, dolorem, atque uulnatum significantur, quod totus mundus in incredulis Iudeis impletum nouit. Præ exultatione cordis: hebr. pro bono cordis. Ester 1. Cum bonum esset cor regis, id est, bilare. Contritione spiritus: hebr. fractura. est autem fractura, seu contritus spiritus, seu cordis Hebreis, quando rebus desferatis animus succumbit. unde absque ultra consolatione in lamentabilis euilatus proruimpitur.

15. In iuramentum. οὐνανία dicit Hieronymus, uariatio accentu plura significare, accentus autem appellabat motiones uocales, quas iuxta sententia exigentiam docti apponebant: binc factum est, ut hoc loco septuaginta pro futuritate accepit, ut supra hoc nox accipitur cap. 23. & 56. libera erat punctorum, seu accentuum additio, quod saepe admonere soleo, in defensionem ueteris interpretis. Sicut autem uerbum γένεσις iurare, & adiurare notat, ita quoque uidetur nomen, pro adiuratione accipi. Genes. 24. Eris uacuus à iuramento meo, non teneberis adiuratione &c. sic nomen Iudeorum iuramentis, & adiurationibus seruire consuevit: sic mihi contingat, ut contigit Iudeis &c. in quem usum nobis sunt nomina rerum abominabilium. quare abominationi, & horrore futurum Iudeorum nomen, hic significatur: cuius rei omnes nationes testes sunt. Et interficiet te, & uocabit, id est, interficio te uocabit: non impone nomen tuum electis suis, licet ita uocabi meritò posint ueri Israëlis, & semen Abrahæ, ut Paulus satis luculentiter ostendit, sed alio nomine eos uocabit, uel (iuxta proprietatem Hebrei sermonis) aliud nomen impone: quod optimè Hieronymus interpretatur de nomine Christianorum: & sic intelligentum ophetis præ, que sequuntur, ostendunt, si rite expendantur. dignum quippe erat, ut hoc quoque à preesse locum diceretur, quod à nomine filii Dei, & Dei ueri populus denominandus

nominandus esset, non ab homine quopiam Israele, Iehuda &c. ut olim: ut uel ex ipso nomine appareret, quod esset Dei populus. neque a quo animo seruam alios hoc loco tropos mibi inferri: sine tropis enim interdum loquuntur & prophetæ, unde sequitur,

16. In quo &c. hic locus ualde insignis est, & rem Christianam mirum in modum illustrat: diinitatem enim Christi domini mihi aperie testari uidetur: quare optarem in huicmodi locis, plurimos ex nostris minus Hebreis confidere. uerba itaque persamus, ut sensum tandem uerum eliciamus. וְאֵת, si non essent infiniti pauci loci, in quibus in relatio וְאֵת intelligitur propositio, quam uerbum exigit, illis forte jacuerent, qui dicunt, illud, In quo vulgatum interpretem de suo addidisse: quoniam neque id libenter illis darent: nem uicem relatiui qui, iuxta grammatices Hebreæ regulam, & scriptura consuetudinem, suppleret & participi appositum: quod mox sequitur, adeo, ut sine וְאֵת uertendus esset locus, Qui benedictus est, aut qui se benedixit, בָּרוּךְ בָּרֶא. quo sum ergo additur וְאֵת? cereb oportet, qui vulgatum interpretem flagellant, interdum oculatores esse. arbitror ergo cum vulgato legendum esse. In quo, & esse sermonem de Christiano nomine, in hunc modum, Qui se, uel sibi in illo nomine altero, benedixit, id est, qui sibi bonum aliquod in Christi nomine impetratus fuerit, is certè in nomine Dei, qui fidelis est, & prestare potest, quod petitur, se ipsum benedixit. quo circumloquio Christianum uerum Deum esse affirmat: quod etiam facit, quod sequitur. Et qui iurauerit ubi repetendum est, In quo: In quo etiam nomine qui iurauerit, in Deo iurabit, qui uerax est, & ratio habet iuramenta, quo in nomine suo sunt. qui ergo dixerit, Saluet me Christus, uel quid simile, se benebixit in Dei nomine: & qui per Christum iurauerit, per Deum iurat. in benedictionibus enim, & iuramentis nomen ueri Dei usurpare solemus. neque mireris, quod pro Deo amen dixerim, Deum ueritatis: est enim uox Hebrei in regimine, ut amen nominaliter accipi necesse sit, ac si dicas, In Deo ipsius amen: in Deo, cuius est fides, ueritas, & firmitudo &c. in Deo, quem cum deprecamus, responderi solet amen, tanquam quem sciamus potentem esse donare, quod petimus: in Deo, quem cum laudamus, & ei fortitudinem, potentiam, sapientiam, eternitatem &c. tribuimus, respondetur, amen, tanquam is omnino dignissimus sit, cui hec omnia tribuantur. fictici autem dicitur, non sunt dicitur Amen, qui nihil possunt, & uanitas sunt. Vi ergo aliquo modo redderē regimine uocum Hebraicarum, dixi Deum ueritatis. quare & septuaginta Deum uerū dixerunt: & in Apocalypsi dicitur, Proculaberunt in confiteitu throni in facies suas, dicentes, Amen. Benedictio & caritas, & sapientia &c. ubi quasi nomi ualiter manifeste ponitur. quare ad hunc locum respexisse crediderim Apostolum 2. Cor. 1. cum ait; Dei enim filius IESVS Christus, qui in uobis per nos prædicatus est &c. Non fuit uero od, (id est, etiam, & non) sed uero in ipso fuit, quoque enim [ sunt ] promissiones Dei per ipsum uero, & per ipsum Amen. Deo ad gloriam per nos. ubi significat non lenem fuisse, non uarium, & inconstantem, sed eum semper, & omnes promissiones in ipso complendas constanti, atque inuariata ratione. hoc est enim promissiones esse in Christo, וְאֵת, & Amen. & Amen quidem Hebrei non tantum est optantis, sed etiam factum ratum habentis, & confirmantis. quod si uerbum וְאֵת hoc loco non pro iurare, sed adiu rare accipianus, fortè aptior erit sententia, quod qui in benedictionibus, & adiurationibus, id est, mala, aut bona impetratus, Christi nomen usurpauerit, ut Christus me saluet, uel Christus me perdat, si hoc fecerimus, uel illud &c. Deum Amen, putandum erit nominasse, qui ratam habeat benedictionem, uel maledictionem. Commandant itaque hoc Christi nomen, & nomen Dei esse coniunctum: & angustior est hoc interpretatio: quam eorum, qui dicunt, nihil aliud hic haberi, quod tempore Christi iurabunt in nomine Dei, & non falorum deorum, quod etsi sciam alibi etiam promitti, sed inter tam magnificas promissiones, non aptè hoc collocari uidetur. quia autem locus hic aduersus Iudeos facit, pro diuinitate Meïsa Rabini ita interpretantur, ac si non esset initio uerbi relatiuum וְאֵת, quos omnes ferè ex nostris inconsiderat sequuntur. Exempla autem, in quibus in וְאֵת suppletur prepositio apta constructionis, aut etiam in quibus participia præpositio & exigunt, per relatiuum redi, adeo perius sunt, ut superuacaneum duxerim ea afferre. qui uero illud, In quo, excludunt, & nihilominus in Deo Amen, de Christo interpretantur, ni fallor, Iudeis nostra ridendi occasionem prebent. In terra: more Hebreorum additur per pleonasmum. Angustiae priores: non hic pressuras, aut calamitates, neque etiam peccata intelligi, sed legis, & legalium angustiarum per contemptum. unde non absconditas ab oculis hominum, sed ab oculis Dei dicit textus Hebraicus, quasi non ultra à suis exigere deboret legalium obseruantiam, neque ritus illos benedictionum, & dilectorum rerum, qui in lege prescripti erant certi, ac definitis uerbis: sed quisque se ipsum, aut sibi ipsi in nomine Christi posset singulis momentis benedicere: est enim Deus hominibus admodum familiaris, qui ditissimus est in omnes, qui eum inuocant: rata sunt sub Christo precies, & benedictionibus in nomine Christi factis largiter respondet dominus: est enim Christus Deus Amen. hoc illud est, Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Olim dicebant, De ore cali & de pinguedine terra. sit benedictio tua: bona ter-

re sibi inuicem optabant homines; & secum bene actum existimabant, si terra illis lat, & mel proferret, & huicmodi peritura bona germinaret. istae priores angustiae obliuioni traditae sunt: amplius campus est. quicunque super terram egenus poterit, sibi impetrari regnum colorum, & aeterna bona, & rarae rerunt benedictiones, & uota eius: quia Christus est Deus Amen. neque huic interpretatio nni nominis τύπος repugnat usus: nam de locis angustiis dicitur: & Paulus angustum rui familiaris, & panuriam, ita quoque appellat 2. Cor. 8. Non, ut alii sit relaxatio, nobis autem angustia. ergo libertatem a legalibus, & largitatem, abundantiam, seu exuberantiam bonorum uerorarum sub Christo loqua hic continet: atque ita optimè conuenit, quod sequitur.

17. Ecce enim &c. ne miramini, quod dixerim oblitio tradendas angustias priores, & multò ampliora Christianos habitus, quam olim habuerint Iudei: decreui enim nouū orbem condere: hoc enim per celos intelligitur in scripturis, regnum Iudee Christi est nouus mundus, multò augustior, multò pulchrior, infinitis partibus isto, quem cernimus, amplior, atque ornatiō. siquidem si mundus hic uisibilis millies tantum cresceret, adhuc ipsum caperet nouus hic orbis. Facile fuerit, singula singulis conferre: quod omittit facere, ne mensuram, & leges commentarii transfigrari: hoc tamen non silebo, quod quanto aeterna temporarijs, spiritualia corporeis, diuina humanis præstantiora sunt, tanto mundus uisibilis huic præstat. addo, quod iffa quoque uisibilia noui mundi, quæ in mundo hoc sunt præstantissima, longè superant dignitate, & gloria. An non pulchriores, & digniores Paulus, & Petrus luna, & sole? an non præstaret mundum tenebris inuolui, quam doctrinae istorum hominum luce carere? Quia singula perseguor? merito sequitur, Non erunt in memoria priora, neque super cor escendent. qui enim gaudauerint dona celestia, uniuersa hæc uisibilia parvi facient: neque eorum desiderio tenebuntur. hoc enim est in memoriam non uenire. nam qui biberit ex aqua, quam Christus dat, non sciri in eternum. De his, qui sapient, est sermo: neq; enim stultorum, cum ac rebus his agitur, habenda est ratio.

18. Gaudebitis &c. farui resert, quod in hebr. est tertia persona. exponit ergo, quid sit, non uenire in memoriam priora; id est, magis, magisq; gaudere, & exultare super nouis creaturis: illa enim geminatio, τυ γάγη ualeat, ultrà ultrà, id est, aliud magis, in dies magis. qui autem noui in dies magis gaudet, uetera in dies magis obliuiscitur, minusq; in dies appetit. Ad hanc, credo, locum respiciens Paulus ait; Quæ retro sunt oblinisciens, ad anteriora extendeo me. Hac est autem natura uerorum bonorum, ut eorum amor, estimatio, & uoluptas non minuantur tempore, sed magis, magisq; proficiat: uisibilia autem non item, sed quotidie magis fastidio est: circumscripta enim admodum est eorum perfecio, & natura. unde cum animis hominis semper ad ulterius procedendum, atque proficiendum natus terminos reperit, affligi solet. uera autem bona Deum in se continent, quem quo diuitius, & ueberi, eniū amaueris, magis, magisq; amare optabis, eoq; frui appetes, nunquam satiatus, aut ullis limitibus impeditus. Creo Ierusalem &c. quid fieri de Ierusalem? perpetuo ne iacebit desolata? alio ne transferetur gaudium seruorum Dei? uelutem enim dolerat in oratione Iesaias super Ierusalem. propterea nunc subdidit, quod simul cum novo calo, & terra, Ierusalem crearet, quæ esset exultatio, & populus eius gaudium, id est, in qua perpetua esset exultatio. nam Apostolis ipsis dixit dominus, & ceteris omnibus electis, quod gaudium eorum nemo ab ipsis tolleret: quia eiusmodi est eleborum gaudium, ut ab eis auferri non posset: nam ea, de quibus gaudent, potestati humana non sunt subiecta. quare non necesse est ad gaudia superna patria confugere, quod hac uera esse ostendamus.

19. Exultabo in Ierusalem: dixerat in oratione, ne perpetuo irasci uellet, respondet, quod non solum populus gaudebit, sed ipse quoque in ea exultaret: neq; in illam indignaretur, ita ut eos, qui eam incoarent, faceret flere, & euilare, seu exclamare. non potest enim abijcere Christus ecclesiam suā: nam corpus ipsius est. peribunt quidem multi, & deficient multi: sed semper corpus Christi integrum est: & erunt semper, qui uerè gaudescet: defere autem alios non excludit uerum gaudium. nam ubi est bona conscientia, ibi gaudium est, & quasi inge coniuinum, ut est apud Salomonem: at bona conscientia non est sine aliorum misericordia, pietate, alijsq; multis affectibus, quos gignit caritas. nam, ut inquit Propter, in hac uita non recte uiuitur, si non timeat quisque, aut caueat, ne aut ipse quādiu mortalitate uiuit, aut alijs, quem in Christo diligit, fide sua deficit; si neque de suo, neque de proximi sui peccato contristetur, nec doleat, de profili laetus, aut gaudeat: si nihil boni ueluti, aut cupiat. Non solum, inquit, recte non uiuet, sed etiam sensum ipsius humanitatis amisit, non igitur isti affectus uerum gaudium auferunt, si sine ipsis bona conscientia, seuerēta uita constare non potest. est itaque in ecclesia sempiternum gaudium: quia bona eius eterna sunt: neque pro ablitione eorum quam in ea nos flatus audiatur, aut pro ipsis ciuitatis euerstone. eterna enim est, quia Deus eternus est, qui in ea exultat, & gaudet: quod gaudium etiam nemo auferre potest.

Non

20. Non erit ibi. וְאַתָּה inde, id est, non inde exhibit infans dierum: non immatura morte rapientur parvuli, qui paucos dies uixerint: neque etiam inde efficeret senex, qui dies suos non impluerit. parvus autem quam ad perfectam etatem non perueniat, non morientur: neque qui iam canescere incipi, inde exhibet, aut ad tunulum efficeret autem quam ad decrepitam etatem perueniat. Quia puer &c. exponit, quod dixerat. nam puer, inquit, si morte auferendus erit, non nisi post centum annos uite illud enim est Hebreis filius centum annorum) auferetur. auferri autem in ecclesia, seu mori est ab ecclesia damnari, non absoluji, non illi parcere, uel illum ad penitentiam recipere: sed cum a ceteris aliorum, ut infamem, & reprobum efficeret. quare exponens, quod obscurè dixerat, addidit: Et peccator, seu qui peccauerit, filius centum annorum maledictus erit, id est, non antea uilis habebitur, probris ex afflictione, & honore priuatis, quam fuerit filius centum annorum, id est, in peccatis famauerit, & impudens, ac contumax fuerit, ut nihil aliud hic locus commendet, quam peccata, que per ignorantiam, aut fragilitatem committuntur, facile condonari, & ferre nihil ex eis detrimenti hominem accipere, non ignominiam, non damnationem in ecclesia incurvere, sed facile eos ad penitentiam admitti. Est autem ὁ Ιησος in pueris uilipendere, debonitare, conuiciari: uerbo maledicendi solet reddere uilgatus. Exod. 22. & Leuit. 20. Qui patri suo, aut matre sua maledixerit &c. idem autem sunt, non implere dies, mori, & maledicere, seu uilipendi: esse uero centum annorum, est inueteratum esse, & perfricta fronte. Possumus huc quoque sic accipere: non erit ex noua Ierusalem puer paucorum dierum, id est, qui immatura etate moriatur, neque senex, qui non perueniat ad etatem de crepitam: quandoquidem pueri non morientur, nisi postquam centesimum uite annum attigerint. Verum ne quis haec, ut sonare, acciperet, & etatem hominum aduenientem Christo diuiniorem fore putaret, quam antea, sed etiam tanquam de sapientia, & morum granitate dicta caperemus, addidit, Et qui peccauerit, etiam si sit filius centum annorum, & plurimos annos natus fuerit, tamen uilipendetur, neque ullum honorum habebit, neque felix iudicabitur: can enim sunt sensus hominis, & etas senectutis uita immaculata. ergo nihil aliud hac significant, quam sub Christo diuiniorem hominum fore uitam, modis longitudinem uite eius puritate metiaris, alioqui adeo a noua Ierusalem alienum erit peccatum, ut in quoque homine reperiatur, tanquam aberit, ut felicitati tribuatur, ut ob hoc ipsum infelix censetur, etiam omnia alia ad uotum succedant, & annos Ierusalem impletat. hic sensus planus est, & nequaquam priori cedit. Quid si peccatorem appellet, quasi per contemptum & hic erit tunc sensus: Si quis in iuuenili etate sit auferendus, non ante auferetur, quam centum annos impleuerit, & huicmodi peccatorem omnes uilipendet, qui centū tantum annos uixerit; quasi dicat, Nemo in regno Christi immatura morte auferetur: nam qui in puerili etate auferendus erit, centum annos natus auferetur, & huicmodi, tanquam peccator male audiet, quod tam parum uixerit. Meo quidem iudicio, hac expositio neutri ex superioribus cedit, & simplicissima est, & sequentibus quaerat, quæ de diuinitate uite loquuntur, quæ omnia figurata accipienda sunt, nempe ut hanc uite longitudinem uitam gratia intelligamus; quæ non moritur, sed transiit de morte ad uitam. Quæ alij hic dicunt, apud ipsos uidere poteris, & quam appositè, prudens lector iudicabis, si prius aduersas illud, quidquid hoc uerbi continetur, ad felicitatem pertinere debere, & nequaquam in malum esse accipienda, si uim inferre textui propheta nolis. Quomodo autem hoc in ecclesia uera sint, quis non uidet? omnia enim errata, tanquam si puerorum efflent errata, condonantur: neq; ignominia afficiuntur, nisi qui in peccatis confunduntur, & qui impudenter, & nullo timore peccant. isti non absoluuntur a sacerdotibus: isti excommunicationis subiacent; ceterorum uero peccata, quæ ex fragilitate, seu ignorancia contrahantur, heluti peccata puerorum, censentur, & condonantur. digna profecto res, quæ oracula quoque sua multò antea haberet; quod neque pueri, neque senes, etiam peccatis præuenti non dannentur ab ecclesia, nisi in suis peccatis uelint inueterare: tunc enim morti, & probris digni tantum censemuntur, atque ex hoc probat propheta, non audiandam in noua Ierusalem uocem flentis, aut clamoris: uix enim inueteratos quisquam deflet; si dira patiatur impudens peccator, uix doleamus: si autem inuenis, & qui ex fragilitate, seu ignorantia peccans ad supplicium traheretur, uel ab ecclesia eiueretur, & infamis uita duceret, non deesse iustus dolor, quare olim luciliu erant omnia plena: immundi censemuntur, & uiles mille homines singulis diebus: & ob unum tantum crimen ex fragilitate commissum, portabat quisque statim peccatum suum. si autem posteriores expositiones sequaris, uerisimiliter etiam ea, quæ dicuntur, esse reperies. iudicio enim Christianorum iuxta euangelicam institutionem: iudicantium, ille tantum diu uixisse iudicatur, qui sancte uixit, neque felix censetur, quibus prosperè succedunt omnia, sed qui iuste uixit, etiam si dira patiatur, gratias ergo agamus Deo nostro pro tantis miserationibus.

21. Et edificabunt domos &c. alludit ad benedictiones, quæ sunt in lege seruantibus mandata

22 Dei. in his quatuor uerbis, quod fruentur suis laboribus, non autem hostes, quod non deuastabunt  
 23 hostes uineta, olineta, domos, sed hoc diuturna erunt: nam & ipsi du uident, ueluti arbores; & pue  
 24 ros suos non abducet hostis, neque interrimet: sed sicut progerminationes arborum prope ipsas durant,  
 & final cum matribus flant; ita etiam soboles electorum &c. ratio istorum est, quod sunt semen be  
 nedictorum domini, seu semen benedictum: ista enim omnia benedicta a domino promittuntur, id est,  
 legem suam feruantibus: quod si quidpiam aduersi immineat, statim Deus illis abest. Per hanc autem  
 temporaria spiritualia intellige, & felicitatem ueram in omnium uerorum honorum abundantia, qua  
 hostis non auferat, & multarum ecclesiarum creatione, & filiorum spiritualium generatione. Sc  
 cundum dies ligni: arboris, id est, arborum, quercus, aut cedrus, & abies intelligit, ex qui  
 bus adficia solent construi. nos Lusitani dicimus, uinet, sicut lapides; Hebrai, sicut arbores, pro  
 uita longissima: arboribus uero potius comparantur electi, propter pulchritudinem, & germinatio  
 nes, ut mox explicat. Fortè ad dies ligni uite fit allusio, quod uiuerent, ac si de ligno uite cederent.  
 quod etiam uerum est: nam uita gratia, uita eterna est: & domus, quas in celis adficiamus, perpe  
 tua sunt, ut que non manu facta sint, & fructus laborum nostrorum in eternum illic comedemus cu  
 ijs, quos in euangelio generaverimus. & hoc omnia ad felicitatem uite presentis faciunt, de qua est sermo,  
 etiam si futura sint: scire enim illic esse domum eternam &c. felicitatis nostra non est pars mini  
 ma. Et opera manuum eorum inueterabant electi mei: sic in uulgato legendum est: hoc est  
 durare facient, & ad senium peruenire. In conturbatione. הַלְלוּ אָתֶת כְּלֹתָה, seu præcip  
 tanta: & hoc intelligit uulgatus per conturbationem, que celerritatem comitatur, præsertim si sit ce  
 leritas, de qua hic est sermo, nempe generationis, id est, si citò auferatur ante oculos proles. quia ue  
 rò generare ad præcipitiantiam, obscurum ualde erat, sensum alijs uerbis expresti.  
 25 Lupus, & agnus: hoc est, quod in euangelio dicitur: Ecce mitto uos, sicut agnos inter lupos, ad  
 feras, & barbaras nationes: profecti agni euangelici eos ad mansuetudinem traduxere, ut unum esse  
 uideantur, ac si fuissent semper unus generis, seu religionis. Paleas. בְּאֵת אָתֶת דְּמָנָה, cer  
 tamen mensura confituta, uel operis faciundi, uel cibi comedendi: quia uerò palea bobus dantur, uulgatus  
 paleas dixit. Sunt autem leones feræ uoracissime, & gentes, que ingluvici dedita erant, notat; per  
 euangelium autem ieiunare, & abstinuisse didicere, non nisi semel in die edere, non carnis sextis  
 feriis uesci, & similia, que per demensum intelligere oportet, uelint nolint heretici nostri temporis,  
 qui ieiunium euangelij dicunt esse temperantiam, ut ecclesiæ auctoritatem infringant, & ipsi nunquam  
 abstineant, neq; temperantiam seruent, in leones iam uerti, qui demensum nolunt comedere cum ar  
 mentio Dei. Certè una haec uox ieiuniorum tempora, & delectus ciborum, & certas leges commen  
 dat, qua uel ex hac intelligent p̄ Christiani non esse contra libertatem euangelicam, quod à prophe  
 ta inter felicia commendantur, & dum de cessatione ueterum angustiarum sermonem faciebat: que  
 enim ad infrenandas animorum passiones, & sedandos affectus faciunt, tantum abest, ut libertatem tollant, ut eam ueram efficiant. qui autem libertatem aliam Christianorum auribus occidunt, sciant  
 se nomine euangelij carnis libertatis esse propaginatores. Et serpenti puluis panis eius: nos du  
 bito, quin de hoste humani generis sit sermo, qui oblati ab eius porestate hominibus, quos in lupos,  
 & leones conuerterat, & quos depascebant, non ultrà homines deuoraret: sed tantum pro cibo habeat  
 puluerem, quem ei Deus in cibis initio mundi dedit. Profectò ex hoc loco intelligimus illam serpentis  
 maledictionem ad tempus Mæsi pertinere: antea enim homines deuorabant; at sub Christo, non nisi  
 eos, qui non homines censendi sunt, & qui se scientes, uolentesq; illi deuorando prebent, deuorant.  
 Non nocebunt, uel non male agent, neq; occident, uel non excident, seu funditus perdent:  
 & impersonaliter accipiunt huiusmodi uerba Hebreis, id est, non erit, qui alteri nocumentum infe  
 rat, non qui uitam auferat: regnabit caritas in ecclesia, & regno Christi. Hæc ea ratione uera esse  
 existimo: quia ingens est diuinorum donorum copia, & magna fuit caritatis effusio per spiritum san  
 ctum, qui ecclesiæ datum est: quem qui non reuicti, neminem contristat, & ab iniuriis aliorum abstinet.  
 his accedit, quod qui ledit alterum, qui ue occidit, pertinet quidem ad regnum Christi, & montem san  
 ctum dominum, & ecclesiæ propter fidem: sed tantum minus habet regni Christi, quantum caritatem  
 dereliquit, ac last: illi enim perfectè de regno Christi sunt, qui ut fidem non deserunt, ita caritatem  
 non violant, qui certè re ceteris regnis præstat: in quibus nihil minus reliquis habent, qui nocent, &  
 iniusti sunt, immo sepius illi plus habent, & feliciores indicantur, qui alijs nocere possunt, dum volunt,  
 & id impunè faciunt.

SIC

## Caput sexagesimumsextum.

Noua.

Vetus.

**S**I C dixit Iehoua; Cælum thronus  
 meus, & terra subcellum pedum meo  
 rum: ubi haec domus, quam adficiatis mihi?  
 & ubi hic locus residentia meæ.

Et omnia ista manus mea fecit: & sunt  
 omnia ista, fidelis sermo Iehoua, & ad  
 quem respiciam? ad inopem, & casum spi  
 ritu, & trementem super uerbis meis.

**Q**ui maestat taurum, cædet uirum: qui  
 sacrificat pecudem, deceruicat canem: qui  
 offert oblationem sanguinem suis: qui co  
 memorat tus, benedic uolentia: immo  
 haec elegerunt in iujs suis, & in abomina  
 tionibus suis anima ipsorum complacuit.

Ego quoq; eligam cogitationes eorum,  
 & pauores eorum adducam eis; eò quod  
 uocaui, & non fuit, qui responderet: locu  
 tus sum, & non audierunt, & fecerunt ma  
 lum in oculis meis, & quæ non complacui,  
 elegerunt.

Audite uerbum domini, qui tremitis ad  
 uerbum eius: dixerunt fratres uestrí odien  
 tes uos, & abiicientes propter nomen meū:  
 glorificetur dominus, & uidebitur in lati  
 tia uestra: ipsi autem confundentur.

Vox tumultus ex ciuitate, uox ex tem  
 plo, uox Iehoua retribuentis retributionē  
 inimicis suis.

Antè quām parturiret, peperit: antè  
 quām ueniret dolor illi, enixa est mascu  
 lum.

Quis audiuit, sicut hoc? quis uidit, sicut  
 ista? nūquid profanabitur terra in die uno?  
 si paruerit gens impetu uno? quandoquā  
 dem dolores passa est, quinimmo peperit  
 Tzion filios suis.

An ego fracturam fieri faciam, & non  
 gignam? dicit Iehoua. si ego, qui gignere  
 facio, & concludar: dixit Deus tuus,

Lætamini cum Ierusalem, & exultate cu  
 ea omnes; qui diligitis eam: gaudete cum  
 ea gaudium omnes, qui lugetis super eam,

Vt fugatis, & latemini ab ubere con  
 lationum

**H**ACE dicit dominus; Cælum sedes  
 mea, terra autem scabellum pedum  
 meorum: quæ est ista domus, quan adfici  
 abitis mihi? & quis est iste locus requie  
 tionis meæ?

2 Omnia haec manus mea fecit; & facta  
 sunt uniuersa ista, dicit dominus. ad quem  
 respiciam, nisi ad pauperculum, &  
 contritum spiritu, & trementem super uerbis meis?

3 Qui immolat bouem, quasi qui interfici  
 cit uirum: qui maestat pecus, quasi qui ex  
 cerebret canem: qui offert oblationem,  
 quasi qui sanguinem suillum offerat: qui  
 recordatur turis, quasi qui benedic idolo.  
 haec omnia elegerunt in iujs suis, & in abomina  
 tionibus suis anima corum dele  
 etata est.

4 Vnde & ego eligam illusiones eorum, &  
 quæ timebant, adducam eis; quia uocaui,  
 & non erat, qui responderet: locutus sum;  
 & non audierunt, feceruntq; malum in ocu  
 lis meis; & quæ nolui, elegerunt.

5 Audite uerbum domini, qui tremitis ad  
 uerbum eius: dixerunt fratres uestrí odien  
 tes uos, & abiicientes propter nomen meū:  
 glorificetur dominus, & uidebitur in lati  
 tia uestra: ipsi autem confundentur.

6 Vox populi de ciuitate, uox de templo,  
 uox domini reddentis uicem inimicis suis.

7 Antè quām parturiret, peperit: antè  
 quām ueniret partus eius, peperit mascu  
 lum.

8 Quis audiuit unquam tale? & quis ui  
 dit huic simile? nunquid parturiet terra in  
 die una? aut paruerit gens simile? quia par  
 turiuit, & peperit Sion filios suis.

9 Nunquid ego, qui alios parere facio, ip  
 se non pariam? dicit dominus. si ego, qui  
 generacionem ceteris tribuo, sterilis ero;  
 ait dominus Deus tuus.

10 Lætamini cum Ierusalem, & exultate cu  
 ea omnes; qui diligitis eam: gaudete cum  
 ea gaudium omnes, qui lugetis super eam,  
 Vt fugatis, & repleamini ab ubere con  
 lationis solationis A

Noua.

Vetus.

lationum eius, & exprimatis, & delicijs uosmet ipsos ingurgitatis ab omnimoda gloria eius.

**Q**uia sic dixit Iehoua; Ecce ego extendo super eam, quasi fluuium, pacem, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, & fugietis: super latus eleubimini, & super genua accipiemini amanter.

Sicut is, quem mater consolatur, sic ego 13 consolabor uos, & in Ierusalem consolacionem accipietis.

Et uidebitis, & gaudebit cor uestrum; & ossa uestra, quasi gramen germinabunt; & cognoscetur manus Iehoua cum seruis suis, & male tractabit inimicos suis.

**Q**uia ecce Iehoua in igne ueniet, & uelut turbo currus eius, ad effundam in ardore nasi sui, & increpatio ipsius in flamma ignis.

In igne enim Iehoua iudicabit, & in gladio suo omnem carnem, & multiplicabuntur interficti Iehoua.

Qui sanctificant se, & mundant se ad hortos, alienus unus in medio: comedentes carnis suillæ, & abominationis, & muris simul deficient, fidelis sermo Iehoua.

Et ego opera eorum, & cogitationes eorum uenio ad congregandum omnes gentes, & linguis: & ueniens, & uidebiunt gloriam meam.

Et ponam in eis signum, & mittam ex eis euasores ad gentes Tarfis Pul, & Lud, tractores arcus Hispaniam, & Graciam ad insulas longinquas: qui non audierunt auditum meum, neq; uiderunt gloriam meam. & annuntiabant gloriam meam inter gentes,

Et uenire facient omnes fratres uestrorum ex uniuersis gentibus oblationem ipsi Iehoua in equis, & in curribus, & in leanticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctitatis meæ, Ierusalem, dixit Iehoua, quem admodum adducunt filii Israel oblationem in uase mundo domum Iehoua.

Quin etiam ex ipsis accipiam in sacerdotes, in Leuitas, dixit Iehoua.

Quia sicut cœli illi noui, & terra illa noua, qua ego facio stare coram me, dicit dominus; sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum.

Et erit de mense in mensem suum, & de sabbato in sabbatum suum: ueniet omnis caro ad supplicandum coram me, dixit Iehoua.

Et

solationis eius: ut mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius.

**Q**uia haec dicit dominus; Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam fugietis: ad ubera portabimini, & super genua blandientur uobis.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor uos, & in Ierusalem consolabimini.

Videbitis, & gaudebit cor uestrum; & ossa uestra, quasi herba, germinabunt; & cognoscetur manus domini seruis eius, & indignabitur inimicus suis.

**Q**uia ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem tuum, & increpationem suam in flamma ignis.

**Q**uia in igne dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interficti a domino.

Qui sanctificantur, & mundos se putabant in horitis post ianuam intrinsecus, & comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem: simul consumuntur, dicit dominus.

Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum uenio, ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis: & uenient, & uidebunt gloriam meam.

Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes lagitatem, in Italiam, & Graciam, ad insulas longè, ad eos, qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam. & annuntiabant gloriam meam gentibus,

Et adducunt omnes fratres uestrorum de cunctis gentibus donum domino in equis, & in quadrigis, & in leanticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum nrum Ierusalem, dicit dominus, quomodo si inferant filii Israel munus in uase mundo in domum domini.

Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit dominus.

Quia sicut cœli illi noui, & terra illa noua, qua ego facio stare coram me, dicit dominus; sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum.

Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: ueniet omnis caro, ut adoret coram facie mea; dicit dominus.

Et

Noua.

Vetus.

Et egredientur, & uidebunt in cadavera 24 uorum, qui transgressi sunt in me: quia uermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur: & erunt fastidium omnis carnis.

**H**AEC dicit dominus &c. Iesaias populi uicem dolens, & eorum caussam agens supra in oratione prope finem domum illam, in qua Deum patres laudauerant, excusatam esse dicebat, ueluti rem indignissimam, & quo prouocare posset ad misericordiam, diuinam bonitatem, ut iterum uellet redificari &c. his nunc respondere uidetur dominus. Cælum sedes mea &c. adeò, inquit, magnus sum, ut cùm in celo sedeam, terram pro subsellio pedum habeam. quidigitur adeò solliciti estis de domo mea, ut eius quoque cura ego tangi debeam? manifestum est autem haec figurare, & pro captu humano diuina, nihil aliud significare, quam se loci stacio non capi, & infinita esse magnitudinis. Quia est ista &c. uel ubi est nam & de loco interrogat: et si iungitur pronominis in optimè redditur per uerbum substantiuum. Vbi est, ut Iob 29. Vbi hic locus intelligentie? & 1. Sam. 19. Vbi haec domus uidentis? ita hoc loco. Vbi nam erit dominus, quam adificabit? Aedificabit: ita est in Hebreo, id est, quam adificare optatis, & de qua readificanda solliciti estis? quis iste locus: ubi est locus Requitionis, in quo restideam, quiescam &c. nam sic vocabant templum domini. Surge domine in requiem tuam. & ipse dominus cùm de adificanda domo ageretur, domum, ut in ea habitaret, dicebat: quandiu uero res intelligebatur, ut erat, uidelicet quod dominus non caperetur illa domo, sed propter homines noluisse habere locum, ad quem uenirent, ut se precarentur, & in quo tantum sacrificia suscipieret, ne quisque pro uoluntate sua cultum excogitaret, & ad idolatriam relaberetur, tandem in illa domo sibi complacuit. Vide orationem, quam fudit Salomon in dedicazione templi, & haec ita esse intelligere. At postquam Iudei eò insipientie decuerunt, ut de Deo non digna sentire, sed eum, propter scipsum domo illa gaudere arbitrati, omnino crederent, eum se sibi, ueluti debitorem, reddere, quod quasi beneficium illi impenderent, atque interim nullis non sceleribus immergerentur, putantes sat sibi esse, templum domini babere. apud se, ut inquit Ieremias; capiti domum illam paruipendere, & cultum omnem nibili facere, tandem & odisse; ut, ad ciuilem malorum peruenientibus eius cultoribus, templum & cultum omnem euenterit, funditusq; deleuerit: nequaquam id fecit, quandiu pietas uiguit. Et recta de Deo sententia, non ergo hic damnari exteriorum cultum existimes, sed interiorum quoque exigi, ac requiri.

2 Omnia haec manus mea. & haec omnia, que cornutis, cælum, aerem, mare, terram, ego mea potentia feci: & batenus eadem mea virtute consistunt, & erunt, quandiu fuerint: ita enim accipendum puto illud futurum. יְהִי ו sunt: uel, & erunt: uulgatus pro præterito accepit, & facta sunt: quasi illud, Fecit, sit, præcepit, ut fierent, ut sit idem cum Psalmo 3 Dixit; & facta sunt. uel est plenafs Hispæ familiaris: Fecit, & facta sunt, id est, nemo auerit, nemo impedit. Si igitur uniuersa, qua uidebantur, Dei erant, merito rogat, ubi nam eset domus illa aificanda, an extra mundum? in minus, quid ergo beneficj accipere ipsum putarent? Dicit dominus: uel, ut uertere cum Paulo confuerit, Fidelis sermo Iehoua, quasi rem magnam, & acceptatione dignissimam dicere uelit. Ad quem autem: hebr. & ad quem: quasi dicat, quid pluribus opus est uerbis? quid à me exspectandum est? ad quem nam respicere soleo? aut ad quid dignum est me respicere? ad dominum ne lapidem? an ad animalium sanguinem, qui in ea funditur? inquit ad donaria hominum perditissimorum? minime gentium. Nisi ad pauperulum: uulgatus sensum uerit: in Hebreo tantum est responso absoluta: ad pauperulum, uel ad inopem, id est, ope desitutum hominem. Et contritum spiritu. נַסְעֵנָה ceſum percusſum, ſaucium, id est, afflito animo, & more reffectum. Et trementem sermones meos, uel super sermonibus meis, id est, qui ne latum quidem uinge m audet à uerbis meis declinare: & ita pauci aliquod Dei uerbum præterire, ut pueri contremiscunt ad ſeruum, & mundani ad nuntium, uel ſignum anūfionis bonorum, uel etiam mītā: denique bac auxili, legis Dei obſeruantem, & amantem intelligit: non enim amittere timemus, nisi que ingenti amore complectimur. si tales ſuſſint Iudei, ad eos refexisset dominus: neque templum eorum euerſet. Vnde uers. 5. at quia multò diversi ab istis, ſubdit propheta,

3 Qui immolat bouem &c. uiri ſanguinem fundere granitissimum coram Deo crimen erat: at canis adeò immundum animal in lege iudicabatur, ut neque pretium canis in domum Dei inferriri licet.

de sic quid opus est dicere? uictima uero bonum, pecudum, & adolere incensum grata erant Deo: ab impio uero manibus perinde erat bouem ingulare, ac si quis uirum cederet ad placandum Deum &c. **¶** quoque, que in lege erat oblatio ex farre, Dco non ingrata, sanguini filio confertur: incensi uero crematio cum laude, violentia; qua nibil est putridus, aut odiosius coram Deo. qui fieri igitur poterat, ut ad illa munera attenderet Deus? aut eorum preces exaudiret? aut dominum, in qua ista abominationes illi offerebantur, non deleret? Hæc omnia elegerunt &c. **Hebræum** **¶** non erat omnitemendum: habet autem correctionis uim hoc loco, ut sepe aliis: quasi dicat, quid immolationem bovis cum hominis iugulatione consero &c. quasi uero illa omnia, quibus eorum sacrificia comparo, illi non perpetrent? homicide planè sunt, et canes, & suis immolant, & nūm inferre alii felicitatem ducent: & illæ uniuersæ abominationes illis placent. De uocibus iam supra dictum est.

**¶ 4** Vnde & ego eligo illusiones eorum, seu cogitationes: illi sibi in abominationibus placent, & illis rebus, à quibus ſentient me abhorrire, iſcīcō ego etiam placebo mibi in illis rebus, quas illi ualde meuiunt. illas ipſorum cogitationes, id est, ſolicitudines, curas, timores ego eligam, ut illis adducā ea, à quibus illi abhorrent. ita prorsus intelligendus est locus hic: quod ſtatim explicat dicens; Et paueores eorum adducam eis, nempe timores amittendi regnum &c. quas in confilio illo prodiuerunt, Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Quia uocauit &c. concludit repetens, quod ſuprā dixerat capite superiori uerf. 12. eandem aſſignans cauſam captiuitatis hominum, & defolatiōnis templi, nempe contemptum predicationis euangelij, & impenitentiam: reddit tamen ſtatim ad conſolationem paucorum electorum ex Iſraele, & eorum, qui per eos crediderunt.

**¶ 5** Audite uerbum domini &c. propter ſcelera reiſcēdoſ Israeltas, hypocritas, & deuauſtan dum templum, & locum, neque readiſcanum meritū ſignificauerat: iam cum electis ex Iſraele, & no[n] populo, ueris Israeltis, noua Ieruſalem ei res eſt: & primò diſcipulos domini alloquuntur, ut eos aduersus impios fratres Iudeos conſeruit. Qui tremitis &c. hi enim tantum ex Israeltis electi ſunt, reiecti contumacibus, qui uocanti non responderunt, & ad expandentem manus non attenderunt, neque predicatori aures accommodarunt. Vos, qui uocati ſecuti eſtis dominum reliquis omnibus, & quo[n]cūq[ue] pergebat, cum ſequabamini; ad quos dominus refexit, quorum curam geſit, ueluti mater filiorum, uelutram pauperiem, uelutram inopiam, uelutram marorem, reficiens, fouens, releuans, & in diuitias gaudium, & glorian commutans: uos diſcipuli domini, in quos coniectis ſepe ipſe oculis, de paupertate, de luctu, de mansuetudine multa diſſerebat, ut uulgi opinione reiecta, hæc mundi bonis an teponeretis; uos, inquam, audite uerbum domini. Dixerunt fratres ueluti, qui uos oderunt &c. certè ad hunc locum alludit dominus, cùm ait; Beati eritis, cùm uos oderint homines, exprobauerint, & eiecerint nomen uelutrum, tanquam malum propter nomen meum &c. Abiſcentes, ſeu remouentes, tanquam immundum, & pollutum. hanc propheſe predicationem dominus apud Ioannem cap. 16. pluribus uerbis exponens ait; Absque synagogis facient uos &c. Propter nomen meum: hac uerba ſunt uerba Iehouæ Dei ipsius benedicti: qui eieciabant diſcipulos propter nomen I E S V, (iuxta prophetam iftam) dannabant eos propter nomen Dei ueri: filius enim Dei. Deus eſt, unus cum patre. Glorificetur dominus. qui non intellexerunt Hebraeum phrasim; uertunt; Grauis eſt dominus. ſed quorū non nulli Hebrei ſic coniungunt propter nomen meum glorificetur dominus: ſed nihil ad rem, certè iſta ſunt uoces infidelium Iudeorum aduersus pios, & in Christum credentes. eſt itaque irriſio in his uerbis, qua & nos uitium, quando aliorum aut ſpem inanem, aut arrogantium, quam ſine cauſa eos habere putamus, deridemus: laudetur Deus, qui uos adeo felices fecit, id eſt, nihil minus eſtis, quam felices: nihil eſt, quid gratias agamus &c. ſic iſti; Glorificetur dominus, & uidebi minus eſtis, tanquam felices: nihil eſt, ſicut gratias agamus &c. ſic iſti; Glorificetur dominus, & uidebi minus in latitia uelutra, latabitur uelutra bono, uelutra felicitate: uobis congratulabimur, uos collaudabimus, cùm ea, qua exſpettatis, aduenient. irridebant enim diſcipulos Christi, praſertim cùm ſublatum in crucem uidiſſent eum, in quem illi ſpes suas omnes collocauerant: laudetur Deus, qui uos adeo felices fecit: cum principes fueritis in regno Mæſtie, memineritis nostri: congaudebitis felicitate uelutra &c. Toffunt quoque hac aliter accipi, ſeruata tamen ironia; Glorificabitur Iehoua, id eſt, ille, quem uos pro Deo colitis, regnū obtinebit: & nos admirabimur felicitatem, & gaudium uelutrum &c. Sed quid tandem eſt? Ipsi autem confundentur: iſti tamen uelutra inimici pudefient, ut omnino idem ſit, quod dominus dicit; Plorabitis, & ſlebitis uos; mundus autem gaudebit: ſed tristitia uelutra ueretur in gaudium, & gaudium uelutrum nemo tollet a uobis. ex quo etiam ſequebatur, ut qui anteā gaudebant, & illos deridebant, tanquam ab impostore deceptos, pudefient, & contristarentur.

**¶ 6** Vox populi: uulgatus tumultus, ſeu strepitum, pro tumultuante populo accepit, & recte quidem, iſta, qua ab infidelibus aduersus uos iactantur, ſunt uoces tumultuantis populi Ierusalem: prodeunt quoque ex templo: pontifices, & ministri templi hæc loquuntur: iſti irrident ſpes uelutras, & irridentes dicunt uifuros ſe gloriam uelutram, & gaudium: ſed illa altera uox, qua dicit, Ipsi pudefient, eſt uox

est uox domini retribuentis retributionem inimicis: non erubescit uos, ut illi putant, ſed iſi, qui uos derident, pudefient, cùm uiderint gaudium ueſtrum &c. Hac interpretatio ualde germana eſt, & non nō dicitur careret. Vel certè hic q̄b ueluti initium orationis, que tamē cum ſuperiori continua eſt. dixerat enim deiderit diſcipulos domini à fratribus iſformis, fed quid tandem pudefienter iſli deridores. ergo iam explicat, quo nam palto pudefient, dicens ſe audiare uocem ex ciuitate, & ex templo, & audiare ſe uocem domini, reddentis uindictam &c. & uocem quidem ex ciuitate, & ex templo explicat uerſ. 7. & 8. uocem autem domini uerf. 9.

**¶ 7** Ante quād parturiret: ſubitam gentium conuerſionem hæc ſignificant, quam admirari potuit populus Hierosolymitanus, & iſi pontifices, qui ſervos Dei devidebant. Ante quād autem Ieruſalem uafaretur, uineribusq; adiunc illis, qui Chriſtum dominum uifinuerant, predicatum eſt per diſcipulos domini ueros Israeltas, qui deridui erant alii, euangelium regni ſub omni natione, que ſub calo eſt, ut loquitur Paulus. Partus eius. **¶** funem ſignificat, & dolorem quoque, qui in modum funis conſtrigit, quales ſunt parturientium dolores, de quibus hic loquitur. idem enim reperitur in ſecundo membro, quod in primo dixerat.

**¶ 8** Quid audiri &c. ſenſum uulgatus recte reddidit: ego hebraiſum retinui, quid non eſſet obſcurus. Nunquid pariet terra eſt uulgatus hic ſenſum quoque reddere ſatis duxit. nam **¶** ſenſum eſt profanari, quando ſcīcet fatto aliquo principio, re aliiquid detrahitur, aut re leditur: uulgatus accepit pro edere, ſeu germinare fructus ſuos: in partu enim, ſeu progerminatione uideatur eſſe quadam ruptio, unde uerſu ſequenti dicit dominus, ſe facere, ut ſiant fractura, id eſt, partus, & pro germinatione: non autem id fit, niſi multorum dierum ſpatio: quod ſimilitudo ſequens conſrat, de gente, que non uno iſtu, ſeu impetu ſolet naſci: exponit uerq; ſimilitudo, quid Tcion uno die, & uno feſte nixu edidit quamplurimos filios. quod hyperbolice dictum eſt, pro breuiſimo tempore, quo euangelij precones per orbem diſcurrentes, gentes, in unam fidem, & eccleſiam ueramq; Tcion congregate.

**¶ 9** Nunc quid ego &c. quasi dicat, define mirari: nam ego Deus huius generationis auctor ſum quid ſi omnia mea uirtute partus ſuos edunt, & omnia, que generant, me auctore rumpuntur, & aperuntur ad factus edendos: inſe mihi quoque uirtutem generandi nemo ambigat. ſignificant autem hæc uerba conuerſionem gentium: & ſi per Apolſolos fieret, auctorem tamen eſſe Deum, alios autem ministratos tantum, & plantatores, aut irrigatores, ut inquit Paulus. Sterilis ero: ſenſum uerit: nam femina, qua steriles ſunt, Hebrei conſluſe dicuntur: hæc eſt uox Dei retribuentis uindictam: nam uocatione genuum, ut predixerat Moſes, ingratitudinem Iudeorum puniuit: irritauit enim eos in eo, qui non erat populus, & in gente ſulta. illi ſubtrahendo ſe, Deum, ueluti ſterilem, reddebat: non enim ſuperarat populus, qui Deum agnoſcret: hoc diuina bonitas ſe pati non poſſe afſirmat, quin immo tot ſe pro illis genitum ſilos, ut admirari faciat ipſos Iudeos &c.

**¶ 10** Lætamini &c. quantum futurum eſſet uerorum Iraelitarum gaudium poſt conuerſionem gentium, hæc ſignificant: nam ſicut propter amorem ſui generis, & multò magis propter Dei honorem continuum habebant in corde dolorem, adeò ut ſi fieri poſſet, mille mortibus afficerentur libenter à Chriſto, modò fratribus ſuis, cognatis ſuis ſecundum carnem prodeſſe poſſent: ſic cùm uiderunt in ſerta truncu oliua oleastræ, & infinitos fratres ex lapidibus uifitantes ad Dei gloriam, non poterant non uenienter exultare, & ecclæſia Dei congratulari, quid pro amib[us] filiis integræ regna, & imperia ſimul peperifet. Qui diligitis eum: horum eſt letitia, quorum fuerat tristitia ex amore, quem erga Deum, & ecclæſiam eius gerebant. Illam autem hic intelligere oportet Ierusalem, non qua diuitia fuit, ſed qua filios Deo generabat: cuius qui amore tenetur, Deum diligere agnoſcitur. ecclæſiam, inquam, Dei, matrem sanctorum patrum, & noſtram: amor huius eſt amor glorie Dei, qua in ipſa reſidet: in qua ipſe cognoscitur, & colitur.

**¶ 11** Ut fugatis: tanquam ad filios loquitur, quos matres ſi flentes uident, uberibus applicitos conſolari ſolent. Delicijs affluatis. ego non melius potuū uim uerbi myrra exprimere, quid ſe ipſum delicijs affluente reddere ſignificat, quād uerbo ingurgitandi. Ab omnimoda gloria: quid ſentientium ſit de noce? nūb certi ex Rabiniſ babere poteris: neque enim ſibi conſtant: ſunt, qui uniuersitatem ſignificare dicunt, & eſſe à uerbo nū: unde pro uniuersitate pecorum depaſientium gramen putant accipi. Ps. 50. & 80. Vbi nos pulchritudo agri &c. quod quia uerisimiſſius uidebatur, omnimodam gloriam cum uulgato dicere uolui.

**¶ 12** Ecce ego declino, uel extendo: rurſus diffuſus exponit gaudijs materialm, quid omnia occupabit pax, & omnimoda felicitas, ſicut cùm inundant ſumina, omnia uicina occupant, ac repleant. de his iam in ſuperioribus dictum eſt; ſuges lac gentium, mamilla regum lactaberis: crunt reges nutrītū tui &c.

13 In Ierusalem: extra ecclesiam nulla à Deo promittitur consolatio; manifestumq; quām semper eius expertes fuerint heretici, qui ab ecclesia defuerunt, & quantis incoluntur malis.

14 Quas herba &c. spiritus tristis exsiccata offa, ut air Sapiens: sic gaudium succo abundare facit: ideoque & herbis offa gaudientium comparantur: & apud Paulum non uno loco uidere licet, ad regnum Dei pertinere gaudium. Cognoscetur manus domini seruis eius &c. non interdum pro, cum. Tunc, inquit, planum erit, ac manifestum, quād potentia, & virtus domini sit cum seruis suis; uidelicet tremebat ad verba eius, illis, quos superbi Pharisaei, & sacerdotes irridebant, quos coniūci impetrabant: quorum spes ludibrio habebatur. ubi totus orbis crucifixum pro Deo colere cōspicit, tunc cognoscetur esse manus, & virtus domini in seruis Dei. quo enim patet fieri potuisse, ut pauci homines, imbellis, imperiti, illitterati, & ignobiles tot gentes, tot regna, totq; imperia perduerent, commouerent, & in suam opinionem pertraherent adeo brevi tempore; adigerentq; gentes, ut patrios deos abicerent, & quem non uidissent, colerent, ac timerent, nisi manus Dei omnipotentis cum ipsiis fuissest & quid si cum eis erat manus domini, unde id, queſo, habuerunt? cur non alijs Iudeis, quām in I E S V M credentibus id contigit? Christus ergo Deo dilectus; qui fieri uero poterat, ut Deo dilectus esset, qui se Deum faceret, nisi Deus esset ergo Christus Deus, qui in Apostolis loquebatur, & uirtutes operabatur, ut regnum Dei uirtute magna, & prodigijs inuidit fundarent, ac promovent. hoc autem ubi innocētē copit, perādit inimicos suos: per Romanos deuastauit: perdidit homicidas, & ciuitatem succedit. nam nolentibus ad nuptias uenire Iudeis, mis̄i serui domini omnes, quotquot inuenierunt, introduxerunt ad nuptias: rex autem in illos, qui ingratii fuerunt, indignatus, mis̄is exercitibus suis perdidit illos, & ciuitatem eorum succedit. hoc enim est uerbum Κυριος, cum actiū sumitur cum ira, seu male tractauit, ut Malach. 1. & Num. 33.

15 Quia ecce dominus in igne: sunt, qui de futuro iudicio hęc exponunt: quorum sententia non repugno: ausim tamen dicere posse de altero iudicio intelligi, & altero igni, de quo cap. 3. dictum est: nam sicut hoc ipso capite diximus, gentium conuersiōnem esse confusōnem, & retributionem Iudeorum, quia gentes in labores eorum introierunt &c. ita hoc loco cūm dixisset, quid manus domini agnosceretur esse cum discipulis eius, & male acciperet inimicos suos, uidetur utrumque alius uerbis expōre. In igne. ignem uenit dominus mittere in terram, quem cupiebat uebementer accendi: quem ignem qui non accipiebat, & in sinu suo souebat; reus alterius ignis siebat inextinguibilis: id quod suprā dicebat, emundandam Ierusalem spiritu iudicij, & spiritu ardoris, id est, ueluti uebementi uento, & adurente. Quasi turbo quadriga &c. uelociſimum eius aduentum notat: nam turbo prius quād aduenturus putetur, adeſt, & obuia queque deturbat, & proterit: cum uento igitur ualidissimo aduenire dicitur, & igni: currus uero meminit, ut cum exercitu aduentare intelligatur. Reddere. optimè hic redditur uerbum בְּשָׁפָן, ut etiam Genes. 50. Reddendo reddet nobis omne malum &c. reddere uero furem, est ea, quae furor subministrat, impendere: quod, uelut exponens, ait; In crepitatione suam, ut reddat etiam in crepitationem, id est, pro ut digni sunt, incipet, cum flamma ignis: quod uersu sequenti exponam. Aliam interim uerionem apostoli tantum ut uideret prudens lector posse aliter, neque inepit, Hebrei reddi: נֶבֶל enim est efflare, supra cap. 4. Spiritus Iehova flauit in illum. Genes. 5. de Abramō, qui abigebant aues ē sacrificio, & Ps. 147. Efflat spiritus suum, & fluent aqua &c. cum igne igitur uenit dominus ad efflandum in indignatione, seu ardore nasi sui, id est, uenit naribus ignem emittens pre indignatione, & furore: id quod alibi quoque scriptura Deo tribuit. quod exponens aliquantulum ait; Et in crepitatione eius in flamma ignis, id est, in crepabit non uerbis tantum, sed igni. de quo igni statim repetens ait;

16 Quia in igne dominus dijudicabit &c. hic gladium, & ignem coniungit, & utrumque triduit uenient ad iudicium domino. An non in euangelio Luc. 12. dominus ad hunc fortē locum alludent ait; Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi, ut accendatur? putatis, quia pacem ueeni dare in terram? non, dico uobis, sed separationem, pro quo Matth. 10. dicitur; Non ueni pacem mittere, sed gladium. ergo euangelium est ignis, uitalis quidem, cūm ad Dei dilectionem inflamat, & zelum pro domo Dei, & gloria eius: pestilens autem est eis, qui eo indurantur, ob quod & ab altero igni in pulucrem comminuentur. est item gladius, uita quidem eis, quos à mundo, & rebus perituri, & ut loquitur magnus Basilius, à cognitione secundum carnem, separat: illis uero, qui ab istis diuisi, & separati manent, mundo deatī, est gladius mortis. Separantur itaque per euangelij auditum alijs ab alijs: ob quod in resurrectionem, & ruinam multorum esse dicitur Christus, & in iudicium uenisse, ut qui non uidebant, uiderent; & qui uidebant, cœci fierent. item, Hoc est iudicium, quia lux ueni in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. hoc uero iudicium alterius

alterius illius postremi tota ratio, & materia est. Multiplicabuntur interficti &c. seu vulnerati: quos enīm non inuicauit euangelium, dicitur interemisse, seu vulnerasse: & in euangelio dicitur deinceps, tanquam pētra scandali: & quandiu quidem uiuunt, uulnerati, seu confracti dicuntur in euangelio, eò quidē impegerunt, seu ceciderunt super petram scandali, & reparari possunt. at super quos ipse cedderit, quod fit, in cuiusque morte, & Iudeis in uasilatione urbis accidit, comminuantur. quare hic saucios, aut uulneratos pro interfictis aptè dicimus: nam & nomen iuxta significationem uerbi, est, uiolatus, profanatus, sive maneat in uita, sive non. Ierem. 51. Et ingemisse uulneratus &c. ob magnam itaque cognitionem, quam hec duo domini iudicia habent, possunt hęc de utroque indicio interpretari: sed quā sequuntur, huic, quam perseguor, expositioni magis fauent.

17 Qui sanctificabantur &c. uel qui sanctificant se: sanctificare uero se ad hortos, aut mundare, iuxta proprietatem hebraicam est proficisci ad hortos, ut ibi sanctificantur, & mundi siant: illuc enim se conferebant ad cultum idolorum, quo existimabant se sanctificari. Post ianuam intrinsecus: nunc omnes interpretes legunt. Post unum: quām bellè autem interpretentur, apud eos uidere est. certè Hieronymo teste, Symmachus, & Theodosius, bis legerunt Τίτλος: legunt enim alter post alterum in medio comedendum &c. qua interpretatio magis mibi placet, quām omnes, quas nunc afferunt neoterici: & hanc sequi uidetur Hieronymus, licet in uerione septuaginta interpretēs secutus videatur, qui dixerunt; In liminibus: & putarem in Chaldaeo mendī legi Κύρος pro Σερένῳ: facilis enim mutatio est unius littera in alteram. Jedis bis aliorum esto iudicium. Certè, ut quod sensio, liberè dicam, nihil omnino mutandum puto, sed alijs motionibus legendam uocem Τίτλος, ut non sit propositio, sed nomen, id est, alienus, seu alijs. quo nomine uocari ficticios deos nemo. Hebrei lingua peritus inficiabitur, ut uertendum sit; Alius unus, seu alienus quifiam in medio. Ut tunc autem paſsim rectis pro ablative absoluto: Latinū dicendum esset, alieno quopiam in medio existente, quasi collocato in medio aliquo idolo illi circumcedentes comedebant carnes suillas, abominationem (id est, triduum uisus) murem &c. omnes, inquit, isti, qui talia agunt, id est, transgressores legis, & infideles, similē deficient.

18 Ego opera eorum &c. est apostolēsis, seu reticentia, non supp. uel video, uel notata habeo, uel quid simile. Venio &c. quasi dicat, quia Iudei talia agunt, ego uenio in mundum in iudicium, ut illis damnatis gentibus innotescam: hęc enim gentium, & linguarum congregatio, illa congregatio est, que in unitatem fidei facta est, quam suscipientes uiderunt Dei gloriam, & Christi filij eius.

19 Ponam in eis signum &c. factio enim repente de celo sonu uebementi, cecidit spiritus sanctus super non nullos Israëlitas: quo signati sunt, tanquam amici, & ministri Dei. Mittam ex eis: ex ipsis Israëlitis mittam. Qui saluari fuerint, uel qui saluent, & euadere faciant, & autores sint euasionis: conuenit enim hoc loco, ut actiū accipiamus: nilominus sensus, quem exprebit uulgatus,flare potest. Ad gentes Tarſis. ita puto coniungenda hec nomina, id est, gentes, ad quas per mare magnum transitur: quā mox exponuntur, nempe Ptol., quod rellē uulgatus pro Africa accepit: & in commentariis ostendit, quid tota Africa à Libya usque ad Mauritanam regio Phutenis adhuc suo tempore uocaretur à fluvio Ptol. per Hed, quoque Lydos intelligere oportet, sagittandi periclitissimos: per quos quoque Etruria intelligitur Italie pars: quā Lydorum est Colonia. Tubal autem uulgatus in textu Italiā dixit: sed, ut ipse in commentariis annotauit, Hispania rectè accipi potest, quam incoluit Tubal: à quo conditum oppidum in Lusitania dicunt, quod dicitur hodie Setubal: per Iauan uero Jones, & Graci conuenienter intelliguntur. nomine autem Gracia comprehenditur bona Italia pars, quā magna Gracia olim dicebatur: tandem nomine longinquarem insularum reliqua regiones, ad quas ex Iudea per mare ibatur. Iuuat autem hic annotare, eas regiones hic potissimum commemorari, in quibus maximē uiguit, & diutius permanit Christiana religio. per Apostolos itaque ista omnes gentes congregata sunt, que non audierant auditum, id est, predicationem deo, neque gloriam Dei agnoverant, quam uiderat frequenter populus Iudei.

20 Omnes fratres ueſtros: putant Iudei, de Israëlitis secundum carnem esse sermonem: ignorant enim miseri mysterium, neque uolunt intelligere, quid fratres dicuntur, qui erant præordinati ad uitam eternam ex omnibus gentibus, qui erant uerorum Israëlitarum fratres, quoniam filii erant promissionis, ad quod confirmant dum nolo aliud adducere, quād quod uersu sequenti habetur, nempe quod ex eis affumeret sacerdotes, & Leuitas. Dicant Iudei, si Israëlite erant secundum carnem, quid mirum, si ex eis acciperet sacerdotes, & Leuitas? Ceterum per equos, & cetera uiecula diversi generis, quā hic commemorat, nihil aliud significatur, quād honorificè ad ecclesiā perducuntur, delicateque tractarentur ab auctoribus, seu ministris illius euasionis: quandoquidem non minus ab illis diligebantur, quam à patribus fili: illos enim & parturiebant, & educabant ut pro

I N S E X A G E S I M V M S E X T V M C A P.

- quorum profectu, & salute leue ducebant uitam profundere. Donum domino. de uoce נָתַן non semel diximus. est autem hic allusio ad ipsius nominis etymologiam: uerbum enim notat sensim, & cum pompa deferre, ut cum munera regibus deferuntur, aut Deo: quare Apostolus oblationem genitum mundum optabat esse &c. ut hinc quoq; intelligamus eos, qui Christi fide imbuuntur, Deo donari, ut non perfunditorie eos catechizemus, id est, instruamus, sed ita ut Deosē deinceps uiuere debere agnoscant. Quomodo si &c. id est, ea religione, & pompa, eaque animorum latitia, qua nos Israelite solletis ad domum domini deferre donaria uestram uafis mundis: quod simpliciter accipi potest, pro ipsis uafis, in quibus defertur donarium: uel pro ipsis deferentibus corporibus, qua munda esse oportebat oblationis tempore: quod exigebat sacerdos a pueris Davidis, ut panes facros edere posset: cui David promisit, quod etiā in uia, qua iuri erant, non deceaserent contaminandorum corporum orationes, non tamen contaminarentur illo die: sed dies ille sanctificaretur in uafis.
- 22 Sicut cœli noui &c. additur in nomine cœli articulus, & nomine etiam adicitione, noui: propterea dixi in uerstone, cœli illi noui, & terra illa noua. Dixerat, ex gentibus per Apostolos conuersis acceptum se faceret, & ministros cultui Dei addidit; hoc ergo uerbi promittit perpetuatum huius ministerij, quod quandiu duraret nouus orbis, id est, regnum Dei, & ecclesia, tandem duraret ministerium ministrorum ex gentibus assumptionis; in illisque durarent perpetua Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum nomina, qui gentes ad fidem uocarunt: stare enim coram aliquo iuxta Hebreorum consuetudinem, & phrasem, est seruorum, seu ministrorum. Deut: 10. Separauit tribum Leui, ut staret coram Iehoua ad ministrandum ei. 1. Sam. 16. Cum uenisset David ad Saulem, stetit coram eo, pro aspicio illi ministrando: & mox, Stet, obsecro, David coram me: & sepe aliad.
- 23 Et erit mensis ex mense: ego ad uerbum reddidi: & uerbum, erit, constituir cum nomine mensis: sed absolute ponitur hoc sensu, futurumque est, ut de mense in mensem suum, & de sabbato in sabbatum suum ueniat omnis caro &c. id est, singulis quibusque mensibus, & singulis sabbatis: nō, ut olim, ter in anno &c. sed septuaginta omnes Christiani uenient ante dominum ad eum deprecandum: nam præter quod ubique terrarum me adorare poterunt, tamen tempora quoque ubiq; terrarum erunt, ad que omnes singulis septimanis, & alijs festiuitatibus conuenient ad supplicandum, possumus hic utriusque non pro mense, sed pro kalendis, & festis, que initio mensum celebrabantur, accipere. nam illis potissimum diebus, & sabbatis uenire solebant ad audiendum uerbum Dei, ut nihil aliud hic intellegamus, quam quod singulis sabbatis, & alijs festiuitatibus, que certis mensibus celebabantur, uenirent Christiani ante conspectum Dei, nimis ad tempora, quod usus ecclesie confirmat, in qua mos est diebus dominicis, & alijs festiuitatibus ad tempora conuenire: si enim non de adventu in tempora hic esset sermo, non opus erat, diuersum sabbatorum, & festiuitatum mentionem facere, neque uerbo uenienti: nam orandi semper datur nobis locus, & tempus. neque enim, ut quidam uolunt, de mense in mensem, & de sabbato in sabbatum est totis mensibus, & totis septimanis: tunc enim non ueniet dicendum fore, sed statim. est autem phrasis, quan nos Lusitani utimur, de sabbado in sabbado, id est, singulis sabbatis: sine autem pro festo, sine pro septimana accipias, sensus stat, quod septuaginta, & non tantum ter in anno ueniret fideles ad adorandum dominum. unde in uer. 70. Veniet omnis caro, ut adoret in Ierusalem dominum. Hic non nulla exemplaria finem faciunt Iesiae: sed alia etiam Hebreæ unum adhuc uerbum habent, qui omnino legendus est cum vulgata editione, ex quo sunt illa uerba apud Marcum, Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.
- 24 Et egredientur &c. rectè hoc de egressu per considerationem accipiemus, qua pī intelligent aetnam mortem, & aeternam paenam, quam impī patientur: ut enim mortem significaret, cadavera dicit, & uermes: ut uero uitam omni morte acerbiorum ob paenam, ignem dixit inextinguibilem. Possumus & per ueremo conscientia aculeos rectè accipere, qui nunquam cessabunt, neque quietem dabunt. Ufus uero est uerbo egrediendi: quia dixerat, quod ueniret efficiunt ad montem domini ex dispersione, uer. 20. quod ubi factum fuerit, & nomina Deo dederint, & fide imbuti fuerint; intelligent, quoniam sanum consilium caperint, ne cum impī damnarentur, quorum mortem, & supplicium per doctrinam in monte acceptam percipient, ac si ex conspectu regis egesi widerent codem malefactorum, quam ipsi quoque habitui fuissent, nisi ad regem precatum ueniam uenissent, atque ita in timore, & gratiarum actione perpetuo uitam ducent. In sacretatem uisionis: quasi נְתָנָה efficitio composita ex יְהֹוָה, id est, sufficientia, & נְתָנָה, id est, uidere, quod non nulli quoque Hebrewi existimarent, secuti nimis Thargum: fastidium dicere possumus, seu abominationem. Vide Pagnum. Quod si quis istum egratum accipere uelit pro exitu ab hoc conuiuio, ad quod uocatur gentes in locum Iudeorum, qui noluerunt uenire ad nuptias; non repugno: exeuntes enim ex hac uita pī, ut ad aliud conuiuium transeat, videbunt aeterna impiorum supplicia, qui noluerunt gustare canam

I E S A I A E.

237

cœnam domini. Det nobis omnibus rex iste, qui nos uocavit ex gentibus, ne etiam illis annumereremur, qui sordidis induiti uestibus, ex conuiuio euicuntur ad eadem supplicia, ad quæ infideles Iudei: quinimum binc egesi, ex corporibus ad ipsius consortium transcamus. Amen.

L A V S D E O.

F I N I S.

L E C T O R I.

H AE C habui, que in Iesaiam ederem, in quibus te, candide lector, monitum uelim, ut licet nos maximum studium adhibuerimus, ut omnia quam emendatissima exirent: tamen interdum adeo oculati esse non poterimus, quin, ut omnibus accidere solet, in prima presertim editione, quedam nos fugerint; sed spacio esse oppidò pauca, & que facile condonari posint, ab ijs præcipiū, qui quantitas sit operarum in typographia officitania, usū intelligent. nam alicubi distinctionem uel à nobis repositam, ut solent, omiserunt,

ut etiam pag. 228. cap. 65. num. 9. pro Iehuda, Iehoua posuerunt.

V enetijs, ex officina Stellæ Iordani Zileti,

I 5 6 3.

